
13
7
12

TRACTATVS
AMPLISSIMVS
DE VIRIBVS PATRIAE POTESTATIS
QVATVOR IN LIBROS DISTINCTVS.

In quibus omnia, quæ parentes erga liberos poſsint, vel debeant, & è contra, quoſuè ſanguinis coniunctio operetur effectus, facili, fertilique methodo pertractantur.

AVTHORE

PHILIPPO PASCHALI

CONSENTINO PATRITIO, I. C. CELEBERRIMO, Magnæq; Curiæ Iudice meritiſsimo.

CVM INDICE MATERIARVM LOCVPLETISSIMO, ſingulorumque Capitulorum argumentis, quorum ſeriem ſequens pagina demonſtrabit.

CVM PRIVILEGIO.



NEAPOLI,
Apud Scipionem Boninum, M. DC. XVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

ARGVMENTA
SINGVLORVM CAPITVLORVM, QVÆ IN hoc Opere continentur.

PARS PRIMA.

DE EFFECTIBVS PATRIAE POTESTATIS ERGA LIBEROS.

CAP. PRIMVM.

PAter famis necessitate coactus potest vendere filios; Verum si ad pinguiorem fortunam perueniat, tenetur illos redimere. Hæc conclusio multipliciter declaratur. Et hinc incidenter, sed plenè discutitur quæstio; an & quando vassalli inuitè possint alienari? Et si Princeps supremus concessit vassallis priuilegium perpetui demanij, an teneatur illud obseruare? Et quid si concessum fuit ex causa onerosa? Qua occasione multa alia notatu digna ad hanc materiam attinentia elucidantur.

CAP. SECVNDVM.

PAter est legitimus administrator bonorum filij, eiusque authoritas maior est, quàm tutoris, & ideo potest bona filij alienare sine decreto; Quæ conclusio multipliciter declaratur, & multa alia explicantur, in quibus versatur Patris authoritas. Plenè etiam declaratur, an ipsemet pater, qui nulliter alienauit bona aduentitia filij, possit alienationem reuocare? Et an filius si est patris hęres possit alienationes ab eo factas impugnare? Et quid si est hæres cum beneficio inuentarij? Ad quam materiam multa non contemnenda obiter referuntur. Et demũ multæ causæ afferuntur, ex quibus pater potest huiusmodi administratione priuari.

CAP. TERTIVM.

FIlius acquirit Patri, Triplex autem peculium habere potest, scilicet castrense, seu quasi castrense, profectitium, & aduentitiũ. In castrensi seu quasi castrensi peculio nihil patri acquiritur; An autem in eo saltim fructuum commoditatem pater habeat declaratur: Peculium profectitium pleno iure acquiritur patri; sed an id, quod filius negotiando lucratur ex paterna pecunia, debeat cum alijs fructibus communicari, plenè explicatur; Aduentitium verò peculium quoad proprietatem tantùm filio quæritur, & quoad vsumfructum patri. Quæ conclusio pluribus ampliationibus, & limitationibus exornatur, Plenè etiam examinatur quæstio, an paternus vsusfructus resoluatur per religionis ingressum? Et quid si pater ingrediatur monasteriũ incapax successionis? Et hinc obiter agitur, quæ sint monasteria capacia, vel incapacia? Et quando eis possit per Monacum ante vel post professionem acquiri.

CAP. QVARTVM.

NVlla ciuilis obligatio potest esse inter patrem, & filium sub eius potestate existentẽ, & ideo pater non potest emere à filio, nec è cõtra, sicut nec tutor potest emere à pupillo, prẹterquam si palam, & bona fide contraherent, eademq; ratione nullus alius contractus valet inter patrem, & filium in potestate, vnde inualida est donatio inter eos; Verùm hæc conclusio pluribus modis plenissimè ampliatur, limitatur, & declaratur; Et demum latè discutitur, & explicatur notabilissima quæstio; an scilicet ex dotis promissione intuitu matrimonij contrahendi cum aliquo oriatur actio cum hypotheca in beneficium mulieris, si illud matrimonium cõtractum non fit cum eo, cuius contemplatione dos promissa fuit, sed cum alio?

CAP. QVINTVM.

PAter impunè potest occidere filiam in adulterio deprehensam, dummodo tamen sex requisita concurrant, quæ singula pluribus modis accuratè declarantur, ampliantur, & limitantur, eademque conclusio procedit in marito. Et hinc obiter agitur de adulterorum pœnis, & alijs ad hanc materiam spectantibus, & plenè explicatur an & quando vir lucretur dotem propter vxoris adulterium; Et demũ subijcitur & examinatur curiosa quæstio, an maritus qui iniustè vxorem occidit; teneatur eius hæredibus antefatum soluere? & refertur decisio Collateralis Consilij super hoc articulo.

CAP. SEXTVM.

FIliusfamilias in quibus casibus obligetur, tam de iure communi, quàm attenta dispositione Regiarum Pragmaticarum huius Regni?

† 2 Et

Et an teneat obligatio sui fideiussoris? Et an effectus sui iuris possit ratificare contractum contradicente eo, cum quo contraxit? Et quid si sequatur ratificatio patris? Et an sub dispositione Regiæ Pragmaticæ comprehendantur exteri contrahentes in hoc Regno? Et an & quando sub dispositionibus statutarijs comprehendantur Clerici actiuè, & passiuè? Et quid si filiusfamilias contrahit, vel quasi contrahit cum fisco? Et an filiusfamilias censeatur prohibitus ludere? Et qui sunt ludi prohibiti? Et an & quando filiusfamilias possit donare causa mortis? Et an possit donare eidem patri cũ eius consensu? Et an obligetur in bonis castrẽsibus, seu quasi castrensibus? Et quid si habitat seorsum à patre? Et quæ requirantur, vt valida sit emancipatio, vel præsumatur? Et demũ an & quando filiusfamilias gaudeat beneficio totius tituli ff. & C. quod cum eo, &c.

CAP. SEPTIMVM.

Filij Iudæorum an baptizari possint inuitis parentibus? Et si de facto baptizati sunt, an teneantur perseuerare in Fide? Et quid si diuersa sit parentum conditio? Et an Iudæi expelli possint à Christianorum prouincijs? Et in locis in quibus tolerantur, an cogi possint ad Fidẽ suscipiendam, vel saltim ad audiendas prædicationes? Baptizatus per vim an suscipiat sacramenti characterem? Et quid si habeat simulatam intentionem? Et an per baptismum deleantur delicta præterita?

CAP. OCTAVVM.

Hoc Capitulum duas continet principales conclusiones; Prima est, quod superioris iussus excusat à periurio; Secunda, quod periurus non est, qui iuramentum non seruat authoritate legis; Ex prima cõclusione infertur periurum non esse debitorem, qui non soluit ob Iudicis præceptum, dũmodo tñ non sit ab eo affectatum, Superioris autem appellatione venit etiam pater, vnde resoluitur quæstio, an obligatus cum iuramento ad sistendum in aliquo loco excusetur, si pater eum ad patriam reuocet? Ex altera conclusione infertur primo, quòd iurans non reclamare a laudo, potest impunè cõtrauenire, si est enormissime læsus. Secundo, quod si fiat cum iuramento renunciatum, l. 2. C. de rescind. vend. licet à iuramento recedere, si adest enormissima læsio. Tertio, quod debitor potest infra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, nõ obstante iuramento. Et hinc obiter multa notabilia ad hanc materiam spectantia enucleantur; Quarto, quod simulatio contractus excusat à periurio. Quinto, quod donatio iurata reuocatur ob ingratitudinem donatarij, & ob liberorum superuenientiam. Sexto, quod donatio omnium bonorum impugnari potest, non obstante iuramento, Singulæ autem conclusiones multis illationibus, & declarationibus exornantur. Et demũ nonnulla notabilia ad materiam peremptionis & restaurationis instantiæ explicantur.

CAP. NONVM.

Patri permissum est testamentum facere pro filio impubere sub eius potestate existente per pupillarem substitutionem, cuius tria principalia requisita explicantur, & multæ notabiles quæstiones ad hanc materiam pertinentes resoluuntur.

CAP. DECIMVM.

Pater habet ius quærelandi pro iniuria facta filio etiam proprio nomine, eamque remittere potest, etiam eo ignorante, vel inuito, pluribus autem modis declaratur, limitatur, & ampliatur hæc conclusio. Explicatur etiam quæstio an & quãdo Vniuersitas puniatur pro delictis Ciuium? Et demum plenè declaratur quot modis inferri potest iniuria.

PARS SECVNDA.

De naturali obligatione, qua parentes erga liberos, & è conuerso iure sanguinis obstringuntur.

CAP. PRIMVM.

Filij omnibus præferuntur in accusando, & remittendo patris interfecti necem, etiamsi non sint eius hæredes, hinc plenè explicatur quo ordine admittantur proximiores defuncti in iure quærelandi, & remittendi? Et an & quando ab hoc iure excludãtur filij spurij? Et an tutor possit remissionem facere pro pupillo sine Iudicis decreto? Et an & quando contractus minoris iuramenti vinculo roboretur? Et demum multa alia notabilia ad hanc materiam remissionum spectantia subijciuntur.

CAP.

CAP. SECVNDVM.

PAter tenetur filio secum litiganti alimenta præstare,& subministrare litis expēsas,quatuor autem requisita concurrere debent, quæ singula plenè explicantur,& hinc latè declaratur quomodo sit probanda filiatio tam in iuditio ordinario,quàm in possessorio? Et si mater sit adultera,an & quando filius præsumatur legitimus,vel adulterinus? Et quæ aliæ personæ teneantur præstare alimenta lite pendente eorum aduersarijs? Et quæ sunt personæ miserabiles à iure reputatę? Et demum multa notabilia referuntur ad materiam l. vnic.C.quando Imper.int.pupill.& vid.

CAP. TERTIVM.

PAter ex naturali instinctu tenetur educare filios,quæ conclusio pluribus modis ampliatur,& limitatur, pluraque notatu digna explicantur circa alimenta præstanda filijs spurijs. Eademq; ratione filij tenentur alere parentes egenos, declaratur etiam an & quando mater teneatur alere filios? Et an si filius renuat habitare cum patre, possit eum cogere ad præstandum alimenta seorsum ab eius domo?

CAP. QVARTVM.

LEgitima filijs debetur iure naturæ titulo institutionis, & in singulis corporibus hæreditarijs,cùm sit quota bonorum. Aliter autem computatur legitima parentibus debita. Vnde plenè explicatur an & quando legitima matris sit tertia tertiæ,vel tertia totius? late etiam declaratur an & quando legitima debeatur filijs legitimatis, tam per subsequēs matrimonium, quam ex Principis rescripto? Et quæ requisita ad vtriusq; legitimationis validitatem sint necessaria? Et quæ debeant filijs in legitimatione legitimę imputari? Et demum quę sit dos congrua,siue paragium debitum filiabus ab vniuersali parentum successione exclusis?

CAP. QVINTVM.

FIlij exhæredari non possunt sine legitima causa,quæ exprimi debet in solemni testamēto, & probari per hæredē. Hinc latè examinatur quęstio,an filiusfamilias vxorem ducens teneatur paternum consensum obtinere? Et an filia, quæ virum ducit indignum sine patris cōsensu possit exhæredari,& dote priuari? Et an si magna Comitissa nubit legū Doctori,dicatur nubere indigno? Et hinc multa referuntur Doctorum priuilegia,aliaq; nonnulla notabilia ad hanc materiam exhæredationis liberorum spectantia explicantur.

CAP. SEXTVM.

TOtum hoc Capitulum respicit materiam l. fin.C.de dot.promiss.qua cautum est, quod pater præsumitur dotare filiam de bonis proprijs,etiā si filia habeat alia bona propria. Quæ conclusio multipliciter ampliatur, limitatur, & declaratur. Et hinc etiā explicatur quæstio an legatum dotis debeatur mulieri iam nuptæ, vel ei,quæ postea fuit aliunde dotata? Et quid si aliquid legatum sit ab extraneo alicui mulieri pro subsidio sui maritagij, quæ postea nupsit sine dote,vel fuit à patre congruè dotata?

CAP. SEPTIMVM.

DIspositio Auth.res quæ C.commu. de legat. qua cautum est bona fideicōmisso subiecta alienari,& obligari posse pro dotibus filiarum & aliarum testatoris descendentium, pluribus quæstionibus exornatur, sed duo principaliores articuli pleno calamo discutiuntur, quorū primus est,An sicut regulariter dictæ Auth. remedium non datur nisi in subsidium, quando alia bona libera non adsunt,ita etiam idē seruandum sit,quando fideicommissum est perpetuò constitutum inter descendentes masculos, cum onere dotandi fœminas? Alter est articulus an dictæ Auth.dispositio habeat locū etiam pro interesse dotis? Et demum alia subijcitur conclusio,quod eiusdem Auth. dispositio procedit etiam pro dotis restitutione, eaque pluribus modis ampliatur,& declaratur.

CAP. OCTAVVM.

TEstamentorū genera duo sunt,vnum scilicet solemne,& in scriptis;Alterum vero nūcupatiuū, quod & sine scriptis fieri pōt,quæ licet cū aliquibus solemnitatibus fieri debeant, omnes tamen solemnitates cessant, quando testamentum fit inter liberos, nam in eo duo tantū testes sufficiunt. Quæ cōclusio quomodo sit intelligenda plenissimè declaratur, & pluribus notabilibus exornatur. Et demum latè explicatur an & quando valeat testamentum factum à testatore infirmo, & in extremo vitæ spiritu constituto? in quo articulo plures casus distinguuntur,qui quotidie contingere possunt, & quàm clarissimè elucidantur.

CAP. NONVM.

PAter non potest carcerari ad instantiam filij, nec contra eum liquidari potest instrumentum criminaliter via ritus,& iddem priuilegiū competit socero,marito,& nōnullis alijs, quibus debetur reuerentia,ac omnibus ijs, quibus

à iure

à iure conceditur beneficium, ne conueniatur vltra quam facere possunt, cui beneficio an renunciari possit, in singulis conclusionibus declaratur. Et hinc etiam agitur de miserabili beneficio cessionis bonorum, & de quinquennalibus induciis debitoribus concedi solitis, instãte maiori parte creditorum, & de beneficio Auth. hoc nisi, C. de solut. & an his beneficijs renuntiari possit.

CAP. DECIMVM.

LEnones filiarum quomodo puniantur? Et q̃ graue sit hoc scelus? Et ex quibus præsumatur maritus esse suæ vxoris leno? Et quis dicatur propriè leno? Et quomodo puniantur complices, & fautores huius criminis? Et quomodo mulier dicatur propriè meretrix? Et demum an meretrix cõiugata possit à vicinis honestarum mulierum expelli, sicut aliæ meretrices? Et quid si habitat in domo propria?

PARS TERTIA.

De effectibus, qui ex reciproco amore inter patrem & filium oriuntur.

CAP. PRIMVM.

NVllus amor vincit paternum, & ideò pater magis torquetur a persona filij, quàm in seipso, & consequenter sicut confessio extorta à reo metu torturæ, non præcedentibus legitimis inditijs non nocet confitenti, ita etiam nõ nocet, si extorquetur metu torturæ inferondæ in personam filij. Quæ conclusio multipliciter ampliatur, & exornatur.

CAP. SECVNDVM.

MAtrimonia debent esse libera ab omni coactione & pœna, vnde matrimonium metu contractum est ipso iure nullum, etiam si iuramentum adhibitum sit, Eademq; ratione reijciuntur omnes conditiones impedientes matrimonij libertatem. Quæ autem sint huiusmodi conditiones, & qualis debeat esse metus, ex quo redditur matrimonium nullum, plenissimè explicatur.

CAP. TERTIVM.

PAtre Iudici offerente filium capitalis criminis reum, pœna minorari debet, quæ conclusio non solum procedit in desertore militiæ, de quo propriè loquitur tex. in l. milites agrum. §. desertorem, ff. de re milit. Sed etiam in omnibus alijs criminibus, & multis aliis ampliatur modis. Quis autem sit propriè militiæ desertor, aliaq; nõ vulgaria ad materiam delictorum militarium spectantia plenè referuntur.

CAP. QVARTVM.

PAter de iure antiquo vitæ, necisq; potestatẽ in filios habebat, hodie vero solum potest filium inobedientem à Iudice carcerari, & castigari facere, eumque moderatè corrigere. Quæ conclusio pluribus modis declaratur, & ad maritum, aliasque personas, quibus permissa est correctio, extenditur.

CAP. QVINTVM.

PAter tenetur filium captiuum ab hostibus redimere, & iddem est è conuerso, & si tertius soluit pecuniam pro redemptione filij, eam potest à patre etiam inuito repetere. Ex qua conclusione multa alia eliciuntur notabilia, & quotidiana.

CAP. SEXTVM.

SIcut licitum est aggressorem pro necessaria vitæ defensione occidere, ita etiam licitum est patri impunè occidere aggressorẽ filij. Quæ conclusio multis ampliationibus, & notabilibus declarationibus plenè exornatur.

CAP. SEPTIMVM.

PActum de futura successione viuentis est à iure improbatum ob præsumptum votum captandæ mortis, quæ præsumptio eum cesset in patre, ideò non procedit in eo paciscẽte de futura successione filij Hoc autem pactum dupliciter fieri potest, scilicet affirmatiuè, cùm quis paciscitur de propria hæreditate alteri deferenda post eius obitum, vel de hereditate tertij eer to modo inter paciscentes diuidenda, & negatiuè cùm futuræ alicuius hæreditati renunciatur, aut nolle succedere promittitur. Quicquid autem ad hanc vtilem, & quotidianam materiam attinet, multis notabilibus conclusionibus, & declarationibus explicatur.

CAP. OCTAVVM.

VXor relicta Domina, & vsufructuaria omnium bonorum à viro institutis filijs hæredibus,

dibus, ex præsumpta testatoris mente alimenta tantum habere debet, cum eadem tamen præheminentia, quam habebat viuente testatore. quæ conclusio pluribus ampliationibus, & limitationibus, ac notabilibus declarationibus exornatur.

CAP. NONVM.

TVtor tenetur librum suæ administrationis, & legitimum inuentarium facere, ac demũ fidelem rationem reddere, alioquin præsumitur esse in dolo, nec liberatur ab onere reddẽdi rationem suæ administrationis, quamuis testator specificè eum ab huiusmodi onere liberauerit; Fallit autem hæc conclusio, quando filius relicto patre suorum filiorum tutore, eum ab onere reddendi rationem tutelæ administratæ liberauit. Verùm quomodo hæc conclusio intelligenda sit, cum nonnullis alijs notabilibus conclusionibus ad hanc materiam attinentibus plenissimè explicatur.

CAP. DECIMVM.

MAter & Auia omnibus legitimis, & datiuis tutoribus præferuntur. Tenetur tamen mater ante susceptam tutelam renuntiare secundis nuptijs, Velleiano, & omni legum auxilio, ac etiam sicut cæteri tutores cautionem præstare de bene administrando. Et si est pupilli debitrix, à tutela non repellitur. Verùm si ad secundas nuptias transeat, statim priuatur filiorum tutela, & si negligens sit in petendo dari alium tutorem filio infra annum, priuatur eius successione, quo casu alias quoque pœnas patitur.

PARS QVARTA.

De effectibus naturalis vnionis inter Patrem, & filium, ita vt pro vnica persona reputentur.

CAP. PRIMVM.

PAter & filius vnicum videntur habere patrimonium. Hinc est, quod post patris obitum, bonorum dominium cõtinuatur in filium, & mortuo patre filius efficitur eius hæres ipso iure, sed hoc intelligitur quoad ea quæ sunt ipsi filio fauorabilia; Et si filius possidet bona paterna, præsumitur possidere eo titulo, quo sibi vtilius est. Pluribus autem modis probatur hæreditatis aditio; Et si filius decedit ante aditam paternam hæreditatem, ius adeundi transmittit ad eius hæredes, sed pluribus modis declaratur hæc conclusio.

CAP. SECVNDVM.

PAterna nobilitas an transeat ad descendẽtes, & an transferatur ad filios illegitimos? Et quid si sunt legitimati? Et quid è conuerso an filiorum nobilitas parẽtibus comunicetur? Et quot modis nobilitas acquiratur? Et quot modis amitti nobilitas possit? Et demum quæ sint nobilium priuilegia, & prærogatiuæ?

CAP. TERTIVM.

SIcut ob merita publicam vtilitatem respiciẽtia, nedum delicta aboleri, sed pręmia delinquentibus, quandoque concedi conuenit, ita etiam ob parentum merita filij remunerari aliquando consueuerunt, cuius conclusionis vtrunq; caput pluribus exemplis, & notabilibus illationibus locupletatur, multaq; ad materiã pręmiorum, quæ bannitos occidentibus concedi solent non inutilia referuntur.

CAP. QVARTVM.

FIlij parentibus prosunt ad multas prærogatiuas obtinendas, eosq; a nonnullis publicis muneribus excusandos. Quæ conclusio pluribus notabilibus ampliationibus, & declarationibus copiosè exornatur.

CAP. QVINTVM.

FIlij an aliquando puniantur pro peccatis, & delictis parentum? Et quibus pœnis puniãtur filij committentium crimen læsæ maiestatis tam humanæ, quàm diuinę? Et quando vassallus venit feudo priuandus propter delictum an illud applicetur domino, vel eius successoribus? Et an propter delictorum atrocitatem aliquando puniri debeant innocentes pro nocentibus, & propterea licitum sit facere aliquas rigorosas prouisiones cõtra consanguineos exulum, & bannitorum?

CAP. SEXTVM.

INquilinum sicut licet expellere pro vsu proprio ob superuenientem necessitatem, ita etiã licet eum expellere, si dominus indiget re locata, pro vsu filij, vel patris. Hinc plenè explicatur qualis debeat esse necessitas vsus proprij ad finem

finem expellēdi inquilinum, multisq; ampliationibus, limitationibus, & notabilibus declarationibus hęc conclusio exornatur, latè etiam declaratur an & quando singularis successor teneatur ratam habere locationem factā ab eius authore? Et an antiquus conductor nouo conductori pro eodem pretio præferendus sit? Et an famulo recedenti infra annum debeatur salarium? Et an debeatur salarium famulo, operario, & officiali pro tempore, quo fuerunt absentes, seu legitimè impediti? Et an locatori liceat à locatoine recedere ob necessariam eius refectionem? Et quid si conductor malè versatur in re conducta? Et quid si conductor non soluit pēsionem in tempore promisso? Et demum an & quando conductori sit facienda mercedis remissio propter nimiam sterilitatem passam in re conducta?

CAP. SEPTIMVM.

PAx an dicatur violata, si quis offendit filium eius, cum quo pax facta fuit? Et quid si filius offendit eum, cum quo eius pater pacem fecerat? Et hinc multa notabilia tractātur in materia fractæ pacis, & cautionis de nō offendēdo.

CAP. OCTAVVM.

SIcut homicida priuatur hæreditate interfecti, quę ab eo tanquam indigno aufertur, & applicatur fisco. Eadem quoque ratione iddem est, quando quis occidit testatoris filium. Quæ conclusio pluribus notabilibus declarationib. & illationibus locupletatur.

CAP. NONVM.

FIlius in quibus casibus representet personam patris defuncti, & in eius locum, & gradum in successionibus subingrediatur? Masculi descendentes ex fœminis an & quando admittantur ad fideicommissum, in quo sunt vocati masculi? Et an regulariter descendentium appellatione veniant masculi ex linea fœminina descendentes? Et quid si est contemplatus fauor agnationis? Et quid si vocati sunt descendentes ex linea testatoris? Et quotupliciter linea accipiatur? Et an masculi descendentes ex fœmina sint de linea testatoris? Et quid si fœmina nupsit alicui de eadem familia? Et an & quando fideicommissum conditionale comprehendat nepotes actiuè, & passiuè?

CAP. DECIMVM.

CApitulum hoc plura continet fragmenta ad hanc materiam spectantia, quæ in summario videri possunt.

FINIS.

INDEX
RERVM NOTABILIVM, QVÆ IN HOC OPERE continentur.

a stan-

INDEX.

C.

tertias

Dona-

E.

INDEX.

INDEX.

L.

Legi-

aut

Filius

INDEX.

d Et

M.

Me-

Et

INDEX.

N.

Pater

INDEX.

Et

No-

Pri-

Et

Nec

T.

Te-

INDEX.

FINIS.

TRACTATVS DE VIRIBVS PATRIÆ POTESTATIS, naturalisque coniunctionis inter parentes, & eorum liberos.

Authore

V.I.D. PHILIPPO PASCHALI PATRITIO CONSENTINO.

PROEMIVM.



PAter, & filius ita sunt naturæ lege coniuncti, quòd pro vnica persona reputantur, l.fin.C.de impub. & alijs subst. adeò quòd vbi vnus est, alter esse videtur, cap.cum contradicimus.§.authoritate 35.q.3. Vnde filius vocatur sanguis patris, l.4.ff.de inoff.testam.& vox patris dicitur vox filij, & ècontra, §.ei qui, instit.de inutil.stipul. imò filius censetur portio viscerum patris, l.cùm scimus, cum ibi not.per Luc.de Penn.C.de agricol.& censit. lib.11. Licet enim verè sit nouus homo propter animam, quæ non est eadem cum anima patris; Nihilominus caro paterna non dicitur omnino extincta, sed potius aucta, & propagata, vt pluribus authoritatibus, & exemplis probat Gul.de Bened.in repet.cap.Raynutius, de testam.in ver. mortuo itaque testatore, in 2.par.num 31. Et quamuis pater defunctus sit, caro tamen ipsius conseruatur, & viuit in filio, eiusque propago extenditur ad omnes eius nepotes, & descendentes, adeò quòd nepos dicitur quodammodò natus ex corpore Aui, l.Lutius Titius qui fratrem. ff. de hær. inst. Est enim quædam sanguinis continuatio inter Auum, & Nepotem, quæ facit vnum corpus, vt inquit Alex.Rauden.in resp.24.num.42.vol.2.post Paul.de Castr.in consi.164.num.3. & seq.vol. 2. & Petr. Plaz.in epith.delict.lib.1.cap.22.nu. 10. Ad quod propositum plura alia cumulat Ioan.Philip. Prob. in addit.ad Glo.Io.Monaci in cap.statutum 2.num.16.de hæret.in 6. & in rubr. de renunt. num. 28. Frezz.in subfeud.lib.2.sub rub.quis dicatur Comes, nu.38.& seq.plenè Tiraq.in l.si vnquam, C.de reuoc.don.nu.15.cum plur.seq.& nouissimè Ioseph de Rustic.in proem.ad l.cum auus. ff. de condit. & demonstr.per tot. Ex hac autem naturali coniunctione inter parentes, & eorum liberos, multi oriuntur notabiles effectus, quos ex varijs iuris fontibus, & Doctorum authoritatibus simul componere, ac proprijs, magisque singularibus materijs exornare non inutile mihi visum est, Et vt ordinatè procedatur, totum hoc Opus in quatuor partes diuidam, Quarum Prima continebit effectus, quos patriæ potestatis vis erga liberos producit. Secunda demonstrabit effectus, quos parit naturalis obligatio, qua parentes erga liberos, & èconuerso iure sanguinis obstringuntur. Tertia, enarrabit effectus, qui ex reciproco amore inter genitores, & eorum filios oriuntur. Vltima ostendet effectus, quos producit naturalis vnio inter patrem, & filium, ita vt vnica persona reputentur. Quælibet vero pars in plura capita diuidetur, in quibus non omnia communia, sed quæ magis singularia, & notatu digna ad propositam materiam attinere videbuntur, quò magis ordinatè potero referre conabor.

TRACTATVS
DE VIRIBVS PATRIÆ POTESTATIS,
naturalisq; coniunctionis inter parentes,& eorum liberos.

AVTHORE

V. I. D. PHILIPPO PASCALI PATRITIO COSENTINO
Iudice Causarum Ciuilium Magnæ Curiæ Vicariæ, &c.

PARS PRIMA.

DE EFFECTIBVS PATRIAE POTESTATIS ERGA LIBEROS.

CAPVT PRIMVM.

Pater famis necessitate coactus potest vendere filios. Verùm si ad pinguiorem fortunam perueniat,tenetur illos redimere. Hæc conclusio multipliciter declaratur,Et hinc incidenter,sed plenè discutitur quæstio, An & quando vassalli inuiti possint alienari? Et si Princeps supremus concessit vassallis priuilegium perpetui demanij;an teneatur illud obseruare? & quid si concessum fuit ex causa onerosa? qua occasione multa alia notatu digna ad hãc materiam attinentia elucidantur.

SVMMARIVM.

1 *Patria potestas est de iure ciuili, & vocatur sacra,& est de iure publico.*
2 *In emãcipationib. requiritur iudicis decretũ,*
3 *Infans autem emancipari non potest,nisi per rescriptum Principis, quod supplet eius consensum, qui regulariter in alijs emancipationibus maiorum requiritur.*
4 *Legitimatio infantis an valeat sine eius consensu?*
5 *Patria potestat. multi sũt effectus, remissiuè.*
6 *Pater ob famis necessitatem potest vendere filium, sed si ad pinguiorem fortunam perueniat, tenetur eum redimere, num. 8. Et idem cauetur per leges Hispaniarum. nu. 7. Et hac potestas confirmatur etiam authoritate iuris diuini. nu. 9.*
10 *Pater ob famis necessitatem an possit filiũ pignorare? & an liceat eũ permutare? n. 11.*
12 *Potestas vendendi filium patri concessa non conceditur matri, neq; conceditur ipsi patri aduersus filium emancipatum, nu. 13.*
14 *Potestas vendendi filium an exerceri possit pro alia causa quàm famis.*
15 *Pater qui hac vtitur potestate, cur vocetur sanguinolentus.*
16 *Filium clericum an Pater vendere possit.*
17 *Pontifex potest clericos dare in obsides, Episcopus autem non.*
18 *Abbas non potest pignorare monacum, neque adire hæreditatem ei delatam sine eius consensu, sed alij tenent contrarium. nu. 19.*
20 *Pater vendendo filium, non censetur eius libertati derogare.*
21 *Pater an possit vendicare filium, qui se spontè venundari passus est.*
22 *Pater an possit obligare filios ad religionem? remissiuè.*
23 *Mater an possit obligare filium ad seruiendum? remissiuè.*
24 *Domino ob famis necessitatem licet vendere vassallum inuitum.*
25 *Vassalli inuiti regulariter alienari non pñt.*
26 *Princeps supremus non potest vnam ex suis Ciuitatibus alienare cõtradicentibus vassallis, & nu. 27.*
28 *Vassallorum interest in inferiorem Dominum non alienari, & nu. 29. 32. & 33.*
30 *Homo demanij si alienatur, potest dicere nolo esse alterius, quàm Regis.*
31 *Infeudationis contractus fuit incognitus populo Romano.*
34 *Ampliatur supradicta conclusio, etiam si alienatio fiat in æquè parem.*
35 *In donatione facta ecclesiæ per Constantinum totius populi consensus accessit.*
36 *Vassalli si alienantur inuiti, possunt impunè*

 resi-

resistere, & cogi non possunt ad praestandum iuramentum fidelitatis nouo domino. nu. 37.

38 Maior pars vassallorū si alienationē consentiat, alijs dissentientibus non praeiudicat.

39 Subditi si alienationi consentiant intuitu literarum Principis, metu eos consensisse praesumitur.

40 Consensus omnium Ciuium non praeiudicat eorum successoribus nondum natis.

41 Vassalli qui per triginta annos fuerunt in demanio Principis iuuantur praescriptione.

42 Priuilegium perpetui demanij tenetur Princeps obseruare saltem de honestate, & num. 43.

44 In Principe tanquam fonte iustitiae debet esse constans, & perpetua voluntas, & debet habere vnū calamū, & vnam linguā.

45 Princeps si promisit nunquam reuocare, nec reuocari facere priuilegium gratis concessum, ex hac speciali promissione obligatur ad perpetuam eius obseruantiam, obligatur enim Princeps ex fide data. nu. 46.

47 Promissio de non alienando vassallos est conformis iuris dispositioni, & ideo fortius ligat, & ex hoc duplici vinculo impeditur translatio dominij. nu. 48.

49 Priuilegium ex causa onerosa transit in contractum, & ex eo obligatur Princeps sicut priuatus.

50 Priuilegium ex causa onerosa obligat omnes Principis successores in eadem dignitate, etiam si concessio facta sit per Principem inuasorem, & tirannum sub nomine Regiae dignitatis, & obligat etiam successores in ea dignitate per electionem. nu. 51.

52 Princeps si non obligaretur ex contractu esset peioris conditionis quàm alij, nam priuaretur commercio.

53 Priuilegium concessum ob meritorum remunerationem dicitur ex causa onerosa.

54 Merita an debeant esse aequiualentia ad hoc, vt dicatur remuneratoria donatio? & quid in Principe? num. 55. Et an de eis credatur Principis assertioni? nu. 56.

57 Priuilegium demanij dicitur ex causa onerosa processisse, quando Ciuitas proprijs pecunijs se redemit.

58 Confirmatio priuilegij geminata habet vim clausularum ex certa scientia, motu proprio, & non obstantibus.

59 Confirmatio dicitur in forma specifica, quā do inseritur tenor priuilegij confirmati.

60 Confirmatio dicitur etiam in forma specifica, quando refertur substantia totius priuilegij confirmati.

61 Clausula ex certa scientia operatur confirmationem priuilegij nulli, & habetur ac si totus tenor priuilegij confirmati de verbo ad verbum esset insertus. nu. 63.

62 Princeps quod facit ex certa scientia in dubium reuocandum non est, & habetur ac si dixisset id facere velle de plenitudine potestatis.

64 Clausula quorum tenores habere volumus pro expressis quid operetur.

65 Clausula & de nouo concedimus, quid operetur, & nu. 66.

67 Confirmatio in forma communi operatur quod inde saltim oritur iusta causa praescribendi.

68 Conclusio, quòd Rex non potest alienare terras demaniales inuitis vassallis, limitatur primo, quando alienatio fit ex causa maximae necessitatis, & pro bono pacis.

69 Princeps auferens bona priuato ex causa publicae vtilitatis, tenetur ei iustum pretium soluere.

70 Causa alienandi bona demanialia debet esse adeò vrgens, vt ei aliter Princeps prouidere non possit.

71 Causa ob quam Principi licet à conuentione facta cum subditis recedere, debet esse noua, vel saltem ignorata tempore conuentionis.

72 Causa iusta non praesumitur in Principe ad finem recedendi à contractu, nec de ea standum est eius assertioni.

73 Multi autem Doctores tenent contrarium.

74 Sed verior probatur prima opinio.

75 Citatio partis requiritur quando Princeps reuocat ea, quae non dependent à simplici eius dispositione, quae frustratoria esset si Principis assertio sufficeret pro legitima causa. nu. 76.

77 Opinio tenentium quòd legitima causa praesumatur ex sola Principis assertione procedit, quando duo requisita concurrunt, vt nu. 78. & 79.

80 Verisimile non est, quòd Summus Princeps necessitate laboret, & ideo vix potest considerari casus, vt sub hoc colore maximae necessitatis liceat Principi alienare bona demanialia inuitis vassallis, & nu. 82.

81 Princeps enim in casu necessitatis potest imponere collectas, & alia subsidia, & potest collectare nedum subditos immediatos, sed etiā mediatos, & tēpore imminentis belli possunt etiam collectari bona clericorum.

87 Princeps potest reuocare priuilegia perpetui demanij, & alienare vassallos inuitos, quā do hoc facit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, sed contrarium probatur



IBERI omnes ex legitimis nuptijs procreati sub patria potestate cõstituti sũt. *l. 3. & 4. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur.* Eàmque à iure ciuili introductam fuisse probat *tex. in l. patre furioso. cum ibi not. per glo. in ver. moribus. ff. eod. titu.* Et eam vocari sacram, & esse de iure publico, inquit *Bal. in l. post mortem sub nu.*
2 *2. ff. de adopt.* Vnde infert hanc esse potissimã causam, quòd in emãcipationibus requiritur Iudicis decretum, nam quæ publici iuris sunt tolli non possunt nisi publica authoritate, vt
3 notat *Ang. in ead. l. post mortem nu.* 8. Imò infans emancipari non potest nisi per rescriptum Principis, sed in ea emancipatione non opus est, quòd interueniat eius consensus, licèt secus sit quando emancipatur filius maior, vt cauetur in *l. iubemus C. de emancipat. liber.* per quem tex. ibi dicit Ang. se destruxisse quãdam emancipationem, quæ erat damnosa cuidam infanti, ex quo facta erat sine Princi-
4 pis rescripto. Et per eandem l. dicit ibidem notabiliter Bart. quòd dùm fuisset Tusciæ interrogatus à quodam magno Aduocato, an valida esset legitimatio filij bastardi infantis sine eius consensu, respondit ex regula dictæ l. iubemus eam esse validam, quamuis regulariter in alijs legitimationibus requiratur consensus legitimati, vt cauetur in *§. illud, Auth. quib. mod. natur. effic. legit.* Multi autem sunt
5 huius patriæ potestatis effectus, quorum aliquos breuiter recensent *Arius Pinell. in rub. C. de bon. mater. in 2. par. nu. 3. & sequen. & Astan. Clem. in tract. de patr. potest. per totũ,* & nouissimè à me post hæc scripta visus *Ioan. à Monte allegre Hispanus in pract. ciuili lib. 2. de exercitat. practicar. action. cap. 1. §. 1. cum plur. sequen.* Nos verò pleniori calamo hanc materiam tractaturi, omissis leuioribus, q̃ notatu magis digna arbitrabimur in mediũ
6 afferemus. Primus autem, qui se mihi offert patriæ potestatis effectus est, quòd ob famis necessitatem lex permittit, quòd genitor possit vendere filium, ita tamen vt emptor quandocunque eius pretium offeratur, vel mancipiũ æquè bonum, teneatur eum patri restituere, vt expressè cauetur *in l. 3. cũ ibi not. per Bar. Bal. & alios C. de patr. qui filios distrax.* & notant hanc conclusionem *Cagnol. in l. non debet, nu. 4. ff. de regul. iur. plenè Syluest. Aldobrand. in §. 1. nu. 17. in stit. de patr. potest. Io. Bapt. Asinius in prax. iudiciar. in princ. cap. 1. num. 20. Hipp. de Marsil. in sing. 106.*
7 *nu. 16.* Quæ iuris communis dispositio fuit etiam recepta per leges Hispaniarum, vt patet *in 4. partita, tit. 17. in 8. & 9. lege cum ibi*
8 *not. per Gregor. Lopez.* Verùm si pater postquàm filium vendidit, ad pinguiorem fortunam perueniat, cogi potest ad eum redimendum, vt inquit *Bal. in cap. ex rescripto de iuretur. quem refert Io. Bapt. Asin. in citato loco nu. 22. Cagnol. in d. l. non debet, sub eodem num. 4. & Couar. in 3. lib. variar. resolu. cap. 14. sub nu. 5. vers. 5. ad eiusdem l. 2. interpre-*
9 *tationem.* Hæc autem potestas Patri concessa videtur etiam ex iuris diuini authoritate confirmari, legitur enim in sacra pagina in *Esdr. 2. cap.* 5. quòd populus fame oppressus in hæc verba prorupit, (filij nostri, & filiæ nostræ multæ sunt nimis, accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & viuamus,) quem locum sacræ scripturæ corruptè allegat *Tiraq. in tracta. de vtroque retract. §. 26. glo. 1. nu. 17.* multa referens exempla nonnullorum patrum, qui huiusmodi potestate vendendi filios ob famis necessitatem vsi fuerunt, Idq; etiam euenisse tempore Maximia-
10 ni Imperatoris testatur *Euseb. in lib. histor. Ecclesiast. in cap.* 8. Dubia verò quæstio est, an sicut Pater famis necessitate coactus potest vendere filium, eadem quoque ratione possit eum pignorare? *glo. enim in d. l. 2.* in secunda opinione per eam relata, videtur tenere, quod non, quia facilius induceretur Pater ad pignorandum, quam ad vendendũ filium, vt inquit *Ias. in l. in suis nu. 28. ff. de liber. & posth. & Molin. de primog. hisp. lib. 4. cap. 5. num. 13.* Sed contrariam opinionem magis communẽ esse refert *Amese. in tract. de potest. in se ips.*
11 *lib. 2. cap. 14. nu. 27.* Nec minus dubitabilis quæstio est, An liceat patri permutare filium cum aliquo fundo, ex quo possit se alere, in quo articulo *Bal. in d. l. 2. nu. 4. & Saly. nu. 5.* concludunt quòd non, sed contrarium pluribus rationibus verius esse affirmat *Arius Pinell. in rubr. C. de bon. mater. in 2. par. nu. 26.*
12 Hæc autem facultas vendendi filium ob necessitatem famis, cùm patriæ potestati solùm tribuatur, ideò eam matri non communicari asserit *glo. in d. l. 2.* Et licet contra eam multis argumentis inuehat *Cornel. Benincas. in tract. de paupert. in 7. quæst. priuil. 5. nu. 17.* Nihilominus à dicta glo. opinione recedendũ non est, quam plenè defendit *Arius Pinell. in d. 2. par. rubr. de bon. mater. nu. 22. & Rebuff. in tract. de priuil. scolar. priuil. 177. num. 5.*
13 Eademque ratione hanc potestatem denegandam esse etiam patri aduersus filium emancipatum, probat *Arius Pinel. in eod. loc. nu. 23.*

An

14 An autem ex alia causa quàm famis possit huiusmodi potestas exerceri, vt puta pro redimendo patre ab hostibus, vel alia simili æquè vrgenti. *Bal. tangit hanc quæstionem in ead. l.2. nu.5.* Et concludit, quòd non, nam cùm ea lex sit contra naturalem rationem, non debet extendi, & cum hac opinione concordant *Couar. in d. cap. 14. sub nu. 4. vers. tertio etiã, & Gregor. Lopez in d. l. 8. tit. 17. in 4. partit.* licet contrarium teneant *Cornel. Benincas. in d. tract. de priuil. pauper. in 7. quæst. priuil. 5. nu. 16. & plenè Arius Pinel. in ead. 2. par. rubr. de bon. mater. num. 27.* Hinc est, quòd
15 Imperator in d. l. 2. patrem qui hac vtitur potestatte, sanguinolentum appellat, quasi quod iusto dolore commotus semetipsum sibi tanquam sanguinolentum accuset, licet in aliquibus codicibus non legatur sanguinolẽtus, sed sanguinolentos, ita vt non ad patrem, sed ad filios illa dictio referatur, iuxta quam lecturã aliqui Doctores sanguinolentos illos filios intelligunt, qui recenter nati sanguineis maculis adhuc aspersi sunt, asserentes propterea hanc paternam potestatem ad illos tantùm filios esse restringendam, non ad alios maioris ætatis, sed communior est prima lectura, per quam paterna potestas ampliatur, vt egregiè explicant doctissimus *Couar. in d. cap. 14. nu. 4. vers. primum etenim, & subtilis Arius Pinell. in citato loco nu. 28. & seq.* Dubitant
16 etiam Doctores in hac materia, an eadem potestas concedatur patri in eius filium clericũ, & communis resolutio est, quòd non, quasi impium videatur, vt ille qui immortalis Dei seruitijs addictus est, hominibus immũdis seruire cogatur, vt inquit *Host. in cap. Iudæorũ, de ætat. & qualit.* cuius opinionem communiter approbari testantur *Io. Bapt. Asin. in d. cap. 2. nu. 23. Gerar. de Petr. san. in sing. 100. nu. 16. Hipp. in sing. 101. Cornel. Benincas. in d. q. 7. priuil. 5. nu. 29. & Gregor. Lopez in d.*
17 *l. 8. in ver. puede vender.* Solus enim Summus Pontifex clericos dare potest in obsides, Episcopus autem non, vt communiter affirmant *Doct. in cap. ex rescripto, & præcipuè Abb. nu. 8. in fi. & Alex. de Neuo num. 34. de iureiur. Rom. in sing. 505. Petr. Belin. in tracta. de re milit. par. 11. nu. 15. & seq. & Barbos. in l. alia. §. eleganter, nu. 41. ff. sol. matri.*
18 Vnde etiam Abbas non potest pignorare Monacum, secundum *Bal. in d. cap. ex rescripto. nu. 1.* Sicut enim Abbas non potest adire hæreditatem Monaco delatam, nisi accedat eius consensus. *l. acquiritur §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* cùm ius adeundi sit inseparabile à persona. *l. paulus. ff. de acquir. hæred.* Ita etiam multo minus poterit eum inuitum alteri tradere, licet secus sit in seruo, *l. interdum, §. qui furem ff. de furt. & l. pen. ff. de cõdit. ob turp. caus.* & cùm hac opinione concordant etiam *Rom. in d. sing. 505. & Petr. Belin. in d. tract. de re milit. in 11. par. nu. 18. & seq.* Sed con-
19 trarium tenent in eod. cap. ex rescripto, *Abb. nu. 8. Fely. num. 3. & Alex. de Neuo num. 33. & alij relati per Barbos. in d. §. eleganter, sub num. 41. & Amesc. in d. tract. de potest. in se ipsf. lib. 3. cap. 14. num. 29.* Ea potissimum ratione moti, nam Monaco non licet resistere, neque contradicere voluntati Abbatis, cùm eius voluntas in totum à sui Abbatis voluntate dependeat, *cap. si religiosus, de elect. in 6. & cap. non dicatis 12. quæst. 1.* Vnde detinẽs monacum inuitum cum licentia, & voluntate Abbatis excommunicationis pœnam non incurrit, vt probat idem *Amesc. in citato loco*
20 *in fine, sub nu. 37.* Prætereundum quoque non est, quòd pater vendendo filium in casu necessitatis non censetur derogare eius libertati, cùm hoc sit expressè prohibitum, per *tex. in l. fin. C. de patr. potest.* & ideo filius venditus non efficitur seruus, sed seruiens, vt notabiliter dixit *Paul. de Castr. in dict. l. fin.* quem refert *Cornel. Benincas. in d. tract. de paupert. in 7. par. priuil. 5. nu. 27. & Gregor. Lopez. in d. par. 4. tit. 17. leg. 9. in ver. en libre*
21 *dumbre.* An autem si filius sponte venundari passus est, pater eum vendicare possit? communis resolutio est, quòd potest si venditionem ignorauit, aliàs secus, vt testantur *in §. seruitutem. Io. Fab. nu. 3. Aret. nu. 7. & plenè Syluest. Aldobrand. nu. 22. instit. de iur. personar. & alij relati per Amesc. in d. tract. de potest. in se ipsf. lib. 2. cap. 17. sub num. 21.* Sed
22 an pater obligare possit filios ad religionem? vide *cap. 2. cum alijs seq. 20. quæst. 1. glo. in l. diutius C. de agricol. & censit. lib. 11. & Hostien. in summa de regular. §. sed vtrum, ver.*
23 *si igitur.* Et an Mater possit obligare filium ad seruiendum pro certa mercede? vide *Luc. de Penn. in l. 1. C. de fug. colon. patr. lib. 11. Vrsill. in decis. 307. nu. 1. & Io. Vinc. de Ann.*
24 *in sing. 336.* Vltimò ex eadem ratione dictæ l. 2. Doctores inferunt, quòd etiam Domino in necessitate famis constituto licet vendere vassallum inuitũ, vt refert *Cornel. Benincas.*
25 *in d. q. 7. in 5. priuil. paupert. nu. 24.* Regulariter enim vassalli inuiti alienari non possunt, nec feudi dominium eis contradicentibus in alium dominum transferri potest, vt apertissimis verbis probatur *in cap. 1. §. ex eadem lege de l. Corrad. & in cap. Imperialem §. præterea ducatus, in fine, de prohib. feud. alien. per Feder. & in spetie notant glo. in l. inuitus ff. de fideicom. libert. Fely. in cap. dilecti, sub*

nu.1.de maiorit.& obed.& ibidem Hostien.
Io.Andr.Abb.& omnes alij Doct.Bal.in cap.
in generali,nu.2.si de feu.fuer.controuer.in-
ter Dom.& agnat.& latius in cons.326. in-
cip.Rex Romanorum, lib.1.& in cons. seq.
nu.5.Crauett.in cons.54.nu.3.& plenius in
cons.241.nu.6. lib.2.latè Neniz.in cons.12.
inter cons.feud.Alber.Brun.nu.109.& seq.
& alij plenè relati per Rol.à Vall.in cons.1.
nu.34. & seq. lib.1.& per Bursat.in cons.
160. nu.1.lib.2.& in cons.350. nu.1.lib.4.
26 Qui omnes concludunt, quòd etiam supre-
mus Princeps non potest vnam ex suis Ciui-
tatibus in inferiorem dominum alienare, cõ-
tradicentibus vassallis, & licèt Dec. tenuerit
contrarium in l. debitorum nu.2. C.de pact.
tamen valdè pauci eius opinionem sequun-
tur, quos refert Cam.de cur.in diuersor. iur.
27 feud.fol.8. nu.37. Supradicta autem conclu-
sio est ab omnibus communiter recepta, ita
quòd eam veram esse sicut Euangelium ausus
fuit dicere Luc.de Penn.in l.1.col.pen. C.de
capit. ciu. cens.exim.lib.11. & pro ea plures
alios concordantes cumulant Lud. Gomez
in §.item seruiana nu. 41. inst.de act.Hiero.
Grat.in cons. 147. nu.5. & seq. lib.2. Surd.
in cons.323.nu.1.& seq.vol.3.Iul.Clar.in §.
feud.q.28.Petr.Duen.in reg.215.Ant.Gabr.
in 3.lib.commun.conclus.in tit.de iure quas.
non tollen.concl.8.& Vinc.de Franch.in de-
28 cis.17.nu.2. Interest enim vassallorum æqua-
litatem seruari, ita vt sicut ipsi prohibentur
alienare feuda inuitis dominis, ita etiam do-
mini alienare non debeant, non consentien-
tibus vassallis, nam ex natura correlatiuorum
ad imparia iudicari non debent, prout ita
arguendo probat Bursat. in dicto cons. 160.
29 num.4. & sequent. Vltra quòd valdè etiam
subditorum interest nõ exire de gubernatione
regia, & de liberis fieri seruos, ac nouum ex-
periri Dominum, siquidem nomen regium ad
dignitatem honorisq; præheminentiam per-
tinet, nomen verò Domini potius tirannidẽ
præfert, vt notabiliter inquit Luc.de Penn.in
d.l.1. C.de capit.ciu.censib.exim.lib.11. Vn-
30 de inquit Andr. in d.cap. imperialem §. nec
dominus sub nu.45. quòd homo demanij si
alienatur potest dicere, nolo esse alterius
quàm Regis, inferior enim Dominus in quẽ
fit alienatio pro primo titulo solet suos subdi-
tos appellare rusticos, & eos adeò excoriat, vt
vix precarium vitæ spiritum illis dimittat,
verba sunt formalia Bal.in l.ex hoc iure ad fi-
nem ff.de inst.& iur.quem refert Ant.Rub.
31 in cons.96.sub nu.1. Hinc notabiliter inquit
Ias. in tract.de feud. nu.33. quod contractus
infeudationis fuit incognitus populo Roma-
no, nã si Romani illud sciuissent, exosum ha-
buissent, quia continet seruitutem personarũ,
& rerum, & tribuit iurisdictionem singulari-
bus personis, quæ non debet esse nisi penes
Principem vel eius magistratus, l. non est sin-
32 gulis ff. de reg. iur. prout refert Crauett. in
d.cons.241.nu.15. Interest etiam subditorum
magis esse sub supremo dominio, quàm sub
paruo, tùm quia sunt magis tuti, cùm etiam
quia dùm transferuntur inferiori, mutatur
eorum conditio, quia tenentur iurare fidelita
tem minus digno, vt inquit Rol.à Vall.in d.
cons.1.nu.37. lib.1.& indecens est eis habere
dominum inferiorem seu inæqualem primo.
Vndè sicut Dominus nõ cogitur habere vas-
sallum quem non vult, ita vassallus cogi non
debet habere Dominum cui seruire est inde-
corum, vt considerat Octau.Cacheran.in cõs.
49.nu.9.& seq. nam vt idem subdit nu.11. do-
minus tueri, & conseruare debet dignitatem
vassallorum, non minuere, nec eorum condi-
tionem deteriorem facere. Vndè inquit Bal.
in cons.327. nu.4.lib.1. quòd Imperator non
potest mutare statum, nec minuere honorem
veterum vassallorum, per tex.in §.præterea,
33 Auth.de referendar.sacr.palat. Vltra quòd
quando fit translatio à Rege in inferiorẽ do-
minum, multis oneribus vassalli subijciũtur,
iux. not. per Bal.in l.1.in q.32.ff.de rer.di-
uis. & alios relatos per Rolan.à Vall.in d.
cons.1.nu.39.& tenentur vtili Domino præ-
stare adiutoria, & subuentiones in pluribus
casibus, vt in constit.Regn.quamplurimum,
& in constit.seq.sub tit.de adiutor.exig.pro-
ut considerat Vinc.de Franch.in d.decis.17.
nu.2. & seq. Nec desunt aliæ rationes, quas
pulerè ad hoc propositum considerant Rip.
in cons.179.nu.3.Neniz.in d.cõs.12.nu.109.
& plenè Affl.in d.cap.1.§.præterea ducatus,
in 3.not.nu.20.et seq.de probib.feu.alien.per
34 Feder. quæ penes eos videri possunt. Hanc au-
tem conclusionem aliqui ampliant procede-
re etiam si alienatio fieret in æquè parem, &
idoneum dominum, prout in specie tenuerũt
Cyn.in l.1.C.de nouat.& ibidem Salyc.nu.2.
& Io.Fab.in §.1.num.5. instit.de assign.li-
bert. quos refert Cacher.in d.consi.49.nu.8.
35 & Bursat.in d.consi.160.num.3. Hinc est,
quòd in donatione quam fecit Constantinus
Romanæ Ecclesiæ totiùs populi Romani cõ-
sensus accessit, vt patet ex cap. Constantinus
96.dist. Et animaduertit Bald.in cap.1.§.in
generali, vers.quæro vtrum Rex, si de feud.
fuer. contr. int. dom. & agnat. quem refert
Menoch.in consi.32.nu.21.lib.1. Ampliatur
36 etiam hæc conclusio, quòd si dominus supe-
rior alienat Castrum inuitis vassallis, eis licet
propria

propria authoritate se defendere,& nouo Domino resistere, vt testantur *Neuiz. in d. consi. 12. nu. 113. & seq. Rip. in 2. lib. responsor. cap. 25. Crauett. in d. consi. 241. sub nu. 16. Bursat. in d. consi. 350. num. 11. & alij, quos refert Ludouic. Morot. in respons. 45. num.* 18. Ego autem nunquam huic opinioni me subscriberem, cum sit in actu practico valde periculosa.
37 Et quod eo casu vassalli cogi non possunt ad præstandum iuramentum fidelitatis nouo domino, tradit *Ias. in l. debitorum sub nu. 7. C. de pact. post Cyn. in l. 1. C. de nouat. quem refert Bursat. in d. consi. 350. sub num. 11. & Ant. Gabr. in d. conclus. 8. num. 6.* Item am-
38 pliatur hæc conclusio, quòd etiam si maior pars vassallorum sponte consentiat alienationi, nihilominus, ex quo eorum consensus tendit contra libertatem, ideò non possunt alijs dissentientibus præiudicare, sed minoris partis contradictio præfertur, vt affirmant *Neuiz. in d. consi. 12. num. 116. Duenn. in d. reg. 215. in 3. ampliat. & Gabr. in d. concl. 8. nu. 7.*
39 Imò si omnes subditi huiusmodi alienationi intuitu literarum Principis fortè consentirent, ille cõsensus præsumeretur meticulosus, vt notabiliter considerant *Paul. de Castr. in consi. 70. incip. quia frustra, sub num. 6. vers. item non obstant, lib. 1. & Neuiz. in allega-*
40 *to consi. 12. nu. 115.* Aliud quoque notabilius affirmat *Paul. de Castr. in d. cõsi. 70. sub eod. nu. 6. vers. plus dico*, quòd si omnes Ciues spõtè consentiant, eorum tamen consensus non præiudicat successoribus nondum natis tempore alienationis, quæ conclusio confirmatur ex not. per *Vasq. in tract. Illustr. controuers. lib. 2. cap. 82. nu. 9. quem refert Bursat. in d.*
41 *consi. 160. nu. 10.* Alia huius conclusionis ampliatio sumi potest ex doctrina *Andr. in cap. imperialem. §. nec dominus nu. 48. de probib. feud. alien. per Feder.* qui notabiliter dicit, quòd vassalli qui per triginta annos fuerunt in demanio Regis possunt se præscriptione tueri, & dicere Regi, promisisti nos tenere sẽper in demanio, idq; solum probabunt ex longa possessione, *ex reg. tex. in l. cùm de in rem*
42 *verso. ff. de vsur.* Quæ conclusio multò fortius procederet, quando Rex concessisset alicui Ciuitati priuilegium perpetui demanij, & eam promisisset nunquam alienare, nam licet priuilegium gratis concessum Princeps ad sui libitum reuocare possit, iux. not. per *Bal. in l. qui se patris, sub num. 10. C. vnde lib. Socy. in consi. 87. nu. 13. & seq. lib. 3. Paris. in cõs. 12. nu. 224. vol. 2. & alios relatos per Gramm. in*
43 *decis. 46. num. 6. & seq.* Tamen hoc facere Princeps non debet, saltem de honestate, etiã si priuilegium esset ex mera gratia concessum, prout suadet *text. in lege inter claras. C. de summa trinit. & fide cathol.* cùm nil clarius in eo refulgeat, quàm recta fides, non enim posse fieri dicendum est, quod honestè fieri nõ
44 licet, *l. nepos proculo. ff. de verb. signific.* Vnde notabiliter dixit *Bald. in consi. 279. vol. 3.* quòd in Principe tanquàm fonte iustitiæ debet esse constans & perpetua voluntas, eique cõuenit illud verbum, semel locutus est Deus, debetque habere vnum calamum, & vnam linguam, iuxta illud quod scriptum est, quæ processerunt de labijs meis non faciam irrita, & ideo debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo, prout inquit *Curt. iun. in consi. 170. in fi. quem refert Rol. à Vall. in consi. 13. nu. 52. cum plur. seq. vol. 3. & Surd. in consi. 419. num. 46. & seq. lib. 3.*
45 Imò si huiusmodi priuilegium Princeps specificè promisit nunquam reuocare, sed illud perpetuò seruare, & seruari facere, tunc hæc specialis promissio operatur, quòd etiam simplex priuilegium gratuitum efficitur penitus irreuocabile, vt notabiliter affirmant *Cephal. in consi. 342. num. 64. & seq. lib. 3. & Surd. in*
46 *consi. 419. num. 68. lib. 3.* Princeps enim obligatur ex fide data, & ad eius obseruantiam tenetur ipse, & omnes eius hæredes, vt notat *Afflict. in cap. si quis fecerit, sub num. 5.*
47 *quo temp. miles.* Nam cùm hæc promissio de non alienando terras demaniales sit conformis iuris dispositioni, quæ similiter prohibet vassallos inuitos sub alterius dominium trãsferri, ideò fortius ligat, nam duo vincula magis stringunt, iux. not. per *Doct. in l. filiusfamilias §. diuiss. de leg. 1. Menoch. in cons. 95. num. 124. lib. 1.* & alios ad hoc propositum relatos per *Cephal. in d. consi. 342. nu. 62. & seq. Bursat. in consi. 350. nu. 10. lib. 4. & Ludou.*
48 *Morot. in respon. 45. nu. 11.* Imò hoc duplex vinculum operatur, quòd impeditur translatio dominij in acquirentem, vt pulchrè inquit *Curt. iun. in consi. 174. nu. 19. & Surd. in consi. 323. num. 3. lib. 3.* Et multò fortius hæc conclusio procedit quando res non est integra, vt puta quia gratia à Principe concessa sortita est suum effectum, nam licet ab initio tanquam gratis concessa potuisset fortè reuocari, nihilominus post effectum consumatum non admittitur amplius reuocatio, vt plenè probat doctissimus Rouit. omninò videndus in commentar. super *pragm. 1. de reuocat. gra-*
49 *tiar. à nu. 2. vsque ad finem.* Si verò huiusmodi priuilegium non esset simpliciter gratuitũ, sed concessum esset ex causa onerosa, tunc trãsiret in contractum, ad cuius obseruantiam non solùm tenetur ipse Princeps ad instar cuiuslibet priuati, *iux. not. per Doct. omnes in l.*

digna

digna uox C. de legib. & in cap.1. de probat. Bald.in l.qui se patris,sub num.10.vers. hoc scias C.unde lib.plenè Crauett.in consi.241. nu.12.Rol.à Vall. in consi.13.num.45.lib.3. Grammat.in decis.65.num.25.& seq.& alios plenè relatos per Ant.Gabr.in 3.lib. commu. conclus.sub titu. de iur. quæsito non tollen.
50 concl.5.num.1. Sed etiam obligantur omnes eius successores in eadem dignitate,vt ex com muni Doctorum sententia testantur Rolā. à Vall.in consi.1.num.40.& seq.lib.2. & in d. consi.13.num.33.& seq.lib.3.Suarez in alleg.9.nu.4.& in alleg.10.nu. 3.plenè Tiraq. in repet.l.si vnquam C. de reuoc. donat. in ver.donatione largitus num.13.& seq.& in tract.de iur.primogen.quæst.35.num.20.& seq.Gabriel in d.conclus.5.nu.2.Bolognett.in consi.1.nu.176.Io.Arz.ab otbalor.in tracta. de nobilitat. hispan.in 4.par. princip. cap.5. num.9.& seq.plenissimè Surd. in consi.140. nu.38.& in d.consi.419.nu.5.& seq. Ludou. Morot.in d. respon.45.num.9. & alij relati per Regium Consiliarium Io.Andr.de Georg. in alleg.15.num.13.& seq. qui notabiliter affirmat, quòd etiam concessiones factæ per inuasorem, & tirannum sub nomine dignitatis obligant legitimum successorem iure proprio in eadem dignitate ad earum obseruantiam.
51 Imò quòd obligantur etiam successores in ea dignitate per electionem ex multorum doctorum sententia refert Peregri. in tracta. de
52 iur.fisc.lib.1.tit.3.nu.45. Et ratio est,nam si Princeps,& eius successores non obligarentur ex contractibus, sequeretur, quòd Principes essent peioris conditionis, quàm quilibet priuatus, tùm quia nemo vellet contrahere cum eis,tùm etiam quia si ipsi non obligarentur alijs, necessariò fatendum esset, quòd ex natura correlatiuorum nec alij obligarentur ipsis, & consequenter priuarentur commercio,vndè benè inquit Bald.in l.Princeps ff.de legib.quòd si hoc esset verum fieret exulis,qui debet esse omnium præsul, vt refert Ias. in consi.1.sub nu.1.lib.1.& Rol.à Vall.in consi.
53 45.nu.10.vol.3. Dicitur autem priuilegium ex causa onerosa procedere, & in contractum transire quando conceditur ob meritorum remunerationem,iux.plenè not. per Grammat. in decis.65.nu.24.& seq.Io.Franc.de Pont. in consi.60.num.22.& Bolognett.in consi.1.
54 num.176. Et quamuis aliqui dicant,quòd ad hoc vt dicatur remuneratoria donatio, oportet quòd merita sint æquiualentia, vt refert Tiraq.in d.l.si vnquam in ver.donatione largitus,num.81.& plenè Io.Lopez in rubr. de donat.int.vir.& uxor.§.50.num.26.& seq.
55 Hoc tamen fallit in Principe donante, seu aliquid concedente ob causam remunerationis, satis enim est, quòd seruitia Principis liberalitati conueniant, vt ex communi Doctorum sententia refert idem Tiraq. in citato lo-
56 co nu.84.& seq. Nec opus est,quòd aliundè merita probentur, quàm ex eiusdē Principis assertione,cui credendum est,vt plenè probāt Natt.in consi.122.nu.7.lib.1.Decian.in cōsi. 28.nu.38.& seq.lib.1.Surd.in consi.419.nu. 65.& seq.plenè Camill.Borrell.in consi.1.nu. 140.& seq.et Franc.Mugnoz de Escobar.in tract.de ratiocin.cap.24.nu.32.et seq. Nihil enim regali celsitudini magis proprium, & conueniens est quàm liberalitas, & vt bene merentibus benefaciat,vt inquit Io.de Amic. in consi.101.num.6.& Socy.iun. in consi.68.
57 num.180.vol.3. Dicitur etiam priuilegium demanij ex causa onerosa processisse, & habere vim contractus irreuocabilis, quādo aliqua Ciuitas seu castrum proprijs pecunijs se redemit,ad hoc vt fieret de Regis demanio, in quo Rex eam perpetuo manutenere, & nunquam alienare promisit, vt plenè probant Crauett.in d.consi.241.nu.10.cum seq. Dec. in consi.292.nu.7.Octau.Caeber.in consi.26. per totum,Cephal.in consi.168.nu.29.et seq. lib.2.Capyc.in decis.166.in 1.dub.ex num.1. vsque ad nu.4.et alij relati per Camill. Borrell.in addit. ad Bellug. in specul. Princip. rub.1.in lit.n.vers.limitant secundo,et vlti-
58 mo. Et multo fortius huiusmodi priuilegia obseruanda sunt, si fuerunt confirmata non solum à concedente, sed etiam ab alijs successoribus, nam geminata cōfirmatio habet vim clausularum ex certa scientia, motu proprio, & non obstantibus, vt notabiliter refert Rui.
59 in consi.196.nu.5.vol.1. Præsertim si confirmationes sunt in forma specifica cum insertione tenoris priuilegij confirmati iux.not. per Dec. in rubr. de confirm.vtil. vel inutil. nu 9.et in cap.pen.nu.1.eod.tit.Cott.in memorab.in ver.confirmatio fit duobus modis, et plenè Lanar.in consi.21.num.1.et seq. Et
60 idem est si priuilegij confirmati substantia summatim, & seriosè saltim referatur, vtroq; enim modo confirmatio dicitur in forma specifica, & idem operatur, ac si esset noua concessio,vt affirmant Ias. in aut b.si quis in aliquo documento in fine C. de eden. et in repet. l.admonendi ff.de iureiur. in 1.lect.num.39. et in 2.lect.nu.33. Fely.in cap.2.num.10.et Dec.num.5.de rescript.Franc.Aret.in consi. 76.in 3.dub.Roman.in consi.327.sub num.7. Bellon.in consil.35.num.7.plenè Ruin.in consi.31.num.7.volum.1.Honded.in consil. 70.num.31.volum.2.Grammat.in decis.59. nu.22.Lanar.in consi.76.nu.1.Fab.de Ann. in

in conſi.51.nu.6.Surd.in conſi.419.num.22.
et ſeq. lib.3. et Rot. Rom. in 2. par. diuerſar.
61 deciſ.in deciſ.36.num.9. Quæ concluſio for-
tius procedit ſi in verbis diſpoſitiuis priuile-
gij confirmantis adeſt clauſula ex certa ſcien-
tia, quæ operatur, quòd etiam ſi primum pri-
uilegium relatum eſſet penitus nullum vel re-
uocatum, cenſetur denuò confirmatum ſubla-
to quouis abuſu, & defectu, vt pulchrè notant
Oldrad.in conſ.257.nu.12.& ſeq.& Lanar.
62 in d.conſi.21.ſub nu.2. Nam id quod Prin-
ceps facit ex certa ſcientia in dubium reuoca-
ri non poteſt, & habetur ac ſi dixiſſet id velle
facere de plenitudine poteſtatis, ſecundum
gloſ.in cap.ad hæc, de reſcript, Bald. in l. eos
nu.1.C.de appellat.Crauet.in conſi.187. nu.
18.Hieron.Grat.in conſ.9.nu.126.vol. 1.&
Molin.in tract.de primogen.hiſp. lib.2.cap.
63 7.nu.17. Et eo caſu habetur, ac ſi totus tenor
priuilegij confirmati de verbo ad verbum eſ-
ſet inſertus; vt notant Alex.in conſi.16.num.
29.vol.5.& Surd.in d.conſi.419.nu.23.lib.3.
64 Et idem eſt ſi adeſt clauſula, quorum tenores
haberi volumus pro expreſſis, iux. not. per
Gramm.in deciſ.66.nu.35.& ſeq.& Crauet.
in conſi.126.nu.7.& alios relatos per Rouit.
in commenoar.ſup.pragm.4.edita Thori, de
65 poſſeſſ.non turban.nu.15. Et idem operatur
clauſula, & de nouo concedimus, vt in ſpetie
notant Rui.in conſ.31.ſub nu.6.vol.1.Surd.
in d.conſ.419.nu.25.Lanar.in d.conſi.21.nu.
4.et ſeq.et Io.Vinc.de Anna in alleg.47.n.15.
66 Cui concluſioni non repugnant tradita per
Regen.Io.Franc.de Pont.in conſ.70.nu.63.
et ſeq. Loquitur enim de ſimplici confirma-
tione in forma communi conceſſa ad petitio-
nem partis aſſerẽtis habere priuilegium, quod
petijt confirmari. & quatenus opus eſt de no-
uo concedi, eo tamen non exhibito, nec eius
ſubſtantia ſaltim compendioſè explicata, quo
caſu benè concludit, quod cum huiuſmodi cõ-
firmatio aliquod ius non tribuat priuilegio
confirmato, iux.not.per Dec.in cap.1.nu.43.
et ſeq.de confirm.vtil.vel inutil. ideò omnes
clauſulæ ſubſequentes regulantur a principali
Principis intentione, & conſequenter nihil
vltra operari poſſunt ex not.per Andr.in cap.
1.de vaſſall decrep. ætat. Secus verò eſt quan
do clauſula, & de nouo concedimus, appo-
ſita eſt in verbis diſpoſitiuis priuilegij con-
firmantis, & in eo refertur tota ſubſtantia
priuilegij confirmati, in quo caſu propriè lo-
quuntur Doctores ſupra allagati. Omittendũ
67 autem non eſt, quòd licet confirmatio in for-
ma comm[illegible]i non operetur ad omnimodam
actus validitatem, nihilominus inde ſaltim
oritur iuſta præſcribendi cauſa, adeò quòd ac-
cedente poſtea curſu longiſſimi temporis vl-
tra annos quadraginta, hoc ſufficit ad legiti-
mam præſcriptionem inducendam, vt nota-
biliter dixit Abb.antiquus in cap.dudum, de
elect.relatus per Molin.de primogen.hiſpan.
lib.2.cap.6.nu.54.et in cap.ſeq. nu.11. quam
concluſionem nouiſſimè confirmat Regius
Conſiliar. Rouit..in commentar.ſup.pragm.
4.edita Thori, de poſſeſſ.non turban.num.20.
68 Supradicta autem concluſio, quòd Rex non
poteſt inuitis vaſſallis alienare terras dema-
niales, multas habet limitationes, quarum
prima eſt, quòd non procedit quando aliena-
tio fit ex cauſa maximè neceſſitatis, iux. not.
per Salyc.in l.1.ſub nu.2 C.de nouat. Alex.
in l.2.ſub num.29 ff.ſol.matr. et in conſi.25.
ſub nu.20.vol.5.Ant.Gabr.in d.concl.8.ſub
tit.de iur.quæſito non tollen.nu.12.et Ludo-
uic.Gomez.in d.§.iter ſeruiana, num. 45.
præſertim ſi fit pro bono pacis, nam eius in-
tuitu receditur a regulis iuris, vt inquit Bald.
in l.vn.in princ. C. de caduc. tollen. et notat
in ſpecie Capyc.in d.deciſ.166.nu.6. Poteſt.n.
Supremus Princeps pro bono pacis, & ob pu-
blicã vtilitatem res priuatorũ et in totum au-
ferre, vt refert Crauet.in conſ.264.nu.10.ex
not.per Bal.& Ang.in l.bene à Zenone C. de
quadr. praeſcr. quam concluſionem confir-
mant etiam Capyc in deciſ.51.nu.12.& alij
plenè allegati per Ant. Gabr.in d.tit. de iure
quæſito non tollen.concl.2.nu.1.& per Rol.à
Vall. in conſ.69 nu.1.& ſeq.vol.2.& in cõſ.
69 71.nu.1. vol.3. Verum tamen eſt quòd quan-
do Princeps aufert alicui priuato bona pro-
pria ex cauſa publicæ vtilitatis, & pro bono
pacis, tenetur ei iuſtum pretium ſoluere, vt
plenè probant Roder. Suar.in alleg.10.per to
tam Natt.in conſ.160.nu.40.lib.1.Rolan.à
Vall.in d. conſ.69.per totum lib.2.& in d.
conſ.71.lib.3.& alij quos copioſè refert Ant.
Gabr.in d. concluſ.2. nu.25. Et licèt contra-
riam opinionem pluribus argumentis defen-
dere auſus fuerit Bero.in cap.quæ in eccleſia-
rum, nu.166.de conſt, Eum tamen acriter re-
prehendit, & omnia eius fundamẽta reſoluit
Hyp.Riminal.in repet.eiuſdem cap.nu.286.
& ſeq. & eandem concluſionem confirmant
Io.Vinc.de Ann.in alleg.69.nu.49.& ſeq.&
Peregr.in tract.de iur.fiſc. lib.5.tit.2.nu.52.
70 Sed eam dupliciter limitant, vt apud eos vi-
deri poteſt. Immo pretium ſolui debet an-
tequam res auferatur, vt ex multorum ſenten
tia, & legum authoritate plene probat Don
Garz. Maſtrill.in tract. nouiter impreſſo de
magiſtratib.lib.3.c.4.nu.358.& ſeq. Pro hu-
ius autẽ limitationis vera declaratione multa
ſunt conſideranda, primo enim eſt animad-
uer-

uertendum, quòd non quælibet causa est suffi-
ciens ad alienandum huiusmodi bona dema-
nialia, sed oportet eam esse adeò vrgentem, vt
ei aliter Princeps prouidere non possit, nec
aliunde valeat inuenire pecuniam, vt notabi-
liter inquit Capyc. in d. decis. 166. sub nu. 5
vers. sed vis stat in causa ista. tunc enim pro
bono pacis permissū est ius tertij auferri, quā-
do aliter pax haberi nō potest, vt refert Ias. in
l. Gallus. §. & quid si tm, in 2. lect. nu. 28. ff. de
liber. & posth. ex not. per Ancbar. in cōs. 161.
& Fel. in d. cap. quæ in ecclesiarum, sub nu.
53. vers. si tamen pax. de constit. & idem quo
que affirmat Crauett. in cons. 276. sub nu. 7.
71 vers. secundo respondeo, lib. 2. Secundo obser
uandum est, quòd causa ob quam Principi li-
cet a conuentione facta cum subditis recede-
re, debet esse noua, vel saltim ignorata tempo-
re conuentionis, vt benè animaduertit Ias. in
cōs. 1. nu. 6. vol. 1. & alij plenè relati per Pe-
regr. in d. tract. de iur. fisc. lib. 1. tit. 3. nu. 67.
& plenè per Rol. à Vall. in d. cons. 1. nu. 158.
72 et seq. lib. 2. Tertio considerandum est, quod
causa iusta non præsumitur, ob quam Prin-
ceps possit se à contractus obseruantia excu-
sare, nec de ea standum est simplici eius asser-
tioni, sed eius veritas, & iustitia aliunde pro-
banda est, alioqui semper esset in facultate
Principis contra omnes iuris regulas conuen
tiones factas non obseruare, vt plenè probant
Dec. in d. cap. quæ in ecclesiarum nu. 129. et
seq. et in cons. 602. nu. 14. et seq. Crauett. in d.
cons. 241. sub nu. 20. vers. ex quibus infertur
quòd ista causa. Cefal. in cons. 311. nu. 77. lib.
3. Egid. Boss. in tit. de Principe, nu. 189. et alij
quos plenè refert Crauett. in tract. de antiq.
73 tempor. in 1. par. in princ. nu. 18. et seq. Et li-
cèt multi Doctores contrariam teneant opi-
nionē asserentes in Principe iustam causam
semper præsumi, & de ea standum esse eius as-
sertioni etiam circa ea, super quibus liberè di-
sponere non potest sine legitima causa, prout
latè affirmant Soc. in cons. 4. nu. 10. et seq. lib.
3. Ruin. in cons. 21. nu. 7. vol. 5. Alex. in cons.
216. nu. 21. lib. 2. et alij relati per eūdem Cra-
74 uett. in citato loco, nu. 23. et seq. Non tamen
recedendum videtur à supradicta prima opi-
nione, quod quando Princeps vult derogare
iuribus vassallorum, ad quorum obseruantiā
reperitur obligatus ex contractu, aut aliter de
iure naturali, vel gentium, causa iusta non præ
sumitur, sed est omninò probanda, cùm sit ma
gis communiter recepta, prout latè hanc cō-
clusionem confirmant Fely. in d. cap. quæ in
ecclesiarum nu. 62. et ibidem in repet it. eius-
dem cap. Hypol. Riminal. nu. 268. plenè Cra-
uett. de antiq. temp. in eodem loco supra alle-
gato nu. 29. cum plur. seq. Capyc. in decis. 51.
in fi. Io. Vinc. de Anna in allegat. 69. nu. 25.
et seq. Franc. Sarmien. in 1. lib. selectar. in-
terpret. c. 8. nu. 19. et Menoch. de præsumpt.
lib. 2. præs. 10. nu. 52. et seq. et præcipuè nu. 63.
75 Cuius conclusionis potissima ratio esse vide-
tur, nam in ijs quæ non dependent a libera
Principis dispositione, nemo ferè negat, quod
sine partis citatione procedi non potest ad eo-
rum reuocationem, vt ex magis communi Do
ctorum sententia testantur Soc. in cons. 266.
nu. 49. lib. 2. et alij quos plenè cumulant Ant.
Gabr. in 3. lib. commun. conclus. sub tit. de iu-
re quæsit. non tollen. cōclus. 6. nu. 9. et Pereg.
76 de iur. fisc. lib. 1. tit. 3. nu. 55. Hinc autem ne-
cessario videtur concludendum, quod quan-
do Princeps aliquid facere non potest sine le-
gitima causa, ad eam probandam non sufficit
sola eius assertio, alioquin inutilis, ac penitus
frustratoria esset partis citatio: vt benè ani-
maduertit Crauett. in eodem loco supra cit.
77 nu. 31. Sed posita pro vera secunda opinione
illorum qui tenent ex sola Principis assertio-
ne præsumi legitimam causam, quando reuo-
cat priuilegium subdito concessum, etiam ex
causa onerosa, eam tamen eatenus sustineri
posse arbitror, quatenus duo requisita concur
78 rant, quorum primum est, quòd assertio Prin-
cipis fiat cum assistentia sui consilij, & cum
subscriptione quæstoris generalis, iux singu-
larem doctrinam Andr. in c. 1. quæ sit prima
cau. benef. amitt. sub nu. 42. per quam ita in
proprijs terminis affirmant Capyc. in d. decis.
166. nu. 8. et Regens Io. Franc. de Pont. in cōs.
79 70. nu. 36. et seq. Secundum requisitū est, quod
causa sit verisimilis, vt communiter notant
Doct. omnes in d. cap. quæ in ecclesiarum, So-
cin. in cōs. 273. nu. 11. lib. 2. et in cons. 120. nu.
9. lib. 3. Soc. iun. in cons. 170. nu. 23. lib. 2. et
alij relati per Ant. Gabr. in d. conclus. 6. nu.
7. sub tit. de iure quæs. non toll. et Crauett.
in d. cons. 241. sub nu 20. vers. ex quibus in
fertur, quod ista causa. Notandum autem est
80 ad hoc propositum quod notabiliter conside-
rat Crauett. in allegato cons. 241. sub nu. 20.
vers. ad quintum respondeo, regulariter veri-
simile non esse quod supremus Princeps ne-
cessitate laboret, tùm quia semper præsumi-
tur esse soluendo, sicut dicitur de fisco, & Re
publica, iuxta not. per Ias. in l. sciendum, sub
nu. 23. vers. tertio limita, ff. qui satisd. cogan.
81 Cum etiā quia in casu necessitatis potest im-
ponere collectas, & alia subsidia, vt plenè pro
bat Rol. à Vall. in cons. 1. nu. 62. et seq. vol. 2.
& non solum potest collectare subditos im-
mediatos, sed mediatos, vt refert idem Rolan.
in eod. cons. 11. nu. 76. et seq. imò in subsidiū
potest

poteſt cogere ſubditos ad mutuandã ſibi pecu
niã pro bello, vt inquit *Guid.Pap.in dec.551.*
in fi. & in caſu magnæ neceſſitatis, & immi-
nentis belli collectari poſſe etiam bona cleri-
corum, ex communi Doctorum ſententia, &
ſacræ ſcripturæ authoritate refert *Duenn. in*
reg.100.in 12.limit.et Octau. Cacber. in dec.
82 *Pedem.68.per totã.* Hinc ergo infertur, quod
rarò practicari poteſt, vt ſub colore maximè
neceſſitatis contradicentibus vaſallis deue-
niri poſſit ad alienationem terrarum dema-
nialium, & præſertim earum quę habent pri-
uilegia perpetui demanij ex cauſa onerosa, tũ
quia cauſa hæc non eſt conſiderabilis, neque
veriſimilis, & conſequenter ex ſola Principis
aſſertione non probatur, vt concludit *Cra-*
uett.in d.conſ.241.ſub nu.20.verſ.ex quibus
infertur, cùm etiam quia vix poteſt dari caſus
tantæ neceſſitatis, cui aliunde Princeps pro-
uidere non valeat, iux. not. per eundem *Cra-*
uett. in citato loco, verſ. ſexto reſpondeo, &
83 *per Capyc.in d.deciſ.166.nu.6.et ſeq.* Secun-
da ſupradictę conclusionis limitatio eſt quòd
Princeps poteſt alienare terras demaniales
inuitis & contradicentibus vaſallis, & reuo-
care priuilegia perpetui demanij, etiam ſi eſ-
ſent conceſſa ex cauſa onerosa, ſi hoc facit ex
certa ſcientia, & de plenitudine ſuæ abſolutæ
poteſtatis, nam eo caſu ſacrilegium eſſe vide-
tur diſputare de poteſtate Regis, *l. 2. C. de*
crim.ſacrileg. prout ſtantibus huiuſmodi am-
pliſſimis clauſulis deciſum fuiſſe teſtatur *Ca-*
pyc.in d.deciſ.166.in fi. ſuper venditione ter-
rarum ſancti Seueri, & Thermularum, & idẽ
deciſum fuiſſe cum Ciuitate Salerni refert *Io.*
Vinc.de Anna in alleg.50.nu.3. & Io. Frãc.
de Ponte in conſ.70.nu.35. cum plur. ſeq. &
in anno 1560. cum vniuerſitate Seminariæ
idem deciſum fuiſſe per collaterale Cõſilium,
refert *Camill. Salern. in addit.ad Napod. in*
probem. conſuet. nu.305. in addit. quæ inci-
pit, Magna eſt Principis poteſtas, in lit.d.fol.
84 *mihi 42.* Rex enim de plenitudine poteſtatis
poteſt tollere ius tertij etiam ſine cauſa, vt in-
quit *Ang.in l.item ſi verberatum, §.1.nu.1.*
ff.de rei vendic. ſubdens quòd omnes qui con
trarium dicunt mentiuntur, nàm plenitudo
poteſtatis eſt quædam plenitudo arbitrij nul-
li neceſſitati ſubiecta, nulliſq; iuris regulis li-
mitata, vt refert *Capyc.in d.deciſ.166.nu.10.*
& ſeq. & Ceſal.in conſ.12 nu.19. lib.1. & ei
quod Princeps facit de abſoluta poteſtate ni-
hil opponi poteſt, vt inquit *Bal.in proœm.*
decretal.nu.51.& plenè Dec.in conſ.269.nu.
7. & ſeq. Nam Principi dici non poteſt, cur
ita facis? teſte eodem *Bal.in prælud.feud.ſub*
nu.34. & proinde nemo audiri debet aduer-
ſus ea quæ facit de plenitudine ſuæ abſolutæ
poteſtatis, ſed perpetuum ſilentium debet im-
poni, vt refert *Hyp. in pract.crim. §. quæri-*
tur, nu.19. nam quod ei libet licet, vt inquit
Natt. in conſ.512.ſub nu.19.lib.3. ad quod
propoſitum plura alia ſimilia notatu digna
tradit *Rol. a Vall. in conſ.100.nu.55. cum*
plur.ſeq. vol.4. pleniſſime Pereg. in tract. de
fideicommiſ.art.52.nu.117. & nu.121. cum
plur.ſeq. & Io.Franc. de Ponte in conſ.152.
85 *nu.1.& ſeq.lib.2.* Quæ concluſio multò for-
tius procedere videtur in illis terris, quę aliàs
fuerunt ſub dominio Baronum, & deinde de-
uenerunt ad dominium Regis, à quo obtinue-
runt priuilegium perpetui demanij, iux.not.
per *Soc. in conſ.4. nu.17. & ſeq. lib.3. & Io.*
Franc.de Ponte in d.conſ.70.nu.43. Et ratio
eſt, nam omnis res de facile reuertitur ad ſuã
naturã, *l.ſi vnius, §.quod in ſpetie, ff. de pact.*
& propterea ſicut Caſtrum, quod non erat de
demanio, facto Principis effectum fuit dede-
manio, ita etiam ab eodem Principe facilius
85 poteſt ad priſtinã naturam reduci. Illa enim
propriè fũt bona demanialia, quæ ſemper per
antiquos Reges retenta fuerunt ſub eorum do
minio, & nunquam conſueuerunt alijs con-
cedi, vt inquit *Andr. in cap. imperialem, §.*
præterea ducatus, nu.48. de probib.feu.alien.
per Feder. quem refert Soc. in eodem conſ.4.
nu.20.& Guglielm.de Pern. in conſ.5. nu.7.
verſ. demania enim ſunt illa, & plenè Petr.
de Gregor. in tract.de conceſſ.feud.par.1.q.5.
nu.1.& ſeq. Verum circa hanc limitationem
duo ſunt principaliter animaduertẽda, Quo-
87 rum primum eſt, quod quatenus aliqui Do-
ctores abſolutè dicunt, quòd Princeps de ple-
nitudine poteſtatis poteſt reuocare priuilegiũ
perpetui demanij ex cauſa onerosa conceſſum
etiam abſque vlla legitima cauſa, nullo iure
arbitror hanc concluſionem ſuſtineri poſſe,
cum magis communiter recepta Doctorum
opinio ſit, quod ſupremus Princeps nullo mo
do poteſt vti huiuſmodi abſoluta poteſtate cir
ca ea, ad quorum obſeruantiam eſt obligatus
de iure naturali vel gentium, & conſequenter
cum priuilegium ex cauſa onerosa conceſſum
tranſeat in contractum, ad cuius obſeruantiã
Princeps & eius ſucceſſores efficaciter obli-
gantur ſicut quilibet priuatus, ab eo non licet
ſine legitima cauſa recedere etiam de plenitu-
dine poteſtatis, vt latè probant *Rol.à Vall.in*
conſ.66.nu.33. vol.2. & in conſ.13.nu.35.
vol.3.Octau.Cacber.in conſ.26.nu.6. & ſeq.
Ceſal.in conſ.168.nu.30. Ioſeph Cumia in c.
ſi aliquem, de ſucceſſ.feu.in ver. maior natu,
nu.167.& ſeq.& alij plenè relati per Ludou.
Morot.in reſpon.45.nu.12. & per Ant.Gab.
in

in 3.lib.commun.conclus.sub tit.de iur.quęs.
88 non toll.conclus.5.nu.18.Quę conclusio procedit etiam si Princeps cōtraxit cum eius subdito, vt refert idem *Gabr. in ead.conclus.5. nu.19. & idem affirmant Gram. in decis.65. nu.26.cum plur.seq.plenè Peregr. in tract. de iur.fisc.lib.1. tit.3. sub nu.44. & Mcrot. in d.resp.45.sub nu.12.* & nō solum ipse Princeps, sed nec eius successores possunt contractum antecessoris de plenitudine potestatis reuocare, vt in specie refert *Cumia in cit. loco, nu.177. & seq.* qui hinc infert, quòd capitula Regni non possunt tam à Rege concedente, quam ab eius successoribus reuocari, nam remuneratoria sunt, & cum interuentu pecuniæ concessa fuerunt, ex not. per *Pet. de Gregor. in tract. de concess.feu.par.1.q.7.vers.se-*
89 *cundo vero casu*. Vnde communiter reprobatur *Ang.in d.l.item si verberatum §.1.nu. 1.ff.de rei vend.* dùm dixit, quòd Princeps ex absoluta potestate ius tertij tollere potest sine causa, & merito dicit *Crauett.in d.cons.241. nu.20.* quod non vt Angelus, sed vt homo mēdax loquutus fuit, prout etiam affirmat *Hyp. Rimin.in repet.d.cap.quę in ecclesiarum, nu. 300.de constit.* & nullatenus huic opinioni accedendum esse inquit *Cannet.in extrauag. si aliquem in cap. inc. & quia se offert in isto loco fol.266.nu.108.* Nam bona subditorum sunt Principis quoad protectionem tantum, non quoad dominium, & proprietatem, & ideò à nemine inuito sine causa auferri possunt, vt bene probat *Andr. in c.1.nu.27. de cap.qui cur.vend.* qui propterea subdit, quod Princeps donare non potest bona alterius ob commune bonum; quando non habet aliud quod det, aliàs donec habet, de suo dare debet, non autem extendere ad iniquitatem manus suas, idest ad bona aliorum, quæ sua non sunt, nam species furti est de alieno largiri, *l. si pignore. ff.de furt.* & ideo debet seruare legē quā subditis posuit, *l.digna vox. C. de leg.* & semper quando donat ob publicam vtilitatem debet soluere iustum pretium. Et in eodem cap. nu. 29. idem Andr. quoque asserit quòd illa iuris regula, quòd Principi placuit, legis habet vigorem, intelligenda est de illis rebus quæ ei placent sicut bono Principi, *l.thais §.sorore, ff.de fideicomm. libert.* ita vt non sint contra naturalem æquitatem posita, sed ad commune bonum, nō autem ad priuatum ipsius Principis cōmodum, & quòd opinio contra Angel. sit magis communiter recepta, & approbata ex multorum authoritate confirmat *Nicol.Festas. in tract.de assimo, et collect. in 3.*
90 *par. c.6.nu.7.et seq.* Et regula quod sacrilegū est disputare de potestate Principis procedit solum circa ea quæ sunt iuris ciuilis, & mere positiui, cui iuri supremus Princeps nō subijcitur, licèt secūdū illud viuere debeat, *l. Princeps.C.de legib.* Secus verò est quoad ea, quę sunt de iure naturali, vel gentium, prout sunt contractus, nam eis Princeps adinstar priuati subiectus est, vt benè inquit *Crauett.in d. cōs. 241.sub eod. nu.20. vers. non obstat quod sacrilegium.* Quamuis enim Princeps non obligetur lege positiua, non tamen est solutus a dictamine rationis naturalis, nec à lege naturæ, cùm sit animal rationale, vt inquit *Bal.in l.si aqua C.de seru.& aqua, quem refert Rol. à Vall.in cons.1.nu.27.vol.2.* & verus intellectus dictę l.Princeps est, quod ab ijs tantum legibus princeps solutus est, quæ ad quasdam iuris sollennitates pertinent, non autem ab illis legibus quę bonum publicum respiciunt, & ex iure naturali vel gentium proficiscūtur, prout est fidem non frangere, & contractus obseruare, vt inquit *Io. Coras. in 2. lib. miscellaneor.c. 25. quem refert And.Facchin. in controuer.iur.lib.1.c.2.in prin.* Et quando contrahit cum subdito, nedum obligatur ratione contractus, cuius origo est de iure gentium, sed etiam naturali ratione, quæ simul cooperatur, *l.bona fides ff. de posit.* Vnde refert *Bal.in l.1.ff.de pact.* quod Aristoteles dicebat Magno Alexandro Macedonum Regi celeberrimo: O Alexander, obserua fidem datam, & fœdera confirmata, alioquin malus finis sequetur. & hinc idem *Bal.in rub.de constit.in princ.* dixit, quòd Prætoris dictum, pacta seruabo, processit de ore Dei, nam Prouer. 5.dicitur, Spopondisti fili, illaqueatus es ver-
91 bis oris tui. Imò etiā omnipotens Deus quodammodo ex promissione obligatur, vt ausus fuit dicere *Bal. in d. l.1. in princ. ff. de pact. quem refert Peregr.de iur.fisc.lib.6.tit.1.nu. 9.* Graue enim scelus est omnibus fidem fallere, & promissa non seruare, *l.1.ff. de constit. pecun.* cum alijs iuribus relatis per *Cyn.in l. digna vox, sub nu.2. C. de leg.* Sed Principibus est grauissimum, vt inquit idem *Bal. in cons.343.col.1.lib.1.* & ideo Principem fidem frangentem, grauius peccare quàm priuatum, censuit *Rol.à Vall.in d. cons.1.nu.31.lib.1.* quam sentētiam pluribus exornant *Menoch. in cons.1.nu.227.lib.1.& Decian.in cons.25.*
92 *nu.25.& seq.lib.1.* Hinc pulchrè inquit *Bal. in cōs.345.sub nu.1.vers.nō obstat clausula, lib.1.* quod clausula, de plenitudine potestatis intelligitur de potestate bona, & laudabili, nō vituperabili, vel tirannica, quia Princeps supremus non dicitur posse nisi quod iure potest, & quod hæc temeraria, & abusiua cautela, quæ poni solet in rescriptis deberet in totum

tum eradicari, nam vt inquit idem *Bald. in c. 1. de feu. Marc.* Princeps auferens ius alterius de poteſtate abſoluta ſine legitima cauſa, dicitur tirannus, quia plenitudo poteſtatis non tribuit ius ſuper iniquo, ſed ſemper operari debet claue diſcretionis non errante, & ſine alicuius iniuria, iux. not. per *Iaſ. in conſ. 233. col. 7. verſ. duodecimo facit, volum. 2.* qui propterea ſubdit, quòd Populus Romanus nunquam vſus fuit huiuſmodi clauſula; Nam potentia abſoluta in Principe non conſideratur, niſi quatenus ſit adiuncta prudentiæ, & iuſtitiæ, cùm aliter non ſit verè Princeps niſi ſit iuſtus, & ſanctus, Vnde Socrates apud Platonem in protagora inquit, quomodo cenſenda eſt iſta plenitudo poteſtatis in Principe, quæ prorſus recedit à iuſtitia ſpolians tertiũ ſine cauſa? vt refert *Cannet. in extrauag. ſi*
93 *aliquem, fol. 266. num. 210.* Et quando Princeps vtitur plenitudine poteſtatis in re iniuſta, vocatur potius plenitudo tempeſtatis, & iniquitatis, vt inquit *Crauet. in conſ 296. col. 8. lib. 2.* Et non dicitur Rex, aut Princeps, quando ſine cauſa aut imprudenter agit, *cap. ſcelus 2. quæſt. 1. vt inquit Andr. in tit. quæ ſint regal. in ver. flumina, nu. 7. in fi.* Principis enim poteſtas cum ratione, & cauſa regulari debet, alioquin ſi potentiam abſolutam exerceat ſine cauſa, licet non ſit qui cogat eũ ſuper terra, grauiter tamen peccat, vt dicit *Innoc. in cap. ſuggeſtum, de decim.* Ideo non dicitur poſſe quod cum peccato poteſt, nam poſſe iniuſtè agere non eſt potentia, ſed potius defectus potentiæ, *cap. faciat homo, 22. quæſt. 2. vt notant Fulgoſ. in conſ. 61. ſub num. 6. Socy. in conſ. 164. ſub nu. 17. lib. 2. & Andr. in d. cap. 1. de capit. qui cur. vend. ſub nu. 29.* Vndè nihil minuit de omnipotentia Dei, qđ peccare non poteſt, nec aliquid operari, quod malum aut iniuſtum ſit, nam poſſe mala facere, eſt potius infirmitas, & impotentia abſtinendi a malo, vt ex multorum ſententia refert *Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. ſub nu. 65. in fi.* Et propterea nos miſeri mortales cùm ſubiecti ſimus huic potentię peccandi, vocamur infirmi, & imbecilles, quam infirmitatem deplorando Regius Propheta Dauid, orauit dicẽs, (Miſerere mei Deus, quoniam infirmus ſum,) vt benè conſiderat *Crauet. in allegato conſ. 241. ſub nu. 20. verſ. nec Princeps equè ferre debet.* Hinc eſt, quod etiam Summus Pontifex, in quo eſt abſoluta poteſtas, cùm ſit proprietarius omnium Eccleſiarum, *cap. non liceat Papa, 12. quæſt. 2.* Et Epiſcopi, & Rectores ſint ſolùm Procuratores *cap. 2. de donat.* Licet eam poteſtatem exerceat præter iuris ordinem, non tamen exercet ſine cauſa, vt inquit *Andr. in d. tit. quæ ſint regal. in ver. vectigalia, nu. 16. Vndè idem Andr. in eod tit. in ver. flumina, ſub nu. 7.* notabiliter aſſerit, quòd omnia iura loquentia de Poteſtate Principis intelligi debent, vt ſemper cum cauſa diſponat, & eum refert *Capyr. in d. deciſ. 166.*
94 *num. 13. Et hinc Ferd. Vaſq. in 1. lib. controuerſ. illuſtr. cap. 5. ſub nu. 15.* notabiliter aſſerit, quòd in hoc articulo non minus frequenti, quàm arduo, & malè digeſto vix reperiri poteſt, vt in Principe legitimo dari poſſit aliqua poteſtatis plenitudo, quæ ſubſtantialiter differat à poteſtate ordinaria, nam etiam de poteſtate ordinaria nemo negat, quòd Supremus Princeps poteſt rem ſubditi auferre, & eius iura tollere, duobus tamen requiſitis concurrentibus, nempè quòd id fiat ex cauſa publicæ vtilitatis, ſeu maximæ neceſſitatis, cui aliter prouideri non poſſit, & quòd pro re, quæ ſubdito aufertur eidem detur congrua recompenſatio, prout ſupra concluſum, & ex communi Doctorum ſententia demonſtratũ fuit, ſed nec quicquam vltra hos limites iuſto Principi de plenitudine poteſtatis egredi, nec operari licet, nam ſi ceſſante publica vtilitate, aut maxima neceſſitate ius tertij auferret, hoc fieri non poſſet ſine iniuria, & violentia, quæ iuri naturæ aduerſatur, & Principis imperiũ maculat, & denigrat, cùm creatus ſit, vt ſubditorum iura tueatur, non lædat, vt plenè hanc cõcluſionem confirmant, & notabiliter exornant omninò videndi *Hipp. Riminal. in repet. d. cap. quæ in eccleſiarum, de conſtit. nu. 302. cum ſeq. Marc. Ant. Eugen. in conſ. 1. nu. 88. & ſeq. Couar. in 3. lib. var. reſol. cap. 6. nu. 8. & pleniſſimè Arius Pinel. in rub. C. de reſcind. vend. in 1. par. cap. 2. nu. 24. & ſeq. & alij quos refert Molin. de primogen. hiſpa.*
95 *lib. 1. cap. 8 nu. 31.* ad quos me remitto. Secũdum, quod eſt animaduertendum circa ſupradictam limitationem eſt, quòd nedum quando Princeps de plenitudine poteſtatis recedit à conuentionibus factis cum eius ſubditis, requiritur legitima cauſa, ſed etiam opus eſt, ꝙ ſpecificè conſtet Principem voluiſſe à contractu recedere; & tertio rem auferre, vel eius iura tollere, nam in dubio nõ præſumitur, quòd Princeps velit alicui præiudicare, *l. 2. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. cap. ſuper eo, cum ibi not. per Dec. in 2. not. de offic. deleg. Alex. in conſ. 3. nn. 3. vol. 5. Dec. in conſ. 373. nu. 10. Soc. iun. in conſ. 95. nu. 2. vol. 3. Alcia. de præſump. reg. 3. præſum. 11. & Peregr. de*
96 *iur. fiſc. in d. tit. 3. lib. 1. ſub nu. 67.* Nec præſumendum eſt, quòd priuilegium, ſeu conceſſionem ſemel factam Princeps reuocare velit, vt refert *Menoch. de præſump. lib. 6. præſ. 37. nu. 7.*

97 *num.* 7. Hinc est, quòd sub qualibet generali Principis dispositione nunquam veniunt ea, quæ prius alteri concesserat, quia non præsumitur se reuocasse, sed in ea subintelligitur clausula, iuribus alienis semper saluis, etiam si diceret non obstante concessione alteri facta, nam debet intelligi de inualida, vt plenè tradit *Dec. in cons. 286. nu. 3. & in cons. 5 10. nu. 5. & seq. & in consi. 588. num. 19. & in consi. 640. nu. 10. & Curt. iun. in consi. 158. nu. 30.*
98 *& in cons. 174. num. 23.* Imò etiam si motu proprio Princeps reuocat, quod prius fecerat, præsumitur circumuentus, vt pulchrè dixit *Bald. in consi. 279. lib. 3. quem refert Gramm. in consi. ciu. 6. num. 6. & plenè Regius Consiliarius Rouit. in pragm. 1. de reuocat. & su-*
99 *spens. gratiar. nu.* 10. Hinc si Summus Pontifex concedat aliquod beneficium, non censetur in dubio derogare iuribus patronorum, nec vti potestate quam habet in derogando, etiam si prouideat motu proprio, vt per *Rot. Rom. in decis. 70. in antiq. in tit. de rescript. quã refert Rol. à Vall. in cõs. 46. nu. 7. vol. 1.*
100 Et non solùm ex quibusuis verbis generalibus nũquam inducitur reuocatio priuilegiorum, & particularium concessionum per Principem factarum, si non adest specifica eorum derogatio, iux. not. per *Alex. in consi. 122. & seq. vol. 4. & plenè per Hippol. in pract. crim. §. quæritur nu. 11. & seq. & Vsu. in commu.*
101 *opin. 641. nu. 4.* Sed potius admittitur verborum superfluitas, & impropriatio, quam quod admittatur reuocatio cum tertij præiuditio, vt notabiliter refert *Iacob. Berrett. in*
102 *cons. 14 nu. 5.* Hinc est, quòd si Princeps in aliquo rescripto dicat non obstãtibus quibuscunque legibus, & constitutionibus non censetur voluisse derogare statuto Ciuitatis, nam licet regulariter etiam statuta sub nomine legum, & constitutionum comprehendantur, *l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & cap. cum M. Ferrariensis, de constit. & cap. cum ita, dist. 1.* Hoc tamen non procedit, vbi agitur de iure tertij tollendo, & proinde nè censeatur ciuitati præiudicatum in abrogando eius statutum, alia sit interpretatio, vt pulchrè tradit *Ruin. in consi. 13. num. 8. & seq. vol. 3. quem refert Menoch. de præsump. lib. 6. præsum. 39*
103 *num. 4.* Et multo minus præsumendum est, quòd Princeps vti velit plenitudine potestatis, quando ex eo aliqua resultaret iniquitas in præiudicium tertij, vt in spetie refert *Menoch. in consi. 1. num. 146. lib. 1. & alij relati per Ioseph. Cumiam in d. cap. si aliquem, de success. feud. in ver. maior natu nu. 189.* nam ea exerceri non debet sine magna causa, vt inquit *Neuiz. inter consilia feudalia Bruni in consi. 12. nu. 141.* cùm ea vtendo vltra debitũ notabiliter peccet, vt asserit idem *Neuiz. in*
104 *eod. cons. nu. 144.* Et hinc infero, quòd cùm inuictissimus, & catholicus Rex noster, eiusq; immortalis memoriæ genitor Philippus Secundus, & alij prædecessores huius Regni, & Hispaniarum Reges, quos diuina prouidẽtia creauit in mundo, vt ab eis omnes alij Principes terræ exemplum benè ac iustè regendi subditos caperent, nunquam huiusmodi absoluta potestate vti voluerint, vt refert *Cannet. in d. extrauag. si aliquem, incip. Et quia se offert in isto loco nu. 111 fol. 266.* Ideo quoties contigit ad instantiam fisci Regalis patrimonij tractari de alienatione aliquarum terrarum demanialium, eis contradicentibus sẽper causæ remissæ fuerunt ad ius, & iustitiam, & in eis seruato iuris ordine in supremis tribunalibus cum valdè matura deliberatione procedi consueuit. Vnde dùm annis præteritis Regius Fiscus prætendisset alienare Casalia Ciuitatis Colentiæ, quę tam ex iuris dispositione, quam vigore suorum amplissimorum priuilegiorum prætendebant sub perpetuo Regiæ Coronæ demanio manuteneri debere, & a corpore dictæ Ciuitatis dismembrari non posse, compilato processu in Regia Camera, ac pluries relata causa in Collaterali Consilio, tandem patrocinante doctissimo Viro Io. Andrea de Georgio, tunc Aduocato primario, & nunc ob insignia eius merita Regio Consiliario dignissimo lis fuit modica transactione finita, & iterum confirmata fuerunt dictis Casalibus priuilegia perpetui demanij. Et ego etiam testor, quòd paucis ad hinc annis, prætendente Regio Fisco in feudum concedere vtile dominium aliquarum Terrarum demanialium prouintiarum Aprutij, me patrocinante pro Ciuitate Theatina, & pro Ciuitate Therami exhibita fuerunt amplissima dictarũ Ciuitatum priuilegia, & eis visis non fuit vlterius processum. Ideò rogo, & moneo cum omni qua decet reuerentia regios ministros, quòd dum casus eueniet, hæc omnia benè, & maturè considerent, ac omni nexu procurent, vt iustitia sine alterius iniuria suum locum
105 obtineat; alioquin eis solùm imputabitur, vt benè animaduertit *Regius Consiliarius Rouit. in commentar. super pragm. 1. de reuocat.*
106 *gratiar. nu. 22.* Rex enim tanquam iustitiæ plenus nil aliud velle præsumitur, nisi quod iustum est, & omnes eius actus à iustitia poli, & fori regulari, vt inquit *Ias. inter cons. feud. Alber. Brun. in consi. 8. num. 16. post Bald. in l. 1. C. de constit. princip. & Ioseph. Cumia in d. cap. si aliquem, in ver. maior natu nu. 190.* & eius mens, & voluntas semper præsumitur esse

eſſe conformis legi ſcriptæ, ac naturali rationi, vt notabiliter refert *Marc. Mant. in conſ.*
107 *52. num. 31.* Secunda limitatio ſupradictæ concluſionis, quòd Rex non poteſt alienare terras demaniales inuitis vaſſallis eſt, quòd procedit ſolùm quando vult alienare directū dominium, ſecus verò ſi vult aliquam terram infeudare quoad vtile dominium tantùm, ſalua tamen ſui directi dominij recognitione, ac fide, nam hoc non eſt prohibitum, prout ſentit *Bald. in præl ud. feudor. num. 32. cum qua opinione concordat plenè Abb. in conſ. 3. quæſt. 26. in 2. par. & idem innuit Camer. in cap. imperialem, de probib. feud. alien. per Feder. fol.* 108. *in lit. R.* dum dixit, ſe nunquā vidiſſe Reges alienare ſuum directum domi-
108 niū, ſed perſæpe terras demaniales. Sed animaduertatur quæſo, nam hæc limitatio non benè conuenit ſupradictæ concluſioni, in qua ſolum conſideratur præiuditium, & contradictio vaſſallorum, quorum intereſt non mutare Dominum etiam quoad vtile dominium, infeudatio enim odioſa eſt, cùm viuere immediatè ſub iuſto & ſupremo Principe ſumma libertas ſit, & è contra ſub dominio Baronis duriſſima ſeruitus, vt in ſpetie conſiderant *Crauet. in d. conſ. 241. num. 14. & ſequen. & Burſat. in conſ. 350. num. 4. volum. 4.* Hæc
109 autem limitatio potius applicabilis eſſet ad *tex. in cap. intellecto, de iureiuran.* quo cautum eſt, alienationem bonorum demanialium factam à Rege, ſi tendat in magnum ſuæ coronæ detrimentum, eſſe inualidam, & ab eodem reuocari poſſe non obſtante iuramento, nam omnes Reges in eorum coronatione iuriſiurandi vinculo ſe obſtringunt, iura Regni intacta, & illibata ſeruare, & ideò ſecundùm iuramentum non obligat, ex quo ex eo inducitur periurium reſpectu primi iuramenti, & conſequenter ſeruari non poteſt abſque peccato, iux. plenè tradita per *Bellug. in ſpec. Princip. rubr. 9. per totam, & ibi per Camill.*
110 *Borrell. in addit. in lit. B.* Omnes verò Doctores conueniunt, quòd licet Rex non poſſit alienare bona regalia quoad directum dominium in præiuditium, & diminutionem ſuæ Coronæ, & ſuorum ſucceſſorum, non tamen prohibetur ea infeudare, quoad vtile dominium tantùm, dummodo tamē infeudationes non ſint immodicæ, ita vt ex eis magnum ſuæ Coronæ detrimentum inferatur, iux. ea quæ copioſè refert *Rolan. à Vall. in conſ. 1. num. 107. cum plurib. ſequen. lib. 1. Ludouic. Morot. in d. reſpon. 45. num. 16. & ſequen. latè Peregrin. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 73. & ſequen. & alij quos plenè cumulas Petr. Cened. in collect. iur. canon. in 2. par. collect.*
111 *109. num. 2.* Præterquàm ſi alienatio facta eſſet in fauorem Eccleſiæ, quo caſu abſque aliqua diſtinctione, valida eſt, prout fuit donatio facta à Conſtantino Beato Syluestro, & alijs ſucceſſoribus in Pontificatu, vt communiter affirmant *Doct. plenè relati per Rolan. à Vall. in conſil. 88. num. 29. volum. 1. latè Burſat. omninò videndus in conſ. 124. per totam lib. 1. & alij, quos copioſè cumulant Petrus Cened. in ead. collect. 109. num. 4. & Camill. Borrell. in addit. ad Bellug. in d. rubr. 9.*
112 *in lit. F.* Quæ autem ad hoc propoſitum dicatur parua vel magna alienatio? plenè explicat *Menoch. in 6. centur. de arbitr. iudic. caſ. 559. num. 2. & ſequen. vſque ad finem.* Et an
113 Summus Pontifex poſſit alienare, vel infeudare bona, quæ ſunt de patrimonio Eccleſiæ? latè declarat *Peregrin. de iur. fiſc. in d. tit. 3. num. 81. cum plurib. ſequen.* ad quem me re-
114 mitto. Tertia ſupradictæ concluſionis limitatio eſt, quod non procedit quando Princeps alienat vaſſallos cum Vniuerſitate territorij, transferendo in emptorem omnia iura feudalia, prout affirmant *Alexan. in l. 2. num. 29. ff. ſol. matrim. Zaſ. in tracta. de feud. in 7. par. num. 57. & ſequen. Boſſ. in titu. de Princip. num. 290. Pariſ. in conſ. 23. num. 103. lib. 1. Menoch. in conſ. 32. num. 21. lib. 1. Cephal. in conſ. 549. nu. 40. lib. 4. & Burſat. in conſ.*
115 *127. num. 33. lib. 2.* Multi autem hanc limitationem impugnant, vt videri poteſt penes *Rip. in 2. lib. reſponſor. in reſpon. 25. nu. 15. Crauett. in d. conſ. 241. ſub num. 20. verſ. ad quartum reſpondeo, & alios relatos per Cacheran. in conſ. 49. ſub num. 20. verſ. quia*
116 *reſpondetur.* Sed poſito, quòd vera ſit hęc limitatio, declaranda tamen eſt, quòd tunc dicitur vendi caſtrum cum Vniuerſitate, quādo fit alienatio totius Comitatus, ſub quo caſtrum continetur, ita vt nihil penes dominum alienantem reſeruetur, vt benè explicat
117 *Neuiz. in dict. conſ. 12. num. 118.* Vel potius tunc dici poteſt vniuerſalis alienatio, quādo Princeps transfert etiam proprietatem, iuriſdictionis, & nihil penitus ſibi retinet ratione directi dominij, vt ſentit *Crauet. in d. conſ. 241. ſub num. 20. colum. 14. verſ. ſecun-*
118 *do reſpondeo.* Nec prætereundum eſt, quòd hæc limitatio fortè procedit, quando prohibitio alienandi ſolum à iure procedit, ſecus verò eſt quando cum legis prohibitione concurrit etiam prohibitio hominis, vt puta quando Princeps ampliſsimis verbis promiſiſſet nunquam alienare, tunc enim omnino prohibita eſſet vaſſallorum alienatio, etiam cum Vniuerſitate, nam duo vincula fortius ſtringunt, iux. not. per *Bald. in conſil. 49. in-*

cip. Dominus Dinus lib. 3. quem ad hoc propositum, pulchrè refert *Crauett. in d. consi. 241 sub num. 20. col. 14. vers. quarto, & vltimo respondeo*, quam conclusionem egregiè confirmat *Barbos. in l. 2. ff. sol. matrim. in 2. par. in princ. sub num. 46. vers. vltimo adde.*

119 Quarta eiusdem conclusionis limitatio est, quòd non procedit vbi adest consuetudo in contrarium alienandi terras demaniales, iux. plenè not. per *Paris. in consi. 22. num. 75. cum plur ib. sequen. volum. 1. Socin. iun. in consil. 94. num. 30. lib. 2. & Camer. in cap. imperialem, de probib. feud. alien, per Feder. fol. 71. lit. A.* qui testatur supradictam conclusionem de consuetudine non seruari in hoc Regno, qua ratione dicit *Camill. de Curt. in diuersor. iur. feud. fol. 8. num. 38.* quòd ipse defendebat Regium Fiscum, dum prætendebat alie-

120 nare Casalia Ciuitatis Cosentiæ, saper qua causa Cõsil. de Georg. scripsit alleg. 15. Sed animaduertendum est, quòd multi hanc limitationem impugnant, asserentes huiusmodi consuetudinem non valere tanquam irrationabilem, vt inquit *Neutz. in d. consi. 12. sub num. 118. vers. non obstat quòd prædicta, quem refert Cacher. in d. consi. 49. num. 25.* Sed posi-

121 to, quòd vera esset hæc limitatio, considerandum etiam est, quòd ad fundandam huiusmodi consuetudinem, opus est specificè probare quòd Princeps consueuit alienare etiam inuitis, & contradicentibus vassallis, alioquin præsumeretur quòd aliæ alienationes factæ fuerunt consentientibus subditis, & consequenter ex illis alienationibus non esset inducta legitima consuetudo alienandi, vt benè animaduertunt *Cranet. in d. consi. 241. col. 12. sub num. 20. vers. ad tertium de consuetudine, Rip. in consi. 179. num. 17. Menoch. in consi. 264. num. 67. Cacheran. in d. consi. 49. num. 26. Rolan. à Vall. in consi. 80. num. 10. & seq. volum. 1. & Surd. in consi. 323. nu. 15.*

122 *& seq. lib. 3.* Imò opus est etiam specificè probare, quòd Princeps consueuit alienare terras demaniales, non obstante pacto, & promissione non alienandi, ad hoc vt vigore huiusmodi cõsuetudinis possit alienare castrum contradicentibus subditis, & reuocare priuilegium perpetui demanij, vt notabiliter refert idem *Surd. in eod. consi. 323. num. 16. & Rol. à Vall. in d. consi. 80. num. 12. vol. 1.* Et

123 demùm limitatur supradicta cõclusio, quòd non habet locum, quando subditi alienationi acquiescunt, acceptando nouum dominum, absque vlla protestatione. vt in spetie notant *Andr. in dict. cap. imperialem, §. nec dominus, sub num. 48. vers. sed si eum receperunt dominum, Io. Vinc. de Ann. in allegat. 50. num. 5. & in allegat. 69. num. 13. & alij, quos plenè refert Don Garz. Mastrill. in consi. vn. post primam partem suarum aurearum decisionum nu. 47. & seq. & nu. 53.*

124 An autem Baro possit iurisdictionem diuidere? vide *Alex. in consil. 25. cum adden. ad*

125 *eum vol. 5.* Et an licitum sit diuidere castrũ à Ciuitate. & Iurisdictione ipsius? vide quæ plenè tradit *Alex. Raudens. in consi. 4. nu. 8. & seq. vsq; ad fi. vol. 2. & plenissime Ioseph. de Sessa in decis. Aragon. 187. per totam, in 2.*

126 *par.* Et an possit fieri diuisio feudi, saltim causa facilioris culturæ? vide *Cepoll. in consi. eiu 45. per totum vol. 2. cum ibi adden. ad eũ, Ruin. in consi. 29. nu. 16. lib. 5. & plenè Rol. à Vall. in consi. 80. num. 32. & seq. vol. 1.* Et

127 an & quando sustineatur assensus præstitus præstitus alienationi, ex qua inducitur dinisio feudi? vide *Regen. Io. Franc. de Pont. in consi.*

128 *57. per totam.* Et demum an & quando vassalli admitti debeant ad se redimendum? vide *Guid. Pap. in decis. 239. plenè Vinc. de Franchis in decis. 17. per totam. Io. Vinc. de Ann. in consis Regn. cõsil. diuæ memoriæ n. 261. adden. ad Napod in proem. consuet. sub num. 305. in addit. quæ incipit, Magna est Principis potestas, fol. mihi 42. & seq. plenissimè Camill. de Curt. in diuersor. iur. feud. fo. 10. nu. 54. cum plur. seq. Regium Consiliar. Io. And. de Georg. in alleg. 7. per totam, & Don Garz. Mastrill. in d. consi. vn. post primam partem suarum decisionum impresso n. 123. cum seq. & latius in tract. de magistratib. lib. 3. c. 10. nu. 45. cum plur. seq.* qui hanc quæstionem diligentissimè examinat, ita vt nihil ferè desiderandum relinquat, & nouissimè omnia ad hãc materiam pertinentia plenissimè explicat Regius Consiliarius *Rouit. in commentar. nuper editis super omn. bus pragmat. sub tit. de offic. procur. cesar. pragm. 64. à nu. 1. vsq; ad nu. 32*

129 Et si Baro locat vniuersales introitus alteri, an Vniuersitas præferri debeat in affectu prò eodem pretio? vide *Marsam in voto 240. per totum, & Rouit. in d. pragm. 64. nu. 31.*

Finis Cap. Primi.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

Pater eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij, eiuſque authoritas maior eſt, quàm tutoris, & ideò poteſt bona filij alienare ſine decreto; Quæ concluſio multipliciter declaratur, & nulla alia explicantur, in quibus verſatur Patris authoritas. Plenè etiam declaratur; An ipſemet Pater, qui nulliter alienauit bona aduentitia filij, poſsit alienationem reuocare? Et an filius ſi eſt Patris hæres poſsit alienationes ab eo factas impugnare? Et quid ſi eſt hæres cum beneficio inuentarij? Ad quam materiam multa non contemnenda obiter referuntur, & demum multæ cauſæ afferuntur, ex quibus Pater poteſt huiuſmodi adminiſtratione priuari.

SVMMARIVM.

1 *Pater legitimam adminiſtrationem habet in bonis filij, eo etiam inuito.*

2 *Patris authoritas maior eſt in bonis filij, quã tutoris in bonis pupilli.*

3 *Pater ſuper bonis filij poteſt tranſigere, ſed hoc intelligitur, ſi prudenter geſſerit, & cum filij vtilitate, aliàs requiritur decretum Iudicis, & nu. 4.*

5 *Pater adminiſtrator filij minoris bona immobilia poteſt alienare ſine decreto, quod*

Primo declaratur procedere in bonis filij ſub eius poteſtate exiſtentis, nu. 6.

Secundo, ſi alienat ex cauſa neceſſaria, vrgenti ære alieno, nu. 7.

Tertio limitatur ſi alienatio reſultat in euidentem filij vtilitatem, nu. 8.

Limitatur non procedere ſi filio relicta ſint bona cum prohibitione, ne alienentur. num. 9.

10 *Pater adminiſtrator filij poteſt nomina debitorum filij exigere, & pecuniam exactã in proprios vſus conuertere, cum cautione de reſtituendo poſt eius obitum.*

11 *Confeſſio patris de recepto nõ liberat debitorem ſi non apparet de vera numeratione.*

Idem eſt in confeſſione tutoris, nu. 12.

Idem eſt in confeſſione procuratoris conſtituti ad exigendum. nu. 13.

14 *Confeſſio procuratoris de recepto an noceat domino, & nu. 15.*

16 *Procurator ad vendendum, & pretium recipiendum an poſſit habere fidem de pretio? remiſſiuè.*

17 *Procurator ad vendendum an poſſ. vendere ius redimendi? remiſſiuè.*

18 *Procurator ad locandum an poſſit exigere penſionem rei locatæ? remiſſiuè.*

19 *Procurator ad locandum domus eccleſiæ an poſſit locare domus eccleſiæ contiguas.*

20 *Procurator habens generale mandatum cum libera an poſſit tranſigere, & domino præiudicare in iure appellandi? remiſſiuè.*

21 *Mandatum cum libera ex quibus verbis inducatur?*

22 *Procuratori ſoluens antequàm cedat dies ſolutionis, an liberetur, ſi procurator foro cedat, vel à domino reuocetur? remiſſiuè.*

23 *Soluenti falſo vel reuocato procuratori quomodo conſulatur?*

Et quid ſi ſoluat ei cum quo contraxit quẽ ſciebat non eſſe dominum, ſed pro illo contraxiſſe. nu. 24.

25 *Mandatum tacitum, vel eius ampliatio an præſumatur ex patientia domini? remiſſiuè.*

26 *Mandatum an præſumatur ex antiquitate temporis? remiſſiuè.*

27 *Pater adminiſtrator filij poteſt in iudicio pro eo agere, & excipere.*

28 *Pater poteſt ante litem conteſtatam tanquã adminiſtrator in cauſa filij procuratorem conſtituere.*

Et an requiratur etiam conſenſus filij? nu. 29. & 30.

31 *Pater an poſſit pro filio compromittere? remiſſiuè.*

32 *Pater ex causa remunerationis an possit pro filio donare? remissiuè.*

33 *Pater an locare possit bona aduentitia, ita vt filius post illius obitum teneatur stare dictæ locationi.*

34 *Pater caducitatem potest remittere recipiendo canonem ab emphyteota.*

Procurator generalis absque spetiali mandato non potest remittere caducitatem, num. eod.

35 *Pater potest hereditatem filio infanti delatam adire.*

36 *Pater ex sola possessione bonorum maternorum præsumitur adiisse.*

37 *Pater an post repudiare hæreditatem filio delatam, vel legatum.*

38 *Pater sine causa alienando bona filij, in quibus vsumfructum habet, an possit nomine filij alienationem reuocare?*

39 *Maritus potest rem dotalem per ipsum nulliter alienatam vendicare nomine vxoris.*

40 *Prælatus rei ecclesiæ malè alienatæ potest nomine eclesiæ illam vendicare.*

41 *Rex qui bona Coronæ alienauit contra iuris dispositionem poterit ea vendicare.*

42 *Filius an possit viuente patre reuocare alienationem bonorum aduentitiorum ab eo nulliter factam? & quid si est emācipatus.*

43 *Filius hæres patris an possit bona aduentitia per patrem alienata vendicare? & nu. 44. cum seq.*

44 *Filius æternam hæreditatem adeundo, an possit bonorum aduentitiorum alienationem. Patre factam impugnare, vsque ad num 65.*

65 *Hæres cū benefitio legis, in quo differat à non confitente inuentarium.*

66 *Inuentarij beneficium an prosit hæredi etiā quoad bona sita extra districtum, remissiuè*

67 *Inuentarium vt legitimè conficiatur, quæ solemnitates requirantur, & quæ vtilitates inde proueniant.*

68 *Hæres omittens aliquid in inuētario an priuetur benefitio in totum.*

Et qualiter de dolo hæredis constare debeat. nu. 69.

Quid autem si omittit ponere fines bonorum stabilium. nu. 70.

71 *Mulier an restituatur in integrum aduersus inuentarium non legitimè confectum. remissiuè.*

72 *Minor an aduersus inuentarium non confectum legitimè restituatur, remissiuè.*

73 *Minor si adiuit hæreditatem simpliciter, an effectus maior restituatur ad cōficiendum inuentarium.*

74 *Inuentarium confectum per minorem restitutum an prosit maioribus cohæredibus, remissiuè.*

75 *Hæres non conficiens inuētarium an teneatur vltra vires, si re vera constat nō adesse bona. remissiuè.*

76 *Hæres si constituit procuratorem ad adeundum simpliciter, an deinde possit adire cū beneficio inuentarij? remissiuè.*

77 *Hæres cum benefitio inuentarij obligatus nomine proprio, an possit se tueri benefitio inuentarij?*

78 *Hæres cum benefitio inuentarij an retentis pro se bonis, & offerendo creditori valorē erit tutus respectu aliorum?*

79 *Hæres pro parte an possit integram rem alienatam vendicare, refusa illa pretij parte, pro qua est hæres.*

80 *Filius vendicans rem à patre alienatam an teneatur soluere meliorationes emptori.*

81 *Filius hæres patris an possit reuocare maioratum, seu feudum a patre alienatum? remissiuè.*

82 *Pater tanquàm administrator bonorum filij an teneatur de eis rationem reddere, & inuentarium conficere, cum seq.*

85 *Patris authoritas non supplet curatoris defectum.*

86 *Pater in feudalibus non est legitimus administrator.*

Fallit ratione commoditatis, quam habet in feudo filij. nu. 87.

88 *Pater est administrator filij minoris, vel furiosi, etiam si vsumfructum in dictis bonis non habeat.*

Et si in dictis bonis filius conuenitur, an sufficiat patris authoritas, vel sit dandus curator, nu. 90. remissiuè.

89 *Patre nolente administrare, quid agendum sit, ne iuditium reddatur illusorium, remissiuè.*

91 *Pater an priuetur administratione bonorū filij, si ad secundas nuptias transeat, si tamen dolosè, & culposè administrasset, & nu. 92. & 93.*

93 *Patri dilapidanti bona filij an sit interdicenda administratio.*

Et quid si sit nimium tenax in subministrādo necessarias expensas. nu. 94.

95 *Pater priuatur patria potestate & administratione, si filiam cogat ad peccandum, & nu. 96.*

Primo ampliatur, si exemplo suo filium inuitat ad turpitudinem. nu. 97.

Secundo ampliatur, si filium ponat in hospitali, vt alatur, nu. 98.

99 *Filius parricidij pœnam non incurrit, si patrem*

tremoccidit, qui eum posuit in hospitali, vt aleretur.

100 *Pater abutens patria potestate cogi potest ad emancipandum, & nu.* 101.

102 *Pater semel remotus ab administratione ob eius dolum, vel culpam amplius ad eam non reintegratur.*


103 *Pater expensas factas in litigando pro filio an deducat ex fructibus ad eum spectantibus.*

104 *Expensæ erogatæ pro consequenda præbenda, vel dignitate pro filio an censeantur facta de bonis filij?*

105 *Pater conuertens in proprios vsus fructus bonorum castrensium siue quasi tenetur de eis rationem reddere.*

106 *Pater an tanquam administrator filij minoris restituatur in integrum sicut restitueretur ipse minor?*

107 *Promittens pro minore quòd ratificabit cõtractum an teneatur ad pœnam, si ille factus maior impugnat contractum.*

1 

Idem quoque patriæ potestati tribuitur, quòd Pater est quodãmodo dominus bonorum filij, cùm in eis legitimam administrationem habeat, etiam inuito filio, *l. cùm oportet, §. non autẽ, C. de bon. quæ lib. & §. 1. instit. per quas person. nob. acquir. plenè Arius Pinell. in l. 1. C. de bon. mater. in 2. par. nu. 15. & Ascan. Clem. in tract. de patr. potest. in 12. effect. nu.* 1. Et

2 est maior authoritas, quam habet pater in bonis filij, ea, quam habet tutor in bonis pupilli, ex not. per *Cran. in conf. 74 num. 1. & Arium Pinell. in ead. 2. par. dict. l. 1. num.* 67.

3 Hinc est, quòd super eis potest transfigere in re dubia, ex not. per *Alex. in consil. 171. in fin. vol. 2. & Bal. in l. 1. n. 2. C. de bo. mater. & Iaf. in l. nulli. ff. de transact. quos refert Crau. in eod. conf. 74. nu. 1. & plenè Surd. in conf. 451. per totũ, vol. 3. & Ascan. Clem. in d. effec. 12.*

4 *nu.* 7. Qui tamen hanc conclusionem intelligit, dummodo pater in transigendo se prudenter gesserit, & cum filij vtilitate, aliàs enim inquit requiri Iudicis decretum, hancque conclusionem benè quoque defendit *Philipp. Monspoliens. in respon. 21. in 1. dub. & alij quos refert Vinc. de Frãch. in decis. 665. nu.* 1. In dubio autem semper transactio præsumitur vtilis, præsertim si facta sit cum Iudicis decreto, nam satis lucrari dicitur qui a litium vexationibus eximitur, iux. not. per *Rolan. à Vall. in consi. 15. nu. 51. lib. 1. & alios, quos refert Surd. in d. consi. 451. nu. 27. & sequen.* Sed hoc intelligitur, quando re vera adest lis, aut probabilis eius timor, alioquin transactio non subsisteret *l. 1. C. de transact.* adeò quod qui se fundat in transactione, habet onus probandi litem, super qua transactum fuit, aliàs succumberet, etiã si in instrumento transactionis lis enunciata esset, nam de hoc non creditur partium assertioni, vt notabiliter affirmat *Dec. in conf. 351. nu. 3. quem refert Io. Vinc. de Ann. in repet. consti. regni, constitutionem diuæ memoriæ. nu. 215. & seq.* & ideo non valet transactio super re iudicata, iux. plenè not. per *Surd. in decis. 185. per totam*, neq; valeret super re valde clara, vel si nihil ab vna parte acceptum esset, vt pulchrè animaduertit *Iacob. Mandell. in consi. 89. nu. 2. & seq. & plenè Franc. Becc. in conf. 109. per totum.*

5 Imò potest etiam Pater vti legitimus administrator eius filij minoris bona immobilia alienare sine decreto Iudicis, vt notabiliter dixit *Azo in summ. C. de bon. quæ liber. sub nu. 12. verf. nec puto*, quod dictum pro valdè aureo refert *Catell. Cott. in memorab. in ver. decretum Iudicis, & Hippol. in sing.* 498. Illudque à contrarijs plenè defendunt *Tiraqu. in præfat. l. si vnquam nu. 28. C. de reuoc. donat. Couar. in 1. lib. var. resolut. cap. 8. nu. 6. Ioseph. Ludouic. in decis. Perus. 3. nu. 11. & seq. & Mascard. in tracta. de probat. conclus.* 1154.

6 *nu.* 18. Verùm hoc intelligendum est cum grano salis, tripliciter hanc conclusionem declarando: Primo enim ea procedit, quando pater alienat bona sui filij minoris sub eius potestate existentis, in quibus habet vsumfructũ, secus vero si alienaret bona filij emãcipati tãquàm eius tutor vel curator, tunc enim non valeret alienatio absque Iudicis decreto. *l. cũ emãcipati. C. de præd. mino. & l. si pupillorũ §. si pater ff. de reb. eor.* licèt eo casu Iudex pronior esse debeat ad consentiendum alienationi faciendæ per patrem, quàm per alium tutorem, vt inquit idem *Cott. in d. verb. decretum Iudicis*, cum quo concordant *Tiraqu. in ead. præfat. d. l. si vnquam, nu. 30. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 171. nu. 54. & Octau. Simoncel. in tract. de decret. in contrac. minor.*

7 *tit. 8. inspect. 1. nu. 1.* Secundo declaratur prædictam conclusionem procedere, quando Pater vti legitimus filij administrator eius bona alienaret ex aliqua causa necessaria, vrgenti ære alieno, quo casu licet regulariter bona minoris absque decreto distrahi non possint. *l. ob æs alienum, cum ibi not. per DD. C. de præd. minor.* Secus tamen est in patre, ex do-

ctrina

ctrina tradita per glo. in l. si quãdo C. de inoff.
testam. quòd cùm aliquid fieri permittitur in
casu aliàs permisso, ad hoc, vt huiusmodi per-
missio aliquid operetur, intelligi debet, remo-
ta qualibet solemnitate, quæ fortè in eo casu
alias requireretur, vt plenè dixerunt Tiraq. in
præfat. d. l. si vnquam nu. 34. Alciat. in resp.
358. per totum, Hieron. Gabr. in cons. 36. nu.
31. vol. 1. Couar var. resolu. lib. 1. cap. 8. nu. 6.
Ferdin. Loazes in repet. l. filiusfamilias, §.
diui nu. 16. ff. de lega. 1. Arius Pinel. in l. 1. C.
de bon. mater. in 3. par. nu. 21. & sub num. 29.
Menoch. de arbitr. iudic. cas. 171. nu. 54. ple-
nissimè Octau. Simoncell. in d. tit. 8. inspect.
1. num. 9. & seq. & nu. 13. & Io. Guttier. in
tract. de tutel. in 2. par. cap. 5. nu. 22. Vincen.
de Franch. in decis. 665. nu. 1. & Surd. in tra-
8 cta. de alim. tit. 8. priuil. 37. nu. 6. Tertia de-
claratio eiusdem conclusionis est, quòd licet
patri bona aduentitia filio delata alienare,
quando huiusmodi alienatio resultat in eui-
dentem ipsius filij vtilitatem, aliàs secus, vt no
tabiliter dixit glos. parua in l. quacunque in
ver. interdicta C. de bon. quæ liber. quam mi-
rabilem dicit ibi Bald. & cum ea plures alios
concordantes Doct. adducit Tiraqu. in tract.
de legib. connub. in ver. de son mary. glo. 8. nu.
74. Pretium autem ex re alienata peruentum,
tenetur pater conuertere in aliam rem, in qua
possit cadere vsusfructus, iux. not. per Ruin. in
cons. 142. nu. 1. lib. 1. & Natt. in cons. 543. nu.
27 lib. 3. vel saltim cautionem præstare de re-
stituendo eandem pecuniæ quantitatem filio
in casu mortis, iux. formam traditam in §. cō-
stituitur, instit. de vsufr. nam ea cautio non
censetur patri remissa, cùm sit de substantia
vsusfructus consistentis in pecunia, l. hoc Se-
natus. §. 1. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu con-
sum. iux. not. per Barto. & Bald. in l. 1. C. de
vsufr. Secus tamen est in cautione de vtendo,
& fruendo arbitrio boni viri, nam ea cense-
tur patri remissa, cùm non sit de substantia
vsusfructus l. fin. §. præterea, cum ibi not. per
Bald. C. de bon. quæ liber. & in spetie notant
Ruin. in d. cons. 162. nu. 1. & Natt. in d. consi.
9 543. nu. 27. Limitatur tamen eadem conclu-
sio, vt non procedat, quando pater vellet alie-
nare bona filio relicta cum expressa prohibi-
tione ne alienentur, tunc enim, vt illa prohi-
bitio aliquid operetur, si pater vellet ea ex ali-
qua causa necessitatis alienare, opus esset Iudi-
cis decreto, vt notabiliter animaduertit Ferd.
Loazes. in repet. dict. l. filiusfamilias, §. diui,
nu. 16 ff. de lega. 1. quem solum hoc dixisse re-
fert Octau. Simoncell. in dict. inspect. 1. in fin.
10 nu. 15. Prætereundum autem non est, quòd
eadem ratione, qua patri permittitur tãquàm
legitimo administratori filiorum bona aduen
titia alienare, licitum quoque est debitorum
nomina exigere, & debitores soluentes libe-
rare, vt ex communi Doctorum sententia re-
fert Natt. in d. cons. 543. nu. 1. & seq. lib. 3.
& pecuniam exactam potest consumere, &
in proprios vsus conuertere, præstita tamen
cautione de restituendo eandem quantitatem
finito vsufructu post eius obitum, vt benè ani-
maduertit idem Natt. in eod. cons. 543. nu. 27
Sed hoc intelligitur quando solutio fit patri
tanquàm legitimo administratori bonorum,
in quibus habet vsumfructum tãtùm, vt benè
declarant Dec. in l. filius num. 6. C. de pact. &
Ias. in l. 3. nu. 5. ff. sol. matri. quos refert Ste-
fan. Gratian. in 2. lib. disceptat. forens. cap.
11 365. nu. 1. & seq. Verùm animaduertendũ
est, quòd ad hoc, vt debitor liberationem con-
sequatur, non sufficit patris confessio de rece-
ptione pecuniæ, sed opus est apparere de vera,
& reali numeratione, vt plenè probat idem
Natt. in eod. cons. 543. num. 13 cum plur. seq.
12 Idem enim est in tutore, cuius sola confessio
non nocet pupillo, nec liberat soluentem, put
ex magis communi Doctorum sententia affir-
mant Tiraq. in tract. de retract. conuent. §. 4.
glo. 6. nu. 12. & alij, quos plenè refert Borgn.
Cauale. in tract. de tutor. num. 274. & Paul.
Granut. in theorem. 7. nu. 2. & latè Surd. in
decis. 229. nu. 24. & seq. & Mascard. de prob.
13 in concl. 370. nu. 1. Et idem est in procurato-
re constituto ad exigendum, cuius confessio
de recepto non sufficit ad liberandũ debitorẽ,
si non constat de vera, & reali solutione, vt
benè probat solemnis tex. in l. non abstulit,
C. de nouat. & ita in spetie notant Capyc. in
decis. 16. nu. 7. Hippol. de Marsil. in sing. 265.
& alij, quos refert idem Paul. Granut. in dic.
theorem. 7. nu. 1. & Menoch. in cons. 39. n. 33.
14 Idemque est in procuratore constituto ad ac-
cipiendum mutuo pecuniam, vt communiter
affirmant Doctores omnes in l. 2. §. fi. ff. si cer.
pet. Ias. in §. sequns. n. 14. & seq. instit. de actio.
& pulchrè Loffr. in cons. 22. nu. 21. quæ con-
clusio ampliatur procedere etiam si in man-
dato adsit potestas confitendi se habuisse & re-
cepisse, vt affirmant Bart. in d. l. 2. §. fi. num. 7.
ff. si cert. per. Paul. de Castr. in cons. 337. sub
nu. 3. vers. item quia per confessionem, lib. 1.
& Roder. Xuar. in repet. l. post rem iudicatam
in cap. incip. quia supra visum est num. 16. ff.
de re iudic. & quamuis hæc ampliatio multos
habeat contradictores, & præcipuè Francis.
Aret. in cons. 4. & alios quos refert apostil.
ad Bar. in d. l. 2. §. fi. nu. 7. ff. si cert. pet. tamen
recedendum non est ab opinione Bar. vt affir
mat Mascard. de probat. in concl. 369. nu. 9.
Mul-

Multis autem modis hęc concluſio limitatur,
quos plenè refert *Pau.Granut.in d. theorem.*
15 *7.num.6.cum plur.ſeq.* Sed cęteris notabilior
limitatio eſt, quòd ſupraſcripta concluſio non
procedit, quando dominus in mandato iura-
uit ſe ratum habiturum quicquid per procu-
ratorem conſtitutum geſtum fuerit, tũc enim
obligatur etiam eius confeſſionem ratam ha-
bere, vt notabiliter affirmat *Pau.de Caſtr. in
conſ.409. lib.* 1. cum qua opinione concordat
*Ant.de Fetrut.in repet.l.1.nu.311.ff.de iur.
iur.& Marc.Ant.Bauer. in tract. de virtut.
iuram.in fi. num.* 155. licèt autem pulchra ſit
hæc limitatio, eam tamen ſtrenuè impugnant
*Purpur.in d.l.2.§.fi.nu.109.& ſeq.ff. ſi cert.
pet.& ibidem Bolognet. nu. 47. plenè Seraſi.
in tract.de priuil.iuram.cap.* 148. *per totum*,
& alij quos refert *Ludou. Morot. in reſponſ.*
16 *24.nu.13.& ſeq.* An autem procurator con-
ſtitutus ad vendendum, & pretium recipien-
dum poſſit habere fidem de pretio? vide *Socy.
iun.in conſ.21.vol.3.per totum, Aluar. Ve-
laſc.in conſultat.21.& plenè Morot. in dict.*
17 *reſp.24.per totum*; Et an procurator ad ven-
dendum aliquam rem poſſit vendere ius redi-
mendi eam? vide *Soc. iun. in conſ.22.vol.3.
& Ioſeph.Ludouic.in deciſ. Peruſ.37.nu.8.*
18 Et an procurator ad locandum poſſit pen-
ſionem rei locatæ exigere? *vide Dec. in l. fi-
lius. in fi. C.de pact. Iaſ.in l. eum qui ita, §.
qui ſibi aut filio, nu.12.& ſeq. ff.de verb. obl.
Paul. de Caſtr. in l. quod ſeruus, nu.2. ff. de
poſ. Ceſal. in conſ.338.nu.16.lib.3. Vinc. de
Franch.in deciſ.699.in 4.par.& Facchin. in*
19 *controuer.iur.lib.2.c.93.* Et ſi ſit conſtitutus
ad locandum domus Eccleſię, an poſſit locare
eas, quæ ſunt eccleſiæ contiguę? dic, quod nõ,
ſi ad id non habet ſpetiale mandatum, vt no-
tabiliter inquit *Lap.in alleg.12.nu.2.& apo-*
20 *ſtil.ad eum.* Et an habẽs mandatum generale
cum libera poſſit tranſigere, vel domino præ-
iudicare in iure appellãdi? vide omnino *Au-
guſt. Bero. in q.34.per totam.* Ex quibus au-
21 tem verbis inducatur mandatum cum libera?
*plenè explicant Alex.in conſ.44.nu.1.& ſeq.
vol.2.Vrſill.in deciſ.305.nu.1.&* 6. late *Co-
uarr.in 1.lib.var. reſol. c.6. nu.3. & ſeq.* &
22 pleniſſimè *Ceſal.in conſ.338.lib.3.* Et an ſol-
uens procuratori antequam cedat dies ſolu-
tionis, liberetur, ſi interim ille procurator ſo-
ro cedat, vel reuocetur à domino? vide *Franc.
Mugnoz.de Eſcobar in tract. de ratioci.c.23.
nu.50.cum plur.ſeq.& Stephan.Gratian.in*
23 *1.lib.diſceptation.forenſ.c.127.nu.33.* Quo-
modo autem conſulatur ſoluenti falſo procu-
ratori, vel reuocato? vide *Alex.& alios in l.
ſi procuratori, ff.de condic.ob cauſ. & in l. ſi
quis ſeruo.ff.de ſol.et Guid. Pap.in deciſ.173.*
24 *per totam.* Et quid ſi quis ſoluat ei cum quo
contraxit, quem ſciebat non eſſe dominum,
ſed pro alio contraxiſſe? vide quæ plenè tradit
*Surd.in conſ.43.lib.1.et in deciſ.229. et Reg.
Conſiliar. Io. Andr.de Georg. in alleg.38.*
25 *nu.13.et ſeq.* Et an ex patientia domini præ-
ſumatur tacitum mandatum, vel eius amplia-
tio? vide *Afſl.in deciſ.308.Boer.in deciſ.281.
nu.11.* & plenè *Arium Pinell. in repet. l.2.
C. de reſcind. vendit. in 2.par c.1. nu.18. et*
26 *ſeq.* Et an ex temporis antiquitate præſuma-
tur mandatum? vide *Menoch. in conſ.1.nu.
79.lib.1.Ceſal.in conſ.311.nu.11. et in conſ.
441. nu.72. et ſeq. lib.3.Surd. in conſ.28.nu.
81.lib.1.et Borgn.Caualc. in deciſ.45.nu.11.*
27 *in 1.par.* Item poteſt pater, vti legitimus filij
adminiſtrator in iuditijs pro eo agere, & exci
pere, iux.not. per *Arium Pinell. in l.1.C.de
bon.mater.in 2.par.nu.63.& pulchrè Alex.
Raudenſ.in conſ.21.num.198.& ſeq.lib.1.*
28 Ac etiam poteſt in cauſa filij ante litem con-
teſtatam procuratorem conſtituere, prout ex
Barto. & aliorum Doctorum ſententia refert
Aſcan.Clem.in d.effec.12.num.4.verſ.infer-
29 *tur tertio.* Sed in hoc magna eſt Doctorum
controuerſia, an in huiuſmodi procuratoris
conſtitutione requiratur etiam conſenſus ip-
ſius filij? magis autem communiter recepta
eſt doctrina *Innoc.in cap.accedens.num.1.de*
30 *procurat.* qui dixit non poſſe patrem ſine filio
procuratorem conſtituere, nec pro eo agere,
nec excipere, ſi eſt maior ſeptennio, per text.
*in l.fi.§.vbi autem C.de bo.quæ liber.per quē
tex.* ita etiam conſuluit *Roma.in conſ.241.ſub
nu.10.& Cappell.Tholoſ.in queſt.*105. Et cũ
eadem opinione concordant nonnulli relati
per *Arium Pinell.in d.l.1.C.de bo. mater. in
2.par.nu.66.* qui plenè hunc articulum diſpu-
tat, & pluribus intellectibus illum tex. exor-
nat, & *Alex.Raudenſ.in conſ.9.num.154.&*
31 *ſeq.lib.1.* An autem pater poſſit pro filio com
promittere? plenè explicat idem *Pinell. in 3.
par.eiuſdem l.nu.44.& ſeq.* Et an poſſit do-
32 nare pro filio ex cauſa remunerationis, præ-
ſertim ſi pater, & filius ſint perſonæ nobiles?
vide omnino eundem *Pinell.in eadem 3.par.
d.l.1.nu.57.& 59.* qui ad hoc propoſitum al-
legat, & plenè interpretatur *tex. notab. in l.
cùm plures.§.fi ff.de admin.tut.* cui addenda
ſunt, quæ ad hoc propoſitum plenè refert *Ma-
gnoz.de Eſcobar.in tract.de ratiocin.cap.24.*
33 *nu.24.cum plur.ſeq.* Et an Pater poſſit loca-
re aduentitia filiorum, ità vt etiam poſt eius
obitum filius teneatur ſtare illi locationi? vl-
tra plenè notata per eundem *Pinell.in ead.3.
par.d.l.1.nu.63. vide Surd. in deciſ.299. per
tot.*

tot. qui similem quæstionem explicat, an scili-
cet pupillus factus maior teneatur stare loca-
tioni factæ per eius tutorem, & cõcludit, quòd
regulariter tenetur pupillus ratam habere lo-
cationem factam à tutore, nisi tutor per dolũ,
& fraudem locasset in longius tempus, quàm
34 deberet. Sed an pater possit remittere cadu-
citatem recipiendo canonem ab emphyteota?
vide *Soc. in cons. 66. nu. 20. vol. 3.* qui tenuit,
quòd potest, eumque refert, & sequitur *Cor-
bul. in tract. de iur. emphyt. sub tit. de caus. pri
uat. ob non solut. canon. in 21. limit. nu. 17.*
& cum eadem opinione cõcordant *Honded.
in cons. 55. sub nu. 98. vol. 1. & Marc. Ant. de
Amat. in decis. prou. March. Ancon. 70. n. 20.*
Quæ tamen potestas non censetur concessa
procuratori generali absque speciali mandato
ad caducitatem remittendam, vt affirmant
idem *Corbul. in citato loco num. 16. Paris. in
cons. 86. nu. 17. vol. 4. Affl. in decis. 129. num.
10. & seq. Menoch. in cons. 460. nu. 14. vol. 4.
Honded. in d. cons. 55. nu. 86. & plenè Surd.*
35 *in decis. 181. per totam.* Item potest pater hæ-
reditatem filio infanti delatam adire, *l. si in-
fanti, cum ibi not. per Bar. Bal. & alios DD.
C. de iur. delibe.* Imò eam adiuisse præsumi-
tur, si dotem maternam, quam restituere te-
nebatur, non restituit, vt pulchrè dixit *Natt.
in cons. 74. nu. 10. vol. 1. plenè Surd. in decis.
140. nu. 1. Magon. in decis. Florent. 148. nu.
11. & Ludouic. Morot. in respon. 11. nu. 10.*
36 Qui plus dicit nu. seq. quòd ex sola possessione
bonorum maternorum, præsertim longæua,
& ex eo quòd Pater retinuit maternam hære-
ditatem filiæ delatam, inducitur aditio pro
ipsa filia etiam maiori, ad quod allegat *Barto.
in cons. 129. Alex. in cons. 20. nu. 1. vol. 7. ple-
nè Corn. in cons. 94. volum. 2. & Purpur. in
cons. 352. nu. 11. vol. 1.* An autem Pater possit
hæreditatem filio delatam, vel legatum repu-
diare? remitto me ad ea quæ plenè tradit *Ari.
Pinell. in cod. 3. par. d. l. 1. C. de bon. matern.*
38 *nu. 103.* Sed pone, quòd Pater voluntariè, &
absque legitima causa alienauit bona aduenti-
tia filij, in quibus ipse vsumfructum habebat;
An saltim eo viuẽte prohibeatur filius huius-
modi alienationem reuocare? *Bal. in l. fi. §. in
computatione, num. 7. C. de iur. delib.* dixit,
quòd licet filius non possit agere, nisi consen-
tiente patre *l. 1. in fi. C. de annal. except.* Ni-
hilominus idem Pater tanquàm legitimus ad-
ministrator etiam contra factum proprium
posset illam alienationem nomine filij reuo-
care; Nam eius officium est naturale, & neces-
sarium, cui renuntiare non potest, *arg. l. ami-
cissimos. §. Lutius. ff. de excus. tut.* Et si fortè
Pater iurasset se nullo nomine contrauentu-
rum, tunc filio succurritur, vt ipse agat, & Pa-
trem cogi faciat ad consentiendum, nam ab il-
lo iuramento intelligitur exceptum præceptũ
superioris, *l. non videtur. §. qui iussu. ff. de reg.
iur. & l. fin. ff. ad municip.* & cum hac conclu-
sione transit quoque *Corn. in eod. §. in compu-
tatione. nu. 6.* & eam plenè defendit *Arius Pi
nell. in d. 3. par. l. 1. C. de bon. mater. nu. 74. &
in auth. nisi triennale, nu. 44. C. eod. & opti-
mè Ioseph Ludou. in decis. Perus. 13. num. 16.*
39 *& seq.* Pro cuius corroboratione adducunt
aliud simile, quod maritus potest rem dotalẽ
per ipsum nulliter alienatam vendicare, &
& venditionem tanquàm perperam factam
impugnare, ex not. per *glos. instit. quib. alien.
lic. in princ. in ver. interdicto, & ibidem per
Aret. Alex. in cons. 109. nu. 4. vol. 4. Bal. No-
uel. in tract. de dot. par. 7. priuil. 1. num. 15. &
Io. Campeg. in eod. tract. de dote, par. 4. in 20.*
40 *quæst.* Similique modo, & Prælatus rem ec-
clesiæ alienans contra iuris præcepta potest
eandem nomine ecclesiæ vendicare. Nam tũc
censetur altera persona, *c. si quis presbyterũ,
cum ibi not. per Imol. & Bero. nu. 46. de reb.
eccles. non alien. glos. in l. iubemus. §. sanè, in
ver. œconomis C. de sacros. eccles. & ibi Paul.
de Castr. nu. 5. & Salyc. nu. 1. & Corset. in
tract. de potest. Reg. quæst. 95. nu. 6.* prout etiã
41 Rex, qui bona coronæ alienauit, contra dispo
sitionem *tex. in c. intellecto, de iureiur.* ipse-
met ea vendicare potest, tãquàm nulliter alie-
nata, vt inquit *Baeça in tract. de dot. cap. 11.
nu. 84. & Menchiaca de success. creat. §. 10.*
42 *num. 248.* Quibus tamen non obstantibus su-
pradictam principalem conclusionem latè im
pugnant *Peregr. in cons. 96. per totum, vol. 1.
Fabian. de Genoch. in repet. auth. nouissima, nu.
240. C. de inoff. testam. Crot. in repet. l. si con-
stante in 2. lect. nu. 118. ff. sol. matri. Bellon.
in consi. 24. num. 5. latè Melchior Palaez. in
tract. de maiorat. in 4. par. quæst. 15. num. 7.
cum plurib. seq. & plenè Aluar. Velasq. in 1.
lib. consultation. & rer. iudicatar. consult. 69
nu. 15.* qui contrarijs respondent, quòd pro-
cedunt quando alienatio est prohibita fauore
publico, tunc enim ipsemet qui alienauit po-
test reuocare, secus autem esse dicunt, quando
alienationis prohibitio respicit priuatum in-
teresse, vt latè probat *Menoch. in consi. 89. nu.
84. & seq. lib. 1.* Et sicut licita non est reuoca-
tio ipsi patri alienanti, pari etiam ratione di-
cendum videtur, quòd non licet etiam filio,
viuente patre, alienationem ab eo factam im-
pugnare, ob reuerentiã patri debitam, vt con-
cludit *Couarr. in 1. lib. var. resolut. cap. 8. sub
nu. 6. vers. sæpissimè tandem controuertitur,
qui num. 7.* hanc conclusionem ampliat etiam
ad

ad filium emancipatum, sed hæc ampliatio nõ est omninò tuta, contrarium enim tenet *Pau. de Castr. in l. filiusfamilias §. cum pater nu. 1. ff. de legat.* 1. qui dicit filium emancipatum statim reuocare posse bona aduentitia à patre alienata, & idem affirmat *Gregor. Lopez in 5. partic. tit. 13. l. 24. in ver. despues de su muerte, & Melch. Palaez in d. quæst. 15. num. 7.*
43 Huic etiam similis quæstio est: An filius hæres patris possit bona aduentitia per patrem alienata vendicare? in qua quæstione Doctores se nimium inuoluunt, Ideo vt eius vera explicatio, quo facilius fieri possit habeatur,
44 ponam primò regulam, quòd filius paternam hæreditatem adeundo, tenetur omnia à patre gesta habere rata, & proinde non potest alienationem ab eo factam impugnare, ex regu. *tex. in l. cùm à matre, cum ibi not. per glo. & omnes DD. C. de rei vendicat.* Nam hæres, & defunctus pro vna persona reputantur, *l. hæredem, ff. de regu. iur. & auth. de iur. iur. à morien. præst. in princ.* & quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio,
45 *l. vendicantem. ff. de euictio.* Hæc autem regula plures habet limitationes, & declarationes, quarum prima est, quam ponit *Paul. de Castr. in d. l. cùm a matre nu. 5.* quòd tunc filius tenetur tanquam Patris hæres alienationem rei suæ ab eo factam ratam habere, quando Pater eam vendidit tanquam propriam, secus verò si eam vendidisset administratorio nomine tanquàm rem filij sine legitima causa, tunc enim filius, quamuis esset hæres patris, posset rem suam vendicare, & impugnare paternum contractũ, ea ratione, nam cùm huiusmodi alienationibus ius resistat, ex quo prohibetur Pater vendere rẽ filij sine causa, per tex. *in d. l. 1. C. de bon. mater.* meritò hęres poterit hmõi alienationẽ tãquàm nulliter factam impugnare, ex reg. tex. in *l. quemadmodũ C. de agricol. & censit. lib. 11. & l. iubemus. §. sanè C. de sacros. eccles.* præterquã si ipsemet filius
46 eam ratificasset, pro qua conclusione facit, quòd quando actus a defuncto celebratus tendit ad fraudandum hæredem iure sibi debito, tunc hæres non prohibetur illi contrauenire, vt dicit *idem Paul. de Castr. in cons. 197. nu. 1. vol. 2. Thob. Non. in cons. 2. nu. 12. &*
47 *Natt. in cons. 470. nu. 17. vol. 2.* Et hanc limitationem, quòd quãdo alienatio est nulla tanquam facta contra iuris dispositionem potest à filio non obstante, quòd sit patris hæres, impugnari, plenè defendit *Hier. Grat. in cõs. 91. per tot. vol. 1. Crau. in cons. 200. nu. 6. & seq. pulchrè Gramm. in decis. 93. nu. 7. & seq. Cacher. in decis. Pedem. 180. nu. 1. et per totam, Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. gl. 2. nu. 6. Molin. de primogen. Hispanor. lib. 4. cap. 1. nu. 18. et Surd. in cons. 196. nu. 53. et seq. vol.*
48 2. Qui hinc notabiliter infert, quod filius matris hæres non prohibetur impugnare dispositionem ab eadem matre factam contra prohibitionem *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* & multa alia similia ad hoc propositum cumulat *idem Surd. in cons. 382. nu. 100. et seq.*
49 *vol. 3.* Verùm contra hanc primam limitationem validissimis rationibus insurgit *Roder. Suarez. in repet. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. in 7. ampliat. nu. 17. cum quo concordant Ruin. in cons. 42. nu. 3. vol. 5. Arius Pinell. in d. 3 par. l. 1. C. de bon. mater. nu. 81. vers. ampliatur tertio. Fulgos. in cons. 67. nu. 3. et per tot. Cefal. in cons. 392. nu. 26. et seq. vol. 3. latè Menoch. in cons. 89. per tot. vol. 1. et alij relati per Cæsar. Barz. in decis. Bonon. 64. nu. 32. et seq. et per Melch. Palaez.*
50 *in d. tract. de maior. in 4. par. q. 16. nu. 1.* Sed pro harum opinionum concordia, duæ aliæ sunt opiniones, quarum vna est, quòd si is, qui emit a patre habiturus est regressum euictionis contra eius hæredem, tunc filius, qui alienationem impugnat, si est patris hæres, exceptione repellitur, etiam si nihil penes eam remaneat de bonis paternis, ex reg. *d. l. vendicantem, ff. de euict.* quod in spetie probatur *in*
51 *l. siue possessio, C. eod.* Si verò emptor non sit habiturus euictionis regressum, puta quia ita fuit expresse cõuentum cum venditore, vt nec ad pretij restitutionem teneretur, iux. not. *in l. emptorem, §. ibidem. ff. de act. empt. et Vinc.*
52 *de Franch. in dec. 239.* Vel quia scienter emit rem alienam, quo casu similiter ei denegatur euictionis regressus, nisi permissa fuerit, iuxta tex. *in l. si fundum C. de euict.* & per ea, quæ plenè tradit *Couar. in 3. lib. var. resol. c. 17. nu. 1. et seq. plenè Franc. Becc. in cons. 24. nu. 34. et seq. in 1. vol. et Surd. in cons. 15. nu. 19.*
53 *vol. 1.* Et tunc aliqui dicunt, filiũ vendicantẽ rem à patre alienatã non repelli, nisi quatenus habeat de bonis paternis vltra legitimã, quatenus verò habeat de bonis paternis infra legitimam, nulla exceptione putant eum repelli posse, tunc enim filio non obstat regula, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. Nam dum pater, qui rem filij alienauit, de euictione non tenebatur, nequaquam teneri potest ipse filius, tanquam eius hæres, neque ei objici potest alia iuris regula, ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet, nam legitimam filius non capit tãquam lucrum, sed vti rem debitam, prout notabiliter dixit *Bart. in l. fin. §. in computatione, sub nu. 6. in fi. C. de iur. deliber.* cuius opinioni inhæret ibidem *Paul. de Castr.*

sub

sub nu.9.vers.tertius est,et Boer.in decis.23.
sub nu.17.in fi. & pro ea plures alios concor-
dātes refert Mich.Crass.in 1.lib. recept. sent.
in ver.hereditas,q.12.nu.21.vers.ea hac con
clusio. Alij verò indistinctè tenent, filium ven
dicantem rem propriam à patre alienatam re
pelli posse etiam si nihil aliud de paternis bo-
nis habeat nisi legitimam, vt refert Iacobin.
in d.§.in computatione,nu.11. et Aluar.Ve-
lasq.in d.consultat.69.nu.10.in ver. quartus
est casus, quam opinionem veriorem esse te-
statur Mich. Crass.in ver.hereditas, in 12.q.
sub nu.21.vers. contrariam sententiam, Pha-
nucc. in tract.de inuentar. in 5.par. nu.76.
plenè Roder.Suarez in d.repet.l.quoniam in
prioribus,in 7.ampliat.nu.15. Molin.de pri-
mog.Hispan. in 4.lib.c.1.nu.28.& Tiraq. de
54 retract.lignag.§.1.glo.9.nu.48. Altera verò
est opinio, quòd indistinctè filius admittatur
ad vendicādum bona propria per patrem alie
nata, sed quòd teneatur, vt hæres ad euictio-
nem emptori, iux.tex.singularem,et notabi-
lem in l.fin.C.de euict.et in l.Sciass.eod.et li-
55 cet Curt.iun.in cons.155.nu.10.vol.1. dicat
hoc tantum procedere in hærede fideiussoris,
non autem in hærede principalis venditoris,
prout etiam plenè tenuit Cefal. in cons.392.
nu.46.et seq.vol.3.et in cons.seq.nu.52. inter
quos quænam sit differentiæ ratio, plenè scru
tantur Arius Pinell. in ead. 3.par. d.l.1. sub
nu.83. vers. limitatur decimotertio, et Bar-
56 bos.in l.Lutius,nu.15.ff.sol.matrim. Nihilo-
minus ex aliorum sententia, etiam principa-
lis venditoris hæres potest ex persona pro-
pria rem nulliter alienatam vēdicare, sed vti
hæres tenetur emptori de euictione ad to-
tum id, quod eius interest, prout plenè fundat
insignis Doctor Io.Bapt.Ladereh.in cōs.138.
qui pro hac conclusione allegat solenne cons.
57 Bero.129.nu.15.vol.2. Quæ quidem conclu-
sio a iuris regulis aliena non est, siquidem per
aditionem hæreditatis etiam sine inuentario,
ius rei vendicandi non confunditur, secun-
dum Bal. in l.si vxor. C. de bon. auth. iudic.
possid. & Alex. in l. debitori, in princ. C. de
58 pact. Prout nec confunduntur actiones hy-
pothecariæ, iux. plenè tradita per Rol. à Vall.
in cons.65. nu.15. vol.2. Neutz. in cons.69.
nu.12. & seq. latè Cefal. in cons.393. vol.3.
Vrsill.in decis.237. Vinc.de Franch.in decis.
80. & in decis.518.nu.2. & plenè Surd. in
59 cons.7.nu.19.& seq.vol.1. Et proinde incon
ueniens non est, quòd hæres rem vendicet, vt
dominus, & quòd personali actione teneatur,
vt hæres, cui suffragatur alia iuris regula,
quòd de quantitate ad speciem non sit com-
pensatio, l.fin. C.de compensat. pro qua con-
clusione etiam optimè faciunt not. per Affl.
in decis.240.nu.8.& in decis.278.per tot. sed
hæc quoque opinio ex magis communi Do-
ctorum sententia impugnatur, vt patet ex al-
legatis per Molin.in supra citato loco nu.29.
60 Vnde tertia succedit Doctorū opinio, quòd
nullo modo hæres possit reuocare alienatio-
nem etiam nulliter factam à defuncto, præter-
quam si esset nulla ex defectu consensus, vt
pluribus iuribus, & authoritatibus probat in-
signis Doctor Hispanus Barbos.in d.l.Lutius
Titius, nu.18.& seq.ff.sol. matrim. quem re-
fert Vinc. de Franch. in decis.665. sub nu.4.
& eandem sententiam confirmant Marchio
de Ponte in tract. de potest. Proreg. fol.202.
nu.19.& seq.et alij relati per Cæsar.Barz.in
d.decis.Bonon.64.nu.33. & hæc est ipsa veri-
tas, omnibus enim contrarijs optimè respon-
det Menoch.in d.cons.89. cui meo iudicio ni-
61 hil addi, nec replicari potest. Verum quando
nullitas prouenit ex defectu consensus, vel ex
aliqua iuris resistentia, cui etiam expressè re-
nuntiari non posset, tunc non posse hæredem
aliqua exceptione repelli fatetur idem Bar-
bos.in citato loco, sub nu.21. et seq.et Vinc.de
62 Franch. in d. decis.665. nu.5. Secundò limi-
tatur principalis regula quando vltra legis
prohibitionem concurreret etiam expressa
prouisio dominis, ne bona fideicommisso sub-
iecta alienentur, tunc enim cum alienatio fit
ipso iure nulla, & ex ea nullo vnquam tempo-
re potuerit transferri dominium in emptorē,
ex not. per Ruin. et Paul. de Castr. in l. filius
familias, §.diui, ff.de leg.3. et per eundē Paul.
in cons.10. et in cons.15. vol.1. præsertim si
adsint verba resolutiua cōtractus in casu alie-
nationis, iuxta ea quæ pulchrè docent Rol. à
Vall.in cons.62.nu.17. et seq. vol.2. et Vinc.
de Franch.in dec.355. Vel ageretur de re alie-
nari prohibita cum iuramento, & speciali hy-
potheca eiusdem rei, iux.not. per eundem de
Franch.in decis.302.nu.3. & plenè per Gasp.
Thesaur.in quæst.foren.81.nu.8.et seq.lib.2.
sine dubio poterit filius non obstante quòd sit
patris hæres huiusmodi bona sic nulliter alie-
nata vendicare, prout plenè concludit Hier.
Grat.in respons.91.nu.13. et seq. et per totū,
vol.1. Animaduertendum autem est circa hāc
limitationem, quod licet vera sit conclusio,
quod quādo actus est absolutè, & ex omni par-
te nullus, non prohibetur hæres contrahen-
tis illū impugnare, hoc tamen procedit quan-
do nullum ius, nullaq; obligatio penitus fun-
dari ex eo potest in persona defuncti, aliàs se-
cus, prout plenissimè, & notabiliter explicat
Phanucc. omninò videndus in tract. de in-
uentar. in 7.par. nu.149. cum plur. seq. & pre-
cipuè

63 cipue nu.162.ad quem me remitto. Tertiò li-
mitatur, quòd hæres non tenetur ſimpliciter
approbare factum ſui authoris, ſed pro por-
tione hæreditaria tantùm, non autem pro alia
portione ſui cohæredis, vt plenè tradit Bur-
ſat.in cõſ.370.nu.24.vol.4. Ant. Gomez.in
2.lib.var.reſol.c.10.n.3.& ſeq. pulchrè Ari.
Pinell.in 3.par. d.l.1.ſub nu. 79.verſ. eadem
concluſio. Mich.Graſſ. in 1.lib.receptar. ſen-
tent.in ver.hæreditas in 12.quæſt.nu.12.Ro-
der.Suar.in repet. d.l. quoniam in prioribus,
in 7.limit.nu.7.C.de inoff.teſtam. & Molin.
de primog.hiſpan.lib.4.cap.1.nu.13. Quartò
64 limitatur in hærede cum beneficio legis, &
inuentarij, qui eatenus tenetur factum defun-
cti approbare, quatenus de bonis hæreditarijs
ad eum peruenerit, & non vltra, vt benè con-
ſiderat Arius Pinell.in eod.loco ſupra citato,
65 ſub num.81.verſ.ampliatur ſeptimò. Vnica
autem differentia eſt inter hæredem non con-
ficientem inuentarium, & illum qui inuenta-
rium legitimè confecit, quòd non conficiens
inuentarium tenetur factum defuncti ratifica-
re, pro ea portione, pro qua eſt hæres quoti-
tatiuè, vt puta pro medietate, aut tertia, vel
quarta parte, etiam ſi plus vel minus de hære-
ditarijs bonis habeat, Is autem qui inuentariũ
conficit, pro ea tantùm quantitate, quam ex
bonis defuncti percepit, vt poſt Bald. in d. l.
cùm à matre, nu.12.& Alex.nu. 8.Corn.nu.
7.& Iacobin.nu.12.in d.l.fi.§.in computatio-
ne.C.de iur.delib.pulchrè explicant Pinel.in
eod.ſupradicto loco, num.79.verſ.eadem con-
cluſio, & nu.81.verſ.ampliatur ſeptimò, Af-
flict. in c.1. an agnatus, nu.3. Suarez in d.l.
quoniam in prioribus, in 7.ampliat. num.16.
Boer.in deciſ.23.nu.72.& Molin.de hiſpan.
66 primog.lib.4.cap.1.nu.24. An autem bene-
ficium inuentarij profit hæredi, etiam quoad
bona ſita extra diſtrictum, vide Bald. in conſ.
67 219.vol.1. Et quæ ſolemnitates requirantur
ad hoc, vt inuentarium legitimè conficiatur?
& quæ vtilitates ex eius confectione proue-
niant? plenè cumulant Aluar.Velaſq.in con-
ſultatio.52.per totam. Didac.Spin.in ſpecul.
teſtamentor.in glo.ſi.35.per totam, & Gaſp.
Theſaur.in quæſt.forenſ.10.lib.1. Et ſi hæres
68 omittit aliquid ponere in inuentario, an pri-
uetur in totum eius beneficio? vide Fab.de
Ann.in conſi.96.& Honded.in conſi.34.per
69 tot.vol.1. Et qualiter de dolo hæredis conſta-
re debeat? vide eundem in conſ.35.vol.eo. &
70 Ant.Gam.in deciſio.122.& 148. Et quid ſi
omittit apponere fines bonorum ſtabilium?
vide Iacob.Berrett in conſi.57.nu.14. Et an
71 mulier reſtituatur in integrum aduerſus in-
uentarium legitimè non confectum? vide
72 Vinc.de Franch.in deciſ.229. Et quid in mi-
nore? vide Franc. Becc. in conſ.144. lib.2.
73 Et quid ſi minor adiuit hæreditatem ſimpli-
citer, an effectus maior, infra quadriennium
reſtituatur ad illud conficiendum? vide La-
nar.in conſi.16.Pariſ.in conſ.65.num.55.&
ſeq.vol.3.& Iacob.Maubell.in patrocin.19.
74 num.10. Et an hoc caſu inuentarium confe-
ctum per minorem proſit alijs cohæredibus
maioribus? dic quòd ſic, vt notabiliter inquit
Pariſ. in d.conſ.65.num.55.& ſeq.& num.
59.& plenè Sforz.Odd.in tracta. de reſtitu.
in integr. in prima par. quæſtio.45.artic.5.
75 nu.21. Et an hæres non conficiens inuenta-
rium teneatur vltra vires hæreditarias, ſi re-
vera aliunde conſtat non adeſſe bona in hære-
ditate? vide Vinc.de Franch.in deciſ.536. Et
76 ſi hæres conſtituit procuratorem ſimpliciter
ad hæreditatem adeundam, an poſſit poſtea
declarare, quòd vult eam adire cum benefitio
inuentarij? vide Cephal.in conſ.327.vol.3.
77 Nimis autem dubia quæſtio eſt, An ſi hæres
cum benefitio inuentarij ſe obliget proprio
nomine ad ſolutionem alicuius debiti hære-
ditarij, poſſit ſe inuentarij beneficio tueri?
ſunt etenim hinc inde Doctorum opiniones,
quas plenè refert Vincent. de Franch. in de-
ciſione 323. in qua hunc articulum reliquit
indeciſum, licet poſtea in deciſione 648. re-
ferat iudicatum fuiſſe pro hærede, pro qua
opinione faciunt notata per Minad. in de-
ciſione 25. qui dicit, quòd ſi hæres facit
compromiſſum, & obligat ſe parere laudo, ſi
condemnatur, poteſt aduerſus laudi exequu-
tionem opponere diſcuſſionem inuentarij,
contrariam verò opinionem veriorem eſſe
plenè probant Phanut.in tract. de inuentar.
in 6.par.nu.110.& in tract.de lucr. dot.gloſ.
8.nu.57.Vrſill.in deciſ.399. in fi.& pulchrè
Grau.in conſi.214.num.7.vol.2. qui notabili-
ter dicit, quòd ſi quis obligat ſe, & bona ſua
inſolidum, non iuuatur beneficio inuentarij,
etiam ſi in inſtrumento dicatur, quòd obli-
gat ſe vti hæres cum beneficio inuentarij,
nam ea verba cenſentur appoſita demonſtra-
tiuè tantùm, & idem quoque plenius affirmat
Corn.in conſ.31.nu.11.& ſeq.vol. 3. & hanc
opinionem ſequitur, ac pluribus authoritati-
bus confirmat Surd.in deciſ.297.nu.11.& in
conſ.191.nu.26.lib.2. & pro ea contra dictam
deciſionem Minad. ſe obtinuiſſe teſtatur do-
ctiſſimus Conſiliar. Rouit. in comment. ſuper
pragm.2.de arbitr.ſub nu. 17.verſ.eſt tamen
in hac materia notandum, & demùm hęc opi
nio confirmatur ex ijs, quæ plenè tradit Gra-
tian.in diſceptation.forenſ. thom.2.cap.264.
per tot. quem omnino videas, nã plures caſus
notabiliter diſtinguit, & hũc articulũ optimè
78 explicat. Et demùm ad hoc propoſitum omit-

tenda non est solemnis quæstio, quæ in causa magni momenti fuit annis præteritis diù ventilata in Collaterali Consilio, An scilicet hæres cum beneficio inuentarij possit pro se retinere bona hæreditaria offerendo creditoribus iustum eorum valorem? in quo articulo licet pro hærede allegaretur *Bero. in quæst.63*. qui concludit, quòd si hæres confecto inuentario soluit alicui creditori de propria pecunia, & pro concurrenti quantitate aliquam rem hæreditariam in solutum accipit, erit tutus in actione hypothecaria ab omnium aliorū creditorum molestia. Nihilominus Ego interrogatus à quodam Officiali allegaui in proprijs terminis *Phanuct. in d. tract. de inuent. in 5. par. nu.92. & seq.* qui pluribus rationibus asserit, quòd dum hoc dubium fuisset sibi propositum, respōdit, hæredem teneri omninò rem relaxare, vel integrum æs alienum creditoribus soluere, & nouissimè post hæc scripta vidi *Petr. Caball. in cons.26. lib. 2.* qui dictam decisionem August. Bero. plenissimè impugnat ac omnibus eius rationibus punctualiter re-
79 spondet. Item in hac materia dubitari contingit, An filius hæres pro parte possit integram rem alienatam vendicare, refusa emptori illa parte pretij, pro qua est hæres? in qua quęstione *Pinell. in 3. par. dict. l. 1. sub num. 8. vers. ex his autem*, concludit pro filio, idque pluribus iuris regulis, & rationibus probat, sed contrariam opinionem approbat *Aluar. Valasq. in dict. consult.69. num. 17.* præterquam in vno casu tantum, quando res esset indiuisibilis, qui ita aliquādo iudicari vidisse
80 testatur per grauissimos Senatores. Qua in re idem author *nu.18.* aliam non contemnendā quæstionem subnectit, num scilicet filius vendicans rem à patre alienatam, teneatur soluere emptori pretium meliorationum factarū, vel potius illę sint cum fructibus per eum perceptis compensandæ? & pro filio videbatur tex. *in l. sumptus ff. de rei vend.* Sed illum tex. dicit procedere quando fructus debentur de æquitate, secus verò quando de iuris rigore, prout debentur fructus aduentitiorum patri, tunc enim non compensantur cum meliorationibus, iux. tradita per *Neguſ. in tract. de pignor. in 4. membr. 2. par. nu.15.* & proinde sicut pater debuisset fructus lucrari, ita etiam
81 & emptor. Et demùm in hac materia alia cadit nimis ardua quæstio, an filius hæres patris possit reuocare maioratum, vel feudum à patre alienatum? quam plenissimè examināt *Pinell. in ead. 3. par. d. l. 1. nu.99. idem Aluār. Valasq. in d. consultat.69. nu.19. Rol. à Vall. in cons.3. vol.4. per tot. Affl. & Vrsill. in decis.228.* & plenè *Caberin decis. Pedem.67. & in decis. seq.* ad quos in hoc passu me remit-
82 to. Insuper sciendum est circa legitimam administrationem, quam pater habet in bonis filij, quod de eis non tenetur rationem reddere, nec inuentarium conficere, vt ex mente *Bal. in d. l. cum oport. §. non solum, C. de bon. quæ liber. & in l. orphanotrofos. C. de Episc. & cler. & aliorum refert Ascan. Clem. in d. tract. de patr. potest. in 12. effec. nu.8.* cū qua opinione concordat *Montalu. in ll. fori, lib. 3. tit. 7. l. 3. in ver. el padre, & Mysinger. in obseruat.93. in 2. centur.* quamuis quoad confectionem inuētarij contrarium, & fortè melius teneat *Pinell. in 2. par. d. l. 1. C. de bon. matern. nu.23.* à qua opinione non dissentit *Boer. in decis.61. nu.7.* dicens honestius esse quod pater inuentarium conficiat, cum teneatur ea bona liberis conseruare, & idem affirmat *Anto. Sola in cōmen. super antiq. const. Sabaud. sub tit. de minor. in 1. par. gl. 1. nu.7.*
83 Sed hęc conclusio intelligēda est cū aliquibus modificationibus, & declarationibus. Primò enim declaratur procedere quoad bona tantum, in quibus pater habet vsumfructum, secus verò si filij emancipati tutelam gereret, nam tunc, sicut cæteri tutores, teneretur inuentarium conficere, secundum *Bal. in d. l. orphanotrofos. nu.7. Ang. & Paul. de Castr. in l. litis §. pater ff. de neg. gest. Crau. in cons. 218. nu.2. in 2. vol. Soc. in cons.34. nn.15. & seq. & in cons.46. in princ. vol.1.* latè *Rol. à Vall. in cons.49. nu.12. & seq. vol.1.* & alios quos plenè cumulant *Io. Guttier. in tract. de tutel. in 3. par. c. 1. num.24. & Mugnoz. de Escobar. in tract. de ratiocin. cap. 3. nu.23.*
84 Pater enim in bonis, in quibus, vel ex dispositione legis, vel ex dispositione hominis, vsumfructum non habet, de quibus suo loco tractabimus, non est legitimus administrator, sed habetur loco extranei, secundum *Bart. in l. lis nulla ff. de indit. Capyc. in decis. 56. nu.4. & in decis.73. nu.10. Crot. in repet. l. frater à fratre, num.48. ff. de condic. indeb. Marc. Ant. de Amat. in decis. Marcb. Ancb. 70. nu.21. Ioseph Lud. in decis. Peruſ.13. nu 8. plenè Burſat. in conſ.133. num.30. vol.2. & Menoch. in tract. de recup. poſſeſ. reme.9.*
85 *nu.86.* Et proinde eius authoritas non supplet curatoris defectu, vt inquit *Parſ. in cōſ. 157. nu.15. vol.4. & Capyc. in deciſ.73. nn.9.*
86 Hinc est, quod in feudalibus, in quibus non habet vsumfructum formalem, non est legitimus administrator, vt dixit *Andr. in c. 1. nu. 13. & ibidem Affl. nu.64. de his qui feud. dar. poſſ. Rol. à Vall. in conſ.7. nn.65. & ſeq. vol. 2. Hier. Gabr. in conſ.162. nn.44. & ſeq. vol. 2. & Scharder. in tract. de feud. par.11. ſeſſ.17.* nu.

87 *nu*.41. Licet ratione commoditatis, quam pa
ter habet in feudo filij, administrare possit, si
velit, vt inquit *Præs. de Franch. in decis.* 10.
nu.9. quod etiam tenuerunt *Reg. de Ponte in*
cons.19.*nu*.28. *& Loffred. cōs*.10.*nu*.19. Quæ
88 tamen conclusio an sit vndique tuta, dicam
infra, in seq. cap. nu.9. Est etiam pater legiti-
mus administrator sui filij minoris, vel non
sanę mentis, etiam si vsumfructum in eius bo-
nis non habeat, si vult administrare, & si non
vult, datur curator, vt pulchrè dixit *Corn. in*
auth. excipitur. C. de bon. quæ liber. secundū
quam doctrinam intelligenda sunt ea, quæ di-
xit *Cagnol. in repet. l. frater à fratre, nu*.161.
ff. de condic. indeb. vt animaduertit *Francis.*
Milan. in decis. Regn. Sicil.3.*nu*.97.*in* 2.*par.*
& plenè Bursat. in cons.135.*nu*.31. *& seq.*
vol.2. licet filius etiam maior cuiuscunque ęta
tis fuerit patriæ potestati de iure subiectus re-
maneat, vt post alios probat *Tiraq. de retrac.*
*lign. §.*1.*glo*.9.*nu*.59.*in fi. et Pinell. in d. trac.*
de bon. mat. l.1.*par*.1.*nu*.343.*ampliat.* Quid
autem agendum sit, ne iuditium reddatur elu
sorium, quando conueniendus est infans, cu-
ius pater nolit administrationem suscipere?
pulchrè docet *Alex. Rauden. in cons*.22.*nu.*
90 335. *cum plur. seq. vol*.1. Et an in huiusmodi
bonis, in quibus pater non habet vsumfructū,
si filius conuenitur, sufficiat authoritas, seu
consensus paternus, vel ei sit dandus curator?
plenè explicat *Garz. Mastrill. in decis*.82.
91 *per totam*. Priuatur autem pater huiusmodi
legitima administratione, si ad secundas nu-
ptias transeat, cum tunc efficiatur suspectus,
vt notabiliter dixit *Montal. in ll. fori, lib*.3.
tit.7.*l*.3.*in ver. el padre, circa med.* qui dicit,
quod licet persona patris, cuiuscunque condi
tionis, & qualitatis sit, filio semper debeat san
cta, & honesta apparere, sicut persona patroni
liberto, & persona magistri discipulo, vt in
l. liberto ff. de obseq. patr. præst. Hoc tamē ve-
rum est quoad obsequium illis debitum, non
autem quoad administrationem bonorum fi-
lij, si ex aliqua causa suspectus pater efficiatur,
l. in quæstione. C. *de sent. pass. cum ibi not. per*
92 *Cyn.* Sed hęc cōclusio cū grano salis intelligē-
da est, non enim per solū transitū ad secunda
vota est patri statim interdicēda administra-
tio, nisi etiā dolosè, vel culposè saltim admini
strare cepisset, vt bene animaduertit *Mugnoz.*
de Escob. in d. tract. de ratiocin. c.6.*sub nu*.3.
et seq. et Gomes. super l.14.*tauri. nu*.15. Item
93 non quælibet culpa sufficiet ad interdicendā
patri administrationē, sed tunc demū, si bona
filij dilapidat, vel aliter circa ea adeò malè
versatur, vt aliter filio consultum esse nō pos-
sit, iuxta ea quæ tradunt *Boer. in decis*.61.*nu.*
14. *et seq. Molin. de Hispan. primog. lib*.1.
c.16.*per totum, Baeça in tract. de decim. tu-*
tor. c.4.*nu*.8.*et c*.13.*nu*.8. *Pinell. in d. l*.1. C.
de bon. matern. in 1.*par. nu*.33.*et seq. et Mu-*
94 *gnoz. de Escobar in d. c*.6.*nu*.4.*et seq.* Qua in
re singulariter est notandum, quòd sufficiens
causa remouendi patrem ab administratione
est si sit adeò tenax, vt etiam in expēsis neces-
sarijs pro rerum conseruatione deficeret, vt
egregiè dixit *Bal. in l. fin. nu*.16. C. *de sent.*
pass. quod dictum extollit *Segur. in rep. l. Im-*
perator, nu.117.*ff. ad Trebell.* & idē *Escobar.*
95 *in d. c*.6.*nu*.9. Item si pater sit adeo scelestus,
vt filium cogat ad peccandum, vel filiam, vt
peccet in corpus suum, quo casu patria pote-
state, & administratione, qua taliter abutitur,
priuari debet, *l. si lenones* C. *de Episcop. au-*
dien. et l. fin. C. *de spectacul. lib*.10. prout re-
fert *Io. Lopez in repet. cap. per vestras, de do-*
nat. int. vir. et vxor. §.17.*nu*.4.*et Gasp. Baet.*
in tract. de inop. debit. cred. addic. c.15.*nu*.31.
96 Et prostitui videtur filia, quæ in caupona po
nitur ad ministrandum, secundum *Bal. et Sa-*
lyc. in l. fin. per illum tex. C. *si mancip. ita*
ven. ne prostit. Sed hanc doctrinam impugnāt
idem *Gasp. Baet. in eod. loco num*.33. dicens
hanc conclusionem non probari ex illa lege,
non enim dicit, quod ea quæ ponitur in cau-
pona, videtur prostitui, sed quòd si serua ven-
datur sub conditione, ne prostituatur, nō de-
bet prostitui sub colore ministrandi in caupo
na, ne per fraudem illa conuentio eludatur.
97 Et idem quoque dicendum videtur quando
pater nō imponit peccandi necessitatem, sed
exemplo suo filios inuitat ad turpitudinem
vitæ, dummodo tamen prius à iudice moni-
tus, resipiscere non curauerit, vt notabiliter
inquit *Hip. de Riminal. in repet. l. imperiū,*
99 *nu*.526.*ff. de iurisd. omn. iudic.* Eademq; con
clusio à paritáte rationis procedit, si pater fi-
lium ponat, in hospitali, vt alatur, vt inquit
Rebuff. in tract. de priuil. scolar. priuil.54.
99 *nu*.4. Quo casu etiam si filius patrem occide-
ret, parricidij pænam non incurreret, nec è
contra, vt notabiliter dixit *Gerar. de Petra-*
san. in sing.2.*nu*.9. pro qua conclusione alios
concordantes refert *Menoch. de arbitr. iud.*
lib.2.*cas*.396.*nu*.14.*et in nouissimis addit. ad*
100 *cas*. 356.*nu*.39. Imò taliter abutens patria
potestate, cogi potest ad filium emancipan-
dum, vt pulchrè inquit *Cuman. in cons*.83.
qui ponit casum de quodam, qui vxorem oc-
ciderat, & neglectis filijs ex ea susceptis, me-
retricem superinduxerat, eiusq; filios bastar-
101 dos legitimauerat. Et de patre nim, s seuero
erga filium, quod cogitur illum emancipere,
habes *tex. clarum in l. fin. ff. si à paren. quis*

fratr.manum.et not.per Hip. Riminal. in d.l. imperium, num.125. ff.de iurisd.omn. iudic.
102 Notandum est etiam, quòd si semel Pater ob eius dolum, vel culpam fuit ab administratione remotus, amplius ad eam reintegrari non debet, etiam si cautionem offerat, vt eleganter animaduertit *Alex. in d.l. imperator, nu.7. & Rip. in l. si constante, in fin. ff. sol. matrim.* quam sententiam confirmant *Pinell. in d.l.1. in secunda par. num.38. Molin. in d. cap.16. num.24. & Vincen. de Franch. in decisio. 10.*
103 *circa fin.* An autem expensæ, quas fortè Pater faceret in litigando deducendæ sint de fructibus ad se spectantibus, vel de proprietate? vide *Pinell. in eadem 2. par. dict.l.1. num. 68. & Afc. Clemen. in d. effec. 12. num. 17.* Et
104 quid si Pater tutor filij, vel administrator peculij castrensis, seu quasi castrensis aliquid expendit pro consequenda aliqua præbenda, vel alia dignitate pro filio, an censeatur expendisse de bonis proprijs paterno affectu, & animo donandi, vel potius sint huiusmodi expensæ deducendæ de bonis ipsius filij? vide *Mugnoz. de Escobar in d. tract. de ratiocin. cap.25. num. 54.* qui post multa concludit, quod præsumitur expendisse de bonis filij.
105 Et si Pater conuertit in vsus proprios fructus bonorum castrensium, seu quasi castrensium sui filij, an teneatur de eis rationem reddere? dic quòd sic, vt plenè testantur *Ioan. Lopez. in rubr. de donation. inter virum & vxor. §.42. num.9. & Didac. Spino. in spec. testamentor. in glos.18. num.80.* Et
106 demũ, an Pater administrator filij minoris restituatur in integrum, sicut restitueretur ipse minor? vide *Afc. Clemen. in d. effec. 12. nu. 18.* qui pro parte affirmatiua allegat singularem decisionem *Petr. de Anchar. in cons.330.*
107 dicentis, quòd si quis promittat pro aliquo minore, quòd quamprimum ad legitimam ætatem peruenerit ratificabit cõtractum eius nomine gestum, non tenebitur ad aliquam pœnam, si postea ille minor factus maior contrauenia: contractui ob eius iniquitatem, nam ille tertius non prohibetur vti omnibus defensionibus ipsius minoris, pro qua conclusione *Tiraquel. in l. si vnquam C. de reuocan. donat. in fin. num.6.* dicit esse text. in terminis in *l. cùm minor, in princip. ff. rem ratam hab.* per quem tex. ita quoque in facti contingentia consuluit *Ioan. Vincen. de Ann. in alleg.17. per tot.* Et licet hanc conclusionem strenuè impugnent *Fulgos. in consi. 233. per totum, & subtilis Arias Pinell. in repet. l.2. C. de rescind. vendit. in tertia par. cap. 1. nu. 17.* Prima tamen opinio est magis communis, vt patet ex relatis per *Ioseph. Ludouic. in decisio. Perus.27. num.10. Grammat. in decisio. 101. num.55. Ioan. Vincen. de Ann. in alleg. 87. num.10.* vbi Fab. Filius multos alios concordantes refert, & *Anto. Gabr. in 3. lib. commun. conclus. in titu. de pact. conclus.2. nu.1.*

Finis Cap. Secundi.

CAPVT TERTIVM.

Filius acquirit Patri, Triplex autem peculium habere poteſt, ſcilicet caſtrenſe, ſeu quaſi caſtrenſe, profectitium, & aduentitium. In caſtrenſi ſeu quaſi caſtrenſi peculio nihil patri acquiritur; An autem in eo ſaltim fructuum commoditatem Pater habeat, declaratur: Peculium profectitium pleno iure acquiritur patri; Sed an id quod filius negotiando lucratur ex paterna pecunia debeat cum alijs fratribus communicari, plenè explicatur; Aduentitium verò peculium quoad proprietatem tantùm filio quæritur, & quoad vſumfructum Patri, quæ concluſio pluribus ampliationibus, & limitationibus exornatur; Plenè etiam examinatur quæſtio an paternus vſusfructus reſoluatur per religionis ingreſſum? & quid ſi Pater ingrediatur monaſterium incapax ſucceſsionis, & hinc obiter agitur quæ ſint monaſteria capacia vel incapacia? & quomodo eis poſsit per Monacum ante vel poſt profeſsionem acquiri.

SVMMARIVM.

1 Filius quicquid acquirit patri acquirit.
2 Filius triplex peculium habere poteſt.
3 Peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe quale eſt.
4 Peculium caſtrenſe eſt, quod clericus acquirit vnaquaque. Item quod notarius & procurator acquirunt.
Fallit ſi ante clericatum acquiſitum fuerit nam in eo Pater ſua vita durante habebit vſumfructum. nu. 6.
5 Peculium caſtrenſe & quaſi eſt in totum filiorum, quod declaratur procedere viuente filio, qui illud acquiſiuit, ſecus autem eo mortuo.
Primo limitatur quando propter delictum filij venirent eius bona publicanda, quia tunc patri acquireretur, nu. 7.
Quid in aduentitio. n. 26.
Secunda limitatio eſt, quod Pater in peculio caſtrenſi, & quaſi habet commoditatem vſusfructus, nu. 8. Multi autem contrarium eſſe affirmant, ſed opiniones concordantur diſtinctione notabili, nu.
9 Commoditas in quo differat ab vſufructu.
10 Peculium profectitium quale eſt.
11 Peculium profectitium pleno iure acquiritur patri.
12 Filius acquiſitum negotiando ex pecunia Patris poſt illius obitum cum fratribus communicare debet, & n. 13. 14. & 15.
Fallit in acquiſitis illicite. n. 27. 28. & 29.
15 Filius in dubio an cenſeatur negotiari paterno nomine vel proprio, & nu. 16.
17 Filius negotiando proprio nomine, & ſuo periculo ex pecunia patris non communicat acquiſitum cum fratribus.
18 Filius communi nomine ipſius, & Patris periculo negotiãdo ex pecunia patris, cui acquirat? & nu. 19. vſque ad 23.
24 Filius an præſumatur in dubio acquiſiuiſſe ex pecunia paterna, & cui incumbat onus probandi hoc?
25 Pater ſi vnum ex filijs præponat adminiſtrationi omnium bonorum an deducatur in diuiſione ſalarium in beneficium eius? remiſſiuè.
26 Seruitiorum mercedem an petere poſſit priuignus, qui operas ſuas præſtitit, & quid in pupillo qui tutori eas præſtitit, remiſſiuè.
30 Ludi prohibiti qui ſunt, & qui permiſſi? remiſſiuè.
31 Peculium aduentitium definitur, in quo Pater habet vſumfructum.



1 EX eadem quoque ratione procedit, vt quicquid acquirit filius, acquirat patri, ita vt nec momento quidem penes ipsum filiū remaneat, *l. placet, cū ibi not. per Bar. & alios, ff. de acquir. hæred. &*
2 *l.1.C. de patr. potest.* Quod tamen intelligendum est cū distinctione triplicis peculij, quod filius habere potest, quorum vnum vocatur castrense, seu quasi castrense, alterum profectitium, & tertium aduentitium, *vt in l. cùm oportet C. de bon. quæ lib. & in §.1. instit. per*
3 *quas pers. nob. acquir.* Castrense autem peculium dicitur, quod filiusfamilias in castris acquirit, *l. si forte, & l. castrense ff. de castrēs. pecul.* cui simile est quasi castrense peculium, quod magistri liberalium artium, veluti Aduocati, & Medici acquirunt de publico, *l. fin. C. de inoffi. testam. & l. sacrosanctæ, & l. cum lege, C. de episc. & cler. vt benè explicat glos. in dict. §.1. in ver. castrensibus peculijs, vbi Aret. nu.2.* hoc extendit ad omnia, quæ Aduocati acquirunt a clientulis, vel occasione alicuius dignitatis, aut publicæ administrationis ex not. per *glo. in l. fi. C. de aduoc. diuers. iudi-*
4 *tior.* Itē quicquid clerici acquirūt vndecūq;, dicitur peculium castrense, vt plenè testantur *Couar. in cap. quia nos, de testam. num. 1. & seq.* Quicquid etiam notarius, & procurator ratione eorum publici exercitij acquirunt, quasi castrense peculium est, vt ex multorum sententia refert *Peregr. in consi.84. nu. 1. lib. 3. & plenè Aldouin. inter consil. eiusdem in*
5 *consi.97. nu.65. & seq. lib.4.* Huiusmodi autem peculia tàm de antiquo, quàm nouo iure, plenè ipsis filijs acquiruntur, & de eis possunt tanquam de re propria liberè disponere, nulla habita ratione patriæ potestatis, *d. l. cū oportet, vers. exceptis. C. de bo. quæ liber.* ita quòd in his peculijs filiusfamilias pro patrefamilias in omnibus iudicatur, *l.2. ff. ad macedon. & l. si quis vxori §.1. ff. de furt.* quod trahitur ad multa notabilia, de quibus per *Ias. in l. seruū filij, nu.4. & seq. ff. de leg. 1.* & de singulis in suis oportunis locis nos quoque Deo dante tra-

tractabimus. Verum hæc conclusio locum habet viuente filio, qui castrēse peculium acquisiuit, secus autem eo mortuo, quia in persona successorum filij mutatur qualitas peculij, & incipit esse aduentitium, iuxta *tex. in l. paulus, alias per procuratorem. ff. de acq. hæred. Isern. in consti. in aliquibus. in ver. si vero minores filia. vers. si autem castrensia, & Gomes. super ll. Tauri lege* 48. *num.* 4. *col.* 3. *vers. vnum tamen est*, vbi hoc ampliat procedere, etiam in bonis à principe filio donatis, quæ castrensia reputantur, per *tex. in l. cum multa*
6 *C. de bon. quæ liber.* Vnum tamen perpetuo notandum est, quòd licet verissima sit conclusio supra firmata, quod vndecunque acquisita per filiumfamilias clericum castrensis peculij naturam habent, in quo patri nihil quæritur. Nihilominus si acquisitio facta fuit tempore quo filiusfamilias erat laicus, ita quod quæsitum fuit ius vsusfructus patri, quāuis postea idem filiusfamilias efficiatur clericus, non tamen finitur vsusfructus paternus, sed attenditur initium acquisitionis, & proinde donec durat vita patris, nunquam extinguitur vsusfructus semel quæsitus, vt pulchrè dixit *Io. Lopez in d. repet. rub. de donat. inter vir. & vxor.* §. 42. *nu.* 12. quam conclusionem plenè confirmant *Roder. Suar. in tit. maioricatus, nu.* 37. *fol. mihi* 880. *in paruis impress. Dec. in cap. in præsentia, nu.* 246. *de probat. Arius Pinell. in d. l.* 1. *C. de bon. matern. in* 1. *par. nu.* 42. *& Borgn. Caualc. in tract. de vsu-*
7 *fruc. mul. relic. nu.* 182. Est insuper notandū, quòd licet in huiusmodi peculio castrensi, seu quasi nihil acquiratur, nihilominus ex spetiali legis prouisione cautum est, quòd si bona filij familias pro aliquo delicto venirent publicanda, non tamen publicaretur eius peculium castrense, neque quasi castrense, sed illud acquireretur patri, *l. si filius. C. de bon. proscrip. & l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infec. vt refert Arnon. in caus.* 41. *post Ias. in d. l. seruum filij. nu.* 7. Cuius conclusionis ratio esse videtur, quia dominium bonorum castrensium est penes filium de iure spetiali, contra communes iuris regulas, vt inquit *Ruin. in cons.* 25. *nu.* 4. *vol.* 5. Et eo mortuo pater occupat bona castrensia iure peculij. *l.* 2. *ff. de castrens. pecul.* Vnde idem est eo condemnato per sententiam cum publicatione bonorum, nam pro mortuo iudicatur, vt notat idem *Ruin. in cons.* 117. *nu.* 7. *vol.* 4. Quod dictum esset valde mirabile, sed illud non puto omnino tutum, per ea quæ in contrarium tradit *Ang. in l. filius. ff. de damn. infec.* quem sequuti fuerunt *Nell. in trac. de bannit. in* 1. *par.* 2. *temp. q.* 25. *& Io. Crot. in repet. l. frater a fratre, nu.* 34. *ff. de condic. indeb.* quam opinionē pro fisco fortè præualere concludit *Peregr. in*
8 *trac. de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 130. Itē notandū est circa huiusmodi peculium, quòd licet in bonis castrensibus, seu quasi castrensibus filij, pater non habeat vsumfructum, habet tamen in illis commoditatem vsusfructus, tanquam pullulatam de bonis aduentitijs filij non priuilegiatis, idque procedit non solùm in dictis bonis, sed etiam in omnibus alijs, in quibus patri denegatur vsusfructus, vt pulchrè refert *Bergn. Caualc. in d. tract. de vsufr. mul. relic.*
9 *nu.* 181. *cum seq.* Quæ commoditas differt ab vsufructu, nam est fructus fructuum, qui perciperentur ratione vsusfructus, vt perbellè declarat *Pau. de Castr. in cons.* 455. *sub num.* 7. *vol.* 2. *& plenè idem Borgn. in citato loco nu.* 182. *& seq.* Animaduertendum autem est, quòd licet hæc conclusio quòd in bonis in quibus pater prohibitus est habere vsumfructum, non sit ei auferenda fructuum commoditas, videatur communiter recepta, prout et in bonis feudalibus affirmat *Vinc. de Franch. in decis.* 10. *nu.* 9. *& seq.* nihilominus de ea valde dubitant duo famosi Doctores hispani, scilicet *Roder. Suar. in quast. maioricat. nu.* 15. *& seq. & Gregor. Lopez in* 4. *partit. tit.* 17. *l.* 5. *in ver. el vsufructo, in fin.* Imò eam falsissimam esse affirmat *Molin. in tracta. de primogen. hisp. lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 33. eamque nouissimè impugnant *Io. à Mone allegre in tract. nuper impresso*, & à me post hæc scripta viso, *de exercit. practicar. actio. lib.* 2. *cap.* 1. §. 13. *nu.* 66. *& Hipol. Riminal. in* §. 1. *nu.* 196. *& seq. insti. per quas person. nob. acquir. quā refert Fab. de Ann. in cons.* 51. *num.* 9. Vndè meritò in hac Doctorum controuersia de huius articuli decisione dubitauit etiam oculatissimus *Præs. de Franch. in decis.* 161. *nu.* 8 *in fin.* quamuis referat Collaterale Consilium sequutum fuisse supradictam conclusionem; Pro harum verò opinionum concordia alij distinguendo dicunt, quòd aut prohibitio, ne vsusfructus quæratur Patri procedit à lege aut ab homine; & primo casu affirmant primam opinionem esse veriorem, secundo verò casu procedere opinionem contrariam, nàm mitius agitur cum lege, quàm cum homine, *l. celsus. ff. de arbitr. prout innuit Affl. in consti. minoribus, nu.* 11. *quem refert Vinc. de Franchis in d. decis.* 10. *nu.* 8. & idem clarius confirmat *Regens Io. Franc. de Pont. in cons.* 19. *nu.* 29. *& seq.* & multo fortius hæc secunda opinio procederet, quando prohibitio, ne vsusfructus quæratur patri, facta esset fauore filiorū, prout ex multorum authoritate nouissimè refert *Don Garzias Mastrill. in dec.* 82. *nu.* 6.

10 nu.6.& ſeq. Peculium verò profectitium eſt
illud, quod ex paterna ſubſtantia, vel patris
contemplatione penes filiūfamilias peruenit,
l.profectitia ff.de iur.dot.Glo.in d.l.cùm opor
tet, in verb.ex ſubſtantia, Bar.in l.ſed ſi plu-
res, §.in arrogato, ff.de vulg. & pupill. Socin.
11 in conſ.91.num.10.vol.1. Hoc autem pecu-
lium tam antiquitus, quàm hodie pleno iure
acquiritur patri, cùm in hoc nihil reperiatur
immutatum, vt in d.l.cùm oportet, cum ibi
not.per Doctor. & in d.§.1.inſtit.per quas
12 perſon.nob.acquir. Et ideo quicquid filius
negotiando ex pecunia patris acquirit, alijs
fratribus poſt patris obitum cōmunicari de-
bet, vt dixit Specul.in tit.de iudic.§.ſequitur
verſ.quid ſi aliter, quem refert Roman. in
13 conſ.469.nu.1. Sed hoc eſt intelligendum
cum grano ſalis, plures enim in hac re fuerunt
opiniones, quas plenè refert idem Rom.in d.
conſi.469.per totum. Verùm ex communibus
Doctorum ſententijs aliquos caſus diſtinguē-
do elici poſſunt infraſcriptæ concluſiones.
14 Quarum prima eſt, quòd ſi filius negotiatur
cum pecunia patris, & eius nomine, tunc ſine
dubio quicquid acquirit, patri acquirit, &
cùm fratribus eſt communicandum, cenſetur
enim tanquàm inſtitor, ſeu procurator patris
ad negotiandum conſtitutus, ex reg. tex. in l.
quod procurator, ff.de procurat. Quàm con-
cluſionem plenè confirmant Angel. in conſi.
85.per totum, Crau.in conſ.165.nu.4.& Rip.
in l.in quartam nu.159.ff.ad l.Falcid. Et idē
15 eſt ſecundùm aliquos ſi filius ſimpliciter cum
re paterna negotiatur, nam in dubio cenſetur
paterno nomine negotiari, arg.l.poſt mortem
§.1.& l.fin.ff.quan.ex facto tutor. prout in
vtroque caſu concludit Rom. in alleg. conſi.
469. ſub num.5.verſ.ſecundo caſu, cum quo
concordant Calcan.in conſi.19.ſub num.27.
Ang.in conſi.85.nu.3.& Soc.in conſ.162.nu.
16 3.& ſeq.lib.2. Sed hoc ſecundum aſſumptum
non admittit Menoch. de arbitr.iud.lib.2.
caſ.126.nu.7. dicit enim, quòd in dubio po-
tius præſumendum eſt filium proprio nomi-
ne, vt ſibi acquirat quam patris nomine nego
tiatum fuiſſe, cuius opinionem confirmat Al-
douin.de Aldouin.inter conſil.Peregr.in cōſ.
17 97.nu.51.lib.4. Secunda eſt concluſio, quòd
ſi filius negotiatur proprio nomine, & ſuo pe-
riculo, tunc omne quod acquirit ſibi acquirit,
& non eſt cum fratribus communicandum,
prout ſentit Rom.in eod.conſ.ſub nu.5.verſ.
tertio caſu. qui pro hac deciſione allegat tex.
in l.idemq; ſi mandauero.ff.mandati, & in l.
ſi vnus ex ſocijs.§.ſi quis vnus ff.pro ſoc. cum
quo concordant nonnulli Doctores allegati
per Franc.Becc.in conſ.113.n.21. qui propte-
rea ſubdit, quod ſi filius emat rem ex pecunia
patris, ſed proprio nomine, eius dominium
ſibi acquiritur, ſed tenetur reſtituere pretium
patri, vel fratribus pro rata, vt inquit etiam
Rol.à Vall.in conſ.90.nu.21.& ſeq.vol.2. &
Auguſt.Bero.in quæſt.45.in princ. eandem
etiam cōcluſionem poſt alios ſequitur Tiraq.
18 de retrac.lignag.§.1.glo.9.nu.62. Tertia eſt
concluſio, quod ſi filius negotiatur communi
nomine, & periculo ipſius, & Patris, tunc tres
fuerunt Doctorum opiniones, quarum prima
19 fuit Barto. in l.1.§.nec caſtrenſe.ff.de
collat. bonor. & in d.l.cùm oportet, quod
lucrum diuidi debeat, & medietas tribui
operæ, & induſtriæ filij, ita vt tanquam aduē-
titium eius peculium non ſit cum fratribus
communicanda; Altera verò medietas tri-
buatur pecuniæ, & tanquam profectitium
peculium cum fratribus conferatur. Altera
fuit opinio Bald.in auth.ex teſtamento, C.de
20 collat.& in ead.l.cum oportet, dicentis hanc
Bart.opinionem nullo iure fundari, & proce-
dere de ſua ceruicis æquitate, aut ruſticali, ſed
hanc lucri diuiſionem non eſſe faciendam
vniformiter pro medietate, ſed potius boni vi
ri arbitrio, conſiderata quantitate paternæ pe
21 cuniæ, & induſtria ipſius filij. Et demū tertia
fuit opinio eiuſdem Bal. penitus præcedenti-
bus contraria in l.certum C.famil.herciſc.
quod omne lucrum profectitium cenſeri de-
bet, & ideò totaliter communicandum, dicit
enim, quod peculium eſt quid vniuerſale, &
augmentum recipit. l.peculium.ff.de leg.3.&
l.peculium noſcitur ff.de pecul. & proinde
augmentum eiuſdem eſt naturæ, cuius eſt id,
cui accedit, l.etiam C.de iur.dot. cum ſimil.
Has opiniones refert Roma.in allegato conſi.
469. & demùm cōcludit non eſſe recedendū
ab opinione Bar.in quo ſemper eſſe ſolet ſub-
ſtantia veritatis, & cum eo poſt longam diſpu
tationem conuenit etiam Crot.in repet.l.fra-
ter à fratre, num.118.C.de condic.indeb. &
Dec.in l.illud num.10.11.& 12.C.de collat.
22 In quo doctorum conflictu fateor equidem,
quod pro qualibet opinione non deſunt argu-
menta probabilia, ſed æquior, magiſque com-
muniter recepta mihi videtur prima opinio
Bald.ſecundo loco relata, vt totum iudicis re-
linquatur arbitrio, cui magis tribuendum ſit,
an ſcilicet induſtriæ filij, vel pecuniæ patris,
& ita lucrum diuidendum ſit, vt patet ex alle-
gatis per Menoch.de arbitr.iud.lib.2.caſ.176
nu.5.& Franc.Becc.in d.conſ.113.num.20.
& alios, quos plenè refert Aldouin. inter cōſ.
Peregrin.in d.conſ.97.num.61.& ſeq.lib.4.
23 Licet non deſint, qui totum filij induſtriæ tri-
buendum exiſtimauerint, vt pleniſſimè teſta-

tur

tur *Marc.Ant.Eugen.in cons.78.num.15.& per tot.* cum qua opinione concutrit etiam *Ioan.Guttier.in tract.de tutel.in 3.par.c.31. num.4. vers.sed vbi non est hac consuetndo.*
24 An autem in dubio filius præsumatur acquisiuisse ex pecunia paterna, & cui incumbat onus hoc probandi? est oino videndus *Franc. Becc. in d.cons.113.nu.8.& per tot.Io.Crot. in repet. d. l.frater à fratre in 32. quæst.nu. 119. & Bertax. in cons.eiu. 119.per totum. & plenè Io.à Monte alleg.in d.tract. de exercit practic.actio.lib.2.§.13.nu.67.cum plur. seq.* qui ex magis communi doctorum sententia concludunt recurrendum esse ad coniecturas, nam si pater est diues, & filius non est industriosus, & diligens, quicquid acquirit filius præsumitur quæsitum ex bonis paternis, si verò pater est pauper, filius autem diligens, & industriosus, tunc omnia præsumuntur acquisita ex opera, & industria ipsius, prout affirmant etiam *Rol. à Vall.in cons. 90. nu.23. lib.2.& Ascan.Clem.in tract.de patr.potest.*
25 *effec.2.nu.46.* Et an si pater vnum ex filijs administrationi omnium bonorum præposuit, saltim in diuisione cum fratribus deduci debeat salarium in beneficium eius, qui administrauit habita ratione suorum laborum? vide *Vinc. Carrot. in tract. de locat.& conduc.sub tit.de bon.qua lib.quæst.1.per tot.fo.*
26 *mihi 12.* Et quid in priuigno, qui matri, & vitrico, vel patri, & nouercæ suas operas præstitit; An possit petere suorum seruitiorum mercedem? vide *Aluar.Velasq.in 1.lib. consultation.reg.Lusitan.consult.32.per totam,* & quid si pupillus seruitia præstitit tutori, vide *Bal.in cons.256.incip.super primo pun-*
27 *cto in fi.vol.3.* Quarta est conclusio, quòd ea quæ sunt à filio illicitè acquisita de pecunia patris non acquiruntur patri, nec cum alijs fratribus communicantur, prout tenuit *Bart. in l.quod seruus, nu.2.ff.de acq.poss.& in l. illud nu.2. C.de collat.* quam conclusionem communem esse testantur *Baeça in tract. de decim. tutor. c.26.nu. 3. Guttier.in tract. de tutel.in 3.par.c.31.nu.6. & Ascan. Clem. in tract.de patr.potest. effec.2. num.16.& seq.*
28 Aduertendum tamen est, quòd si alij fratres sunt cauti, & petunt illam pecuniam lucratã communicari, tacendo eam fuisse quæsitam ex illicita negotiatione, tunc frater acquirens non posset propriam turpitudinem allegare, dicendo eam fuisse illicitè quæsitam, vt benè aduertit maximus practicus *Aret.in §. igitur, nu.5.inst.per quas pers.nob. acquir.* Hæc au-
29 tem declaratio versatur etiam circa ea, quæ fuerunt acquisita ex ludo illicito, vt pluribus auctoritatibus fundat *Asc.Clem.in d.tract.de patr.potest.effec.2.num.19.cum plurib.seq.*
30 Qui autem sint ludi prohibiti, & qui permissi? plenè explicant *Caccialup. in tract.de ludo, in 3.& 4.quæst.Viu.in commu.opin.468. & seq.* Capr. *in reg.86. Bertax. in cons. 379. vol.2.& plenè addit.ad eum, & Soc.in cons.*
31 *16.per totum, vol.1.* Tertium peculij genus, quod aduentitium nuncupatur, est quicquid ex liberalitate fortunæ, vel ex proprijs laboribus filius acquirit, & in hoc regulariter nudam tantum proprietatem filius habet, eius vero vsusfructus patri; vel Auo, sub cuius potestate reperitur, acquiritur, & in hoc est iuri antiquo derogatum, quo cautum erat, omnia bona filij, præter Castrensia pleno iure parentibus acquiri, vt habetur in *d.l. cum oportet. C.de bon.quæ lib.& in dict.§.1. inst.per quas*
32 *pers.nob. acquir.* Et in his bonis pater amplissimam potestatem habet absq; onere satisdandi, nec de eis computum reddendi; Cùm enim sit per ius nouum paternæ potestati, quàm quoad proprietatem super his bonis habebat, derogatum, nihil filijs conquerendum est si tam ampla potestas circa vsusfructus administrationem parentibus conceditur, vt benè considerat *Cuman. in consi.89.sub n.2.*
33 Qui propterea infert sub nu. 3. quòd pro huiusmodi vsufructu consequendo, licet parentibus absque vllo iuditio propria auctoritate vti, & filios, siue nepotes si resistant, verberare, & coercere ad sui libitum, vel adire prætorẽ, qui eos cogere tenetur, prout pater, vel Auus, in cuius potestate sunt, petierint, quam conclusionem sequuti sunt communiter Doct. vt patet ex allegatis per *Boer.in decis.199.num. 10.Borgn.Cauale.in tract.de vsufr.mul. relicto.nu.179.& Lud.Morot.in consi.18. n.6.*
34 Hæc autem conclusio, quæ, vt ordinatè procedamus, pro regula ponitur, plures habet ampliationes, & limitationes. Primo enim ampliatur. Quòd huiusmodi vsusfructus patri quæsitus in vita filij, durat etiam post filij obitum, donec pater ipse superuiuit, vt benè probat *tex.in l.1.C.de bon.mater.ibi in diem vitæ, & in l.fi.vers.fin vero. C.ad Tertull. per qua iura ita dicit Arius Pinell.in ead.l. 1. in 1.par.nu.39.* quem refert, & sequitur *Eman. Suarez in thesaur.receptar.sent.in ver.pater nu.31.& plenè probat Gomes.post alios super ll. taur.leg.6.nu.11.post princ. & l.48.*
35 *nu.5.* Quæ conclusio procedit, etiam si filius post quæsitum patri vsumfructum per mortẽ ciuilem, aut Episcopalem dignitatem adeptã ab eius potestate liberetur, vel efficiatur clericus, aut monacus, prout plenè probant idem *Arius Pinel.in eod.num.39.& seq.& nu.42. & alij supra allegati num.6. & Gomes. in d. nu.11.*

nu.11.in fi.& in l.48.nu.6.in fin.& num. 7. per totum, vbi latè super hoc disputando pro
36 patre concludit. Secundo ampliatur, quòd filius delinquendo nō potest in vsufructu horum bonorum patri præiudicare, vnde publicari bona filij aduentitia pro delicto non possunt, vt plenè tradit *Caeber. in decis. Pedem. 94. per tot. latè Bertaz. in cons. crim. 49. per tot. vol. 1. & Peregr. in tract. de iur. fisc. lib. 5.*
37 *nu. 128.* Tertio ampliatur, quod huiusmodi vsumfructnm per transitum ad secunda vota pater non amittit, vt expressè cauetur *in l. fi. vbi ita notant Saly. & alij. C. de bon. matern.*
38 Limitatur autem primò conclusio prædicta. quando filio fuit aliquid legatum cum expressa prohibitione ne vsusfructus patri acquiratur, vt cauetur in *Auth. excipitur. C. de bonis qua lib.* ad quod sufficit etiam tacita prohibitio, quæ ex coniecturata mente testatoris elici potest, vt ex communi Doctorum sententia in *l. cum filiofamilias. ff. de leg. 1. nempe Iaf. nu. 151. Rip. nu. 69. Bauer. nu. 133. Soc. iun. num. 225. Parif. nu. 107. Ruin. nu. 76. & aliorum, refert Ludou. Morot. in conf. 18. nu. 2. Iacob. Mandell. in conf. 110. per totum, & Mastril. in decis. 59. nu. 4. & seq.* Et licet aliqui dubitauerint an huiusmodi prohibitio, quod non quæratur vsusfructus patri valeat quoad legitimam, quando filius cum hac conditione instituitur à matre, in qua quæstione magna est opinionum controuersia, vt refert *Boer. in decis. 194.* nihilominus Sacrum Consilium sequutum fuit opinionem *glo. in auth. vt liceat matri, & auia, in ver. participium, contra Barto. in d. auth. excipitur*, & ideo indicauit prohibitionem valere, vt refert *Vincen. de Franch. in decis. 161. nu. 7.* Secundo limita-
39 tur. In dote filiæ aduentitia, in qua ex magis communi Doctorū opinione pater non habet vsumfructum, prout testatur *Soc. in l. 2. §. quod si in patris, in 2. not. ff. sol. matr. Dec. in auth. quod locum, in 4. not. nu. 6. C. de collat. Bald. Nouell. in tract. de dot. in 6. par. priu. 33. &*
40 *Crau. in conf. 84. num. 7.* Cuius limitationis ratio est, nam etiam dos profectitia de iure antiquo dicebatur proprium patrimonium filiæ, *l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. & l. fi. de collat. dot. glos. in l. 3. §. sed vtrum. ff. de minor.* & consequenter in ea pater non habebat vsumfructum, cum ergo superuenit ius nouum disponens, quòd patri competat vsusfructus in aduentitijs filij, quod venit ad augendum ius filij quoad proprietatem, quam non habebat de iure antiquo. *l. placet. ff. de acquir. hared.* Rationabile est, quòd non trahatur ad dotem aduentitiam filiæ, quæ etiam de iure antiquo ei plenè acquirebatur, vt patet in *l. Gayus. ff. sol. matr.* nam inducta ad augendū non debent operari diminutionem, nec econtra. *l. cum tale. §. falsam. ff. de condit. & demonstr.* prout pulchrè ita arguendo concludit *Crot. in rep. l. frater à fratre. nu. 63. ff. de cōd.*
41 *indeb.* Hæc autem limitatio intelligenda est quoad dotem tantum, non quoad cætera bona aduentitia, quamuis enim filia nubat, ius tamen patriæ potestatis non soluitur, *l. 1. et 2. C. de bon. qua lib. et l. si vxorem. C. de cond. insert. prout planè testatur Tiraqu. de legib. connub. in princ.* quicquid in contrarium di-
42 xerit *Dec. in conf. 621. nu. 5.* Sed hoc non procedit de consuetudine Franciæ, vt testatur
43 *Boer. in decis. 197. per totam.* Nec de consuetudine Ciuitatis Neapolis, qua cautum est, quòd eo ipso quòd filiafamilias nuptui traditur, sui iuris efficitur, vt in consuet. Sed & mulier, de filiafam. nuben. quam plenè explicat *Vinc. de Franch. in decis. 546. nu. 9. et seq. in*
44 *4. par.* Qua consuetudine attenta, si mulier postea virum amittit, iterum in patriam potestatem reincidit, secundum opinionem *Napod. in ead. consuet. in ver. nubit, vers. quid ergo si moritur maritus*, & licet eum impugnent aliqui adden. ibi, cum quibus etiam concordant *Boer. in decis. 197. num. 4. et Affl. in const. reg. prosequentes, sub nu. 17.* qui dicit, quòd licet magna sit authoritas Napodani, tamen bonus quādoque dormitat Homerus, tamen secundum opinionem Napod. iudicatum fuisse testatur *Grammat. in decis. 54. per totam*, quam etiam nouissimè defendit *Molfes. in commentar. ad consuetud. Neapol. in*
45 *prima par. cap. 3. num. 8. et sequen.* Tertio limitatur prædicta conclusio. In dote, quam filiusfamilias recipit ab eius vxore, in ea enim non quæritur vsusfructus patri, cum debeat pro oneribus matrimonij deseruire, vt dicūt communiter Doctores in *l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matr. Paul. de Castr. in l. 2. ad fin. C. fam. ercisc. Pinell. in 1. par. d. l. 1. C. de bon. mater. sub nu. 57. & Io. Crot. in rep. d. l. frater à fatre, nu. 99. ff. de cond. indeb.*
46 qui tamen aliquos casus distinguit, quos ibi videre poteris. Hoc autem intelligitur quando filius ex causa, & absq; eius culpa non habitat cum patre, quo casu non solum dotem, sed etiam donationem propter nuptias teneatur ei pater consignare, vt plenè tradit *Fräc. Becc. in conf. 43. per tot.* Sed si sine causa filius à patre recedit, non solum pater non tenetur ei dotem restituere, sed nec alimenta præstare, verum si cum consensu nurus ei dotem restituit, tunc penitus liberatur, etiam si postea filius efficiatur non soluendo, vt plenè probat *Barbos. in d. §. transgrediamur. nu. 27. & seq.*

Quar-

47 Quartò limitatur. In bonis filio donatis à Principe, in his enim vsufructus patri non quæritur, *l. cum multa, C. de bon. quæ lib.* Semper enim huiusmodi donationes, quæ à Prin-
48 cipe fiunt, maiores habent prærogatiuas. Quo fit, vt licet regulariter de iure communi feudorum vnus frater alteri in feudo nouo non succedat etiam in portione deficientis, si illud esset vtrique communiter concessum, vt in *c. 1. §. 1. vers. sin autem vnus, de his qui feud.*
49 *dar. poss.* Nihilominus hoc fallit quando concessio facta est duobus fratribus ab Imperatore, nam tunc portio vnius deficientis alteri superuiuenti per ius accrescendi consolidatur, per tex. sing. in *l. vn. C. si Imperial. libe. soc. lib. 10.* per quē ita dixit *Bal. in l. vn. §. in primo, vers. vnum sciat. C. de caduc. toll.* & idē *Bald. & Aluarot. in c. 1. de fratr. de nouo benef. inuest. Paul. de Castr. in l. si mihi, et Titio. ff. de verb. oblig. et Alex. in cons. 30. nu. 8. vol. 1.*
50 Imo hoc etiam habere locum in feudo concesso à Rege, qui superiorem nō recognoscit, dixit *Alex. in d. l. si mihi, et Titio. n. 7. post Bald. in c. 1. nu. 2. de duob. fratr. à cap. inuest.* quā conclusionē plenè defendit *Loffr. in cons. 15. nu. 1. et seq.* & latius in *Parafr. feud. super cap. 1. de duob. fratr. de nouo benef. inuest. in*
51 *princ. fol. mihi 25.* Hinc etiam est, quòd emens à fisco, etiam si bona sint aliena, statim fit securus, vt molestari non possit, quamuis domino bonorum remaneat ius habendi regressum cōtra fiscum infra quadriennium, *l. bene à Zenone, & l. omnes C. de quadr. præscr. et §. fin.*
52 *inst. de vsucap.* Quæ iura licet aliqui tenuerint locum tantum habere in emente ab Imperatore, ita vt ea non procedere etiam in Rege Franciæ, tenuerint *Dec. in cons. 357. nu. 7.* Nihilominus ex magis communi Doctorum sententia ea procedere in quolibet Principe, qui iura Imperij in eius dominio acquisiuit, vel ex priuilegio, vel præscriptione testatur *Nicol. Bellon. in cons. 51. nu. 3. et seq. et in cons. 59. nu. 9.* & plenè *Duenn. in reg. 238. in*
53 *5. limit.* Quintò limitatur supradicta conclusio, quando pater filio succedit vna cum altero fratre ipsius filij defuncti, ex dispositione, *auth. defuncto. C. ad Tertull.* tunc enim in ea portione, in qua filius vna cū patre successit, non habet pater vsumfructum ex speciali prouisione *tex. in §. quoties, Auth. de hæred. ab intest. et in auth. item hæreditas. C. de bon. quæ lib.* quorum iurium rationem plenè exquirunt, ac satis exornant *Franc. Aret. in cons. 72. in 3. dub. Soc. in cons. 34. in 3. q. vol. 1.* pulchrè *Rol. à Vall. in cons. 95. nu. 49. vol. 1. et in cons. 90. nu. 24. vol. 2. et Vinc. de Franc.*
54 *in decis. 573. nu. 1.* Quid autem si pater succedit filio vna cum matre, An in ea portione, in qua mater succedit, retineat quoq; pater vsufructum, quem habebat viuente filio? ardua est quæstio, & eam plenè disputat *Ant. Thesaur. in decis. 156. per totam,* ad quem me remitto,
55 *et Gomes. in d. l. 6. tauri, nu. 11.* Et quid si pater transit ad secunda vota, quo casu perdit proprietatem, ex dispositione Auth. ex testamento, cum ibi not. per *Paul. de Castr. et alios DD. C. de sec. nupt.* An reacquirat vsumfructum? vide *Vinc. de Frāch. in d. decis. 573. per*
56 *totam, in 4. par.* Sextò limitatur in bonis filio à patre donatis, in quibus patrem vsumfructū non habere, magis communiter Doctores affirmant, vt patet ex allegatis per *Io. Vinc. de de Ann. in alleg. 73. nu. 3. & seq. post Ias. in rep. l. frater à fratre nu. 44. ff. de cond. indeb. & ibidem Caccialup. nu. 76. & 91. & Vinc.*
57 *de Franch. in decis. 4. nu. 17.* Et licet hanc cōclusionem latissimè multis argumentis impugnet *Franc. Milan. in decis. Regni Sicil. 3. nu. 90. cum plur. seq. in 2. lib.* nihilominus cū pro sua opinione alleget *Caccialup. in d. l. frater à fratre in 20. quæst.* qui tenet opinionem contrariam, ideo non putò recedendum ab hac limitatione, quæ vera, & communis est.
58 Magis tamen admittendum esse putarem id quod idem Milan. postea subdit in *ead. decis. 3. nu. 126.* quòd saltim in his bonis per patrē filio donatis, non est ipsi patri deneganda commoditas fructuum, iuxta ea quæ supra notauimus in hoc eodem *cap. nu. 8. & seq.* Et proinde ex hoc capite poterit quoq; pater horum bonorum fructus percipere, sed de illis tenebitur rationem reddere retinendo penes se tantum fructus ex illis fructibus peruentos, prout optimè explicat idem *Milanen. in eadem de-*
59 *cis. 3. nu. 72. & seqq.* Septimò eadem conclusio limitatur in casu quo pater efficitur monachus, & religionem profitetur, tunc enim patriam potestatem, & vsumfructum, quem in bonis filij habebat, extingui dixit *Salyc. in auth. ingressi in 7. q. C. de sacros. Eccl.* cum quo concordant ibidem *Ias. nu. 48. et Hip. Rimin. in §. 1. nu. 18. inst. per quas pers. nob. acq.* & hanc conclusionem communem esse testatur *Couar. in c. 2. nu. 8. de testa. Hip. in sing. 668. et Boer. in decis. 197. in fi. nu. 10.* Aliqui
60 autem non ita simpliciter hanc limitationem admittunt, sed quandam mediam viam tenentes, dicunt vsumfructum esse diuidendum, ita vt medietas transeat in monasterium, altera vero penes filium remaneat, sicut quando pater eum emancipat, iuxta not. in *l. cum oportet, §. cum autem C. de bon. quæ lib.* Quam opinionem tenuit *Abb. in c. in præsentia, nu. 57. de probat. et in c. cum simus, de regul. et Riminald.*

nald. ſibi contrarius in §.2.num.19. inſt. per
quas perſ. nob. acquir. Multi vero tenent aliã
opinionem prorſus contrariam, quod vſusfru
ctus patris per Religionis ingreſſum non fini-
tur, ſed durante eius vita tranſit in Monaſte-
rium, prout tenuit *Barto. in d. auth. ingreſſi,*
nu. 49. pro qua opinione iudicatum fuiſſe te-
ſtatur *Guid. Pap. in deciſ.* 495. eamq; acerrimè
defendit *Arius Pinell. in 1. par. d. l. 1. C. de*
bon. mater. nu. 47. & ſeq. et nu. 49. & eã verio-
rem affirmant *Borgn. Caualc. in trac. de vſu-*
fruc. mul. relic. nu. 241. Didac. Spino. in ſpec.
teſtam. glo. 12. nu. 22. Gomeſ. qui ita plenè di-
ſputando concludit in d. l. 48. n. 8. plenè Surd.
in conſ. 238 lib. 2. & nouiſſimè Io. Franc. de
Pont. in conſ. 159. num. 5. cum plur. ſeq. lib. 2.
62 Poſita autem hac vltima opinione pro vera,
ea intelligenda eſt, quando pater ingreditur
aliquod monaſterium capax poſſidendi bona
in communi, ſecus ſi eſſet de genere mendican
tium, tunc enim haberetur pęnitus pro mor-
tuo huic mundo, & vſusfructus, tanquam per
eius obitum finitus, cum proprietate conſoli-
daretur prout pulchrè dixit *Pariſ. in repet. d.*
cap. in præſentia de probat. ſub nu. 188. verſ.
63 *tu in iſta veritate;* Et pro hac concluſione
facit, quòd licet magna ſit quæſtio; An mona-
ſterium præferatur ſubſtituto ſub conditione
ſi hæres inſtitutus ſine filijs deceſſerit? eiuſque
reſolutio ſit valde dubia, vt patet ex his quæ
plenè hunc articulum diſputando dixerunt
Sforz. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. in 6.
par. art. 6. in 2. dub. Mantic. de coniectu. vlti.
volunt. lib. 11. titu. 7. par totum, Peregr. de fi-
deicom. art. 28. nu. 58. cum plur. ſeq. Vinc. de
Franch. in deciſ. 29. & 469. Cacher. in deciſ.
Pedem. 126. plenè Honded. in conſ. 62. per to-
tum, vol. 1. Aluar. Velaſq. in conſult. 24. nu.
8. Hieron. Cenalleſ. in lib. practic. quaſtion.
commun. contra commun. q. 192. & ſeq. Bor-
gnin. Caualc. in deciſ. Finiu. 2. in 3. par. Gut-
tier. in lib. 1. pract. quaſt. c. 32. & præſertim
nu. 24. & ſeq. plenè Menoch. de præſump. lib.
4. præſum. 83. per totam, & pleniſſimè Ioſeph
de Ruſtic. in comment. l. cum auus. ff. de cond.
& demonſt. lib. 5. c. 1. per tot. & Petr. Caball.
in conſ. ciuil. 146. lib. 2. per totum. Nihilomi-
64 nus omnes fatẽtur quamlibet ceſſare difficul-
tatem, quãdo hæres inſtitutus ingreditur mo-
naſterium incapax poſſidendi bona in com-
muni, prout eſt Religio Diui Franciſci Fra-
trum Minorum, quæ eſt in altiſſima pauper-
tate fundata, *vt in clem. exiui de Paradiſo, de*
verb. ſignif. tunc enim dicunt, ſtatim ſubſti-
tutum admitti, non expectata naturali mor-
te grauati, prout teſtantur *Alexan. in conſi.*
13. num. 4. volum. 3. Dec. in conſ. 419. num.
2. Ruin. in conſ. 131. nu. 18. vol. 1. Fort. Garz.
in rep. l. gallus. §. & quid ſi tantum. num. 73.
ff. de lib. & poſth. & alij, quos refert Mantic.
in eod. lib. 11. tit. 7. nu. 8. quæ concluſio confir-
matur etiam ex ijs, quæ nouiſſimè latè cumu-
lat *Ioſeph. de Ruſtic. in dict. l. cum auus. ff. de*
cond. & demonſtr. lib. 5. c. 3. nu. 8. cum plurib.
65 *ſeqq.* Eandemque concluſionem procedere
in ingreſſo ordinem Carmelitanorum, quos
etiam in numero mendicantium haberi te-
ſtantur *Rimin. iun. in conſi. 270. nu. 43. Cach.*
in d. deciſ. 126. in fi. & alij relati per eundem
Ioſeph. de Ruſtic. in d. l. cum auus lib. 5. cap. 4.
nu. 23. & ſeq. licet de hac concluſione valdè
dubitauerit *Lapus in alleg. 44. per totam,* &
contrarium teneat *Burſat. in conſ. 97. nu. 22.*
66 Quibus etiam addi poſſunt fratres Diui Fran
ciſci de Paula, vt inquit *Pariſ. in d. c. in præ-*
67 *ſentia, nu. 174.* Et inter mendicantes quoq;
aſcribi Venerabilem Societatem Ieſu, & eius
Collegia, pulchrè defendit *Hier. Gabr. in cõſ.*
68 *28. vol. 1.* An autem idem ſit in militibus Hie
roſolymitanis? vide *Arnald. Ferron. in con-*
ſuet. Burdegal. lib. 2. tit. 8. de feud. §. 10. fol.
mihi 268. Cæſar de Graſſ. in deciſ. 1. de proba.
nu. 11. & Stefan. Gratia. in 2. tom. diſcepta-
69 *tion. forenſ. cap. 360. nu. 21. & ſeq.* Et an fra-
tres Prædicatores ſint mendicantes, ita vt non
poſſint immobilia poſſidere? plenè explicat
idem *Ioſeph. de Ruſtic. in d. c. 4. nu. 1. cum plu-*
rib. ſeq. qui ex magis cõmuni Doctorum opi-
nione concludit, quòd paupertas in his fratri-
bus non eſt ita ſtricta, ſicut in minoribus, &
quod poſſunt acquirere immobilia, ſed ea te-
nentur vendere pro fratrum neceſſitatibus,
ex not. per Bal. in l. cum acutiſſimi. nu. 12. C.
de fideicom. Verum ex priuilegijs apoſtolicis
diuq; obſeruata conſuetudine refert eos eſſe
capaces ſucceſſionum, & poſſidẽdi bona in cõ-
muni, cuius priuilegij meminit *Alberic. in*
auth. ingreſſi, ſub num. 12. C. de ſacroſ. eccleſ.
70 Vnde notabiliter infertur, quòd in alienatio-
nibus bonorum ſtabilium, quę fiũt per hos fra
tres Prædicatores non requiritur ſollemnitas
ſicut in alijs alienationibus rerum Eccleſiaſti-
carum, iuxta not. *in cap. ſine exceptione. 12. q.*
2. & in Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ.
eccle. nam huiuſmodi alienationes, quæ fiunt
ab his fratribus non ſunt voluntariæ, ſed fiunt
ex neceſſitate ſtatus eorum, vt pulchrè refert
Hyp. in ſing. 232. poſt Dec. in d. c. in præſentia
ſub nu. 78. de probat. & Bald. in auth. ſi qua
71 *mulier, ſub num. 6. C. de ſacroſ. eccl.* Fratres
autem Sancti Auguſtini capaces eſſe ſucceſſio-
num, affirmant *Felyn. in d. cap. in præſentia,*
ſub nu. 53. Capr. in conſ. 24. nu. 12. & in conſ.
147. nu. 8. & Cuman. in conſi. 169. num. 1. &

72 *seq.* Et idem est in Fratribus Diuæ Mariæ
Seruorum, vt testantur in eod. cap. in præsen-
tia, *Fely. sub nu. 52. & Dec. nu. 80. Capr. in d.*
conf. 24. num. 4. & Lap. in allegat. 44. num. 3.
73 Idemque esse in Canonicis Regularibus, not.
etiam *Bald. in l. cum acutissimi, nu. 13. C. de*
fideicomm. Ias. in d. auth. ingressi num. 24. &
74 *Port. Imol. in conf. 23. nu. 30. lib. 1.* Et idem
quoque est in Monachis Celestinis, vt plenè
probat idem *Port. Imolens. in d. conf. 32. nu.*
20. post Fely. in d. cap. in præsentia, nu. 54. &
Abb. in conf. 27. Theatinorum quoque Reli-
gionem capacem esse possidendi bona in com
muni testantur *Vinc. de Franch. in decis. 14.*
nu. 11. & seq. & Io. Franc. de Pont. in consi.
75 *159. nu. 1. lib. 2.* An autem aliquando fratres
mendicantes possint esse aliquorum relictorũ
capaces? videnda sunt, quæ tradit. *Paris. in d.*
cap. in præsentia, num. 175. & seq. Napod. in
consuet. si quis vel si qua, nu. 261. & nu. 263.
& Camill. Borrell. in conf. 17. per totum. Et
76 quod huiusmodi fratres ex generali consue-
tudine possunt retinere pecuniam particula-
rem, dummodo habeant intentionem paren-
di ordinibus superiorum, quando aliter dispo
nerent, tradit pulchrè *Alex. de Neuo in conf.*
15. nu. 6. & allegat Ioã. Andr. in cap. non est
obligatorium, de reg. iur. in 6. & Abb. in cap.
cum ad Monasterium, de statu Monachor.
77 Et si fiat legatum bonorum stabilium alicui
monasterio incapaci, saltim debetur eorum
æstimatio pro substentatione, vt notabiliter
refert *Didac. Spinol. in specul. testamentor. in*
78 *glo. 12. nu. 39.* An autem si quis Diui Fran-
cisci Religionem ingressus, postea authoritate
Pontificia efficiatur Canonicus regularis, sit
capax successionis? dic quod superueniens ca-
pacitas attendẽda est, vt plenè defendit *Port.*
79 *Imolens. in d. conf. 23. lib. 1. per tot.* Et an fra-
tres Diui Francisci tertij ordinis inter Eccle-
siasticas personas reputari debeant? vide *Bo-*
lognett. in conf. 22. Marc. Ant. Eugen. in cõs.
26. per tot. plenè Hypp. de Mars. in tracta. de
bannit. in verb. ecclesia nu. 119. & sequen. &
80 *Franc. del Castill. in decis. 88. per totam.* Et
quid in oblatis? vide *Nicol. Pestas. in tract. de*
æstimo, & collect. in 4. par. cap. 1. num. 8. cum
plur. seq. & Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in
81 *q. 35. nu. 21. & seq.* Et quid in sororibus San-
ctæ Claræ? vide *Honded. in consi. 76. per tot.*
lib. 2. Prætereundum autem non est, quòd ea,
quæ supra dicta sunt de acquisitione, quæ fit
per Monacum Monasterio capaci, intelligen-
da sunt procedere post annum professionis,
nam infra annum non dicitur monacus, neq;
religiosus, vt patet ex allegatis per *Magon. in*
decis. Florent. 141. nu. 2. Hyp. Riminal. in cõs.
85. nu. 32. & seq. lib. 1. Bero. in d. c. in præsen-
tia, nu. 552. vers. sed aduerte. Honded. in cõsi.
94. num. 5. & seq. vol. 1. plenè Fab. Turrett. in
consi. 5. vol. 3. & Borgn. Cauale. in tracta. de
82 *tutor. nu. 156.* Vnde in facti contingentia Se-
natus Mantuanus censuit non esse impletam
conditionem legati cuidam relicti, si monaste-
rium ingrederetur, dum esset infra annum
professionis, vt refert *Surd. in decis. 303. nu.*
2. nam propriè ante professionem ingressus
non dicitur ex not. per *Bar. in d. auth. ingres-*
si, C. de sacros. eccl. & in Auth. si qua mulier
C. eod. & Ias. in l. in substitutione, nu. 12. ff.
83 *de vulg. & pup.* Et verba intelligi debent cũ
effectu, præsertim quando per notarium sunt
in scripturam redacta, & latinè concepta, quo
casu non secundum vulgarem vsum loquẽdi,
vt in *l. Labeo. ff. de supellec. leg.* sed secundum
iuris interpretationem intelligenda sunt, vt
benè docet *Bald. in l. lex duodecim tabularũ.*
C. de legitim. har. ad fin. quem refert Alex. in
conf. 2. num. 11. & in conf. 9. num. 4. vol. 1. &
84 *Anto. Rub. in conf. 144. num. 5. & seq.* Hinc
est, quòd si fiat legatum alicui sub conditione,
si legibus studuerit, subintelligitur etiã, quòd
ad gradum doctoratus peruenerit, vt pulchrè
inquit *Dec. in consi. 177. colum. 2. & per tot.*
85 Quo casu saltim decennium assignandum es-
set huic legatario ad studium benè perficiendũ,
& doctoratus lauream obtinẽdam, plenè pro-
86 bat *Cephal. in consi. 232. per tot. lib. 2.* An
autem retento themate supradicti legati, si re-
linquantur alicui alimenta, donec ad gradum
doctoratus peruenerit, ea quoque præstanda
sint pro tempore quo grammaticè incumbit?
dic quod non, vt plenè consuluit *Honded. in*
87 *conf. 57. vol. 2.* Simile quoque est in adiutorio,
quod à vassallis Baroni præstatur pro mona-
canda filia vigore const. Regni quamplurimũ,
quod non deberi nisi post eius professionem,
testatur *Frecc. in subfeud. lib. 2. author. 2. sub*
88 *nu. 23.* Et licet *Surd. in supradicta decis. 303*
nu. 7. dicat, quòd sibi non placebat opinio Se-
natus, & deinde subdat aliquibus, adeo con-
siderabilem visum fuisse ingressum, vt tenue-
rint, quòd si monacus infra annum probatio-
nis decedat, ei succedere debeat Monasterium
exclusis eius proximioribus, pro qua opinione
allegat *Dec. in d. c. in præsentia, nu. 73.* & alios
vltra quos addo etiam *Borgn. Caualc. in dict.*
89 *tract. de tutor. nu. 157.* Nihilominus aduer-
tendum est, quòd conclusio prædicta reuera
procedit, quando ingressus ab initio expressè
dicauit Monasterio se, & bona sua, prout di-
stinguendo probant Doctores omnes *in d. c.*
in præsentia, & præcipuè Abb. num. 68. Bar-
bat. nu. 56. Bero. num. 552. cum seq. & plenè
Pa-

Parif. n.186. & seq. & Menoch. de præsum. lib.6. præsump.84. nu.3. & in cons.396. nu. 3. lib.4. Imo etiam eo casu quo obtulit se, & bona, si hoc fecit animo probandi Religionem, nihil monasterio acquiri, donec sequuta sit professio, plenè probat *Honded. in cons.73.*
90 *per tot. lib.2.* Si verò ingressus non obtulit se, & bona, tunc distinguendi sunt aliqui casus, nam aut constat ex coniecturis eum voluisse mutare vitam, & religionem amplecti, & subdistinguendum est, quòd aut decessit infra annum probationis, aut post, nulla adhuc professione facta, primo casu succedunt eius proximiores ab intestato. Secundo vero succedit Monasterium, vt plenè fundat *Menoch. in eodem cons.346. nu.10. & seq. & in d. præsump. 84. num. 7. & in nouissimis addit. ad tract. de arbitr. iud. in cas.436. nu.19. & seq.* Aut vero ex coniecturis constat, quòd ingressus non habuit animum profitendi, sed potius probandi religionem, & tunc recepta est Doctorum opinio, quòd non succedit Monasterium, sed proximiores, vt refert idē *Menoch. in d. præsum.84. num.8.* Aut denique sumus in dubio si habuit animum profitendi, vel non, & in hoc casu ex magis communi Doctorum opinione bona nouitij decedentis infra annum probationis non acquiri Monasterio, sed eius proximioribus ab intestato, plenè probat idē *Menoch. in ead. præs.84. nu. 13. & seq. & latius in d. addit. ad cas.436. num.22. & seq.*
91 Hinc est, quòd si nouitius infra annum probationis religionem deserit, & ad sæculum reuertitur, omnia sibi restitui debent, vt specificè cautum est per *Sacros. Trid. Synod. in sess. 24. c.16. & refert idem Menoch. in addit. nu. 28. & seq. & Surd. in cons.333. nu. 62. & in*
92 *cons.445. nu.36. lib.3.* Quando vero Monacus decedit post professionem emissam, nulla facta legitima dispositione suorum bonorum ante professionem, quis ei succedat, & quid si in aliam Religionem transit; An succedat primum, vel secundum monasterium? hunc articulum plures distinguendo casus, plenè explicat idem *Menoch. in dict. addit. ad cas. 436. à nu. 32. vsq; ad fin.* ad quem me remitto. Ma-
93 gna autem quæstio est; An testamentum antea factum per religionis ingressum rumpatur? & licet variæ fuerint Doctorum opiniones, quas plenè refert *Viue. de Franch. in decisio. 423. per tot.* tamen ex relatis per eum, hæc est magis communis conclusio, quòd aut is qui testamentum condidit non præcogitabat velle religionem ingredi, & tunc licet testamētum valeat ab initio, tamen per ingressum efficitur vacuum, nam omnia ingredientis bona censentur translata in Monasterium, aut disponens cogitauit de ingressu, & tunc testamentū remanet firmum, & sequutà naturali morte disponentis, bona deferuntur illis, quibus relicta fuerunt, prout etiam fatentur *Iul. Clar. in §. testamentum, q.28. vers. sed retenta conclusione, cum seq. & Mich. Craff. in 1. lib. recep. sententiar. in §. testamentum, q.34. nu.3.* aliter autem distinguit *Napod. in consuetu. si quis, vel si qua. nu.256. & seq.* aliasque etiam Doctorum opiniones refert *Menoch. in eodē loco supra citato nu. 12. & seq.* quos videre
94 poteris si placebit. Non tamen omittendum est, quòd in huiusmodi testamento non opus est obseruare sollemnitatem traditam per *Sacrum Conc. Trid. in d. cap.16. sess. 25.* nam illud cap. loquitur solum de actibus inter viuos, non autem de vltimis dispositionibus, quæ possunt quandocumque reuocari, vt not. Menoch. in eodem loco supra allegato, cum quo concordant *Ioā. Guttier. in 2. lib. canonicar. quæstio. cap. 1. num. 26. & Hier. Ceuallo in pract. quæstio. commu. contra commu. quæst. 63. iust. quos refert Gasp. Thesaur. in quæst.*
95 *foren.56. nu.2. lib.2.* Maior autem difficultas est, an valeat donatio, seu renunciatio facta ante religionis ingressum? sed eam quoque optimè explicat idem *Menoch. in citato loco nu. 1. cum plur. seq.* qui distinguendo concludit, quòd si donans non cogitauit se religionē ingressurum, tunc donatio, seu renūciatio per ingressum nō infringitur iuxta plenè not. per *Ludouic. Molin. in tract. de iust. & iur. disp. 139. col.8. vers. ambiget rursus,* si vero donatio, seu renunciatio facta fuit intuitu, & contemplatione futuri ingressus, tunc eam validā esse affirmat, sed reuocari si donans ante professionem ad sæculum reuertatur, ex not. per *Tiraq. in tract. de causa cessan. in 1. par. num.*
96 *232.* In quo loco idem Menoch. notabiliter quoque refert, quòd in anno 1594. per Sacrā Congregationem Cardinalium, & aliorum interpretum Sacri Concilij Tridentini declaratum fuit, decretum in *d. cap.16. sess.25. sub tit. de regular. & monial.* non habere locum in renunciatione facta ante susceptionem habitus, cui decisioni aliam consimilem nouissimè refert *Gasp. Thesau. in d. quæst. foren. 56. nu.9.* qui multos alios Doctores concordantes allegat pro ea, & idem quoque confirmat *D. Andr. Molfes. in comment. ad Consuetud. Neap. in tit. de renunciat. quæst.16. num.15.*
97 *& seq.* Renunciatio vero, quæ fit a nouitio ante professionem infra annum probationis opus est, quòd fiat seruata forma tradita per *Sacr. Conc. Trid. in d. cap.16. sess.25. sub tit. de regula.* & sequuta professione efficitur irreuocabilis, & Monasterium pœnitus excludit, vt

plenè refert *Fab. de Ann. in cons. 45. num. 91.*
98 *cum plurib. seq.* An autem si Religiosus post factam professionem efficiatur Episcopus, possit renunciationem legitimè factam reuocare? curiosa est quæstio, in qua *Fab. de Ann. in dic. cons. 45. nu. 82. cum plur. seq.* consuluit, quòd non, sed omnibus eius fundamentis plenissimè respondet, & contrarium verius esse, latè probat *Don Andr. Molfes. in consi. 5. impresso post dicta eius comment. ad* Consuet. *Neap.*
99 *per tot.* Et an huiusmodi renunciatio habeat vim vltimæ voluntatis, ita vt subiaceat consuetudini Neapolitanæ, vel potius reputetur contractus inter viuos? vide eundem *Molfes. in d. comment. super consuet. Neap. in 3. par. sub tit. de success. ex test. q. 8. per totam*, vbi plenè discusso hoc articulo, tandem num. 12. refert per Sacrum Cons. iudicatum fuisse talē dispositionem potius sapere naturam contractus, & consequenter non esse subiectam consuetudinibus Neapolitanis, loquentibus de dispositionibus vltimarum volūtatum, quam decisionem magis specificè refert iterum idem *Molfes. in titu. de renunciat. q. 16. sub nu. 24.*
100 Redeundo autem ad principalem conclusionem, Eam octauò limito, quando filio vsusfructus tantum relinquitur, tunc enim cum huiusmodi relictum appareat factum fuisse ipsius filij contemplatione, nihil in eo patri acquiritur, ne detur seruitus seruitutis contra tex. in *l. 1. ff. de vsufruc. leg.* vt in specie *not. Roder. Suar. in disput. maioricat. num. 2.* Sed illius vsusfructus cōmoditatem tantum pater habebit, vt in specie testantur *Gomes. in d. l. 48. nu. 2. & Bursat. in cons. 133. nu. 37. & seq. lib. 2.* qui subdit, quòd pro ea commoditate tenetur pater præstare cautionem de vtendo arbitrio boni viri, & de restituēdo omnes fructus perceptos, finita commoditate, & idem affirmat *Borgn. Caualc. in tract. de vsufr. mulier. re-*
101 *lict. nu. 182.* Verum hæc cōclusio sublimitatur, quando legatum vsusfructus appareret factum filio contemplatione patris, vel hoc esset dubium, nam vtroque vsu acquireretur patri adeo quòd præmoriente filio non extingueretur, sed remaneret penes ipsum patrem, cuius contemplatione in dubio relictus præsumitur cum hoc tamen priuilegio, quòd si præmoritur pater, tunc fingitur relictus ipsi filio donec viuit, iuxta tex. singularem, quem ita ibi exponit *Bar. in l. fi. C. de vsufruc.* licet Bald. aliter sentiat, dicit enim, quòd quando filio vsusfructus relinquitur, tunc in eo filius concurrit quoad titulum, pater verò quoad effectum, qui durat eo viuente in integro statu, sed postea reuertitur ad suam originem, scilicet ad ipsū filium, nec cōsolidatur cum proprietate, quia filius, qui est in medio, & habet titulum vsufructuarij impedit consolidationem, & sic patri non acquiritur vsusfructus formalis, sed mera commoditas, & cum hac Bald. opinione cōcordat ibidem *Salye. in 11. oppos. & Suar. in d. q. Maioricat. nu. 11. & seq.* pro vera autem dictæ l. inteligentia, quæ certè notabilis, & singularis est, non omittas videre *Gomes. vbi supra plenè eam declarantem, & Ruin. in cons. 194. per tot. vol. 2. & quæ pulchrè refert Borgn. Caualc. in dict. tract. de vsufruc. mul. relic. num. 179. vers. tamen dubium est.*
102 Nono limitatur in bonis feudalibus maternis, vel aliunde filio peruentis, in his enim patri vsusfructus non quæritur, vt dicunt communiter *DD. in cap. 1. de duob. fratr. de nouo benef. inuest. vbi Affl. nu. 16.* inquit, hoc tacitè actum videri in inuestitura, quam sententiā prius approbauit *Andr. in cap. 1. qui feu. dar. poss. & ibidem Affl. nu. 64. & alij. quos plenè cumulat Rol. à Vall. in cons. 71. nu. 65. vol. 2.*
103 Habebit tamen in his bonis pater commoditatem, prout sentit *Bal. in cap. 2. de fratr. de nouo benef. inuest. quē refert Præs. de Frāch. in decis. 10. nu. 9.* quamuis multi teneāt, quòd in his bonis feudalibus nedum vsumfructum, sed nec commoditatem pater habeat, vt plenè tradit *Hier. Gabr. in cons. 162. per tot. vol. 2.* in quo articulo vide quæ notauimus supra in
104 hoc cap. nu. 8. Decimo limitatur in fructibus beneficij filij clerici, quos similiter Patri non acquiri, refert *Affl. in decis. 241. in princ.* præterea pro cōplemento huius capituli duo sunt animaduertenda circa huiusmodi vsumfructū
105 paternum. Primum, quod in eo Pater ampliorem habet potestatem, quam alij vsufructuarij, ipse enim omnia facere potest, ac si verè Dominus esset, vt dicitur in *d. l. cùm oportet. §. non autem, ibi, plenissimam potestatem C. de bon. quæ liber.* quod secus est in alijs vsufructuarijs, qui dicuntur habere rei custodiā, *l. 1. §. 1. cum l. seq. ff. vsufruc. quemadm. caueat*, quod trahitur ad multa, quæ plenè refert *Arius Pinell. in 2. par. d. l. 1. C. de bon. mater. num. 16. & seq.* quæ non repeto, ne videar eius dicta transcribere, sed eis addi possunt, quæ ad hoc propositum, si appellatione Domini venit vsufructuarius, & an possit accusare de damno dato? & an dicatur habere ius in re? & an dicatur naturaliter possidere? & alia similia plenè tradit *Borgn. Caualc. in d. trac. de vsufruct. mul. relic. nu. 3. cum plur.*
106 *seq.* Secundum, quòd est animaduertendum, est, quod pater sicut alij vsufructuarij vniuersales non tenetur soluere legata, nisi ea tātùm, quæ annua sunt, vt plenè tradit *Rol. à Vall. in cons. 8. nu. 24. & seq. vol. 2. Caualc. in d. tract.*

de

vſufruc.nu.219.& Surd.de alim.tit.1.q.30.
107 Nec tenetur ſoluere æs alienum de vſufru-
ctu, prout de vſufructuario vniuerſali ex com-
muni DD.ſententia contra opinionem Bart.
in l.ſi.ff.de vſufruc.plenè teſtantur Couarr.
in 2.lib.var.reſolu.c.2.nu.4. in 5.concluſ. &
idem Rol.à Vall.in d.conſ.8.nu.5.& ſeq. &
Caualc.& Surd.in eiſdem locis ſupra citatis.
108 Et demum, vt in materia vſusfructus, poſt-
quam de eo agi contigit in hoc capit. aliqua
magis notabilia breuiter attingamus, præno-
tandum eſt, quòd regulariter mortuo vſufru-
ctuario, vel aliter finito vſufructu, ſi aliqui fru-
ctus reperiuntur pendentes, eos proprietarius
habebit. l. ſi pendentes, & l. defuncta, cum
ibi not.per DD.ff.de vſufruc.Couar. in 5.lib.
varia.reſol.cap.15.nu.2.verſ. bis accedit, &
Eman.Suar.in theſaur. commu. opin. in ver.
109 vſufructuarius, nu. 96. Eademq; ratione ſi
decedit inſtitutus ſine filijs fructus matri, &
non exacti per eum pertinent ad ſubſtitutum,
vt mirabiliter probat tex. in l. poſtulante. §.
ſed in huiuſmodi, ff.ad Trebell. cum ibi nota.
per gl.& Pau.de Caſtr.& ita per Sacr.Conſil.
habita matura deliberatione iudicatum fuiſſe
110 refert Vinc. de Franch. in deciſ. 13. Sed ſi
vſusfructus finitur infra annum, quomodo di-
uidendæ ſint penſiones domorum, & agrorũ
inter hæredes vſufructuarij, & proprietariũ?
ardua eſt quæſtio, pro cuius reſolutione vidẽ-
di ſunt Couar.in d.1.lib.var.reſol.c.15.num.
12.& ſeq.Tiraq.de retract.conuent.§.5.glo.
4.nu.1.Macchell.in patrocin.15.& ſequen.
Vinc.de Franch.in deciſ.168.num.6.Borgn.
Caualc.in d.tracta. de vſufruct.mul.relict.
nu.243.pleniſſimè Barboſ. in l. diuortio in 2.
par.ſub nu.22.& ſeq.ff.ſol. matri. & melius
nu.24.& Fab.de Ann. in conſ.113.num.19.
111 lib.2.ad quos me remitto. An autem eadem
concluſio procedat, quando decedit penſiona-
rius, vt fructus pendentes, ſeu penſiones non
recollectæ pertineant ad ſucceſſorem in bene-
fitio, excluſo eius hærede? vide quæ plenè tra-
112 dit Theſaur.in deciſ.Pedem.143. Et an cle-
ricus tranſmittat fructus vltimi anni ad eius
hæredes, vel potius pertineant ad ſucceſſorem
in benefitio? vide plenè Bellon.in conſi.3.per
totum, & pleniſſimè Barboſ.in l. diuortio in
113 prin.nu.56.ff.ſol. matrim. Et quid ſi penſio
erat ſoluenda in certis temporibus, & penſio-
narius decedat antequam veniat dies ſolutio-
nis, an aliquid tranſmittat ad eius hæredes?
vide Petr.Caball.in conſ.ciuili 160.per tot.
114 lib.2. Et an penſionarius teneatur contribue
re in expenſis, quæ fiunt per poſſeſſorem bene-
ficij in colligendis fructibus, & alijs oneribus?
vide omnino Petr. Andr.Gambar.in tracta.
de authorit. legati de latere, in 2.par.lib.6.
ſub tit.de penſion. nu.202.& 207. cum plur.
115 ſeq. Et ſi decedit poſſeſſor maioratus, quo-
modo diuidendi ſint fructus illius anni inter
eius hæredem, & nouum poſſeſſorem? vide
omnino Franc.Mugnoz.de Eſcobar in trac.
de ratiocin.in 2.thom.computat.20.per tot.
& Barboſ.in ead.2.par.d.l.diuortio, num.39.
116 Et ad quem pertineant fructus rei emptæ
cum pacto de retrouendẽdo, ſi venditor offert
prętium emptori fructibus pendentibus? vi-
de quæ latè cumulat Fran. Ioannet. in rep. l.
2.C.de pact.int.empt.& vend.nu.134.Bor-
gni.Caualc.in d.tract.de vſufr.mul.relic.nu.
244.& ſeq.plenè Theſaur.in deciſ.56.per tot.
& Ioſeph.Ludou.in deciſ.Peruſ.79.in 2.par.
117 & Viu.in deciſ.8.num.12. Et quid de incre-
mẽto alluuionis, quod medio tempore ſuper-
uenit? vide Theſ.in deciſ.140.& Menoch.in
118 conſi.26.vol.1. Et ad quem ſpectent fructus
rei, quæ venditur infra annum? pulchrè ex-
plicat Vinc.de Franch.in deciſ.79. poſt Saly.
in l.Iulianus.§.ſi fructibus.ff.de actio.empt.
& Bal.in l. Marcellus, §. filiusfam.ff.de leg.
1.plenè Theſ.in deciſ.55.per totam. Raphael
Cum.in conſi.18.& Ioſeph.Ludou.in dec.Pe-
114 ruſ.83.in 2.par.per tot. Qui autem dicantur
fructus naturales, & qui induſtriales? vide
Menoch.in tract.de arbitr.iud.lib.2.caſ.210.
115 per tot. Et an fœtus pecorum, vel aucillarum
ſint in fructu? vide eundem in caſ.49.nu.7.&
ſeq.poſt Franc. Ioannett. in d.l.2.num.131.
116 Et quid de vecturis beſtiarum, & nauium?
vide Vinc.Carrot.in tract.de locato, & con-
ducto, in 5.par.ſub tit.de verb.ſign.q.10.per
tot.poſt Affl. in deciſ.44.nu.6.& Couar.in
117 1.lib.var.reſol.c.3.nu.6. Et an appellatio-
ne fructuum, veniant emolumenta, quæ per-
cipiuntur ex ſcripturarum exemplatione à
protocollo notarij mortui? vide Alexã.in l.
diuortio.§ ſi vir.nu.5.ff.ſol.matr.Guid.Pap.
in deciſ.541.nu.4.Boer.in deciſ.19.nu.5.&
118 224.nu.4. Quæ autem probationes faciendę
ſint circa fructuum liquidationem? vide om-
nino Surd.in deciſ.Mant.282.nu.26.& ſeq.
Ioſeph.Ludou.in deciſ.Peruſ.87.& Marcell.
Calà.in tract.de modo articul.nu.137.& ſeq.
119 fol.75. Et ſi fructuum quantitas non ſit benè
probata, qualiter Iudex ad eorum liquidatio-
nem procedet? pulchrè docet Natt. in conſi.
120 510.vol.3. Et ſi vſufructuarius percepit fru-
ctus non maturos; An eius hæres poſſit à pro-
prietario ad eorum reſtitutionem conueniri?
vide Borgn.Caualc.in d.tract.de vſufr.mul.
relic.nu.248.& Præſ.de Franch.dec.96.n.2.
121 Et ſi in iuditio poſſeſſorio aliquis condem-
natus ſit etiam ad fructus, & intereſſe, an ab

hac sententia detur appellatio? dic vtique da-
ri,vt notabiliter affirmant *Saly. in l. vn. C. si de momen.poss.fuer.appell.& Loffr.in cons.6. nu.16. & vide Pres.de Franch.in decis.288.*
122 *num.2.* Et si possessor condemnatus fuit ad
fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, an intelligatur de illis fructibus, quos percipere potuisset actor, vel reus? vide *Boer.in de-*
123 *cis.268.per tot.* Et quos fructus regulariter
teneatur restituere bonæ vel malæ fidei possessor? vide plenè not.per *Couar.in 1.lib.var. resol.c.3.nu.6.cum plur.seq. Affl.& Vrsil. in decis.240.Ruin.in cons.29.nu.12.& seq.vol. 2.& latè per Arium Pinell.in 2.par.l.2.C.de*
124 *rescind.vend.c.4.per totum.* Et an an ex ti-
tulo nullo inducatur bona fides ad finem lucrandi fructus? vide omnino *Franc.Becc.in*
125 *cons.95.per totum.* Et quid si quis possideat
vigore sententiæ, quo postea retractatur, an teneatur fructus medio tempore perceptos restituere? vide *Don Garz. Mastril.in decis. 29.per totam, in 1.par.& plenissimè Marius Giurb.in decis.89.per tot. & Surd.decis.45.*
126 *num.11.* Et an petita re vnà cum fructibus,
si Iudex ad rem condemnat censeatur reum à fructibus absoluisse? ad tex.in *l.terminato.C. de fruct.& lit.expens. vide omnino eundem Marium Giurb.in decis.65.nu.8.cum plur. seq.& in d.decis.89.nu.12.*

Finis Cap. Tertij.

CAPVT QVARTVM.

Nulla ciuilis obligatio esse potest inter patrem, & filium sub eius potestate existentem, & ideo pater non potest emere à filio, nec è contra, sicut, nec tutor potest emere à pupillo, præterquàm si palàm, & bona fide contraherent, eademq; ratione nullus alius contractus valet inter patrem, & filium in potestate. Vnde inualida est donatio inter eos; Verùm hæc conclusio pluribus modis plenissimè ampliatur, limitatur, & declaratur, & demùm latè discutitur, & explicatur notabilissima quæstio, An scilicet ex dotis promissione intuitu matrimonij cõtrahendi cum aliquo oriatur actio cum hypotheca in beneficium mulieris, si illud matrimonium contractum non sit cum eo, cuius contemplatione dos promissa fuit, sed cum alio?

SVMMARIVM.

1 *Obligatio inter Patrem, & filium in potestate manentem non datur, & nu.5.*
Sed cum emancipato filio datur, nu.2.
Fallit si pater palàm, & bona fide contraheret, nu.13.14.& 18.
3 *Obligatio inter duos fratres sub patria potestate existentes non valet.*
4 *Pater promittens aliquid filio in eius potestate manenti, an sequuta emancipatione teneatur.*
6 *Effectus naturalis obligationis inter patrem et filium, remissiuè.*
7 *Venditio an sit valida inter patrem, et filiũ, et nu.8.*
8 *Tutor emere nõ potest bona pupilli etiam per interpositam personam.*
Primo limitatur si palàm et bona fide contraheret, nu.13.14.16.et 18.
Secundo limitatur si emit cum consensu alterius contutoris, nu.15.
9 *Officialis ad tempus non potest à subditis emere bona stabilia, nec cum illis mercari, et n.10.*

Fallit

69 *Veritas oppugnata magis clarescit.*
70 *Dotis promissio censetur facta tutnitu illius matrimonij, pro quo promittitur.*
71 *Dos promissa an sit propriè dos, & num.* 95. *& nu.*113.
72 *Pater post sponsalia contracta an possit dotis actionem in se transferre? et nu.*112.
73 *Res permissa an sit in bonis promittentis, et num.* 113.
74 *Fictionum concursus an dari possit, et n.*114
75 *Infantes sponsalia contrahere non possunt, sed ex tacita ratificatione post septenniū conualescunt, nu.*115.
76 *Ex dotis promissione non quaeritur actio mulieri, sed viro, etiā soluto matrimonio, ex reg.tex. in l. si pro te pater,* C. *de dot. promiss.*
*Sed multipliciter declaratur hac conclusio, nu.*116.*cum seq.*
77 *Pater dotem dando, vel promittendo pro filia, videtur et tacite donare, et nu.*79. *in qua tacita donatione filiae praesentia non requiritur. nu.*80.
81 *Actio repetendi dotem patria filiae acquiritur, sed post patris obitum soli filiae accrescit, nu.*83.
82 *Pater dotem ad se reuersam tenetur pro alio matrimonio filiae seruare, et* 90.
85 *Donatio tacita in fauorem filiae firma remanet, quamuis illud matrimoniū, pro quo promittitur non sequatur, et nu.*86.
87 *Dotis promissio, et eius solutio aequiparatur.*
88 *Ex promissione dotis quęritur statim actio filiae.*
89 *Lex noua disponens in vno ex casibus aequiparatis, habet locum in alio.*
90 *Tex. in auth. sed quamuis,* C. *de rei vxor. act. procedit etiam non sequuto illo matrimonio pro quo dos promissa fuit, cùm militet eadem ratio.*
*Sed limitatur quando dos esset adeò immodica, vt non remaneret legitima pro filio, num.*91.
92 *Pater inuitus cogitur dotare filiam, sed quātitas remanet in eius arbitrio.*
93 *Declarandi facultatem habens, non potest variar eiu praeiuditium tertij.*
94 *Io. Croti tres notabiles conclusiones referuntur.*
95 *Statutum excludens filiam dotatam à successione, locum habet etiam si dos constituta tantum sit pro futuro matrimonio.*
96 *Donatio feudi in dotem pro filia infante cū qua adhuc matrimonium esse non poterat, valida est.*
97 *Extraneus dotem promittendo censetur mulieri donasse, si aliter ab initio promissionis non prospexit.*
98 *Pater si ante contractum matrimonium promisit centum pro filia, & deinde promittat quinquaginta, non videtur à prima promissione recessisse.*
99 *Sponsa de futuro consequitur priuilegia dotis, ac si matrimonium esset contractum.*
100 *Dos est ius vniuersale, & ideo ius mulieri quaesitum respectu partis dotis solutę procedit etiam respectu totius.*
101 *Ius mulieri quaesitum ex promissione dotis in bonis patris transit contra haeredem.*
102 *Facultas reuocandi, aut minuendi dotem non transmittitur ad haeredes.*
103 *Legatum non praesumitur ademptum per obligationem bonorum subsequentem.*
104 *Tex. in l. si extraneus. ff. de condit. ob caus. explicatur.*
105 *Ex dote promissa an quaeratur actio sponso non sequuto matrimonio? & qualitas acquiratur mulieri? nu.*106.*cum seq.*
110 *Ex dotis promissione quaeritur actio mulieri irreuocabiliter.*
113 *Dos promissa dicitur etiam alienata ex bonis promittentis.*
118 *Iuramenti virtus supplet absentiae defectum.*



1 Eiusdem quoque patriae potestatis effectus est, quod inter patrem, & filium nulla cadit ciuilis obligatio, *l. frater à fratre, cum ibi nct. per Bar. nu.*12. *ff. de cond. indeb.* cum enim vterque pro vnica persona reputetur, *l. fin. in fi.* C. *de impub. & alijs subst.* & inter obligantem, & obligatum debeat esse distinctio personarum, *l. Vranius, in princ. ff. de fideiuss.* meritò inter eos non potest esse ciuilis obligatio, nam patria potestas de iure ciuili est, *l. nam, & ciuium, ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur.* Quae
2 tamen si per emancipationem tollitur, non amplius inter eos huiusmodi vnitas ad tollendam ciuilem obligationē considerabitur, *secundum Glos. in l.*2. C. *qui aetate, lib.*10. *& Io. Crot. in repet. d. l. frater à fratre, nu.*8.
3 Qua ratione nec inter duos fratres sub patria potestate existentes ciuilis obligatio consistere poterit, nam si filius obligationem ciuilem sui fratris acquireret, eam patri acquireret, *ex reg. l. placet, ff. de acq. haered.* & consequenter pater haberet filium obligatum, quod fieri non potest, cum huiusmodi obligationi lex resistat,

resistat, vt benè animaduertit Io. Bapt. Cac-
cialup. in repet. eiusdem l. frater à fratre
4 nu.34. Sed magna eſt difficultas. An ſi pater
aliquid filio ſub eius poteſtate exiſtenti pro-
miſerit, ſequuta poſtmodum emancipatione,
huiuſmodi promiſſionis obligatio, quæ fuit
ab initio inualida, rcconualeſcat? In qua quæ-
ſtione Io. Crot. in eadem l. frater à fratre, nu.
9. et ſeq. arguit ad partes, & nihil ſoluit, ſed re
linquit cogitandum, verum poſtea nu.30. in
5. not. iterum mouet quæſtionem, & videtur
reſidere in opinione negatiua, quod non re-
5 conualeſcat. Alias quoq; rationes, quare inter
patrem, & filium, & inter duos fratres ciuilis
obligatio non oriatur, ſed naturalis tantum,
refert pulchrè Caccialup. in eadem repetit.
6 nu.28. et ſeq. ad quem me remitto. Septem
quoq; notabiles effectus, qui ex naturali tan-
tum obligatione oriuntur, refert Crot. in ead.
l. nu.21. cum plur. ſeq. quos non repeto, cum
penes eum videri poſſint, ſed omiſſis ſchola-
ſticis quæſtionibus, quas plenè examinãt Do-
ctores in l. prędicta, aliqua tantum magis quo-
7 tidiana reaſſumã, & in practica vtiliora. Pri-
mò igitur quæro. An inter patrem, & filium
celebrari poſſit contractus vẽditionis. In qua
quæſtione Bar. in d. l. frater à fratre, nu.50.
reſpondit, quod ſi pater emit à filio rem ca-
ſtrenſis, ſeu quaſi caſtrenſis peculij, vel aduen-
titij, cuius nõ habet vſumfructum, ſine dubio
valet emptio, ac ſi emeret à quolibet extra-
neo, & ex eadem cauſa filius videtur habere
pretium, ex qua habebat rem, quam vendidit,
8 l. 1. in fi. cum ſeq. ff. de contrah. empt. Si verò
pater emeret a filio bona aduentitia, in qui-
bus habet vſumfructum, tunc nulla prorſus
eſſet venditio, cum enim ipſe ſit legitimus eo-
rum adminiſtrator, non poſſet ad ſui vtilita-
tem authoritatem præſtare, adinſtar tutoris,
cui prohibitum eſt emere à pupillo etiam
per interpoſitam perſonam, l. pupillus, ff. de
auth. tut. et l. ſi in emptione, §. fin. et l. licet,
ff. de contr. empt. latè Duenn. in reg.31. Surd.
in conſ.9. nu.5. et nu.34. cũ ſeq. vol.1. Borgn.
Cauale in trac. de tutor. nu.178. et Menoch.
9 de arbitr. iud. lib.2. caſ.459. Idque procedere
etiam in quolibet officiali Iuſtitię, cui à ſubdi-
tis emere bona ſtabilia, et cum illis mercari
prohibitũ eſt, ſuadet tex. in l. principalibus,
cum ibi not. per Dec. Iaſ. et alios, ff. ſi cert. pet.
et l. non licet, et l. qui officij. ff. de contrah.
empt. cuius prohibitionis ratio eſt, ne per
impreſſionem ſubditi lędantur, l. ſi per im-
10 preſſionẽ, C. quod met. cau. Sed hoc intelligi-
tur de officiali ad tempus, non autem de per-
petuo, nec ſi contrahat cum non ſubditis, nec
de officialibus iuriſdictionem non habenti-
bus, iuxta not. per Cacher. in deciſ. Pedem.
144. nu.13. et ſeq. qui etiam dicit huiuimodi
prohibitiones per contrarium vſum fuiſſe
abrogatas, cum paſſim videamus Magiſtratus
in qualibet parte emere in locis vbi iuriſdi-
ctionem exercent, & limitationes prædictas
refert quoque Lanar. in conſ.43. nu.16. et ple-
nè Rol. à Vall. in conſ.83. nu.6. cum pluribus
ſeq. vol.2. & pleniſſime Menoch. omnino vi-
dendus in conſ.1174. per totum, in 12. vol.
Eandemq; concluſionem pluribus alijs mo-
dis ampliat, & limitat Pereg. in tract. de iur.
fiſc. in 4. lib. tit.7. per tot. & inter perpetuos
officiales connumerantur etiam ij, qui crean-
tur ad beneplacitum Principis, vt latè probat
Boer. in deciſ.149. nu.11. et ſeq. et Anton. de
Padill. in l. cum quis nu.34. C. de iuris, et fa-
cti ignoran. & ideo ſine cauſa eos remoueri
non poſſe teſtatur Gul. de Bened. in repet. c.
Raynutius de teſtam. in ver. duas habens fi-
lias, nu.40. et ſeq. & alij quos plenè refert
Menoch. in nouiſſimis addit. ad eius tract. de
arbitrar. iudic. lib.1. q.55. nu.21. et ſeq. et in
q.69. nu.2. et Bolognet. in conſ.2. nu.12. Sed
in hoc Regno per Reg. prag. ſub tit. de merc.
offic. prohib. indiſtinctè prohibitum eſt omni-
bus officialibus mercaturam exercere, & idẽ
ordinatum fuit per Regem Catholicum in
c.38. in anno 1507. inter capitula, & priuile-
gia ciuitatis Neap. fol. mihi 61. Idque etiam
per Carolum Quintũ Gallorum Regem, qui
ſapientiſſimus nuncupatus fuit, ordinatum
fuiſſe teſtatur Gul. de Bened. in c. Raynutius,
de teſtam. in ver. duas habens filias, nu.50. et
11 ſeq. Aduocatus etiam prohibetur contrahere
cum eius cliẽtulo, & ab eo emere, l. quiſquis,
12 §. præterea cum Gloſ. C. de poſtul. Item & de-
curiones prohibentur etiam per interpoſitã
perſonam conducere prædia ciuitatis, l.2. §.
1. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinen. vt refert
idem Menoch. in d. caſ.459. nu.17. et Cacher.
in deciſ. Pedem. 109. per tot. Sed quid ſi quis
participabat antequam ad officium decurio-
natus aſſumeretur. An incidat in aliquam pœ-
nam? vide Foller. in conſt. reg. Iuſtitiarij per
Prouincias, nu.35. quem refert Regius Con-
ſiliarius Rouit. in pragm.5. de adminiſtr. vni
13 uerſ. nu.7. Hęc autem omnia limitãtur quan-
do pater tutor, & ſimiles palam, & bona fide
contraherent, l. non exiſtimo ff. de adminiſt.
tut. Surd. in conſ.9. num.7. vol.1. et in tract.
de alim. tit.8. priuil.37. nu.9. et plenè Me-
noch. in d. caſ.459. nu.9. et latè Regens de Põ-
te in conſ.49. nu.39. cum plur. ſeq. lib.1. Di-
14 citur autem contractus palam, & bona fide
fieri, quando fit in præſentia iudicis, affiniũ,
vel amicorum, iuxta not. per Bar. in d. l. fra-
ter

*ter à fratre nu.*51. *& ibidem Crot.nu.*67.*& alios relatos per Surd.in d.conf.*9.*nu.*40. *&*
15 *Menoch.in eod.caf.*459.*nu.*10.Item quando tutor emit cum alterius contutoris consensu, vt refert *Menoch.in eodem loco sub nu.*9. *& Io.Guttierez in tract.de tute.in* 2.*par.c.*15.
16 *nu.*6. Item probatur tutoris bona fides, si res pupilli coram populo venales expositas emat subhasta, prout pulchrè inquit *Dec. in conf.* 410.*nu.*2. quē refert *Menoch. in citato loco*
17 *nu.*11. Quod procedere etiam in officiali, vt ei palam, & publicè emere prohibitum non sit, copiosè respondit *Rol.à Vall.in d.cōs.*83.
18 *nu.*11. *& seq. vol.*2. Dicitur etiam contra-ctus publicè fieri, quando de eo conficitur publicum instrumentum, vt post *Bar.in l.fraudem,ff.de his quib.vt indig.& Paris.in conf.* 10.*nu.*70.*vol.*1. pulchrè refert *Caber.in de-*
19 *cis. Pedem.*144.*sub num.*14. Ex hac autem conclusione, quod pater palam, & bona fide emere possit bona filij aduentitia, notabiliter infert *Bart. in d.l.frater à fratre nu.*51. quod si pater vellet filiam nuptui tradere, quę haberet aliqua bona aduentitia, eamq; dotare mallet in pecunia, licite posset illa bona emere, & pretium ipsorum in eorum locum subrogare, quod dictum pro valde notabili re
20 fert *Caccialup.in rep.eiusdem l.nu.*55. Tertius est casus, quē distinguit *Bar.in d.l.frater à fratre sub nu.*51. quādo pater emit bona profectitia à filio, in quo plura considerat, quę benè perpendit *Caccialup. in rep. eiusdem l. à nu.*56.*vsque ad nu.*59. sub quibus explanantur multæ aliæ quæstiones, num scilicet inter patrem, & filium fieri possint contractus mutui, locati, mandati, societatis, & alij similes, quas ita benè explicant, vt cum nil noui mihi addendum remaneat, ad eos me remitto, sed transeo ad aliam quęstionem magis dubitabi-
21 lem, & quotidianam. An scilicet valeat contractus donationis inter patrem, & filium? Qua in re, vt quo magis fieri potest, ordinatè procedam, constituam prius regulam negatiuam, Quod donatio facta à patre filio in potestate regulariter non valet, *l.donationes, quas parentes, C.de donat.inter vir.& vxor.& l. si pater.C.de inoff.donat. et l.* 1.*§.si pater filio, et l.si pater filiæ, ff. de vsuc.pro donat.*
22 Quæ regula ampliatur Primò, vt etiam mater non possit donare filio existenti sub patria potestate, nam cum donationes inter coniuges sint quoq; prohibitæ, *toto tit. ff. et C. de donat. inter vir. et vxor.* & illa bona donata filio à matre acquirerentur, quo ad vsumfructum patri. *l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.* meritò huiusmodi donatio est quoque prohibita, ne per indirectum fiat fraus legibus prohibentibus donationes inter coniuges, vt expressè cauetur in *l.*3.*§.*1.*ff. de don. inter vir. & vxor.* & benè animaduertit *Glos.in l.si cō-stante. C.eod.* quæ dicit secus esse si mater donaret filio emancipato, vel non habenti patrem, nam tunc cessante ratione prædictā va-
23 leret donatio. Hinc ex eadem ratione donationem factam à viro sorori vxoris suæ tamquàm in fraudem legum, nullam esse consuluit
24 *Paul.de Castr.in conf.*193. *vol.* 2. Secundò ampliatur, vt etiam confessio patris asserentis se debitorem filio non noceat eius creditoribus, nec alijs filijs, ex not. per *Bar. in l. cum quis decedens.§.codicillis.nu.*4.*ff.de leg.*3. *& alios, quos refert Aluar. Velasq. in consulta.*
25 87.*nu.*4. Quod extenditur etiam ad declarationem factam per matrem in testamento, quòd merces in domo existentes sint de pecunijs filiorum emptæ, prout in casu, quo con-
26 suluit *Dec.in conf.*184.*nu.*11. Limitatur tamen hæc ampliatio, quando huiusmodi confessio esset verisimilis ex coniecturis, quas refert *Hier.Grat.in conf.*7. *num.* 34. *volum.*2.
27 Tertiò ampliatur, vt si pater diuidat omnia sua bona inter filios, nihil valeat huiusmodi diuisio, secundum nōt. per *Soc.in consi.* 4. *nu.* 4.*vol.*1.*Natt.in conf.*273.*vol.*2.*& Cephal.in*
28 *conf.*494.*nu.* 17.*vol.* 4. Præsertim si diuisio facta non sit per modum donationis, sed simpliciter, quo casu bona censentur potius in peculium concessa, vt dixit *Cephal. in eodem conf.*494.*nu.*25.*& plenè Honded.in conf.*59.
29 *nu.*24.*vol.*1. Posset tamen pater si vellet diuisionem bonorum inter filios fieri perpetuò validam, eam iuramento, vel præuia eorū emancipatione confirmare, prout docet *Io. Dilect. in tract.de arte testan.tit.* 3. *cautel.* 2. *Paris. in conf.*33.*num.*35.*& seq.vol.*3.*pulchrè Caber.in decis.Pedem.*125.*per totam, & plenè Marc.Anto.de Amat.in decis.*51. *per totam.*
30 Quartò ampliatur, vt etiam inualida sit donatio facta à patre filio pro eius legitima, vt tenuit *Franc. Aret. in l.placet.nu.*4.*ff.de acq. hered.* reprobata opinione *Ang. in l.si non mortis,ff.de don.inter vir.& vxor.* in quam sententiam pluribus quoque rationibus inclinauit *Didac.Segur.in rep.l.vnum ex familia §.sed si fundum.nu.*117.*cum seq. ff.de leg.*2. eamq; amplexus fuit *Dec.in conf.*86.*nu.*8. *& idem Aret.in conf.*17.*nu.*4.*& seq.* Eandemq; opinionem contra Ang. pluribus rationibus confirmauit *Ias.in d.l.frater à fratre, nu.*44. *in* 7. *limit.* Qui tamen ope distinctionis opiniones concordando, concludit validam esse donationem factam à patre filio prò legitima, sed reuocabiliter, quam distinctionem quoq; refert, & pro ea alios Doctores allegat *Duen.*

in

in reg. 223. in 5. limit. vers. contrariam opi-
nionem, & ita etiam post multa concludit
Caccialup. in d. rep. l. frater à fratre num. 99.
& seq. qui dicit aliam cautelam dari non
posse, vt huiusmodi assignatio legitimæ inuita
patris sit irreuocabilis, quam per emancipa-
31 tionem. Limitatur autem eadem conclusio
pluribus modis. Et primò. Vt non procedat in
donatione, quæ fit à patre filio emancipato,
quæ sine dubio valida est, cum cesset obstacu-
lum patriæ potestatis. l. si quis in emancipat. li.
C. de donat. Imo etiam si ab initio facta sit do-
natio filio in potestate, quę tunc inualida fuit,
sequuta postmodum emancipatione conuali-
datur, l. donationes. §. pater. ff. de donat. vt te-
statur Crot. in rep. eiusdem l. frater à fratre,
32 nu. 83. & seq. Limitatur secundò in filio na-
turali, cui cum in patris potestate non sit, non
prohibetur pater donare, l. omnes. §. Lutius.
ff. de his, quæ in fran. cred. præterquam si do-
natio fieret in fraudem, vt bene animaduer-
tunt Marc. Mant. in ead. l. frater à fratre,
num. 353. Rom. in cons. 397. & Duen. in reg.
33 223. in 4. limit. Tertiò limitatur, quando pa-
ter donat filio causa studij, nam tunc valida
est donatio, vt communiter affirmant DD. in
l. 1. ff. sol. matr. quos refert Segur. in d. rep. l.
vnum ex familia. §. si fundum. num. 128. &
seq. ff. de leg. 2. cum quibus cõcordant Rebuff.
in tract. de priuil. scholar. priuil. 60. & Ho-
rat. Lutius in alio consimili tract. priuil. 22.
per tot. & alij, quos plenè refert Barbos. in l.
1. ff. solu. matr. in 7. par. nu. 29. & seq. qui re-
spondet omnibus contrarijs. Imo nu. 35. cum
plur. seq. plenè probat, quod filius donata à pa
tre causa studij non tenetur cum alijs fratri-
bus conferre, nec in suam legitimam imputa-
re, & idem affirmat Ioan. Gar. in tracta. de
expens. & meliorat. cap. 4. num. 1. & seq. per
tex. not. in l. qua pater. ff. fam. ercisc. qui hanc
conclusionem pluribus modis notabiliter de-
34 clarat. Quartò limitatur in donatione, quæ
fit filiæ pro dote, quæ statim valida est, l. Pom-
ponius Philadelf. ff. fam. hercisc. quæ donatio
adeo efficax est, vt etiamsi illud matrimonium
non sequatur. Nihilominus firma, & irreuo-
cabilis remaneat, vt notabiliter dixit Ias. in l.
si extraneus, nu. 16. ff. de cond. ob caus. cum
quo concordant Didac. Segur. in ead. repet.
d. l. vnum ex familia. §. si fundum. num. 127.
pulchrè Dec. in cons. 35. & Cephal. in consi.
35 145. num. 6. vol. 1. Hinc facti contingentia
Ego substinui ex dotis promissione facta per
patrem pro filia in capitulis matrimonialibus
adeo irreuocabile ius ex ea tacita donatione
in beneficium filiæ acquiri, vt etiam si illud
matrimonium non sequatur. Nihilominus fi-
lia pro ex dote promissa sit omnibus credito-
ribus, qui postea cum patre cõtraxerunt, præ-
ferenda, quas allegationes quãuis causa adhuc
pendeat indecisa in Sacro Consilio, ponam in
fine huius capit. nam casus est nouus, & nota-
bilis, & credo, quòd non sunt omnino sper-
36 nendæ. Quinto limitatur, In donatione, quę
fit per patrem filio contemplatione matrimo-
nij, quam similiter validam, & irreuocabilem
esse suadet tex. in l. diui. C. de natural. liber.
per quē ita dixit Gui. Pap. in decis. 145. quem
refert, & sequitur Præs. Vinc. de Franch. in
decis. 205. per totam, & latius in decis. 436. &
Reg. Ioã. Franc. de Pont. in consi. 25. & plenè
37 Franc. Becc. in cons. 20. nu. 3. & seq. Ex ea
enim quæritur ius filijs, & in eorum præiudi-
tium non valeret retrocessio facta per patrem,
vt refert idem Reg. de Pont. in d. cons. 25. nu.
6. post Bertrand. in cons. 176. vol. 2. in 3. vol.
& idem de Pont. in tract. de potest. Proreg. in
tit. de assen. reg. super dot. §. 2. num. 21. & seq.
Surd. in cons. 143. & in decis. 322. nu. 28. Fab.
de Ann. in consi. 78. lib. 1. & latius in consi.
134. lib. 2. Menoch. in cons. 967. lib. 10. quòd
est insertum inter consilia eiusdem Fab. de
Ann. in 2. lib. in cons. 139. & nouissimè And.
38 Molfes. in cons. 11. per tot. Et moriente filio
donatario non reuertitur ad patrem donan-
tem, sed transit ad eius hæredes, vt inquit
39 Guid. Pap. in decis. 147. Hæc autem donatio,
an dicatur ob causam, & successiuè, An impu-
tetur filijs in legitimam? sunt videnda, quæ
plenè tradit Franc. Becc. in cons. 20. per totũ,
& Natt. in cons. 609. in 3. vol. contra quem
in eodem casu consuluit Rol. à Vall. in consi.
44. vol. 4. & Franc. de Amic. in rep. cap. 1. de
his qui feu. dar. poss. fol. 79. quibus addenda
sunt not. per Io. Guttier. in lib. practica. quæ-
stio. q. 65. lib. 2. & plenè per Pereg. in tract. de
40 fideicom. art. 36. nu. 134. Sed quid si mori-
tur mulier post contractum matrimonium,
cuius cõtemplatione pater fecerat filio dona-
tionem, non relictis filijs, an liceat patri dona-
tionem illam reuocare? hanc quæstionem ple
nè examinat Melchior Palaez. in tracta. de
maiorat. in 1. par. quæstio. 39. num. 5. & seq.
& tandem concludit non esse locum reuoca-
tioni, reprobata opinione Bertran. qui con-
trarium tenuerat in cons. 1. nu. 4. & seq. lib. 1.
& pro sua conclusione allegat Tell. Fernand.
in l. 17. taur. nu. 75. affirmantem, quod dona-
tio facta filio ob causam matrimonij, est irreuo
cabilis, etiam si matrimonium non sequatur,
quod est summoperè notandum, si verum est,
sed redditur valde dubium ex ijs, quę in simili
quæstione considerat idem Melchior Palaez.
in eod. cap. 39. nu. 11. ad quem me remitto. Et
an

an donatio facta filijs nascituris sit statim va-
lida, ita vt eis postea natis quæratur ex stipu-
latione notarij, nõ sequuta eorum ratificatio-
ne? est videndus Bolognet. in consi. 6. nu. 14.
& seq. Et demum, an huiusmodi donatio ac-
quiratur filijs tamquàm filijs, vel vti patris
hæredibus? pro huius artiuuli solutione vidẽ-
da sunt, quæ plenè tradit Surd. in decis. 322.
per totam, & nouissimè Andr. Molfes. in cõs.
2. impres. post eius commentar. ad consuetud.
Neap. Vrsill. in decis. 393. nu. 6. & seq. Thes.
in decis. 70. nu. 15. & adden. ad Alex. in cons.
41 110. vol. 1. Sextò limitatur in donatiòne facta
filio propter benemerita, quam validam esse,
quatenus tamen merita sint æquiualentia, &
non vltra, testantur Bal. in auth. ex testamen-
to. C. de collat. Soc. in reg. 140. in 5. limitat. &
in cons. 205. ante nu. 2. vers. & sicut dicimus,
vol. 2. Io. Crot. in d. l. frater à fratre, sub nu.
75. vers quarto fallit, & Vinc. de Franch. in
42 decis. 428. Verum de meritis oportet aliun-
de, quam ex patris confessione, per veras pro-
bationes constare, vt inquit Crot. in ead. repe.
nu. 76. & ibid. Ias. sub nu. 44. vers. secundo li-
mita. Ruin. in cons. 44. in fi. vol. 5. Iul. Clar. in
§. donatio. q. 8. vers. hac tamen conclusio, &
plenè Tiraqu. in rep. l. si vnquam. C. de reuoc.
don. in verb. donatione largitus. n. 89. & seq.
43 Hinc donatiònem factam à muliere annosa
cius viro in compensationem ætatis, validam
esse, tradit Crau. in consi. 51. nu. 1. Et idem est
si fiat in compensationem nobilitatis, vt ple-
nè refert Franc. Becc. in cons. 79. per tot. & in
cons. 162. nu. 4. vol. 2. Surd. in cons. 164. nu. 6.
lib. 2. Iul. Clar. in §. donatio q. 9. vers. sed po-
ne, & Vinc. de Franch. in decis. 428. num. 4.
44 Verum huiusmodi causæ subsistentiam pro-
bandam esse, inquit Surd. in cons. 196. nu. 45.
45 vol. 2. Et huiusmodi donata à viro vxori in
recompensationem nobilitatis, seu iuuentutis
pleno iure acquiruntur ei, ita quod si secundo
nubit non tenetur ea reseruare filijs primi ma
trimonij, vt inquit Rip. in l. fœmina nu. 44.
C. de secun. nupt. Est enim remuneratoria do-
natio, & eã mulier habere videtur titulo one-
roso ex not. per glo. Bar. & alios Doct. in l. si
volũtate. C. de dot. promiss. Io. Lopez. in rub.
de donat. inter vir. & vxor. §. 31. per tot. & in
§. 54. vers. & pro complemento, & alios quos
refert Petr. Duen. in regu. 221. in 11. limit.
Vnde infertur, quod licet regulariter nulla
oriatur obligatio si quis promittat mulieri cẽ
tum si secum contraxerit matrimonium, ex
reg. tex. in l. si ita stipulatus. §. si tibi nupsero,
cum ibi not. per omnes Doct. ff. de verb. oblig.
vbi notabiliter inquit Zas. quod si quis amore
captus alicuius puellæ, vt eam alliciat ad nu-
ptias cum eo contrahendum, promittat ei do-
nare prædium, ac etiam alere eius parentes
seu filios prioris matrimonij, ad huius pacti
obseruantiam non tenetur, nam matrimonia
non debent esse venalia, l. 2. ff. de donat. inter
vir. & vxor. Fallit tamen hæc conclusio, quã-
do huiusmodi promissio fit inter personas in-
æquales ratione ætatis, vel nobilitatis, vt com
muniter affirmant omnes Doct. in d. §. si tibi
nupsero, & Io. Lopez. in d. §. 31. sub n. 1. vers.
& ita debet intelligi; a quibus licet videatur
in hac limitatione dissentire Zas. in citato lo-
co, nihilominus ipsemet fatetur eam esse com-
munem, & consuetudine receptam, quamuis
enim vir nihil acquirere videatur ex nobili-
tate vxoris, nam ipsa corruscat ex nobilitate
viri, non autem idem est econuerso. l. fœmina.
ff. de Senator. & l. mulieres. C. de dignit. lib.
12. vt arguit Io. Crot. in repet. rubr, ff. solu.
matr. nu. 62. & seq. & Io. Lop. in d. §. 31. nu. 5.
Nihilominus idem Io. Lopez. in seq. §. 32. plu
ribus rationibus probat, quod etiam vir, &
eius filij aliqualiter participant de nobilitate
mulieris. Limitatur autem suprascripta con-
clusio, quod non procedit, quando inter con-
iuges non est nimia inæqualitas, ita quod satis
esset si rusticus valde diues duceret vxorem
nobilem, sed pauperem cum parua dote, tunc
enim vxoris nobilitas satis recompensata vi-
deretur cum diuitijs viri, & eadem ratio mili-
tat, quãdo agitur de inæqualitate ætatis, quod
Iudicis relinquitur arbitrio, vt notabiliter in-
quit Io. Lop. in d. §. 32. nu. 9. & plenè Surd. in
cons. 164. num. 34. & seq. & in cons. 196. sub
nu. 43. vers. sed generaliter, lib. 2. An autem
in dubio huiusmodi donatio præsumatur fa-
cta in recompensationem nobilitatis, seu iu-
uentutis, si non exprimitur, Io. Lop. in d. §. 31.
nu. 3. dicit quod sic, & idem affirmat Franc.
Becc. in d. cons. 79. nu. 6. Sed contrarium ve-
rius esse testatur Barbos. in l. quæ dotis. n. 56.
46 et 58. ff. sol. matr. Sed si in donatione remune
ratoria merita non probentur; An saltim va-
leat in vim simplicis donationis, ita vt per
mortem donantis confirmetur? vide omnino
Crot. in d. rep. l. frater à fratre. nu. 77. et seq.
Et an in donationibus, quę fiũt inter alias per-
sonas nõ prohibitas sufficiat assertio meritorũ
in genere? vide Soc. in cons. 295. vol. 2. Dec. in
cons. 20. per tot. Iul. Clar. in §. donatio. quæst.
3. vers. sed hic occurrit, plenè Io. Vinc. Hon-
ded. in cons. 47. per tot. vol. 1. et Tiraq. in d. l. si
vnquam in ver. donatione largitus. nu. 92. et
48 seq. Et an huiusmodi donatio imputetur filiò
in legitimam, vel conferatur cum alijs fratri-
bus? vide Ias. in cons. vlt. vol. 2. per tot. pul-
chrè Crau. in cõs. 85. et 136. plenè Rol. à Val.
in

in conſ.44.& latius in conſ.70.vol.4. latè Ca
cher.in conſ.62.per tot.& Ant.Theſau.in de-
49 ciſ.46.num. 11. Quid autem ſi in donatione
nulla fiat mentio meritorum, ſed reuera pro-
betur, merita filij pręceſsiſſe; An in dubio prę-
ſumatur eam factam fuiſſe intuitu meritorũ?
vel potius ex affectione ſanguinis? hæc quæ-
ſtio tangitur à Crot. in ead. l.frater à fratre.
nu.79.& concluditur, quòd potius præſumi-
tur pater inductus ad donandum ex præcedẽ-
tibus meritis, hoc enim eſt vtilius filio, quia
ſtatim donatio valet, & efficitur irreuocabi-
lis, alioquin ſi affectione ſanguinis præſume-
retur facta, poſſet quandocumque reuocari, &
cum hac cõcluſione concordat Io.Vinc.Car-
roc.in tract.de locat.& conduct.fol.mihi 28.
num.30. Sed contrarium verius eſſe teſtatur
Barboſ.in d.l.quæ dotis.num. 57.ff.ſol. matr.
50 Aduertendum tamen eſt, quòd merita filij ad
hoc, vt patris donatio dicatur remunerato-
ria, ne dũ oportet eſſe æquiualentia, ſed quòd
verſentur circa ea, ad quæ non tenebatur ex
filiali obligatione, vt benè animaduertit Rip.
in d.l.ſi vnquam, in quæſt.14.& ibid. Tiraq.
in eod.verb.donatione largitus.nu.106. Vnde
51 difficillimum eſſet in practica talia ſeruitia
excogitari poſſe, ad quæ filius erga patrem nõ
teneatur, vt pulchrè dixit Saly.in l.filiæ cuius
nu.12.C.famil.hercisc.quam ſententiam con
firmant Lancellott.Polit.in rep.l.filium quẽ
habentem, nu.132.C.eo.Rip.in l.fœminæ.nu.
42.C.de ſecun.nupt.Natt.in conſ.188.nu.3.
vol.1.Cephal.in conſ.94.nu.16.& ſeq.vol.1.
Arius Pinel.in l.1.C.de bon.mater.in 3.par.
ſub nu.62.illat.11.& Maſcar. de probat.in
52 concl.186 nu.5. Niſi fortè huiuſmodi officia
obſequialia diutiſſimè impenſa fuiſſent cum
magna cura, & ſollicitudine, & in aliqua gra-
ui, & longa ægritudine, hæc enim quamuis
debita, etiam remuneratione digna iudicanda
ſunt, prout ſentit Pariſ. in conſ. 90. num. 13.
vol.3.quem refert Tiraq.in eodem verb.dona-
tione largitus.nu.108. & Melchior Palaez
in tract.de maiorat.in 1.par.q.22.ſub nu.22.
Vel niſi eſſent merita artificialia, quæ ſunt re-
muneratione digna, etiam in filio, nam paren-
tibus liberi obſequium, & reuerentiam tãtum
debent, non operas, vt benè probat tex.in l.
pen.ff.de obſeq.à liber.& libert.paren.& pa-
tron.præſt.& ita notabiliter tenent Arius Pi
nell.in l.1.C.de bon.mater.in 1.par.nu.55.et
Io.Guttier.in tract.de contract.iurat. cap.5.
53 nu.2.cum plur.ſeq. Et ad huiuſmodi merita
probandum non requiritur exacta probatio,
ſed ſufficit qualis qualis, vt inquit Hypp.in
ſing.610.poſt Alex.in conſ.18. vol.3. Alcia.
in tract.de præſump.reg.1. præſump.6.et Se-
54 raph.in tract.de iuram.priuil.40. Præſertim
ſi concurrant aliquæ coniecturæ, & Virtus, ac
probitas donatarij, iux.not.per Bal. in l.fi.ff.
de probat.et Hier.Grat.in conſ.7.nu.33. vol.
55 2. Modum autem practicandi huiuſmodi do-
nationem remuneratoriam, pulchrè docet
Mynſinger.in ſuis obſeruation.centur.4. ob-
ſer.75.quem refert Carrot.in d.tract.de loca-
56 to, et conducto.fol.mihi 29.nu.40. Quomodo
autem, & quando merita dicantur æquiualen
tia? plenè tradit Menoch.de arbitr.iud.lib.2.
caſ.132.et in trac.de præſump.lib.3.præſum.
29.nu.21. Cuius dicta, tacito authore, transferi
bit Maſcard.in d.concl.186.num. 5. cum ſeq.
57 Septimò limitatur ſupradicta concluſio. Vt
licet non valeat donatio facta filio à patre. Ni-
hilominus ſi poſtea pater præmoritur, non
reuocata donatione, cenſeatur per eius mortẽ
confirmata, vt dixit Alber.in l.ſi pater, circa
princ.C.de inoff. teſt. quam opinionem com-
munem eſſe teſtatur Iul.Clar. in d.§. donatio.
58 q.8.verſ.ſcias etiam. Sed hoc intelligitur, ſi
ſequuta fuit traditio in vita donantis, alias
enim, nec per patris mortem, nec per emanci-
patiorem donatarij confirmaretur, vt plenè
tradit Didac.Segur.in rep.d.l.vnum ex fami
lia.§.ſed ſi fundum.num.124.ff.de leg. 2. per
tex. in l.papinianus.ff. de don. inter vir. et
vxor.et in l.2.cum ibi not. per Bal. et Salyc.
C.ſi quis alteri, vel ſibi, arguendo à donatio-
ne inter virum, & vxorem ad donationem in-
ter patrem, & filium, & eandem concluſionẽ
confirmant Rom.in conſil. 277. et Iaſ.in d.l.
59 frater à fratre. nu.45. et Crot.nu.89. Cuius
ratio eſt, nam cum talis donatio, & eius titu-
lus nullius ſint momenti, nihil eſſet, quòd per
mortem donantis confirmari poſſet, ſed quan
do præcedit traditio, tunc adeſt actus, res, &
voluntas, quæ confirmari poſſunt, & proinde
tota cõfirmationis vis in traditione conſiſtit,
cum ea deficiente nihil adſit confirmabile, vt
pulchrè animaduertit Ant. Gomez. in 2. lib.
var.reſolu.cap.3.ſub nu.23.verſ.animaduer-
tendum tamen, pulchrè Paul. de Caſtr. in
conſ.138.nu.1.vol.1.Rip.in reſp.125.ſub nu.
4.et ſeq. et Couar. in rub. de teſtam. in 3.par.
60 nu.3. An autem ſufficiat ficta traditio per con
ſtitutum? plenè explicant Tiraq. in tracta.de
conſtit.in 7.limit.num.13.cum plur.ſeq.latè
Pariſ.in conſ.128.per tot.vol. 1.et Io. Lopez
61 in rub.de donat.inter vir.et vx.§.75. Et an
huiuſmodi confirmatio retrotrahatur quoad
fructus præteritos? vide eundem in ead. rubr.
§.72.per tot.et Ant. Gomez.in 2.lib. var.reſ.
62 c.3.ſub nu.23. Et an cenſeatur pater donatio-
nem reuocaſſe, ſi rem donatam alteri hypote-
cauit? vide Crot.in ead.rep.l.frater à fratre.

63 nu.96. Octauo limitatur supradicta conclusio. Quando huiusmodi donatio fuit iuramenti vinculo confirmata, tunc enim eam statim validam, & irreuocabilem esse, multis authoritatibus, & rationibus, plenè testatur Segur. in d.rep.l.vnum ex familia.§.sed si fundum. nu.133.cum plur.seq.ff. de leg.2. plenè Crot. in d.l.frater à fratre.nu.71.et seq. et ibidem plenissimè Caccialup.num.75.cum plur.seq. & alij, quos copiosè cumulant Iul.Clar. in d. §. donatio. quæst.8.in fin. vers. sed quæro tu scis; Duen.in reg.219.in 2. ampliat. vers. pro qua opinione facit, et Ant. Thesaur. in decis.
64 32. nu. 10. Hæc enim donatio æquiparatur donationi inter virum, & vxorem, cum vtraque sit vnica l. prohibita, vt in l. donationes, quas parentes. C.de donat.inter vir. et vxor. & ideo valet argumentum de vna ad aliam, prout in simili ita arguit Roma. in cons.277. sub nu.1.& in proprijs terminis Thesaur. in d.decis.32.nu.10.et Duen.in d.reg.219. vers. pro qua opinione. Vnde sicut donatio inter virum, & vxorem firmatur iuramento, secundum magis communem DD. opinionem relatam per eosdem Thesau. & Duenn. in locis prædictis, ita etiam, & donatio inter patrem,
65 & filium. Tanta enim est iuramenti vis, vt Senatus Pedemontanus censuerit, etiam donationem factam à milite suæ concubinæ iuramenti vinculo confirmari, vt refert idem Thesau.in decis.111.reprobata opinione Rol. à Vall. qui contrarium defendit in cons.98. vol.1.pro qua Senatus sententia faciunt, quæ plenissimè consuluit Surd.in cons.469.vol.4.
66 Et quod hæc donatio iurata valeat ab initio, etiam si filius donatarius præmoreretur, ita vt in ea succedant eius hęredes, non pater donās, plenè consuluit Crau. in consi. 102. contra Dec.in cons.240. cuius motiuis benè respondet, pro qua opinione, iunctis aulis, decisum fuisse per Sacrum Consilium testatur olim dignissimus Preses eiusdem Sacri Consilij Vincen. de Franch. in decisio. 59. & eandem sententiam sequutum quoque fuisse Senatum Pedemontanum, refert Thesaur. in d.decisio. 32. eamque plenè defendit Vin. in decisio. 421.
67 Fateor tamen, quòd licet prædicta conclusio iam videatur ita vsu recepta, vt difficillimum sit ab ea recedere, Nihilominus non est adeo tuta, quin maiora iuris luminaria sibimetipsis aduertentur, & grauissimi, magniq; ponderis, & auctoritatis Doctores contrariam opinionem validissimis rationibus substinuerint, prout est videre penes Barto. in l. 1. ff. de donatio. inter virum, & vxorem sibi contrarium in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Bald. & Salyc. in l. cum multa. C. de donatio. ante nupt. Ang. in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. 3. & in dict. l. si quis pro eo, in prin. Bald. in cap. cum contingat. num. 37. de iur. iur. & ibidem Alciat nu. 292. Henric. Boic. in eodem cap. cum contingat, & in cap. fin. de donatio. inter virum, & vxorem, Cardin. in clem. 1. de iur. iur. Paul. de Castr. in cons. 193. volum. 2. plenè Socy. in consi. 65. & sequen. volum. 1. optimè Curt. sen. in consi. 66. num. 3. cum plurib. sequen. qui post multas rationes concludit eam opinionem teneri ab Illustrioribus pondere, numero, & mensura, plene Bolognett. in consi. 18. num. 16. Guid. Pap. in consi. 238. num. 2. pulchrè Purpurat. in consi. 394. sub num. 10. vers. verum quicquid prædicti dicant, volum. 1. & in consil. 396. sub nume. 9. versic. sed tamen diligenter, volum. 2. plenissimè Cassan. in consuet. Burgun. rub. 4. §. 7. vers. suppose que les dee, fol. mihi 165. num. 4. cum plurib. sequen. & nouissime omnibus contrarijs respondendo hāc opinionem plenè tuetur Petr. Gregor. in syntagm. iur. vniuers. in 3. par. lib. 28. cap. 11. sub num. 5. et sequen. & plenissimè Menoch. in consi. 84. per totum lib. 1. Ex quibus vides, quod non esset ponere os in Cęlum hanc opinionem, pro qua adsunt tot grauissimi DD.
68 substinere. An autem si pater emat aliquam rem nomine filij præsumatur eam voluisse filio donare? ad tex. in l. filia cuius. C. famil. hercisc. Vide omnino Bertaz. in consi. crim. 437. num. 48. et sequen. volum. 2. & plenè Fab. Turrett. in in consi. 77. nu. 13. et per tot. vol. 2. post Iacob. Menoch. de præsump. lib. 3. cap. 30. nu. 7. cum plur. seq. qui hunc articulum plenissimè explicat.

Alle-

ALLEGATIONES

Quarum fuit facta mentio in præcedenti cap. num. 35. ſunt infraſcriptæ, in quibus tacentur nomina propria, nam cauſa adhuc pendet indeciſa.



Vpponitur in facto, quòd pater intuitu matrimonij cõtrahendi inter eius filiam, tunc infantem annorum ſex, quamprimum ad legitimam perueniſſet ætatem cum alio infante, pro quo etiam eius pater ſtipulatus fuit, eidem dotis nomine ſoluere promiſit certam pecuniarum ſummam, mediãte publico inſtrumento cum hypotheca bonorum, & conſtitutione precarij, alijsque clauſulis exequutiuis in forma. Cumque ſponſus, & ſpõſa, nubilis effecti fuiſſent ætatis, eadem ſemper voluntate, ac matrimonij tractatu manente, multa fuerunt hincinde munera tranſmiſſa, ac etiam quædã pars dotis promiſſæ fuit ſponſo ſoluta. Verum ortis poſtea aliquibus controuerſijs, imperfectis nuptijs ſponſus receſſit, & Hieroſolymitani militis ordinem ſuſcepit; Vnde mulier alium virum duxit, cui ab eius patre fuit eadẽ dotis quantitas promiſſa, Cumq; medio tempore multa fuerint a patre dictæ mulieris debita contracta, quæ ſi eius doti præferenda eſſent, penitus remaneret indotata, Ideo eius hæres prætendit ex illa priori dotis conſtitutione fuiſſe dictę mulieri ſuper bonis paternis iura quęſita, ita vt, quamuis illud matrimoniũ ſequutum nõ fuerit, debeat nihilominus præferri omnibus creditoribus, qui cum eius patre poſtea contraxerunt, idq; iuribus, rationibus, & authoritatibus infraſcriptis validiſſimè fundat, reiectis omnibus contrarijs, quæ forſan ex aduerſo obijci, & conſiderari poſſunt.

69 Et quia veritas quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto clarior expulſis nebulis in lucem progreditur, ſicut aromata magis redolent; quanto magis conteruntur, prout dicebat *Pau. Caſtr. in conſ. 23. in prin. lib. 1. quem refert Crau. in conſ. 135. nu.* 18. Ideo prius referam, quæ pro parte negatiua obijci poſſunt, deinde vero affirmatiuam concluſionem fundabo, & eam à contrarijs defendam.

70 Primo igitur in contrarium argui poteſt, quòd dotis promiſſio ſemper cenſetur facta intuitu illius matrimonij, pro quo promittitur, *per tex. in l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cauſam*. Nam promiſſio facta ob vnam cauſam ad aliam non porrigitur, *l. ſi vnus, §. ante omnia, cum ibi not. per Gloſ. ff. de pact. et l. iubemus. C. ad Velleia. idque clarè ſuadet tex. in l. vnic. §. accedit, C. de reiux. act. itaq; ſenſiſſe videtur Bar. in l. ſi cum dotem num. 7. ff. ſol. matrim.*

71 Secundò dos promiſſa ante matrimonium non eſt propriè dos, *l. ſi. C. de dona. ante nupt.* Vnde in fortiori caſu dicit *Bald. nou. in trac. de dote in 10. par. nu. 37. verſ. ſed tunc inſurgit notabile dubium*, quòd licet hypotheca in bonis viri retrotrahatur à tempore ſolutionis ad tempus promiſſionis dotis, id tamen intelligitur, ſi tunc matrimonium contractum fuerit, alias ſecus, quam concluſionem veram, & communem eſſe teſtatur *Neguſ. in tracta. de pignorib. in 4. mem. br. 2. part. nu. 79.*

72 Tertio. Cui licet, quòd plus eſt, multo magis quòd eſt minus ex vulgata iuris regula, ſed pater poſt ſponſalia ſimpliciter contracta, poteſt in totum dotis actionem in ſe ipſum tranſferre, *l. quoties. ff. ſol. matr.* Ergo etiam eam diminuere, vel alteri bona obligare.

73 Quartò. Ponderatur *tex. in §. quia vero. auth. de æqual. dotis. col. 7. ibi, ſemel alienata ab eius ſubſtantia*, quæ verba non conueniunt doti promiſſæ, *argumento l. 1. in fin. C. de fund. dotali*, nam res promiſſa dicitur eſſe in bonis promittentis, *l. traditionibus, C. de pactis, et proinde diſpoſitio auth. ſed quãuis. C. de reiux. act.* qua cautum eſt, quòd pater tenetur dotem prioris matrimonij pro ſecundo conſeruare, videtur tantum procedere in dote tradita, matrimonio ſequuto, vt ibi affirmat Gloſ. quam ſequitur *Iaſ. in §. fuerat, nu. 127. et 134. inſt. de act.*

74 Quintò. Si contrarium diceremus, ſequeretur abſurdum, quòd daretur concurſus multarum fictionum contra *tex. in l. 1. C. de dot. promiſſ.* Vna enim fictio eſſet, quòd actio dotis acquireretur mulieri abſenti, tamquam præſenti, *l. fin. C. eod. et l. vn. C. de reiux. act.* Altera, quòd promiſſio cõtemplatione vnius matrimonij facta extenderetur ad aliud, & demũ quòd mulieri acquiratur actio ex ſtipulatu, & hypoteca in bonis patris, qui nihil ei ꝓmiſit.

75 Sextò ſupponitur in facto, quòd tempore promiſſionis dotis ſponſus, & ſponſa erãt infantes, inter quos etiam ſponſalia contrahi nõ

poterant, cum ea saltim annorum septem etatem exposcant, iuxta plenè not. per *Did. Couar. in epit. de sponsalib. in 1. par. cap. 2. in princ.* & proinde si non adest nedum matrimonium, sed nec matrimonij principium, quòd fundatur in sponsalibus, Videtur omnino cessare dotis constitutio, prout in indiuiduo, consuluit *Cephal. in cons. 143. vol. 1.*

76 Septimò. Maximum dubium facit *tex. in l. si pro te pater. C. de dotis promissione*, ex quo clarissimè colligitur ex promissione dotis, etiā post matrimonium contractum, mulieri actionem non quæri, sed viro tantum, cui promissa fuit, ius eam exigendi competere, imo fortius etiam soluto matrimonio mulierem non posse agere contra promittentem, nisi cessis iuribus, ab hæredibus viri, testatur olim *Pres. de Franch in decis. 33. num. 4. & per totam, Reprobata decis. Guid. Papa 375.*

Quibus tamen non obstantibus contrariam sententiam verissimam esse arbitror per infrascriptas conclusiones in iure verissimas.

77 Prima conclusio est, quòd pater dando dotem, vel promittendo pro filia, absolutè videtur eidem filiæ donare, & cum ea tacitè censetur esse actum, vt benè probatur *in l. fin. C. de dot. promiss. & in l. fi. in princ. C. de iur. dot. & in l. eum dot. §. 1. ff. de pac. dota. & Clarius in l. fin. §. si à socero, ibi, quasi ex donatione aliquid ad eam peruenisse. ff. ae his, qua in fraud. credit. & clarissimè in l. ex morte, in vers. similiq; modo. C. de pac. cōuent. ibi, quoniam, & alio pro ea offerente dotem, ipsa eam*
78 *pro se videtur offerre*. Cum enim pater dotē dat, vel promittit sponso pro filia, censetur munus, ad quod tenebatur implere, *l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matr. & l. eum dotem, ff. de iure dotium*, & proinde ex ea promissione, adeò efficaciter obligatur, quòd eam amplius reuocare non potest, vt expresse dicitur *in d. l. fi. C. de dotis promiss. ibi, liberalitas itaque ta*
79 *lis remaneat vera, & irreuocabis*, tunc enim duo introducuntur actus, scilicet, vnus tacitus & alius expressus, si quidem prius fingitur pater dotem filiæ donare, & deinde ambo eā sponso promittere, prout egregiè animaduertit *Salyc. in d. l. ex morte. C. de pac. conuen.* cuius aurea quidem verba ad hoc propositum cogor punctualiter referre, inquit enim (nota tex. ibi quoniam, & alio, vbi notatur, quòd mulier videtur donare; quòd alius pro ea dat; nā qui dat dicitur mulieri donare, & ipsa in dotem dare, *l. vn. §. accedit. C. de reiux. act.* & ideo vnus actus dicitur occultari, *l. licet, ff. de iur. dot.*) & hanc conclusionem pluribus confirmant, plenissimè *Dec. in cons. 35. sub nu. 3. cum seq. Cephal. in cons. 713. num. 5. vol. 5. Laur. Siluan. in cons. 2. num. 60. & seq. in 1. par. Iac. Berrett. in cons. 26. nu. 1. volum. 1. & Desiderius Gnidonus inter cons. vlti. volunt.*
80 *in cons. 170. nu. 109. vol. 1.* Et cum hæc sit tacita donatio, quam lex fingit ad beneficium mulieris, in ea eius præsentia non requiritur *ex not. per Bart. in l. si creditores in fin. C. de pac. & Bal. in l. 3. §. fi. ff. de neg. gest.* quamuis enim regulariter donatio etiam loco pio absenti facta, non valeat, nisi fuerit acceptata, iuxta notata per *Glo. in l. illud C. de sacrosan. eccl.* Nihilominus speciale est in dote, vt ex contractu inter alios celebrato mulieri absenti ius quæratur per supradicta iura, prout in specie testatur *Barto. in cons. 123. num. 1. & Dec. in d. cons. 35. in princ.*

81 Et licet in patre videatur, quòd hæc tacita donatio non procedat, postquam actio dotem repetendi, sibi, & filiæ communiter acquiritur, vt *in d. l. vn. §. accedit. C. de reiux. act. & in l. 2. §. quòd si in patris, ff. sol. matr.* Nihilominus contrarium est verius: Nam huiusmodi cōmunio à lege inducta est, quoad actionis exercitium tantum, ad hoc ne pater teneatur filiam sæpius dotare, vt benè animaduertit *Glo. in d. l. 2. §. 1. in verb. dos est. ff. sol. matrim.* quam ibi DD. communiter sequuntur, & *Bart. in l. si constante in princ. ff. eod.* Non autem vt dominium filiæ quęsitum auferatur,
82 quòd patet: Nam si dos ad patrem soluto matrimonio reuertitur, tenetur eam pro filia cōseruare, nec dotem semel constitutum potest amplius minuere, vt expresse cauetur *in d. auth. sed quānis C. de reiux. act.* Dos enim semel constituta transit in dominium filiæ, nedum pro primo matrimonio, pro quo promissa fuit, sed absolutè, vt probat *tex. in §. quia vero, in auth. de aequal. dotis*, & si ad patrē reuertitur, non confunditur in eius patrimonium, sed filia habet eam præcipuam, vt plenè testatur *Laur. Siluanus in allegato cons. 2.*
83 *sub nu. 61.* Et post patris obitum integra dotis actio, & eius exercitium soli filię accrescit, & consolidatur, vt in *d. l. vn. §. videamus. & §. ex hoc. C. de reiux. act. & in l. vxorem, & filium. §. testamento, iuncta Glo. in verb. recuperauerat, & ibi plenè Bart. nu. 1. ff. de leg. 3. Pau. Castren. in l. eum qui ita. § quisibi, aut filio in fi. ff. de verb. oblig. pulchrè Salyc. in l. ania, nu. 11. C. de iur. dot. & optimè Io. Bapt. Laderch. in cons. 131. vers. nec dicatur.*

84 Imo in hoc Regno, in quo fœminæ à paterna successione excludūtur, & dos succedit loco legitimæ, in qua nullū potest apponi grauamen etiam si dotis restitutionem sibi tantum pater stipulatus esset. Nihilominus integra actio ad filiam pertineret, prout testatur *Bald. in l. fin. nu. 5. in vers. sed pone, quòd statutum, C. de dotis promiss. post Iac. de Arena in l. vxorem, §. na-*

§.naturalis,ff.de leg. 3. quos refert Iaſ. in l. poſt dotem nu.88.& ſeq.ff.ſol.matr. & Dec. in conſ.106.per tot. Idemq; affirmant Capyc. in deciſ.186.nu.9.Vrſil.in deciſ.179.nu.8.& pleniſſimè Franc. Milan.in deciſ. Regni Sic. 10.nu.19.& 22.lib.1.

Fx qua concluſione indubitanter ſequitur,
quòd quamuis matrimonium, pro quo dos à
patre promittitur nõ ſequatur, & ſic illa pro-
miſſio reſpectu viri reſoluatur tamquàm non
ſequuta cauſa, *iuxta tex.in l.ſi extraneus.ff.*
85 *de cond.ob cauſam.* Nihilominus remanet fir
ma illa tacita donatio, quam lex ſubintelligit
ad beneficium filiæ, *ex reg.tex.in l.ſi donatu-
rus.ff.eod.tit.* Sicut enim donatio expreſſa fa-
cta filiæ pro dote tenet etiam matrimonio nõ
ſequuto, vt teſtantur *Iaſ. in d. l.ſi extraneus,
nu.16.Alex.in l.2.§.quod ſi in patris, in 1.no
tab.& in l.ſi cum dotem in 5.notab.ff.ſol.ma-
trim.& Didac.Segura in l.vnum ex familia
§.ſed ſi fundum, ſub num.126.ff.de leg.2.* Ita
etiam idem dicendum eſt in hac tacita dona-
tione reſultante legis miniſterio ex dotis pro-
miſſione facta genero, cum taciti, & expreſſi
eadem ſit virtus, *l.cum quid.ff.ſi cert. pet.* &
86 ita in indiuiduo, quòd huiuſmodi tacita do-
natio ex promiſſione dotis reſultãtis ad bene-
ficium filiæ remaneat firma, & irreuocabilis,
etiam non ſequuto matrimonio conſuluit ple
niſſimè *Dec.in conſ. 35. cum duob. alijs ſeqq.
quem ſequitur Io.Crot.in rep. l.ſi conſtante.
in 2.lectura, nu.19.in 3.concl.ff. ſol.matrim.
& Deſiderius Guidonus inter conſ.vlti. vo-
lunt.in conſ.170.nu.93.in 1.vol.* qui in fine
dicti conſ.teſtatur ita per tres ſententias iudi-
catum fuiſſe, prout etiam ſecundum dictum
conſ. Decij ſimiliter iudicatum fuiſſe, affirmat
Soc.iun.in conſ.35.ante nu.14.vol. 1. & ean-
dem concluſionem confirmant *Ferd. Loazes
in repet. l.filiusfamil. §. diui ſub num.15.
verſ.ſed attendendum eſt, ff.de leg.1. Io. Lo-
pez in l.tauri 17.num. 46. & ibidem Tel-
lius Fernandez nu.78.& Menoch. de arbitr.
iud.caſ.88.nu.39.in fi.*

Secũda concluſio pro principali noſtro fun-
damento ſit, quòd dotis promiſſio, & eius da-
tio, ſeu ſolutio æquiparantur, *ex reg.l.fin.* C.
87 *de dot.promiſſ.* in verbo dederit, vel promi-
ſerit, & in *l.ex morte,§.fin.C.de pac.conu.* cũ
alijs concordantibus allegatis per *Dec. in l.
vt liberis in 5. notab. C. de collat.Laur.Sil-
uan.in d.conſ.2.ſub nu.74.verſ.non refraga-
tur,& pleniſſimè Deſider.Guidon. in d.conſ.*
88 *170. nu.82.cum plur. ſeqq.* Nam ex promiſ-
ſione ſtatim quæritur actio filiæ, vt affirmat
*Ang.in l.quoties,ff.ſol. matr.& Hier. Gabr.
in conſ.58.ſub nu.9. verſ. cum igitur ex ſola
promiſſione vol.1.* & ſequens ſolutio fit ex ne-
ceſſitate præambulæ promiſſionis ad liberan-
dum promittentem, ſicut autem dotem ſemel
filiæ datam pater amplius minuere, vel quo-
uis modo eius conditionem deteriorem face-
re non poteſt, per *tex.in l.cum a ſocero, C.de
iur.dot.& in Auth.ſed quãuis, C. de re iux.
act.* Ita etiam pari modo idem dicendum eſt
89 in dote promiſſa. Nam lex noua diſponens in
vno ex caſibus æquiparatis per l. veterem, ha-
bet locum etiam in alio, vt inquit *Gloſ. fin. in
l.ſi quis ſeruo, C.de furtis, Doctores omnes in
l.quod vero ff.de leg.; Sal.in l.ſi conſtante nu.
4.C.de donat.ante nupt.& Alex. in cõſ.171.
vol.7.* Et ſi dicatur, quòd *tex. in d. auth.ſed
quamuis,* non habet locum in dote promiſſa,
vt ibi dicit Gloſ. Reſpondetur quòd contra-
ria opinio eſt verior, vt inferius fundabo. Et
licet *tex.in d.auth.ſed quamuis,* propriè lo-
quatur in caſu quo primum matrimonium
habuit effectum, & deinde fuit morte viri ſo-
90 lutum. Nihilominus eiuſdem deciſionis ratio
viget, vt ſicut pater tenetur dotem ad ſe re-
uerſam pro ſecundo matrimonio indiminu-
tam filiæ conſeruare, ita etiam ſi primum ma-
trimonium, pro quo dos promiſſa fuit non
habuit effectum, quia ius obligationis quoad
filiam non oritur ex matrimonio, ſed ex pro-
miſſione, & declaratione patris, ex qua ſim-
plex, & abſoluta donatio in eius beneficium
inducitur, prout optimè conſiderat *Dec. in
d.conſ.35.nu.6. quem refert Card. Albanus
in addit.ad Bart.in l.ſi filia, nu.3.ff. de leg.
3.& concordant Vinc. Maxilla,* vir maximæ
authoritatis *in comment.conſuet.Barenſ.ſub*
91 *rub.de iur. dot.in §. marito nu.5. & ſeq.* qui
in vno tantum caſu dictam concluſionem li-
mitat, quando dos per patrem promiſſa, adeo
eſſet immodica, vt non remaneret legitima
pro filio, quibus non auſus fuit refragari *Ce-
phal.in cõſ.143.vol.1.* quãuis in proprijs ter-
minis conſuluerit pro parte cõtraria, fatetur
enim omnes præmiſſas concluſiones eſſe ve-
ras, ſed ſuum conſiliũ pro aduerſa parte fun-
dat tantum in diuerſitate facti, ex quo pecu-
nia, de qua diſceptabatur in caſu ſuo, an per-
tineret ad hæredes mulieris, vel patris, repe-
riebatur ſoluta ſponſo pro futuro matrimo-
nio, non dotis nomine, ſed pro arra.

Tertio. Pater cogitur inuitus dotarę filiam,
l.qui liberos, ff.de ritu nupt. & Gloſ. fin. in
92 *l.ſi ſocer ff.ſol.matr.* Quantitas verò dotis ex
arbitrio, & voluntate patris conſtituitur. Vn-
de de huiuſmodi voluntate, & declaratione
ſufficit quomodocumq; apparere abſque prę-
ſentia illius, de cuius intereſſe agitur, iuxta
not.per *Bart.in l.certum.§.ſi quis abſente ff.
de confeſſ.& in l.Neſennius, ff.de neg.geſt.* &
talis declaratio voluntatis facta cum vno prę-

iudicat quoad omnes, vt inquit idem *Bart. in l.si potest ff. de aeq. haered. & in l.fin.ff. de interrog act. Ang. in l.si eut, C. de repud. ha-*
93 *red. & Bald. in l.fin. C. de pet. hered.* Nam qui habet facultatem aliquid taxandi, seu declarandi, non potest amplius variare, praesertim in praeiudicium tertij, vt inquit *Glos. in l. quicquid astringenda ff. de verb. obl.* sicut in simili Iudex non potest nisi semel suam ambiguam declarare sententiam, vt inquit *Bal. in l.2. C. de sent. ex breuil. recit. & in l. de die nu.5.ff. qui satisd. cog. & Alex. in l. quod suffit, nu.15. ff. de re iud.* & libellus semel declaratus non potest amplius mutari, teste *Bald. in l.fin.nu.4. C. de edic.* & in proprijs terminis, quod dos semel declarata etiam nulliter non possit amplius minui, plenè fundat pluribus rationibus *Curt. sen.* omnino videndus *in cons.27. incipiente Magnificus Dominus, nu.28. & 32. cum seq.*

94 Ex qua propositione *Io. Crotus in rep. l. si constante in 2. lect. nu.19. & seq. ff. sol. matr.* infert tres notabiles conclusiones, quae valdè conferunt ad decisionem casus, de quo agitur. Quarum prima est, quòd si pater in testamento nullo, & inualido legauit quantitatem aliquam filiae pro dote, non poterit amplius quantitatem illam dotis minuere, cum semel facta sit declaratio paternae voluntatis, quam sufficit constare etiam ex actu nullo, *l. qui à patre ff. de confir. tut. & l.fin. vbi Bal. ff. de reb. eorum, & l. legatum, §.fin. ff. de adim. leg.* Secunda conclusio Croti est, quòd si pater in testamento legauit filiae certam summam pro dote, & deinde testamẽtum reuocet, aliud faciendo, non censetur adempta quantitas filiae legata in primo testamento reuocato, cum dotis declaratio semel facta non possit immutari, licet enim annullato testamẽto omnia corruant in eo contenta, *l. si nemo, ff. de testam. tut. & l. si nemo ff. de reg. iur.* quando tamen in testamento fit aliquis actus, qui sui natura sit irreuocabilis, non vitiatur, vitiato testamento, ex not. per *Glos. in l. haeredes palam, §. frater. ff. de testam.* Tertia eiusdem Croti conclusio est, quòd si pater desponsando filiã per verba de futuro, dotem promiserit, & illa sponsalia non sortiantur effectum, nihilominus eadem dos debetur pro alio matrimonio, & hic est propriè casus, de quo agitur, pro qua conclusione allegat *tex. in l.2. §. si sponsa ff. de priuil. cred.* vbi sponsa de futuro consequitur priuilegia dotis, etiam non sequuto matrimonio.

Quartũ principalis nostrę conclusionis fundamentum sit, quod statutum excludens filiam dotatam a successione, habet locum etiã
95 si dos sit tantum constituta pro futuro matrimonio, vt inquit *Bal. in l.1. nu.2. ff. sol. matr.* Nam dos promissa, dos est, vt probatur in *rub. C. de dot. promiss. & in l. si pro dote, & in l. ad exactionem, C. eod. & in l. si soer. §. Lucius, ff. sol. matr.* & ex sola promissione mulier dicitur dotem habere, vt inquit *Sal. in l. si constante nu.4. C. de donat. ante nupt.* allegando *tex. in l. cum potest, §.1. ff. de admin. tut. & in l. vn. §. accedit C. de re iux. action.* Eumq; sequitur *Guido Papa in decis. 565. nu.3.* & concordant alij, quos cumulant *Cacher. in decis. Pedemon. 24. nu.5. & Ioseph Lud. in decis. Perus. 21. nu.9. & seq. in 1. par. & omnes repetentes in rub. ff. sol. matr.* Nempè *Francisc. Niconitius, nu.147. Vinc. Saluiol. nu.69. cũ pluribus seqq. Io. Annibal. nu. 481. Camill. Visit. nu.73. Thom. Parpal. nu. 29. Io. Crotus nu.85. & Alc. nu.23.* Et res praeparata, vt sit dotalis, habet priuilegia dotis, *l. lex Iulia ff. de fund. dot. Soc. in rub. nu. 4. ff. sol. mat.* Vnde alienari prohibita permittuntur alienari etiam pro dote constituta nõ dum nuptae, vel non nubilis aetatis, secundum *Bar. in l. a filia, ff. ad Treb. & in l. qui pupillam ff. de adult. & in l. Titio centum §. Titio generos ff. de cond. & demonstr. & facit Glos. in l. si pater dotem, in verb. dederit, C. de dot. promiss.* quae exponit illud verbum, dederit, scilicet, destinatione: Nam vbicumq; pater exercet actum dotandi, quantum in eo est, dicitur in dotem dare, *arg. tex. in l. mulier, §.1. ff. de cond. instit. & l. Stichus si haeredi, ff. de statu liber.* per quae iura notabiliter cõsuluit
96 *Lufr. in cons.52. nu.64.* valuisse donationem feudi in dotem pro filia infante, cum qua matrimonium nondum esse poterat, & licet aliquando dotis datio maiorem videatur habere efficaciam, quam promissio, illud tamen est respectu viri, in quem ex sola promissione, non sequuta traditione rei dotalis, non transit dominium, *l. de diuisione cum ibi not. per Bal. & alios, ff. solut. matr.* Respectu vero patris promittentis, & mulieris, pro qua promittitur, nulla est differentia inter dotem datam, vel promissam, quandoquidem non plus iuris ex dote viro consignata, quam ex promissa mulieri acquiritur, prout benè animaduertit *Siluan. in d. cons.2. sub nu.74. vers. & licet datio dotis,* & quòd dos promissa, etiam non sequuto matrimonio, est vera dos, & gaudet eius priuilegijs, confirmatur etiam ex ijs, quae pulchrè tradit *Hier. Magon. in dec. Florent.86. per totam.*

97 Quintò. Extraneus ex sola dotis promissione obligatur, & eam censetur mulieri simpliciter, & absolutè donasse, ita vt nec amplius restitutionem possit sibi stipulari, si ita ab initio nõ prospexit, *l. vn. §. accedit, C. de rei ux. act.*

act. & licet de iure digeftorũ permittebatur patri, ne dum inuita filia fponfalia femel con tracta difsoluere, *l.1. C.de fponf. & l. in poteftate ff.eod.* Sed etiam dotem fimpliciter promiffam ante fequutum matrimonium fibi appropriare, per *tex. in l. quoties ff. fol. mat.* Nihilominus hodie æquata eft patris, & extranei conditio. Nam de iure canonico, cuius authoritas in materia matrimoniali magis præualet, non licet patri fponfalia contracta difsoluere, vt inqnit *Bald. in l. fi cum dotem, ff. fol. matr. & in d.l. quoties, Bar. nu.4. & Alex. in fi.* & proinde nec dotem femel promiffam fibi appropriare poteft, prout omnes *DD. fatentur in ead. l. quoties, & pracisè Alex. nu.2. & Dec. in d. conf.35. nu.5. & plenè Hier. Gabr. in conf.58 nu 4. & feq. vol.1.* Ergo fequitur, quòd fi ei non licet quod eft minus, nequaquam licebit dotem promiffam diminuere, vel quouis modo eius conditionẽ deteriorem facere, quòd eft plus, *l. qui indignus, ff. de fenat. & l. relegatorum, §. poteft, ff. de interd. & releg.* & ita in indiuiduo per prædictas, & alias rationes plenè concludit *Defid. Guid. in d. conf.170. nu.82. cum plur.*
98 *feqq.* Hinc notabiliter dicit *Imol. in l. huiufmodi, §. cum pater in fi. ff. de leg.1.* quod fi pater ante contractum matrimonium promittit centum pro dote filiæ, & deinde ex interuallo promittit quinquaginta, nõ videtur receffiffe a prima promiffione, ea ratione motus, quia ficut in eius poteftate non erat difsoluere fponfalia, ita etiam nec fe amplius à prima obligatione eximere, quod Imolæ dictum pro notabili refert idem *Defid. Guidon. in d. conf.170. num 95.*

99 Sextò. Sponfa de futuro confequitur priuilegia dotis, ac fi matrimonium cõtractũ effet, *l.2. §. fin. ff. de priuil. cred.* ita quòd pro dote fponfo tradita intuitu matrimonij cõtrahendi, habet tacitam hypothecam, omniaq; alia priuilegia dotalia, etiam matrimonio non fequuto, prout ibi tenet Glof. Cum igitur in cafu, de quo agitur pars dotis fuerit dicto primo fponfo realiter foluta, contemplatione futuri matrimonij, iam pro dicta parte foluta, certam legem habemus, quòd mulieri quæfita fuit actio cũ omnibus priuilegijs dotalibus,
100 verum quia dos eft ius vniuerfale, neceffaria fequitur cõfequentia, quod idem ius, quod fuit mulieri quæfitum refpectu partis folutæ, procedit etiã refpectu totius dotis promiffæ, ex regula *tex. in l. qua de tota, ff. de rei vend.* quo argumento ad hoc propofitũ egregiè vtitur *Laur. Siluan. in fupradicto conf.2. fub num.76. verf. vlterius confiderandum eft.* Pro qua conclufione faciunt not. per *And. in c.1. fub nu.4. verf. fed fi tradit, & in §. traditionibus factis, per tot. fub tit. quid fit. inueft.* & quæ in fimili notat pulchrè *Ceph. in conf. 336. num.17. vol.3.*

101 Septimò. Ius mulieri ex promiffione dotis quæfitum in bonis patris, etiam matrimonio non fequuto in vita ipfius, tranfit contra hæredem, adeò quod licet hæres fit nouus dominus, tenetur tamen fauore dotis eãdem quantitatem affignare, vt inquit *Iureconfultus in l. fi ego. §. fi res ff. de iure dot.* Cum autem in cafu, de quo agitur, pater quoad vixit, non declarauerit velle dotem filiæ conftitutam minuere, fed cum ea voluntate non reuocata deceflerit, certum, & indubitabile eft, quòd ius ab initio filiæ quæfitũ remanet inconcuffum, prout ita arguendo, concludit *Siluan. in d.*
102 *conf.2. in fi.* Hæc enim facultas reuocandi, aut minuendi dotem conftitutam, pofito, & non conceffo, quod ipfi conftituenti competijffet, dum tamen ipfe nõ reuocauit, ad hæredem non tranfmittitur, ex reg. *tex in l. fin. C. de reuoc. don. & in c. fin. eod tit.* Nec dicatur, quòd per obligationem generalem poftea factam alijs creditoribus, cenfeatur reuocata prior dotis promiffio: nam huiufmodi generalis obligatio nõ fufficit ad reuocationem in-
103 ducendam, ficut in fimili dicitur de legato, quòd per fubfequentem generalem bonorum obligationem nõ præfumitur ademptum, ex notatis per *Iaf. in l.3. num.3. C. de legat.* & alios, quos refert *Menoch. de præfump. lib.4. præfumpt.167. nu.42. & Vinc. de Franch. in decif.283. nu.3.* Minufq; competit huiufmodi reuocandi facultas creditoribus, qui tempore quo contraxerunt cum patre dictæ mulieris, iam inuenerũt dictas facultates affectas onere dictæ dotis promiffæ, & adhuc durabat fpes, & tractatus illius primi matrimonij, quòd fi contractum fuiffet, vtique effemus extra omnem dubitationẽ, quòd mulier pro dote prius promiffa, effet omnibus creditoribus, qui poftea cum eius patre contraxerunt, præferẽda, quę autem ratio diuerfitatis fit, quòd vni magis, quàm alteri nupferit, non video, aut cur per hoc ius filiæ quæfitũ deterius fieri debeat, cum eadem fit dos, eademq; quantitas fecũdo viro promiffa, poftquàm fi primo nupfiffet, & deinde per eius obitum fuiffet matrimonium folutum, eadem dos reperiretur penes patrẽ cum eadem prælatione ad beneficiũ mulieris, & cũ eifdem iuribus ex illa prima promiffione quæfitis pro fecũdo matrimonio, ex difpofitione *tex. in d. authen. fed quamuis, C. de rei vx. act.* fed cafus refoluti matrimonij, & matrimonij non fequuti æquiparantur, ex reg. *tex. in l. fi extraneus, ff. de iure dot.* quia militat eadem ratio, prout ita arguendo latè fundat *Decius in dicto confilio 35. per totum.*

Ergo

Ergo necessariò sequitur, & idem ius.

Hac igitur conclusione sic vndique benè firmata, non obstant ea, quæ ex aduerso obijciuntur.

104 Nam quoad primum argumentum, in quo tota vis huius disceptationis consistit, clarissimè respõdetur, quòd dispositio *tex. in l. si extraneus. ff. de cond. ob causam*, fundatur in præsumpta mente contrahentium. Dos enim in eo casu non fuit simpliciter tradita, sed limitata sub certa lege, vt soluto matrimonio ad dotantem reuerteretur, quo fit, vt dum expressè constabat de certa voluntate dotantis, quòd noluerat dotẽ mulieri acquiri, sed quòd ea matrimonio cõstãte tm̃ eius oneribus deseruiret, rectè iureconsul. respondet, quod tam in extraneo, quàm in patre dotante, cessat præsũptę donationis cõiectura, ita vt sicut ex vi pacti soluto matrimonio erat dos restituẽda dotanti; pari etiã ratione non sequuto matrimonio ad eundem tamquàm causa non sequuta reuerti debeat, non vigore stipulationis, quæ in eo casu concepta non erat, sed, vt proprijs eiusdem iuris Consul. verbis vtar, quia verisimile est in hunc quoque casum, eum qui dat, sibi prospicere voluisse, prout benè animaduertit *Cumanus in l. si cum dotem, num. 8. ff. solu. matr. & Pau. de Castr. in ead. l. si extraneus num. 1. & ibidem Iaf. nu. 6.* Cum enim illud pactum dotationi adiectum supponat matrimoniũ perfectum, non mirum si eo non sequuto videtur funditus defecisse dotis datio, & cõsequenter etiam cuiusuis tacitè donationis consensus, vt pulchrè considerat *Clau. Seysell. in d. l. si cum dotem num. 8.* Verum quando dos simpliciter constituitur, eiusq; restitutio eidem mulieri, vel dotanti alternatiuè promittitur, tunc si aliquo casu matrimonium, pro quo dos promissa fuit, non perficitur, ex mente omnium DD. quos videre potui, duo tantum considerari possunt huius quæstionis membra, Quo-

105 rum primum est; An ex ea promissione quæratur aliqua actio sponso non sequuto matrimonio? & in hoc nulla cadit difficultas, quòd respectu viri, cui dos promittitur, semper in dotatione subintelligitur tacita conditio, si matrimoniũ sequatur, postquàm illud est principale dotis fundamẽtum, vt eius oneribus deseruiat, & in hoc procedit dispositio *tex. in l. stipulationem, & in l. tali facta stipulatione, cum alijs iuribus con cordantibus ibi per*

106 *Glos. allegatis ff. de iur. dot.* Secundum huius quæstionis membrum est; An simpliciter dos constituta acquiratur mulieri? Et in hoc plura sunt distinguenda; Aut enim matrimonium fuit sequutum, & deinde morte viri solutum, & tunc si dotans est extraneus, dotis dominium, eiusq; repetendæ actio mulieri absolutè acquiritur per *tex. in l. vnic. §. accedit C. de reiux. act.* etiam si dotis restitutio esset alternatiuè promissa mulieri, vel dotanti, iux. not. per omnes *DD. in l. Gaius. ff. sol. matrim. & per Alex. in cons. 158. nu. 9. vol. 5.* Si vero dotans est pater, tunc similiter dotis dominiũ quæritur mulieri, sed quoad actionem eius repetendæ est distinguendum, vt supra in prima conclusione, Sin autem matrimonium sequutum non sit, est etiam distinguendum, quòd aut dos fuit sponso soluta, & tunc eius repetitio cum omnibus suis dotalibus priuilegijs spectat ad mulierem ex prouisione *tex. sing. in d. l. 2. §. si sponsa, ff. de priu. cred. prout in specie notat Boer. in decis. 331. nu. 2.* Si vero dos fuit tantum promissa, sed non tradita, & tunc aut sumus in extraneo dotante, aut in patre:

107 Si dotans est extraneus, & constat, quòd habuit animum donandi, tunc etiam matrimonio non sequuto, dos mulieri acquiritur, per *tex. in l. si donaturus, ff. de cond. ob causam*, alias secus, & ita procedit opinio *Bart. in l. si cum dotem, num. 7. ff. sol. matr.* & specificè in extraneo dotante, loquitur *Rom. in d. l. si extraneus nu. 2.* ita intelligendo iura, quę in cõtrariũ ad hoc propositũ adducũtur, & præcipuè *tex. in l. si ego in prin. ff. de iu. dot.* Si vero dos est promissa per patrẽ, tunc statim simpliciter, & absolutè quęritur ius filiæ etiã absenti, quamuis illud matrimonium, pro quo promittitur non sequatur, iuxtà eã, quę plenè sundauimus supra in prima conclusione, & ita in specie pluribus iuribus, & rationibus plenissimè testatur *Dec. in d. cons. 35. nu. 3. & in prin. cons. seq. nu 6. Et demum in 3. addit. eiusdem cons. nu. 9.* cum quo concordat *Card. Alban. in addit. ad Bar. in d. l. si cum dotem in princ.*

109 *nu. 2. ff. sol. matr.* Ratio autem differentiæ inter patrem, & extraneum est manifesta: Nã extraneus dotando potuit habere affectionem ad illud matrimonium, pro quo ex sua mera liberalitate dotem promisit, & ideo ad illud facilius restringitur, *arg. cap. cum dilectus, de consuetu.* sed non idem est in patre, qui habet onus dotandi filiam, & proinde dum dotem promittit, videtur munus, ad quod tenebatur explere, vt dicitur *in d. l. si. C. de dot. promiss.* & consequenter non magis censetur respicere vnum matrimonium, quàm aliud. Nec obstat, quòd in d. l. si extraneus æquiparentur pater, & extraneus: Nam ibi eadem ratio militat in in vtroque, stante illo pacto, quòd expressè repugnabat acquisitioni dotis in beneficium mulieris, sed in casu, de quo agitur, militat diuersa ratio, & proinde oritur diuersum ius, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.*

Quoad secundum. Dicitur, quòd oppositio procedit respectu viri, cui in tãtũ ex dotis promissio-

miſſione actio quæritur, quatenus matrimo-
nium ſequatur, non autem reſpectu mulieris,
cui ſtatim ius quæſitum fuit irreuocabiliter ex
110 ſola promiſſione, prout ſupra fundatum eſt,
& ita in ſpecie reſpondet *Dec. in d. conſ. 35.
ſub num. 3. verſ. nec prædictæ concluſioni ob-
ſtare videtur, & Laurent. Siluan. in d. conſi.
2. ſub nu. 76. verſ. quòd quidem fortius.* Vltra
111 quòd ſupradicta concluſio *Neguſ. & Bald.
Nouel.* in contrarium allegata non eſt omni-
no tuta, ſed redditur valdè dubitabilis ex ijs,
quæ nouiſsimè tradit olim *Præſ. Vincen. de
Franch. in decis. 677. in 4. par. per totam, &
pulchrè Hier. de Lauren. in decis. Auen. 25.*
de cuius tamen veritate nõ diſputo cum præ-
ſentis ſpeculationis non ſit, poſtquam nihil
confert ad rem, de qua agitur, dum noſtra di-
ſputatio non eſt de hypotheca quæſita viro,
ſed mulieri.
112 Tertia oppoſitio nihil etiam obſtat cum
attenta diſpoſitione iuris Canonici iam æqua-
ta ſit patris, & extranei poteſtas circa ſolutio-
nem ſponſalium ſemel contractorum, prout
ſupr. fundauimus, vel melius dici poteſt, quòd
per d. l. quoties, non datur patri facultas tol-
lendi ius filiæ quæſitum ex promiſſione dotis,
nec etiam diminuendi, ſed tantùm quòd va-
leat eius actionem in ſe transferre, per quod
ius dotis non minuitur, poſtquam etiam de iu-
re antiquo tenebatur pater dotem filiæ conſer
uare, *l. ſi ſocius pro filia ff. pro ſoc. & ita ad il-
lum tex. reſpondet Iaſ. in l. huiuſmodi. §. cum
pater nu. 22 ff. de leg. 1.*
113 Ad quartum. Dicitur, quòd etiam dos pro-
miſſa dici poteſt alienata: Nam abeſſe videtur
id pro quo quis eſt alteri obligatus, *l. ſi man-
dato tibi, & ibi Bar. ff. de neg. geſt. l. quòd de
bonis §. ex donationibus ff. ad l. Falc. & l. pla-
nè. §. quòd ſi rem, in fi. ff. de leg. 1.* & illa verba
alienata exponi poſſunt deſtinata, & declara-
ta pro filia, quòd patet, quia ille tex. loquitur,
quando dos eſt reuerſa ad patrẽ ex pacto, quo
caſu res cenſetur eſſe pœnes recuperantem ex
prima cauſa, per ea, quæ tradit *Bar. in l. in dič
ff. de aq. plu. arc. & in l. ſequitur, §. idem labeo
ff. de vſucap.* ſed prima cauſa fuit promiſſio,
ergo ex tunc ius mulieri quæſitum fuit, & hoc
onus conſideratum fuit ab initio. Nec eſt vera
opinio *Glo. in d. Auth. ſed quamuis*, quæ com
muniter reprobatur, vt dicit ibi *Salic. num. 5.
plenè Crot. in repet. l. ſi conſtante in 2. lectu.
nu. 19. ff. ſol. matr. Dec. in d. conſ. 35. nu. 4. &
in l. vt liberis in 5. notab. C. de collat. Iaſ. in §.
filii legatorum nu. 4. C. de legat. & in l. hu-
iuſmodi, §. cum pater nu. 22. de leg. 1. Soc. iun.
in conſ. 35. num. 13. vol. 1. & Deſider. Guid. in
d. conſ. 170. inter conſ. vlt. volunt. nu. 4. in 1.
par.* qui teſtantur pro opinione Dec. & cõtra
dictam Gloſ. fuiſſe iudicatum, pulchrè *Laur.
Silu. qui alios cumulat in d. conſ. 2. ſub nu. 74.
verſ. non refragatur, & plenè Iacob. Berret.
in conſ. 27. num. 4.* qui ſimiliter hanc opinio-
nem contra Gloſ. veriſsimam, magiſque com-
munem eſſe fatetur.
114 Ad quintum dupliciter reſpondetur. Et
Primò. Quòd non eſt inconueniens, quòd plu-
ra ſpecialia concurrant, quando vnum venit
in conſequentiam alterius, prout inquit *Bar.
in l. ſi quis pro emptore. ff. de vſucap. & Salic.
in l. 1. nu. 3. C. de dot. promiſſ.* Secundò, & me-
lius negatur, quòd hic plura ſpecialia concur-
rant. Nam ſi verum eſt, prout ſupra plenè fun
dauimus, quòd dum pater promittit dotem
pro filia abſente, oritur tacita donatio in be-
neficium ipſius, quam lex fingit eſſe præſentẽ,
& hic actus occultatur, cętera quæ inde ſequũ-
tur non ſunt ſpecialia, ſi quidem ſi huiuſmodi
tacita donatio expreſsè facta fuiſſet filiæ præ-
ſenti, quis dubitaret, quòd eſſet perpetua, &
irreuocabilis, etiam nõ ſequuto matrimonio,
ex reg. tex. in l. ſi donaturus. ff. de cõd. ob cau.
ſimili igitur modo etiam in huiuſmodi tacita
donatione hypotheca cum omnibus clauſulis
in contractu promiſſionis dotis appoſitis cen-
ſetur repetita in beneficium ipſius filiæ, quæ
agit ex eo contractu, ac ſi præſens fuiſſet,
poſtquam lex fingendo, ſupplet eius præſen-
tiam, prout in indiuiduo benè concludit *Io.
Baptiſt. Laderch.* quem rogo omnino videri
in conſ. 131. col. 3. verſ. nec dicatur, & paulo
ſuperius in eadem col. verſ. & ex hac declara-
tione, & optimè *Ferran. Gargiareus in patro
cin. 53. per totum.*
Sexta oppoſitio pœnitus ceſſat ex his, quæ
in facto deducta, & probata ſunt, nempè quòd
ſuperueniẽte legitima ætate ſemper ſponſus,
& ſponſa in eadem voluntate matrimonium
perficiendi per plures annos continuos per-
manſerunt, ita vt ſponſus, tranſmiſsis hincin.
de muneribus, etiam ducatos bis mille in cau-
ſam dotis promiſſæ à patre mulieris recepe-
115 rit, Vnde fit ex iuris diſpoſitione, quòd ſpon
ſalia, quamuis ab initio nulliter ante ſepten-
nium contracta, ex tacita ratificatione conua-
leſcunt, prout teſtatur *Conar.* qui alios alle-
gat, quos breuitatis gratia non refero, *in epit.
de ſponſal. in 1. par. c. 2. nu. 3.*
116 Nec denique obſtat vltima oppoſitio, cui
multipliciter reſpondetur. Primò. Quòd di-
ſpoſitio *tex. in l. ſi pro te pater, C. de dot. pro-
miſſ.* per quam denegatur actio mulieri contra
patrem dotem promittentem, communiter
limitatur non habere locum, vbi in contractu
promiſſionis, adeſt iuramentum, per ea, quæ
plenè concludit veritatis pater, *Alex. in conſ.
207. num. 2. & in conſ. 208. in princ. vol. 7.*

quem

quem refert Anto. Gabr. in 3. lib. commun. concl. in tit. de iur. dot. concl. 3. in 3. limit. & sequitur Franc. Milanens. in decisio. Regni
117 *Sicil. 10. nu. 15. in 1. lib.* Secundò dicitur. Quòd l. si pro te pater, aliam habet limitationem, vt non procedat, quando filia fuisset præsens stipulationi: Nam tunc Doctores fatentur, quòd saltim oritur actio ex pacto nudo in eius beneficium contra promittentem vigore *l. ad exactionem, C. de dot. promiss.* quæ in hoc casu remanet incorrecta, prout in specie affirmat *Rip. in l. 1. nu. 32. ff. solu. matrim.* cum quo videtur concordare, quamuis eum non alleget, *Cephal. in cons. 713. nu. 45.*
118 *vol. 5.* Sed sic est, quod nedum virtus iuramenti supplet absentiæ defectum per ea, quæ diximus in præcedenti limitatione, quibus addi possunt; quæ in simili cumulat *Rolan. à Vall. in cons. 19. nu. 30. & sequen. volum. 1.* Sed ex legis beneficio filia semper fingitur præsens, & ex ea dotis promissione quæritur tacita donatio in eius beneficium, ergo ineuitabiliter sequitur, quòd ei non est deneganda actio contra promittentem, saltim ex tacita donatione; ac si præsens fuisset, pro qua habebit obligata omnia bona promissoris vigore eiusdem instrumenti, quòd cum omnibus clausulis in eo appositis censetur repetitum in eius beneficium, prout in indiuiduo tradit *Ioan. Baptista Laderch. in allegato consilio 131. col. 3. vers. nec dicatur, & Gargiareus in allegato consilio 53.* quem rogo om-
119 nino videri. Vel tertio dicamus dictam l. si pro te pater procedere, quando matrimonium cum effectu contractum fuit, quo casu non mirum si filiæ non competit actio contra patrem promittentem dotem; Dum enim ex dotis promissione duos probauimus actus resultare, Vnum scilicet, tacitæ donationis ad beneficium filiæ, & alium expressum in beneficium viri, cui postea censentur ambo dotem promittere; Certum est, quòd si matrimonium non sequitur, illa promissio quoad virum resoluitur tamquam causa non sequuta, sed remanet effectus tacitæ donationis in beneficium filiæ, cui perfectè, & irreuocabiliter fuit statim ex sola promissione ius quæsitum, & illa actio, cuius exercitium fuerat cōditionaliter ad virū translatū, si nuptiæ sequerentur, remanet pœnes eam, vt supra benè fundauimus, dum autem matrimonium sequitur, tunc omnis actio videtur in virum transferri, & ideo cessat actionis exercitium in ipsa muliere: Nam quoad eam non amplius dicitur dos promissa, sed soluta, Censetur enim facta quædam delegatio viro, vt ipse exigat a patre promittente, ac si quodammodo cessum esset nomen debitoris, & & promissio, quam maritus recepit à patre, loco solutionis habetur, propter quam datur actio mulieri contra eum, vt formaliter dicit *Paul. Castrens. in l. si socer, §. Lucius, sub num. 5. ff. solu. matrim.* Sed non sic est, quando matrimonium non perficitur, tunc enim licet resoluatur promissio quoad virum, ex quo cessat causa oneris matrimonij, pro quo promissa fuit, remanent tamen illa iura mulieri quæsita ex tacita donatione vnà cum actionis exercitio, quòd nunquàm ab ea discessit, & ex his reiectis contrarijs, remanet ex omni parte vndique tuta cōclusio pro actore nomine quo supra, & ita, &c.

Philippus Pascalis.

CAPVT QVINTVM.

Pater impunè potest occidere filiã in adulterio deprehensam, dummodo tamen sex requisita cõcurrãt, quæ singula pluribus modis accuratè declarantur, ampliãtur, & limitantur, eademque conclusio procedit in marito, & hinc obiter agitur de adulterorum pœnis, & alijs ad hanc materiam spectantibus, & plenè explicatur an & quando vir lucretur dotem, propter vxoris adulterium, & demum subijcitur, & examinatur curiosa quæstio, an maritus, qui iniustè vxorem occidit, teneatur eius hæredibus antefatum soluere? & refertur decisio Collateralis Consilij super hoc articulo.

SVMMARIVM.


1 *Pater potest impunè occidere filiam cum adultero deprehensam in adulterio, sex requisitis concurrentibus, & nu. 2.*
Primum requisitum probatur nu. 3.
Secundum requisitum nu. 4.
Tertium requisitum nu. 6.
Quartum requisitum nu. 7.
Quintum requisitum nu. 8.
Sextum requisitum nu. 13.
Quid si mulier non reperiatur in flagranti, sed confiteatur commisisse adulterium. num. 12.
Ampliatur Primò, *quia pœna ordinaria reus non erit pater, si filiam adulteram occidat pragnantem, nu. 14.*
Ampliatur secundo, nam absque metu excommunicationis potest pater clericum cum filia adulterantem occidere, nu. 15.
Et quid si nolit clericum occidere, sed tantu amputare virilia, eod. nu. 15. remissiuè.
Ampliatur tertio, idem esse in Officiali in flagranti adulterio reperto, nu. 16.
Ampliatur quarto, vt possit pater filio mandare, vt occidat filiam, & eius adulterum, nam filius etiam erit impunis, exequendo iussum patris, nu. 17.
Ampliatur quintò, quia filius matrem, & eius adulterum ex mandato patris potest impunè occidere, nu. 18.
Ampliatur sextò, quoniam pater occidens filiam cum adultero, est etiam tutus de iure Canonico, nu. 28.
5 *Pater an in Ciuitate Neapolis, vbi filia nupta efficitur sui iuris possit illam adulterã impunè occidere.*
9 *Adulterium non probatur, ex quo inueniri in Camera inueniatur cum caligis solutis, hostio clauso, & mulier negaret adesse aliquem.*
10 *Adulterare clericum non præsumitur, si reperiatur osculari mulierem.*
11 *Adulterare Aduocatum, non præsumitur, si inueniatur solus cum fœmina in Camera secreta, nisi alia adminicula concurrant.*
19 *Auo non licet impunè occidere eius neptem in adulterio inuentam.*
20 *Frater non potest impunè occidere eius sororem repertam in adulterio.*
Sed extraordinariè tantum punietur, n. 21.
Idem erit in Patruo neptem occidente, eodem num. 21.
22 *Homicidij pœna an puniatur extraneus, qui aliquam in adulterio deprehensam occiderit de mandato patris occisa, & num. 23. 24. & 25.*
Quid si occidatur aliquis qui venerat in domum ad adulterandum, nu. 25.
26 *Associans patrem, vel maritum euntem ad occidendum filiam, vel vxorem, vt sit impunis, debet tantum assistere.*
27 *Reuelans patri, vel marito adulterum, vt occidatur tanquam homicidij Author ordinaria pœna plectetur.*
29 *Maritus potest vxorem, & adulterum simul in flagranti deprehensos impunè occidere, & nu. 33. & 34.*
Quid si non posset eos in flagranti inuenire, nu. 35. & 36.
30 *Marito non liceret de iure communi occidere Officialem, neq; clericum cum vxore repertos in adulterio.*
31 *Maritus non potest suum patrem adulterantem*

tem

tem eius vxorem occidere ob reuerentiam paternam.
*Quid econtra eod.nu.*31.
32 *Vilis persona qualiter cognoscatur.*
37 *Iudex mulierē ponere debet in tuto, & praestari facere cautionem de non offendendo, si mors suspicatur.*
38 *Adulter, & adultera vltimo supplicio puniuntur.*
Primo fallit, *quia mitius punietur adulter, si adultera accessisset ad illius domum, num.* 39.
*Secundo fallit si quis cognouerit nuptam viuentem more meretricio, nu.*40.
Et quid respectu mulieris, nu. 41.
42 *Iudaeus carnaliter cognoscens* Christianam *publicam meretricem an puniatur.*
Incestus cum meretrice qualiter puniatur, & quid cum Commatre *meretrice, eodem num.* 42.
43 *In adulterio, quae probationes requirantur, remissiuè.*
44 *Adulter, & adultera an possint in eodem libello accusari, remissiuè.*
45 *In adulterio proceditur ex officio, quando est notorium, vel quando maritus exposuit querelam, licet postea eam remiserit.*
46 *Adulterij poena an remittenda sit mulieri, obtenta reconciliatione viri? remissiuè.*
47 *Adulterae an sint alimenta praestanda à viro iudicio pendente donec conuincatur? remissiuè.*
48 *Maritus an teneatur amplius vxorem adulteram alere, si sequuta sit sententia separationis thori?*
49 *Vxor nō excusatur à poena adulterij propter saeuitiam viri? vel si non reddat sibi debitum, vel ob famis necessitatem.*
50 *Maritus ob adulterium suae vxoris lucratur dotem, donationem propter nuptias, & bona paraphernalia, si ciuiliter egerit cōtra vxorem.*
*Quid si ciuiliter egerit prius, & deinde criminaliter, nu.*53.
Et quae probationes adulterij sufficiant, eod. num. 50.
*Quid si habet filios, nu.*52.*iuxt.*
Fallit si maritus quoque adulterium commiserit, nu. 56.
Quid autem si criminaliter fuerit vxor accusata, an exceptionē obijcere possit, quod maritus quoq; est adulter, nu. 57.
*Si verò criminaliter maritus egerit, trāsfertur actio lucrandi dotem ad eius haeredes, nu.*51.*&* 52.
Limitatur si maritus adulterium sciuerit, et tacuerit, eod.nu. 51.
53 *Vidua committens stuprum infra annum luctus, an dotem amittat, remissiuè.*
*Maritus occidens vxorem adulteram, an lucretur dotem, eod.nu.*53. *remissiuè.*
54 *Adulterium non est punibile ex parte coniugati cognoscentis solutam.*
55 *Marito retinente concubinam vxor potest petere thori separationem.*
58 *Separatio thori concedenda est vxori, si maritus cum masculo coeat, vel vxorem de vitio nefando tentauerit.*
59 *Vitium nefandum cum muliere etiam committitur, quod execrabilius est cum vxore, & nu.* 60.
*Quae vxor si diù tacuerit punietur, nu.*61.
62 *Vitium nefandum tentans committere, punitur extraordinariè.*
*Et punitur etiam pollutiō extra vas, nu.*63.
*Imò si tentatus tentantem occiderit non punietur de homicidio, nu.*64.
65 *Ad vitium nefandum probandum, quae sufficiant usq; ad nu.* 68. *remissiuè.*
Et an debeat constare de corpore delicti, nu. 69. *remissiuè.*
70 *A vitio nefando an excusetur si quis dormiē do puerum stuprauit dicens somniasse rem habere cum muliere, remissiuè.*
71 *In vitium nefandum incurrit corrumpens se proprijs manibus, sed extra ordinem punietur.*
71 *Poena vitij nefandi punitur, qui turpiter rē habet cum animali bruto.*
73 *Vitium nefandum varijs modis cōmittitur, remissiuè.*
74 *Maritus occidens vxorem innocentem punitur vt parricida, & priuatur omni lucro dotis.*
*Ampliatur etiam si vxor obijt culpa mariti, non adhibendo medicum peritum suae infirmitati, nu.*75.
*Quid procedit si fuit maritus negligēs in infirmitate parui temporis, nu.*76.
77 *Maritus non tenetur vxorem infirmam alere, nisi iuxtà facultatem, & fructus dotis.*
*Et erogans expensas vltra fructus dotis, si Maritus sit inops, retinebit tempore restitutionis dotis, nu.*78.
79 *Maritus non tenetur alere vxorem sine dote, & potest eam expellere.*
*Et si per decennium aluerit praesumitur dotem recepisse. nu.*80.
*Si tamen Maritus dum vixit alimenta vxori praestita non petijt, nec interesse dotis censetur remisisse. nu.*81.
82 *Vxor quae Maritum occidit priuatur omni lucro, quod ob viri obitum habuisset.*
83 *Vxor Maritum occidens amittit dotem, & omne lucrum eius, & nu.*108.
84 *Maritus occidens vxorem innocentem, tenetur*

netur

netur eius hæredibus ſoluere antefatum, & nu.85.87.88.& 108.
Sententiæ huius cõdemnationis tenor, n.115.
85 *Maritus interficiens uxorem perdit lucrum dotis, & quæ ſit ratio, ibidem.*
Vxor interfecta à marito eius odio præſumitur ſuperuixiſſe, eod. nu.85.& nu.98.
86 *Donatio propter nuptias fuit adinuenta de iure codicis.*
87 *Maritus diuertens ab vxore ſua culpa amittit dotem, & donationem propter nuptias.*
89 *Maritus non miniſtrans alimenta vxori ægrotãti priuatur dote, & donatione propter nuptias.*
90 *Maritus, & vxor ſunt correlatiua, & inter eos ſeruanda eſt æqualitas, & nu.91.*
91 *Diſpoſitum in marito trahitur ad vxorem, & è contra etiam in correctorijs, & in pœnalibus.*
92 *Vxor diuertere poteſt à marito committente aliquam ex cauſis contentis in l. conſenſu. C. de repud. & tunc habebit dotem, & donationem propter nuptias.*
93 *Maritus accuſans vxorem de adulterio, & non probans vxor miſſo repudio habebit dotem, & donationem propter nuptias, & num.95.*
94 *Maritus multo acrius punitur committens homicidium, quàm inferens iniuriam.*
96 *In antefato non eſt neceſſaria agnitio ad finem tranſmittendi, cum non iure hæreditario, ſed ex pacto mulier illud acquirat.*
97 *Mors non debet opitulari ei qui ſe fundat in ea, cuius ipſe fuit cauſa.*
99 *Ratio eſt anima legis.*
100 *Donationem propter nuptias debitam vxori ob adulterium viri non deberi eius hæredibus, quomodo intelligatur.*
101 *Vxor interficiens maritum commiſſo adulterio conuenitur ad amittendam dotem per hæredes viri, licet non querelaſſet maritus.*
102 *Sententia continens pœnam non ordinariã habet in ſe delictum pro vero, & num.94. circa medium,* 111.112.& 113.
103 *Condemnatus ad Triremes ſua vita durante dicitur mortuus ciuiliter, & num.* 111. *& 112.*
104 *Tex. in l. conſenſu, §. mitiores, & §. quia vero C. de repud. An locum habeat vxore viuente, & quæ ſit ratio. nu.107.*
105 *Stipulatus in caſu mortis intelligitur etiã ſi dolo diſſoluatur matrimonium.*
106 *In Connubijs contrahendis ineſt tacita legis conditio ne dolo matrimonium diſſoluatur.*
109 *Marito occiſo licet ceſſent onera matrimonij, non tamen ceſſat dotis amiſſio.*
110 *Maritus, & vxor in amiſſione dotis, & donationis propter nuptias ſunt æquales.*
111 *Res iudicata pro veritate habetur.*
112 *Capitalis pœna non infertur niſi vbi reus eſt confeſſus, vel cõuictus, & quomodo hoc intelligatur.*
113 *Sententia, & non genus pœnæ ſpectatur.*
114 *Inquiſitum non poſſe condemnari ad intereſſe, niſi delictum confiteatur, vel ſit conuictus, quomodo intelligatur.*



1 Iuſdem quoque patriæ poteſtatis effectus eſt, quod genitor impune poteſt occidere filiam in adulterio deprehenſam ſimul cum adultero, vt expreſsè cauetur *in l. patri, & in l. nec in ea, ff. ad l. Iul. de adulter. & in l. Gracchus, cum ibi.*
2 *notatis per DD. C. eo.* Verum quinque requiſita concurrere debent ad hoc vt pater filiam adulteram occidẽs, ſit penitus impunis; Quorum primum eſt, quod incontinenti, & eodem impetu, quo ipſam adulterantem inuenit, ſtatim occidat. Secundum requiſitum eſt; quod filia ſit in eius poteſtate. Tertiũ. Quod eam occidat in domo propria, vel generi. Quartum. Quod filia ſit nupta. Quintum. Quòd eam inueniat in actu adulterij, prout refert *Iul. Clar. in §. homicidium, verſ. dixit etiam,* quibus poteſt addi ſextum requiſitum, quod non ſolum filiam, ſed etiam adulterum occidat, prout ſingula benè probabuntur. Pri-
3 mum autem requiſitum probatur *in l. quod ait lex, §. fin. ff. ad l. Iul. de adulter.* vbi ita in ſpetie notant *Ang. Fulgoſ. & Alber.* & incontinenti dicitur pater occidiſſe filiã, etiam ſi pluribus horis interpoſitis eam ſemper perſequendo extra domum occidat, dummodo tamen ad extraneos actus non diuertat, iuxta not. per *Ang. in tract. de malefic. in verb. che hai adulterata la mia donna, ſub nu.* 17. Imò etiam ſi filia aufugiſſet ad aliquod Caſtrum, & pater per ſex menſes ſtetiſſet ad ſe præparandum, vt ibi eã interficeret, & demũ illam occidat, ſi prius non valuit caſtrum ingredi, ...ntinenti eam occidiſſe dicitur, ſecundum *...ſt. in addit. ad Ang. in citato loco, nu. ... quem refert Farin. in tit. de homicid. q.*
4 121. *nu.*25. Secundum requiſitum probatur in eadem *l. patri, ibi, quam in poteſtate habet. vbi ita notant Gloſ. & Ang. in ſummar. & Fulgoſ. nu.*2. *Couarr. in epit. de ſponſal. in* 2. *par. c.*7. *§.*7. *ſub nu.*3. *verſ. ſecundo eſt notãdũ, & Decia. in tract. crim. lib.*9. *c.*15. *n.*14.

5 Hinc fortè inferri potest, quòd in Ciuitate Neapolis, in qua mulier eo ipso, quòd nubit, efficitur sui iuris, *vt in Consuet. sed, & mulier, de filiafam. nuben. cum ibi not. per Napod. & Adden. ad eum*, non posset dari casus, in quo patri liceret filiam adulteram occidere, si verum est infrascriptum. Quartum requisitum, nisi consideremus hoc euenire posse antequam traducatur à domo patris ad domum, & familiam viri, nam tunc licet sit nupta, nihilominus adhuc dicitur esse sub patria potestate, ex mente *Napod. in eadem Consuet. nu. 5.* cuius opinionem pluribus similibus confirmat ibidem *Pisanell. in apost. ad eum*.

6 Tertium requisitum probatur *in d. l. nec in ea, §. sus succedendi, & in d. l. quod ait lex §. sufficit, ff. ad l. Iul. de adulter.* vbi I.C. pro ratione affert, quòd maior iniuria fit patri, dum in eius domum filia ausa fuit adulterum adducere, & notant idem *Glos. in d. l. Gracchus, C. eo. & ibi Cyn. nu. 7. in fi. & Saly. nu. 7. Decian. in d. c. 15. sub nu. 14. vers. & in domo sua, & Farin. in d. q. 121. nu. 26. & seq.*

7 Quartum requisitum probatur *in eadem l. nec in ea, §. in accusatione*, vbi patri ius querelandi filiæ stuprum non conceditur, ergo à fortiori arguitur, quod tanto minus eam potest occidere, vt ex multorum authoritate testantur *Decian. in d. c. 15. nu. 19. Farin. in ead. q. 121. nu. 37. & seq. & Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in d. §. homicidium, nu. 169.*

8 Quintum requisitum probatur *in d. l. quod ait lex, in princ.* cuius l. intellectum benè explicat *Couar. in epith. de sponsal. in 2. par. c. 7. §. 7. nu. 3.* verũ aliqui dicunt satis esse, quòd pater filiam inueniat in præludijs adulterij, prout sentit *Glos. in d. l. patri, & in d. l. quod ait lex, & ibi Bar. & Raph. Cum.* qui dicit, quòd licet verba illius tex. inferant quod filia deprehendatur in ipso actu adulterij, nihilominus tenendam esse opinionem Glos. si præludia essent valdè proxima, vt si repertus sit solus cum sola eam lasciuè deosculando, & tangendo mammillas, vt in spetie refert *Rol. à Vall. in cons. 34. nu. 6. & seq. vol. 2.* pro qua conclusione faciunt ea, quæ circa probationẽ præsumpti adulterij plenè cumulant *Bertazol. in cons. crim. 20. per totum, vol. 1. & alij relati per Mascard. in tract. de probat. conclus. 64. nu. 1. & Petr. Caball. in resol. crim. cent. 3. cas. 300. nu. 29.* Alij vero dicunt opus esse, quòd reperiatur in ipso actu adulterij, ponderando *tex. in d. l. quod ait lex, ibi, in ipsis rebus Venereis, vt benè considerat Decian. in d. c. 15.* quòd propriè intelligendum esse de ipsa coitus turpitudine, explicat *Barbos. in l. 2. ff. solu. matr. in 1. par. sub nu. 71. vers. non obstat secundum*, vel saltim quòd nimis obscenos actus exercerent, vt si vnus alterius pudenda tangeret, vel inspiceret, iuxta tradita per *Hyp. Rimin. in rep. rub. de iudit. nu. 11. in fi. & seq. & alios relatos per Farin. in d. c. quæst. 121. nu. 43.*

9 Et pro hac conclusione facit sollemne *cons. Bal. 445. lib. 2.* dicentis adulterium non probari ex eo, quia fuerit inuentus iuuenis in camera cum caligis solutis, & mulier ostium cameræ clausum teneret negando ibi aliquem esse, quod Consilium pro valdè notabili refert *Crau. in cons. 205. nu. 21. vol. 2. & sequitur Bursa. in cons. 435. nu. 7. vol. 4.* & hoc etiam comprobatur ex nonnullis alijs, quæ ad exclusionem præsumpti adulterij, pulchrè considerat *Rui. in cons. 53. nu. 10. vol. 5.*

10 Quod tanto fortius procederet, si reperiretur aliquis clericus osculari mulierem, quia non præsumitur eam velle adulterare, sed potius bono zelo, ac fraterno amore inductus ad benedicendum *cap. absit. 10. q. 3. prout refert Mascard. in d. concl. 64. nu. 6.* Sed hanc conclusionem intellige, & declara, iuxta *not. per Abb. in cap. quanto, num. 3. de præsump. & August. in addit. ad Ang. de malef. in ver. che bai adulterato, nu. 18.* qui dicit considerandã

11 esse circumstantiam loci, temporis, & personarum. Et idem quoque dicendum est, si mulier reperiatur sola cum eius Aduocato in aliqua Camera secreta, nam si alia adminicula non concurrunt, potius præsumitur ab eo cõsilium quærere, quam secum fornicari, vt pulchrè dicit *Hyer. Grat. in cons. 50. num. 29. & seq. vol. 2.* Sed quid si reperiatur consanguineus cum consanguinea in eodem lecto? vide omnino *Mascard. de proba. in concl. 312. nu. 3. cum plurib. seqq.* Qui plures casus notabiliter distinguit.

12 Et quid si mulier non reperitur in flagranti, sed confitetur adulterium cõmisisse; An possit impunè occidi, vel saltim ratione iusti doloris sit minoranda pœna patris, seu mariti eam occidentis? & quòd pœna sit minoranda, consuluit *Bertozzol. in cons. 42. vol. 1.* Cuius opinionem veluti mitiorem, & æquiorem amplectitur *Caball. in d. cas. 300. nu. 26.* quamuis contrarium tenuisse referat *Anto. Gomez. in ll. taur. l. 80. nu. 58. vers. ite etiam quæro si maritus*, & eum plenè confir-

13 mat *Marta in voto 206. per tot.* Sextum requisitum probatur etiam in eadem *l. patri, ibi, simul cum filia, & in d. l. quòd ait lex. §. fin. & in l. nihil interest, in princ. ff. ad l. Iul. de adulter. & in l. Gracchus. ibi, dummodo, & filiam occidat. C. eod. & ibi Bellapert.* huius decisionis rationem reddit, nam si pater impunè posset adulterum occidere, & filiam dimittere, propter paternam pietatem facilè etiam se abstineret ab homicidio adulteri, hanc autem conclusionem duobus modis sublimitant

Decian.

Decian. in d. cap. 15. num. 17. & Farin. in d. q. 121. nu. 31. & ſeq. ad quos me remitto. His
14 omnibus requiſitis concurrentibus nullius pœnæ reus pater erit, ſi filiam adulteram occidat, etiam ſi ſit prægnans, vt notabiliter dixit *Arnon. in epith. 52. quem refert Cephal. in conſi. 303. nu. 7. vol. 3. & Decian. in d. cap. 15. nu. 16.* Sed in hoc caſu licet iuſtus dolor excuſet à pœna ordinaria, tamen ratione partus interempti verius videtur quòd aliqua pœna extraordinaria inferatur, vt benè animaduertit *Grammat. in conſt. reg. ſi maritus. num. 8.* cuius opinioni adhærent *Farin. in d. quaſt. 121. nu. 5. & Baiard. ad Iul. Clar. in d. §. homicidium. nu. 167.*
15 Poteſt etiam pater his requiſitis concurrentibus abſq; metu excommunicationis clericum cum filia adulterantem occidere, vt ex communi DD. opinione teſtantur in eiſdem locis allegatis, *Baiard. nu. 134. Farinac. nu. 6. & Petrus Caball. nu. 42.* Quid autem ſi nolit clericum occidere, ſed magis eligat pro vindicta ei amputare virilia? vide *Petr. Cened. in collect. ad ius canon. in 1. par. collect. 12. nu. 3.* quem caſum pluries eueniſſe referunt *Bernar. Diaz. in pract. canon. cap. 79. in fine, Plaz. in epith. delict. cap. 24. nu. 13. & Couar. in cap. ſi furioſus, ſub tit. de homicid. in 1. par. num. 6. verſ.*
16 *Secundo iſtud eſt adnotandum.* Et idem eſt in officiali in flagranti adulterio reperto, ſecundum *Iul. Clar. in d. §. homicidium, verſic. dixi etiam, in fin. Decian. in d. cap. 15. nu. 20.*
17 *& Caball. in d. caſ. 300. num. 38. & ſeq.* Item pater nedum poteſt proprijs manibus filiam, & eius adulterum occidere, ſed etiam poteſt filio mandare, quòd eos occidat, qui ſi patris iuſſum exequatur, impunis quoque erit, vt cauetur *in d. l. Gracchus. §. idemque filijs*, & de hac concluſione nemo dubitat, vt patet ex notatis per *Gramm. in dict. conſt. ſi maritus, in fin. & plenè per Viu. in commun. opin. 33. & alios pleniſſimè relatos per Farin. in dict. quæſtio. 121. nu. 18. & ſequen. & nu. 179. & quamuis Couarr. in epitb. de ſponſal. in 2. par. cap. 7. §. 7. nu. 5.* auſus fuerit hanc concluſionem impugnare, communiter tamen reprobatur, vt ex allegatis patet, & ex alijs latè cumulatis per *Caball. in d. caſ. 300. nu. 54. & ſequen.* Hanc
18 autem concluſionem procedere intelligas, quando filius matrem, & eius adulterum ex mandato patris occidit, tunc enim excuſatur, quia paterno præcepto tenebatur obedire, & illud facit tamquam patris miniſter, ſecus vero ſi abſque aliquo mandato pro vindicanda propria iniuria, matrem, ſiue eius adulterum occideret, nam nullo iure hoc ei permittitur, vt punctualiter teſtantur *Cyn. in d. l. Gracchus, propè finem, verſ. ſecundo quæro, & ibidem Saly. num. 13. in 4. quaſt. & alij relati per Caball. in d. caſ. 300. nu. 77. & ſeq.*
19 Hæc enim poteſtas occidendi filiam, & eius adulterum patri à iure conceſſa perſonalis eſt, & vltra eius perſonam non extenditur, adeò quòd etiam auo non competit, *l. ſi euenist, in princ. ff. ad l. Iul. de adult. & not. Bar. in d. l. patri, in 1. not. & Baiard. in d. §. homicidium,*
20 *nu. 170.* Vnde nec fratri licet occidere ſororē, ſecundum *Gloſ. in d. l. quod ait lex, & ibi Alber. nu. 1. & alios relatos per Decian. in d. c.*
21 *15. nu. 18. & Farin. in d. q. 12. nu. 48.* Sed ratione iuſti doloris ſaltim ab ordinaria pœna excuſaretur, & extra ordinem puniendus eſſet ſi ſororem in flagranti repertam cum amaſio occideret, prout in patruo, qui neptem occiderat pulchrè conſuluit *Thob. Non. in conſ. 109.*
22 *per tot.* An autem ſicut excuſatur filius, qui patris iuſſu vxorem occidit, ita quoque excuſentur alij extranei, quibus pater filiæ adulteræ homicidium commiſit? circa hoc variæ ſunt Doctorum opiniones; multi enim negatiuam tenuerunt opinionem, quam plenè defendit *Rol. à Vall. in conſ. 34. in 2. dub. vol. 2. & Couar. in d. c. 7. §. 7. nu. 5.* & reuera hæc videtur communior ex allegatis per *Iul. Clar. in d. §. homicidium, verſ. dubium eſt*, licet contrarium aſſerat in practica ſeruari, eāq; pluribus authoritatibus concomitatur *Viu. in cōmun. opin. 33. nu. 10. & Caball. in d. caſ. 300. nu. 52. ver. ſed*
23 *negatiuā.* Pro affirmatiua vero opinione, quod pater licitè poſſit filiæ, & eius adulteri homicidiū alijs demandare, præſertim ſi ipſe pater eſſet debilis, & infirmus, qui non valeret ſe proprijs manibus vindicare, in facti contingentia iudicatum fuiſſe teſtatur *Affl. in conſt. reg. pacis cultum, nu. 40. in 5. q. & in d. conſt. ſi maritus, nu. 3. & ſeq.* qui dicit hanc vindictam in caſu à iure permiſſo licitè ſumi poſſe etiam mediante pecunia per aſſaſſiniū, pro qua opinione allegat *Bald. in d. l. Gracchus, C. de adult.* nam, quòd licitum eſt in perſona mādantis, licitum quoque eſſe debet in perſona mandatarij, & pro hac affirmatiua opinione ſe etiam in facto obtinuiſſe teſtatur *Cepoll. in tract. de ſeruitut. urban. præd. c. 23. nu. 10.* & eam communiter de generali conſuetudine ſeruari affirmāt *Reg. de Ponte in conſ. 98. nu. 33. & Iul. Clar. in d.*
24 *§. homicidium, verſ. dubium eſt, in fi.* Alij vero diſtinctionis fœdere has opiniones acordant, dicentes non licere patri hanc facultatē à iure ſibi permiſſam alijs committere, ſed ſi ſolus non confidit filiam, & eius adulterum occidere, poterit conſanguineos, & amicos conuocare, vt ſecum interueniant, & hoc caſu eū aſſociantes omnes erunt impunes, nam dum ipſi tamquam principali permiſſum eſt huiuſmodi homicidium committere, cenſetur quoque permiſſum omne id, ſine quo illud cōmodè exe

F 2 qui

qui non posset, iux. not. per *Paul. de Castr. in l. refectionis, sub nu. 4. ff. commun. pradior. & Socyn. iun. in cons. 34. nu. 12. & seq. vol. 2.* nec tales associantes puniri possunt plusquam principalis, vt pluribus authoritatibus plenissimè confirmat *Petr. Caball. in d. cas. 300. nu. 58. cum plur. seqq. & Farin. in ead. q. 121. nu. 20.*

25 Pro qua conclusione principaliter affertur notabilis doctrina *Paul. de Castr. in cons. 277. incip. in causa incarceratorum, lib. 2.* vbi ponit casum de quodam marito, cuius vxor tentata fuerat à quodam de carnali copula, & dũ hoc ad eius notitiam peruenisset, mandauit vxori, vt simularet aures præbere precibus illius à quo tentata fuerat, eiq; daret tempus, & horam veniendi ad eius domum, in qua ipse maritus, & eius fratres, ac etiam fratres vxoris se congregauerunt animo iniuriam vlciscendi cum baculo, & cum ille infelix incautè peruenisset ad eorum manus, quidã ex fratribus mulieris ita violenter eum percussit, quòd inde eius mors sequuta fuit, & demum concludit neminem ipsorum de homicidio teneri, quod confirmatur etiam ex ijs, quæ ad idem propositum tradit *Ant. Gomez in ll. taur. l. 80. nu. 65. & seq.* vbi dicit licere vxori reuelare marito virum, à quo eius pudicitia tẽtatur, & quòd licitè etiam potest illum, à quo tentata fuit decipere, & sub falsa spe in eius domum allicere ad finem, vt à marito, & suis consanguineis ver-

26 beretur. Verum in proposito casu aliqui dicũt, quòd associantes patrem, vel maritum ad huiusmodi vindictam, abstinere debent ab offensione adulterorum suis manibus, sed debere tãtum assistere ad hoc, vt pater, vel maritus, quibus competit vindicta, tutius, & securius possint vindictam perficere, vt inquit *Rol. à Vall. in d. cons. 34. nu. 29. & seq. lib. 2.* quem refert *Caball. in d. cas. 300. nu. 73.* & hæc mihi vide-

27 tur æquior, & tutior opinio. Si quis autem nõ à patre, vel marito vocatus ad associandum, sed ex propria indignatione, & maligno spiritu instigatus, patri, vel marito adulterum reuelauit ad hoc, vt ab eis occideretur, hic tamquam homicidij author ordinaria pœna plecti debet,

28 vt consuluit *Farin. in cõs. 8. nu. 6.* Et demum, quòd pater occidens filiam cum adultero est etiam tutus de iure canonico, & in Terris Ecclesiæ, ex communi DD. sententia, ita affirmãt *Cesal. in cons. 305. per tot. vol. 3. & alij plenè relati per Farin. in d. q. 121. nu. 53. & seq. Baiard. in d. §. homicidium, nu. 173. & 179.* licet non desint qui contrariam tenent opinionem, quos refert *Caball. in d. cas. 300. nu. 43. & seq.*

29 Hæc autem facultas patri concessa, est etiam concessa marito, cui similiter licet vxorem in flagranti repertam occidere simul cum adultero, sed mariti potestas non est adeo libera cum vxore adultera, sicut potestas patris cum filia, pater enim indistinctè potest quemlibet adulterum simul cum filia in flagrãti repertum impune occidere, nulla data personarum exceptione, vt supra notatum fuit nu. 15. & seq. Marito vero non licet adulterum occidere nisi sit persona vilis, & abiectæ conditionis, alioquin si adulter esset persona grauis, vel honestæ conditionis, non permittitur marito, quòd eũ occidat, sed occidendo ratione iusti doloris ab ordinaria pœna tantum excusatur, & mitius punitur, prout expressè cauetur in *l. si quis in graui. §. si maritus, ff. ad Sillan. & in l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores, et in l. nec in ea, §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. & in l. Gracchus in princ. C. eo.* & ita ex communi Doctorum assertione refert *Iul. Clar. in d. §. homicidium, vers. quid dicendum, & Farin. in d. q. 121. nu. 64.* rationem autem diuersitatis cur magis patri, quàm marito liceat se impune de adulterio vindicare? benè explicat *I. Consult. in d. l. nec in ea, §. fin. vers. ideo autem,* per hæc formalia verba, *Ideo autem patri, non marito, mulierem, & omnem adulterum permissum est occidere, quod plerũque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, cæterum mariti calor, & impetus facilè sæuientis, fuit re-*

30 *frænandus.* Et ideo secundum hæc iura, non liceret marito occidere officialem, neque clericum cum vxore repertos in adulterio, ex not. per *Farin. in eadem q. 121. nu. 70. & 73.* Et

31 hinc à maioritate rationis dicendum quoque est, quòd si maritus inueniret proprium patrẽ adulterantem suam vxorem, non liceret, propter reuerentiam genitori debitam, eum occidere, quamuis enim ille maximum scelus committat cõtra filium, nihilominus pater est, cui omnino reuerentia debetur, nec potest quoad ipsum filium dici persona turpis, neque vilis, vt dixit *Bar. in d. l. si adulterium, §. fin. ff. de adulter.* quem refert *Gul. de Bened. in repet. c. Raynutius, de testam. in ver. in eodem testamento relinquens nu. 30. fol. mihi 212.* cum quo concordant *Bermond. in tract. de publ. concubinar. sub rubr. de adult. nu. 20. & Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in d. §. homicidiũ, nu. 182.* qui allegat etiam pro hac conclusione *Anguissol. in cons. 7. nu. 10.* è cõtra vero si pater occidat filium adulterantẽ suã vxorem, & ipsius filij nouercam, non tenetur pœna parricidij, sed alia mitiori, vt cauetur in *l. diuus, ff. ad l. Pompei, de parric. cuius l. decisionem,* licet ibi *Hyp. de Mars. ante nu. 121.* opinatus sit procedere quando pater inuenit filium in flagranti adulterio cum vxore, nihilominus verius esse, quòd secundum magis proprium eius intellectum, procedit etiam si ex interuallo eũ occidat, plenè probat *Petr. Caball. in 1. cent.*

resol.

32 *resol.crim. cas.* 14. *nu.*6. *et seq.* Vilis autem in hac materia reputatur adulter habita consideratione ad dignitatem, & qualitatem viri, secundum *Iacob. Butrigar. in d. l. Gracchus, vers. quaro, quæ sunt persona, et ibidem Cyn. nu.*9. *et Salyc. nu.*9. vel verius secundum alios, vilis ille dicitur, in quo concurrit seruilis conditio, vel alicuius infamiæ nota, iuxta *tex. in l. humilem, C. de incest. nupt. & not. per Rol. à Vall. in cons.*34. *nu.*3. *& seq. vol.*2. *Crauett. in cons.*163. *per tot. Iacob. Mandell. in cõs.*43. *per tot.* & alios quos pulchrè refert *Petr. Ca-*
33 *ball. in d. cas.* 300. *nu.*91. *& seq.* Hæc autem procedunt de iure communi, sed in hoc Regno Neapolis, particulari lege sancitum est, quòd licet marito vxorem, & adulterum simul deprehensos impune occidere, vt cauetur *in const. incip. si maritus vxorem*, in qua nulla fit
34 distinctio; An adulter sit nobilis, vel vilis persona, vt ibi not. Affl. cuius constitutionis prouisio iustissimè prodita fuit ad refrenandã adulterorum frequentiam, quorum scelus grauissimum esse dicit *Rom. in l. transigere, nu.*4. *& seq. C. de trans.* & esse maius delictum, quam homicidium, & alia crimina, suadet *tex. in c. quod in omnibus* 32. *q.*7. *& not. DD. in c. at si clerici, §. adulterium, de iudic. & plenè Tiraq. de leg. connub. in l.* 13. *Gl.*10. *nu.*26. *& Hier. Ceuall. in tract. de commun. contra commun. q.* 734. *nu.* 1. *& seq.* Et de hoc crimine magis contristatur vir, quàm de stupro filiæ, vel etiã si proprius filius occideretur, vt ex multorum sententijs refert *Sylu. Nupt. in verb. non est nubendum. nu.*30. *& plenè Io. Lopez. in rubr. de don. inter vir. & vxor. §.*78. *num.* 3. *& seq.* Adeo quòd si maritus de vxoris adulterio non conqueritur, præsumitur leno, vt dixit *Thom. Ferrat. in caut.* 14. Imò quamprimùm notitiam habet de vxoris adulterio debet ab ea separare thorum, alias peccat, *cap. si vir, cum Gl. de adulter.* & ideo maxima cum ratione de tam graui offensa permittitur viro vindicta. Duplici autem via, iura illi succurrunt; Primò
35 enim potest se proprijs manibus vindicare occidendo adulterum, & vxorem simul deprehẽsos, & si forte non potest eos in flagranti simul inuenire datur cautela, quòd factis tribus denuntiationibus coram tribus testibus fidedignis illi, quem de vxoris adulterio suspectum habet, quòd cum ea non loquatur, si spretis denuntiationibus eum postea inueniat cum vxore in loco suspecto, poterit ipsum impunè occidere, vt expressè cauetur *in Auth. si quis ei. C. ad l. Iul. de adulter. & latius in Auth. vt liceat matri, & Auia §. his quoque, collat.* 8. ad cuius intellectum videnda sunt omnino, quæ scribit *Anto. Gomez. in l. taur.* 80. *nu.* 60. *&*
36 *Farin. in d. q.*121. *nu.* 125. *& seq.* Et si maritus impatiẽtia motus vxorem de adulterio suspectam occidat, non repertam in flagranti cũ adultero, & ad sui defensionem postea probet reuera eam adulterium commisisse, ratione iusti doloris, quo motus fuit, debet etiam pœna minorari, ex not. per *Bertaz. in cons. crim.* 42. *per tot. lib.*1. *& in cons.* 434. *num.* 3. *lib.* 2. *& Thob. Non. in cons.* 109. Quæ opinio licet videatur valdè dubia ex ijs quæ in contrarium refert *Farinac. in eadem quæst.* 121. *num.* 113. *cum sequen.* Nihilominus ipsemet in fine concludit, quòd in re dubia saltim consulto Principe recurrendum est ad *tex. in l. non pu-*
37 *to, ff. de iur. fisc.* Verum si ad iudicis notitiam perueniat, quòd pater, vel maritus, qui habent mulierem de adulterio suspectam minati sunt eam occidere, debet ante tempus præcauere, & eam in tuto ponere, eiq; præcipere quòd idoneæ caueant de eam non offendendo, vt not. *Afflict. in const. reg. legum asperitatem. nu.*7. *vers. tertio nota, quem refert Petr. Caball. in*
38 *d. cas.* 300. *nu.* 34. Altera vero via, qua maritus potest se de vxoris adulterio vindicare, est, quòd contra eam querelam exponat, si quidem pœna huius delicti de iure codicis est, quòd tam adulter, quàm adultera vltimo supplicio puniantur, vt cauetur *in l. quamuis, la* 2. *C. de adulter.* Et licet hæc pœna quoad mulieres propter sexus fragilitatem fuerit per ius authenticorum mutata, nam mulier adultera virgis ceditur, & deinde in monasterium detruditur, & si maritus infra biennium eam ad se non reuocat, cogitur ibi monacalem habitum suscipere, & perpetuò permanere, *vt in Auth. sed hodie, C. de adulter. prout refert Iul. Clar. in pract. crim. in §. adulterium, vers. sed quaro, quæ sit pœna adulterij, circa med.* & aliqua etiam mutata sint per *Const. reg. legum asperitate, vt ibi not. Afflict. nu.* 1. *et seq.* Nihilominus quoad adulterum nihil est immutatum, sed remanet in suo robore pœna vltimi supplicij, prout ex communi DD. sententia refert *Iul. Clar. in d. §. adulterium in d. vers. quaro, et plenè Rol. à Vall. in cons.*74. *nu.*8. *vol.*1. *post Afflict. et And. in d. const. legum asperitate, et Farinac. in tit. de delict. carn. q.* 141. *nu.* 21. & quamuis Iul. Clar. in citato loco referat hanc pœnam, adeò rigorosam ex multorum locorum consuetudine non seruari, sed aliam mitiorem imponi; Nihilominus re plenè discussa hanc pœnam cuidam adultero impositam per Magnam Curiam Vicariæ, confirmatam quoque fuisse per Sacrũ Consilium refert *Vinc. de Franch. in decis.* 240
39 *per tot.* Ab hac autem pœna vltimi supplicij excusandus est, & mitius puniri debet vir adulterium committens, quando mulier accessit ad eius domum, & cum ad libidinem prouocauit, vt notabiliter dixit *Roman. in cons.* 167. *col.*2.

quem refert Marau. in conf. 117.*num.* 4. pro qua conclusione facit, quòd etiã stuprans puellam excusatur, si probetur, quòd eam non precibus, neque pretio induxit ad concubitum, sed quòd ipse fuit ab ea sollicitatus, eaque ad eius domum, & lectum accessit, vt notabiliter affirmant *Ant.Gom. in l.80. taur. sub nu.* 10. *Bernard.Diaz. in pract.canon.cap.*83.*et Guttier.in canon.quaest.cap.*37.*nu.*23.*vers.secundus casus*. Et idem est si quis rapiat mulierem, à qua prouocatus fuit, iux. not. per *Baiard. ad Iul.Clar.in §.raptus.nu.*16.*Mascard.in conclus.*1253.*nu.*28.*et Decian.in tract. crim. lib.*
40 8.*cap.*7.*nu.*19. Excusandus quoque est à pœna adulterij vir, qui carnaliter cognoscit mulierē nuptam meretricio more viuẽte, vt ex cõi DD. opinione refert *Iul. Clar. in d.§.adulterium, nu.*3.*vers.quaero nunquid, post Affl.in d.cõst. legum asperitate, nu.*5. *& plenè Petr. Caball. in* 2.*centur.resolut.criminal.cas.* 123.*num.*1. Sicut etiam à pœna stupri excusatur rem habẽs cum muliere, quæ postea se publicè prostituit,
41 *l.si ea, C.de adulter.* Et licet aliqui dicãt, quòd quamuis coitus cum meretrice coniugata non est punibilis respectu viri coeuntis cum ea, non tamen excusat ipsam mulierem, quin tanquàm adultera punienda sit, *ex not.per Alex.in cõs.* 99.*n.*9.*vol.*6.*& Capyc.in dec.*44 *propè fi.* Nihilominus cõtrariũ seruari testatur *Iul.Clar. & Petr.Caball.in cit.locis, & Fab.Turrett.in*
42 *consi.* 42.*sub nu.*10.*vol.*2. Hinc punibilem non esse coitum Iudæi cum Christiana publica meretrice, consuluit *Petr.de Vbald.inter cõsi. crimin. diuers. in cons.* 29.*per totum, in* 1.*lib.* Sed verius est eum extraordinaria pœna puniendum esse, vt plenè refert *Menoc. de arbit. iud.cas.*290.*nu.*15. Eadem quoque ratione rapientem mulierem inhonestam ab ordinaria pœna excusari consuluit *Bursat. in cons.*445. *vol.*4 *& latius in cons.*368.*vol.eo.* Fallit tamẽ supradicta conclusio, quando quis cognosceret meretricem consanguineam, vel affinem, nam licet excusaretur a pœna adulterij per prædicta, non tamen posset excusari ab incestu, vt in specie dixit *Saly.in l.quae adulterium nu.*4.*C. ad l.Iul.de adulter.* cuius sententiam plenè cõfirmat *Petr.Caball.in* 2.*centur. resol. crimin, cas.*200.*nu.*85. qui tamen videtur concludere incestum cum meretrice non esse puniendum pœna ordinaria, sed mitiori, prout etiam affirmat *Farin.in tit.de delict.carn.q.*149.*nu.* 98. Et huiusmodi incestus etiam per affinitatem contractam ex fornicario coitu committi potest, prout plenè probat, ac pluribus exemplis explicat *Farin.in cita.loco nu.* 102. *cum plur. seq.* Hæc autem declara, quòd non habent locum, quando quis rem haberet cum commatre publica meretrice, nam licet incestum commiteret, tamen puniri non posset à Iudice sæculari, nam hæc cognatio non est cognita à iure ciuili, præterquam si esset quoque admistum crimen adulterij, vel stupri, nam tunc grauius puniretur ratione huius qualitatis aggrauantis, prout notabiliter dixit *Par. de put. in tract.de sindicat. in ver.adulterium, nu.*8. *quem refert Thesau.in decis.*100.*nu.*6.*Cacher. in cons.* 25. *nu.*13.*& seq. & plenissimè Caball.in dicto casu* 200.*nu.*69. quem omnino vide; An autem committatur incestus si quis cognoscit carnaliter mulierem, cuius fratrem antea stuprauit? vide eundem *Caball.in cas.*44.*per totum*. Qui ex multorum doctorum authoritate refert per huiusmodi nefarium, & illicitum coitum affinitatem non contrahi, & cõsequenter nuptias contractas cum sorore stuprati incestas non esse, pro qua conclusione videtur esse *tex. in terminis in cap.extraordinaria.*25. *quaest.* 3. quẽ ad hoc propositum refert *Bermond. in tracta. de public.concubinar.sub tit.de peccat.sodom.*
43 *nu.* 19. Quæ autem probationes requirantur in crimine adulterij, & an sufficiant testes singulares? remitto me ad ea, quæ plenissimè cumulat idemque *Petr.Caball.in* 3.*centur. resolut.criminal. cas.*293.*per totum*, & alij, quos plenè refert *Baiard.in d.§. adulterium nu.* 33.
44 *cum plurib.seq.* Et an adulter, & adultera possint in eodem libello accusari? Sunt videnda notata per *Baiard.in addit.ad Iul. Clar.in §.*
45 *adulterium, in princ.* Et quòd licet in hoc crimine non possit procedi ex officio, nisi in casu quo sit notorium, tamẽ postquam fuit exposita querela per virum, etiam eo remittente procedi potest, ex not.per *Gramm.in decis.*31. *refert idem Baiard.in cit loco, nu.*7.*& nu.*14.
46 Sed an mulieri remittenda sit adulterij pœna obtenta reconciliatione viri? *vide Boer.in decis.*298.*nu.*3.*& seq. & plenè Barbos. in d.l.*2. *in princ.in* 1.*par. sub nu.*100.*vers. tertio limi-*
47 *ta, cum plur.seq.* Et an iuditio pendente super adulterio debeat mulier habere alimenta a viro donec conuincatur? vide *Bald.in cons.*176. *vol.*1.*Paris.in cons.*54. *vol.*4.*plenè Hier. Geualles de commun.contra commun quaest.*734. *& Thom.Sanch.in tract.de matrim.lib.* 10.*in*
48 *tit.de diuort.disp* 8.*nu.*28. Et si propter vxoris adulterium sequuta sit sententia separationis thori; An maritus teneatur eam amplius alere? *Iul.Clar.in d.§.adulterium. vers.facta autem thori separatione*, dicit quòd sic, quia etiam remanet vxor, sed contrarium videtur verius, ex not.per *Surd.in tract.de alimen.tit.* 7.*quaest.*16.*num.*19.*Barbos. in rep.rub.ff sol. matr.in* 2.*par.nu.*47.*& Sanch. in d. tracta.de matrim.lib.*10.*in tit.de diuort.disput.*8.*n.*23.
49 *& seq.* Sed an mulier excusetur a pœna adulterij propter nimiam viri sæuitiam, vel si non

reddat

dat ſibi debitum, aut propter famis neceſſitatẽ?
dic quòd non, nam debet potius quæcumque
mala pati, quàm adulterium cõmittere, prout
ex multorum authoritate refert Baiard. in d. §.
adulterium n. 75. & ſeq. et Farin. in tit. de de-
lict. carn. q. 141. nu. 60. et ſeq. & in quæſt. 142.
50 num. 13. et ſequen. Alia etiam pœna adulte-
rij eſt, quòd mulier amittit dotem, & donatio-
nem propter nuptias, l. conſenſu. §. vir quoq;,
et §. virum etiam, C. de repud. ac etiam bona
paraphernalia, ſecundum Gloſ. in cap. plerum-
que, in verb. dotalitium, de dona. inter virum,
et vxorem, quam eſſe communiter receptam
refert Iul. Clar. in d. §. adulterium, verſ. adde,
quid propter adulteriam, pleniſſimè Farinac.
in d. quæſt. 142. num. 1. cum plurib. ſequen. et
latè Barboſ. in d. l. 2. ff. ſolu. matrim. in 1. par.
in princ. nu. 53. et ſequen. Hoc autem intelli-
gendum eſt, quando vir ciuiliter agit contra
mulierem adulteram ad finem lucri faciendi
dotem, ſecus ſi criminaliter, vt plenè explicat
idem Barboſ. in citato loco num. 57. et ſequen.
et præſertim num. 59. An autem ad finem, vt
maritus lucretur dotem ſufficiat, quod vxoris
adulterium probetur præſumptiuè, vide eun-
dem Barboſ. ibidem, qui hunc articulum plenè
explicat nu. 61. et nu. 72. cum ſeq. & demum
ex magis communi Doctorum ſententia pro-
bat, quod licet per amplexus, & oſcula non
amittatur dos, tamen hoc intelligitur, quan-
do conſtat vlterius non fuiſſe progreſſum, ſed
quando res eſt dubia, & probantur hæc præ-
ludia, & quod per tantum tempus ſolus cum
ſola fuerunt in loco ſecreto, quòd potuerunt ſi-
mul coire, tunc reſultat præſumptiua probatio
veri adulterij, quæ ſufficit ad condemnandum.
51 Expoſita autem querela per virum transfertur
actio lucrandi dotes ad quoslibet eius hæredes
etiam extraneos, vt teſtatur Vinc. de Franch.
in deciſ. 184. et in deciſ. 240. Verum ſi maritus
ſciuit vxorem eſſe adulteram, & tacuit, tunc
eius hæredes non poſſunt querelam exponere,
nam ex ſcientia, & taciturnitate viri cenſetur
fuiſſe remiſſum, vt latè explicat opiniones con
cordando Barboſ. in loco ſupra allegato, num.
52 119. cum ſequen. Sed an opus ſit ad finem
transferendi hanc actionem ad hæredes, quòd
cum effectu maritus querelam expoſuerit, vel
ſufficiat, quòd aliter conqueſtus ſit, & vxoris
mores improbauerit? vide omnino Alexan. in
conſ. 189. vol. 6. per totum, et Vinc. de Franch.
in d. deciſ. 184. in princ. Quid autem ſi mulier
adultera habet filios ex eodem, vel ex alio ma-
trimonio: an maritus lucretur dotem? vide
Barboſ. in loco ſupra citato num. 62. et ſequen.
& ſi mulier criminaliter accuſata de adulterio,
in monaſterium detruſa fuit, an eius dos appli-
cetur monaſterio, vel filijs, aut marito? vide
53 Farinac. in conſ. 72. per totum. Et an eadem
pœna amiſſionis dotis puniatur vidua, quæ in-
fra annum luctus ſtuprum committit? vide
Rolan. à Vall. in conſi. 86. vol. 2. per totum,
Cacher. in deciſio. Pedem. 77. Duenn. in reg. 12.
in 3. limit. plenè Arium Pinell. in l. 4. C. de
bon. matern. nu. 9. Mandoſ. in conſi. 73. per to-
tum, Vincen. de Franch. in deciſio. 669. in 4.
par. pleniſſimè Menoch. in addit. ad tracta. de
arbitr. iudic. caſ. 288. nu. 33. cum plurib. ſequ.
et Barboſ. in d. 1. par. l. 2. in princ. ff. ſol. matri.
nu. 64. verſ. vlterius cum ſeq. Quid autem ſi
vir occidit vxorem adulteram; an lucretur do-
tem? Vide nouiſſimè tradita per Vincen. de
Franch. in deciſ. 678. in 4. par. Et quid ſi prius
maritus ciuiliter egit contra vxorem adulterã
ad finem lucrifaciendi dotem; An poſſit poſtea
contra eam criminaliter agere ad pęnam adul-
terij Vide omnino Barboſ. in eodem loco ſupra
citato num. 138. verſ. vltimo ex ſupra relatis,
qui arguendo pro, & contra concludit; quòd
vna via electa, cum vtraque ad vindictam ten-
dat, ad aliam redire non licet, & latiſſimè Fa-
rinac. in titu. de delict. carn. quæſt. 141. num.
54 46. cum plurib. ſequen. Inſuper ſciendum eſt,
quòd licet ex parte viri coniugati rem haben-
tis cum muliere ſoluta non inducatur propriè
adulterium punibile, vt ex magis communi
DD. opinione refert Iul. Clar. in d. §. adulte-
55 rium, in princ. Nihilominus etiam iniuriam
quam vxor ſubſtinet propter viri impudicitiã
ſaltim ciuiliter iura reſpexerunt, nam ſi vir re-
tinet concubinam, mulier poteſt petere ſepara-
tionem thori, & ab eo diuertere, vt inquit De-
cius in conſ. 530. num. 4. plenè Soc. iun. in conſ.
32. volum. 2. Burſat. in conſi. 218. vol. 2. Theſ-
ſaur. in deciſ. 130. per totam, et plenè Barboſ.
in 1. par. rub. ff. ſolu. matrim. nu. 37. et ſequen.
56 Et ſi vir eam accuſat de adulterio ad finem lu-
crandi dotem, poteſt exceptione repelli, ſi ob-
ijciatur, quòd ipſe quoque vxoris thorum vio-
lauit, & paria delicta mutua cõpenſatione tol-
luntur, vt poſt alios plenè refert Tiraq. in trac.
de ll. connubial. l. 13. Gloſ. 1. nu. 38. & ſeq. Me-
noch. de arbitr. iud. in addit. ad caſ. 287. nu. 36.
& ſeq. Surd. de alim. tit. 7. in q. 16. nu. 47. &
ſeq. & plenè Barboſ. in d. 1. par. l. 2. in princ.
ff. ſol. matr. nu. 97. verſ. limita ſecundo, cum
57 plur. ſeq. & præcipuè nu. 99. An autem hæc
exceptio admittatur etiam quando mulier cri-
minaliter a viro accuſatur de adulterio? vide
omnino Surd. in d. q. 16. nu. 54. & ſeq. Barboſ.
in rep. d. l. 2. ff. ſol. matr. in princ. 1. par. nu. 99.
Sanch. in d. tract. de matrim. lib. 10. in tit. de di-
58 uort. diſput. 8. nu. 34. & ſeq. A fortiori quoq;
ratione concedenda eſt mulieri thori ſepara-
tio, ſi vir ſit adeo ſceleſtus, vt coeat etiam cum
maſculis, vel vxorem de vitio nefando tenta-
uerit,

uerit,vt not. *Menoch.de arbitrar.iud.caſ.286. nu.14.& ſeq.plenè Burſat.in conſ.218.vol.2. Barboſ.qui alios congerit in repet. rub.ff. ſol. matr.in 2.par.nu.30.* & alij,quos plenè refert Farin. qui hanc conclusionem quomodo intelligenda ſit,optimè explicat *in d.tit.de delic.*
59 *Carn.q.143. nu.85.& ſeq.* Hoc enim crimen etiam cum muliere committitur, vt ex magis communi Doctorum opinione teſtantur *Dec. in l.1.nu.9.C. de ſecun.nupt. Afflict. in conſt. reg.legum aſperitate nu.10. Menoch.de arbit. iud.in d.caſ.286.nu.5.& plenius in nouis addit.nu.40.& ſeq.Iul.Clar.in §.ſodomia verſ. vidi quandoq; dubitari,Caball. in 1.cent.reſ. crim. caſ.16. nu.15. & Card.Tuſch. in concl.*
60 *318.lit. S.* Et execrabilius eſt quando cum vxore committitur, vt inquit *Ant. Gomez in l. taur. 80. nu.33. & Menoch. in d. caſ.286. in*
61 *addit.ſub nu.4.& ſeq.* Et ſi vxor a viro cognita contra naturam diù tacuit,punienda eſt,niſi conſtet de eius tacito conqueſtu, & quod metu viri non auſa fuit hoc reuelare, vt plenè tradit *Foller.ſuper pragm. de ſodom. nu.25. cum*
62 *plur.ſeq.* Et in hoc crimine punitur etiam ille, qui illud tentauit,& non perfecit, non tamen pœna ordinaria, vt plenè teſtatur *Menoch. in d.caſ.286. nu.7. et nu.16. cum ſeq. et plenius*
63 *in addit.nu.36. et ſeq.* Et punitur etiam pollutio extra vas, iuxta plenè not.per *Affl. in d. conſt. legum aſperitate, nu.12. et pleniſſimè per Petr.Caball. in d. caſ.16.nu.11. et per to-*
64 *tum.* Imo ſi quis tentatur de hoc nefando vitio, & occidit tentantem, non debet pro homicidio puniri, vt notabiliter dixit *Ferret. in tract. de re milit.nu.67.* quem refert *Scapp. in tract.de iur.non ſcrip. lib.5. c.143.nu.121. et Baiard. ad Iul. Clar. in d. §. ſodomia nu.15.*
65 Quæ autem probationes ſufficiant ad probandum hoc delictum? vide omnino *Pariſ.in cōſ. 163. nu.6. et ſeq. vol.4. Rol.à Vall. in conſ.7. nu.10.vol.1.et plenè Honded in conſ.102.nu.*
66 *58.et nu.68.cum ſeq. vol.1.* Et quomodo probetur ex præſumptionibus, & coniecturis,plenè *Decian.in conſ.83.per totum,vol.3.et Ma-*
67 *ſcard. de probat. in concl.1313.* Et an credatur puero dicenti ſe fuiſſe ſodomitatum? vide *Gramm. in deciſ.40.nu.14. Pariſ. in d. conſ. 163.nu.8. et ſeq. Honded. in conſ.98.nu.15. vol.1.et Alex. de Neu. in conſ.85.per tot.* Et
68 an credatur mulieri ſodomiam paſſæ? plenè *Decian.in d.conſ.83.& Honded. in conſ.100.*
69 *per totum,vol.1.* Et an neceſſe ſit,quòd in hoc crimine conſtet de corpore delicti? vide *Boſſ. in tit.de delict.nu.32. Plot.inter conſ.crim.diuerſor.conſ.132. nu.22.vol.1.& Farinac. in*
70 *conſ.25. nu.68.* Et an excuſetur à pœna huius criminis ſi quis dormiendo puerum ſtuprauit, aſſerens,quòd ſomniabat rem habere cum muliere? vide *Ant. Gomez in lib. var. reſol. ſub tit.de delict.c.3.nu.26.circa finem.Ioſeph Ludou. in deciſ. Lucen. 19.nu.18. & Baiard.ad*
71 *Iul. Clar. in d.§. ſodomia, nu.21.* Et quòd in hoc vitium incurrit etiam is qui ſe corrumpit proprijs manibus,dixit *Gloſ.in cap. omnes 32. q.7.& Menoch.in d.caſ.286. in addit. nu.50. & ſeq.* Sed nō punitur pœna ordinaria, ſecundum *Caball. in d. caſ. 16. nu.4. Bermond. in tract. de publ. concubinar. in rub. de pecc.ſodom. nu.14. & Maſtrill. in comment. ſuper pragm.indult.gener.in c.31.nu.16.* quę tamen concluſio quomodo ſit intelligenda pleniſſime explicat *Marius Stalia omnino videndus in tract.de immunit.eccl. lib.1.c.5. §. 13. nu.34.*
72 *cum plur. ſeq.* Et tamquam ſodomita punitur etiam is qui turpiter rem habet cum animali bruto, vt refert *Menoch. in allegato caſ. 286. nu.6.& in addit.nu.43.& ſeq. Rol.à Vall. in conſ.7.nu.1.vol.1. & Iul. Clar. in §. fornica-*
73 *tio, verſ. cum animali bruto.* Pluribus etiam alijs modis in hoc nefandum crimen incurritur,quę plenè diſcurrit *Menoch.in citato loco in nouiſſimis additionibus*, ad quem me remitto,ſicut autem tam viro quam vxori æqualiter iura proſpexerunt quando alter eorum matrimoniale thorum offendit, vt ex prænar-
74 ratis demonſtratum eſt, Ita etiam cautum eſt, quòd ſi vir innocentem vxorem occidit, ne dū parricidij pœnam incurrit, vt expreſſe dicit *tex.in l.1.ff.ad l.Pompei, de parric.* ſed etiam priuatur omni lucro dotis, quod ex pacto, vel ex conſuetudine per eius obitum lucratus fuiſſet, *l.ſi ab hoſtibus,§.1.ff.ſol.matr.cum ibi com*
75 *muniter notatis per DD.* qui ampliant hanc concluſionem etiam quando vxor obijt culpa mariti, ex quo ſuæ infirmitati medicum peritum non adhibuit,vt plenè teſtantur *Foller.in pract. crim. in ver. item quod ſuffocauit vxorem,nu.61.Peregr.de iur.fiſc. lib.2. tit.3.ſub nu.1. Rol.à Vall.in tract. de lucr. dot. q. 64. nu.1. cum plur.ſeq. Phanuc. in tract. de lucr. dot.in Gloſ.14. nu.8.Surd.in tract. de alimen. tit.4.nu.10.& in tit.8.priuil.69.nu.1.& ſeq. et Maſcard.de probat. in concl.1035.nu.1.et*
76 *ſeq.* Sed hoc intelligitur quando vir fuit negligens in adhibendo medicum vxori in infirmitate parui temporis, ſecus ſi infirmitas fuiſſet nimis longa, ita vt mariti facultates non paterentur tantum onus ferre,nam eſſet dignus excuſatione,iuxta not.per *Phanuc.in d. tract.de lucr. dot. Gloſ.14.ſub num. 9.et Rol.in d.q.65.*
77 *nu.11.* Maritus enim non tenetur vxorem in ſua infirmitate alere, & curare,niſi ſecundum facultatem,& fructus dotis,iuxta *tex. in l.ſi cū dotem,§.ſin autem in ſæuiſſimo, ff.ſol. mat. et plenè not.per Surd.in trac.de alim.tit.1.q.33. nu.7.cum plur.ſeq.* præterquam ſi ipſe eſſet di-

ues,

ues, & vxor non haberet aliunde, neque parentes, qui ipsam curarent, & alerent, vt plenè dicũt DD. *in d. l. quod in vxorem, C. de neg. gest.*
78 Et si in longa infirmitate expensas erogauit vltra exiguæ dotis fructus, & vir sit inops, potest eas retinere tempore restitutionis dotis, vt plenè refert *Gasp. Thesaur. in q. forens. 52. in*
79 *2. par.* Imo quòd non tenetur eam alere sine dote, & potest eam expellere, tradit *Silu. nupt. in ver. non est nubendum, nu. 46. post Iaf. in l. si donaturus, nu. 6. ff. de cond. ob cauf.* Adeo
80 quòd si per decennium eam aluit, præsumitur quòd recepit dotem promissam, vt pulchrè dixit *Cephal. in conf. 448. nu. 23. et seq. volum. 3.* hæc autem conclusio intelligitur, quando dos fuit promissa, & non soluta, secus vero est si vir vxorem duxit nulla facta dotis mentione, nam tunc eam tenetur omnino alere, *iux. tex. in l. quod si nulla. ff. de relig. et sumpt. fun. et plenè not. per Surd. in d. tracta. de alim. tit. 1. q. 32.*
81 *nu. 11. et seq.* Verum si maritus dum vixit, alimenta vxori præstita non petijt, nec dotis interesse, censetur ea remisisse, & proinde non transmittitur eorum petitio ad hæredes, vt ex magis communi DD. sententia testatur *Cacb.*
82 *in decis. Pedem. 132. per totam.* Eodem quoq; iure cautum est, quòd vxor, quę virum occidit, priuatur donatione propter nuptias, & omni alio lucro, quod propter viri obitum acquisiuisset, vt probatur *in eadem l. si ab hostibus. §. si vir, in fi. et ibi per Pau. de Castr. n. 6. et omnes alios*, & idem est si insibgauit amasium, vt virum occideret, *iux. not. per Boer. in decisio.*
83 *262. sub nu. 2. et per totam.* Imò vxor, quæ virum occidit, non solum amittit lucrum dotis, sed etiam propria dote priuatur, quæ sibi amplius restituenda nõ est, cum eius culpa matrimonium solutũ fuerit, vt pulchrè dixit *Alex. de Neuo in conf. 18. num. 4. et seq. et Bertaz. in conf. crim. 83. nu. 27. vol. 1.* à quibus non dissentit *Menoch. de arbitr. iud. in nouis. addit. ad cas. 356. nu. 110. et Decian. in tract. crim. lib. 9.*
84 *cap. 11. nu. 2. in fi. et in cap. 16. nu. 37.* Ethinc ex eadem ratione quando vir occidit vxorem, quòd teneatur soluere eius hæredibus antefatum, quod vxor lucrata fuisset si ipsi viro superuixisset, annis præteritis me patrocinante simul cum Domino, & Compatre meo Scipione Rouito, tunc Aduocato primario, nunc autem Regio Consiliario meritissimo, doctrina, ac omni virtutum genere ornatissimo, & nemini secundo, pro hæredibus quondam Annæ Musacchiæ crudeliter interfectæ à Iacobo de Curtis eius viro, plenè discusso articulo in Collaterali Consilio, referente Regio Consiliario Didaco Lopez Suarez, tunc generali Auditore militum, nunc autem meritissimo Regente Collateralis Consilij, viro integerrimo, & eminentis ingenij iudicatum fuit, quòd condemnetur dictus Ioan. Iacobus ad soluendum antefatum hæredibus dictæ mulieris, sub die 22. Maij 1603. Iura autem, & rationes, in quibus fuit hæc decisio fundata videri possunt inter decisiones Collateralis Consilij nouiter impressas per Regentem *Io. Franciscum de Ponte in decis. 24. et nouissimè penes Don Andreã Molfes. in comment. ad Consuet. Neap. in 7. par. sub tit. de iur. quar. quæst. 13. per totam*, qui multa refert, quæ collegisse dicit ex allegationibus dicti Regij Consiliarij Rouiti ad eius manus peruentis, meritò tacendo nomen meũ, nam luminare maius occupat minus; Verum ne in articulo tam curioso, quæ pro hæredibus dictæ infelicis mulieris scripta fuerunt, desideranda remaneant, ea hic inserere non displicebit, quæ sunt infrascripta, videlicet.

Non immeritò petijt Antonius Musacchius pater, & hæres Annæ Musacchiæ, Ioannem Iacobum de Curtis, olim virum Annæ prædictæ, ac Paulum de Curtis eius patrem, & insolidum obligatum, debere insolidum condemnari ad soluendum sibi nomine quo supra ducatos mille, & noningentum pro antefato, seu donatione propter nuptias constituta per eosdem patrem, & filium tempore contracti matrimonij, non obstante, quòd dicta Anna vxor sit præmortua dicto Io. Iacobo eius viro.

85 Nam mors Annæ vxoris non fuit mors naturalis, sed violenta, ac ab eodem viro iniustè illata, & quemadmodum quando vir interfecit vxorem perdit lucrum dotis. *l. si ab hostibus. §. si vir. ff. sol. matr.* eodem modo debet pati damnum soluẽdi antefatum, quia ratio propter quam ibi vir perdit lucrum dotis interficiẽdo vxorem, est, quia si non fuisset interfecta, fortè superuixisset, imò in dubio sic præsumitur odio interficientis, ita declarat *Pau. Castr. in d. l. si ab hostibus. §. si vir, nu. 2. vers. et si nõ fuisset interfecta.* Ergo si vxor interfecta præsumitur superuixisse viro interficienti in eius odium, propter eandem rationem debet perdere antefatum, & donationem oropter nuptias, quia præsumitur superuixisse, ita in terminis nostris consuluit *Alex. de Neuo in conf. 18. nu. 5. et 6.* qui videatur omnino quæso, quia satis ad materiam, & corroborantur eorum dicta ex ratione tex. litteris aureis scribenda, *in l. quod si nolit. §. si plures hæredes. vers. si mancipium, quod redhiberi oportet. ff. de ædil. edict.* vbi ad literam dicit tex. quòd in odium interficientis pro viuo habetur, qui culpa eius interijt, & esse præstanda omnia, quæ præstarentur si viueret, si igitur Anna viueret, deberetur antefatum. Ergo eodem modo debetur ea mortua, cum fuerit mortua culpa ipsius viri.

86 Et quamuis *tex. in d. §. si vir*, non loquatur de

de donatione propter nuptias, sed de lucro dotis tantum, hoc non est, quia eadem ratio non vigeat in vtroque, sed quia de iure Digestorum non erat adinuenta donatio propter nuptias, quæ fuit adinuēta de iure Codicis, prout idem *Pau. Castr. declarat ibidem nu. 6.*

87 Præterea circumscripta hac præsumpta superuiuentia vxoris, alia irrefragabili ratione hic maritus, qui mariti nomen non meretur, debet perdere antefatum ab ipso constitutum, quia de iure est apertè statutum, vt quotiescunque vir diuertit ab ipsa vxore sua culpa, hoc est sine aliqua ex causis enumeratis *in l. consensu. C. de repud.* nedum vir teneatur restituere dotem, sed etiam amittit donationem propter nuptias, *vt in d. l. consensu, §. sin autem, vt testatur plenè Io. de Amic. in cons. 5. per tot.* quæ conclusio iuuatur *ex not. per Affl. in decis. 154 nu. 4. & per Napod. in consuet. quartam nu. 46. in fi.* Ergo multo magis illam debet amittere, quando sine causa, sed proprio dolo dissoluit matrimonium in totum interficiēdo vxorem innocentem, ita *Cuma. in d. §. si vir, nu. 4.*
88 expressè notat, quòd vir occidens vxorem, perdit donationem propter nuptias, quia occidendo eam, videtur sua culpa diuertisse, vt voluit *Bald. in l. 1. vers. extra quæro. C. vnde vir. et vxor. sequitur Rol. de lucro dotis, q. 61. n. 11.* & hoc argumento in spetie vtitur *Paul. Castr. in d. §. si vir, in fi.* cōtra mulierē occidētē virū, vt perdat dotem, ex dispositione *tex. in d. l. cōsensu*, quia dolo dissoluit matrimonium, & ex eadem ratione in fortiori casu dixit *Rip. in tract. de peste sub rub. de priu. contrac. cau.*
89 *post. nu. 203. et seq.* quòd si vir vxori ægrotanti alimenta non ministrat, & vxor moritur, nedū dote, sed etiam donatione propter nuptias priuandus est. Si igitur venit priuandus donatione propter nuptias, quando ægrotanti vxori alimenta non ministrat, quanto fortius quando ipsam interfecit. Et si mulier, quæ virum occidit, patitur hanc pœnam, vt dotē amittat, vt vltra *Paul. de Castr. not. etiam Cuman. in summar. d. §. si vir, & plenè Alex. de Neuo in dict. cons. 18. num. 4. & sequen. & Bertaz. in cons. crimin. 83. num. 27.* eodem modo seruan-
90 da est æqualitas, vt vir occidens vxorem amittat donationem propter nuptias; nam vir, & vxor correlatiua sunt, & dispositum in vno, censetur dispositum in altero, *l. fin. C. de Indicta vid. toll. not. Barbat. in cons. 64. nu. 33. volum. 1. pulchrè Cuman. in cons. 175. num. 5. & seq.* & in terminis nostris in spécie *Glo. in § si vero altera harum personarum, in vers. penult. in Auth. de nupt.* Vnde quoad actionem adulterij ciuiliter intentatam à pari procedūt, ita quòd sicut mulier adultera priuatur dote, ita etiam vir donatione propter nuptias, vt plenè testatur *Rol. à Vall. in cons. 50. per tot. vol. 1.* qui hoc ampliat, etiam si cum soluta, vir fornicationem committat, idq; confirmat *Paris. in cons. 54. nu. 43. vol. 4. & Couar. in epith. de sponsal. 2. par. c. 7. §. 6. sub nu. 4. & seq.* & quòd ex virtute huius correlationis dispositum in
91 viro trahatur ad vxorem, & econtra etiam in correctorijs iuris communis, ac etiam in materia pœnali, tradit *Ias. in l. si prius nu. 54. ff. de nou. ope. nunc. latè Gabr. in 6. lib. cōmu. concl. in tit. de leg. & cōstit. concl. 3. per tot.* & pluribus exemplis exornat *Lancel. Gal. in comment. consuet. Alex. in ver. vxori, q. 4. in fi.* & in spetie, quòd etiam in pœnalibus dispositio loquens circa lucrum, aut amissionem dotis procedat etiam respectu quartæ, seu donationis propter nuptias.
92 Vlterius alio inconuincibili assumpto hic vxoricida debet perdere antefatum, quòd ex eadem l. consensu, apertè depromitur. Est enim in d. l. statutum, vt quotiescunque maritus committit aliquam ex causis ibi enumeratis, mulier non dum possit diuertere à viro, sed etiam dotem recuperare, & donationem propter nuptias lucro habere, vt in *vers. si vero causam probauerit*, & inter cæteras causas illæ enumerantur, quæ sunt approbatæ etiam de iure canonico, *vt in cap. ex transmissa, & c. literas, in fin. extra de restit. spolia. vbi Glo. Panorm. & alij, pulchrè Panc irol. cons. 82. nu. 5. 6. & pulcherrimè aureus textus in præal. auth. de nup. in §. mitiores*, qui videatur quæso. Ergo si vir perdit antefatum, & illud cedit lucro mulieris quando intercedunt insidiæ tantum pro necanda muliere, multo fortius est perdendum antefatum, quando insidiæ sunt productæ ad effectum, & sequuta est mors ipsa violenta, aliàs enim magis puniretur delictum attentatum, quàm delictum consummatū, quòd esset contra omnia iura mundi, *ad tex. in l. is qui cum telo, vbi DD. C. ad l. Cornel. de sicar.*
93 Et denique prædicta confirmatur ex dispositione *tex. in §. causas autem, vers. si vir de adulterio inscripserit, in Auth. vt liceat matri, et auiæ, vnde est sūpta Auth. sed nouo iure C. de repud.* ibi enim statuitur, quod si vir accusauerit vxorem de adulterio, & adulterium nō probauerit, mulier misso repudio recuperat dotem, & lucratur donationem propter nuptias: nec non, & tantundem quantum capit alia tertia pars eiusdē donationis propter nuptias. Vnde si perdit antefatum maritus, quando accusat mulierem de adulterio, & non probat accusationem, quāto fortius illud amittit, quando occidit mulierem innocentē, & postea effingit illam occidisse propter adulterium, certe multo fortius, prout multo acrius est puniendus, qui committit homicidium, quàm

qui

qui verbalem iniuriam tantum intulit *ad tex.
in §.atrox iniuria, inſt.de iniur.*

Imò ex d.tex.nedum incõcuſſa redditur hæc
mea ſententia, ſed reſoluitur contrarium, quod
aduerſarij effingunt; Inquiunt enim, quòd nõ
eſt certum dictam Annam fuiſſe innocentem à
crimine adulterij, de quo fuit imputata per vi-
rum, quia ſi id fuiſſet indubitatum, vtique vir,
qui illam interfecit fuiſſet condemnatus pœna
ordinaria, ſcilicet vltimi ſupplicij, & tamen
fuit condemnatus ſolùm pęna extraordinaria,
ſcilicet, remigationis imperpetuum, & propte-
rea non poteſt eſſe locus amiſſionis antefati, qa
præterquàm quòd, id eſt maximum figmentum
dum ex proceſſatis conſtat apertiſſimè tantùm
abeſſe culpam obiecti criminis adulterij ab in-
felice vxore. vt potius illud fuerit doloſum ho-
micidium conſultò patratum, ne vxor eſſet ſibi
impedimentum in explendis libidinibus etiam
domeſticis, vt eſt notum ijs, qui veritatem no-
uerunt.

95 Tamen data, & non conceſſa prætenſa du-
bietate innocentiæ, in qua ſe fundant aduerſa-
rij, adhuc maritus tenetur ſoluere antefatum,
ſi quidem maritus, qui accuſat mulierem de
adulterio, vt euitet amiſſionẽ donationis pro-
pter nuptias, tenetur liquidò probare adulte-
rium commiſſum, aliàs ſi non probauerit, mu-
lier lucratur antefatum, ita vt expreſsè ſtatui-
tur *in d.verſ.ſi vir de adulterio, refert, & ſe-
quitur Gloſ.in l.quamuis, in verſ. contineri,
verſ.hodie autem.C.ad l.Iul.de adult.poſt Bo-
nif.de Vitalin.in tracta.de maleſ.ſub titu. de
adult.inceſt.& ſodo.nu.*14.ergo dato, & non
conceſſo, quòd prædictus Ioan. Iacobus per ho-
micidium commiſſum in vxorem, & confeſſio-
nem ſuam qualificatam, exinde ſubſequutam,
quòd ſcilicet interfecerit occaſione adulterij,
innocentia mulieris reddita fuiſſet dubia, tamẽ
hæc dubietas viro non prodeſt ad euitandum
ſolutionem antefati, ſed debebat plenè proba-
re adulterium commiſſum, ergo propter defe-
ctum huius probationis tenetur ad antefatum,
iuxta formalia verba dicti tex.

Hinc modo reſultat alia indubitata iuris
concluſio, quòd dum hæc mulier in vita lucra-
ta fuit huiuſmodi antefatum, ſtatim, ac maritus
iniecit ſibi manus violentas animo occidendi,
licet illud nõ agnouerit, nec agnoſcere potue-
rit violenta illa morte præuenta, nihilominus
illud tranſmiſit ad eius hæredem, qui eſt pater,
quia hoc antefatum non acquiſiuit mulier iure
96 hæreditario, ſed ex pacto in capitulis matrimo
nialibus, & ex diſpoſitione iuris, & proinde nõ
fuit neceſſaria agnitio ad finem tranſmittendi,
prout reſoluunt *DD. in l.cum antiquioribus.
C.de iur.delib.* et *præſertim* Caſtr.*ad fi.Alex.
nu.6.ver.item ſentit iſta Gloſ.Iaſ.num.6. &
alij, quos ad id citat Phanut.de lucr.dot.Gl.4.
nu.6.ver.& ne putes, cum ſeq. & Rol. à Vall.
in alio tract.de lucr.dot.q.47.per tot.*

Non eſt igitur dubitandum, quin ſanguino-
lentus iſte vir ſit ad hoc antefatum condemnan
dus inſolidum cum eius patre correo debendi,
ſaltim ne ex proprio delicto conſequatur
commodum, quòd maximum eſt, dum red-
ditur ſecurus à periculo perdendi antefatum,
97 & de iure mors illi non debet opitulari, qui
fundat ſe in morte, cuius ipſe fuit cauſa, ita de
mente *Bald.in l.ſi ſibi.C.de don.ante nupt. &
Felin.in c.ſi.de homic.notauit noua additio ad
Affl.in conſt.baiulos omnes lib.1.in lit. F.cir-
ca finem.*

Nec obſtat cauillatio, vt audio, partis aduer-
ſæ aſſerentis *tex.in præalleg.l.quòd ſi nolit.§.
98 ſi mancipium* continere caſum ſpecialem, nã
hoc eſt contra mentem I.C. qui ad decidendum
caſum propoſitum nulla fuit vſus ſpecialitate,
vt in eodem tex. apparet, ſed tantummodo illa
generali ratione, quòd homo mortuus pro vi-
uo habendus eſt in odium eius, cuius culpa de-
ceſſit, quæ ratio cum ſit anima ipſius legis, *l. cũ
99 ratio.ff.de bon.damn.optimus tex. in c.conſue
tudo 1. diſtin.* militat ita in vno, ſicut in alio
caſu, *arg.tex.in l.non poſſunt.ff.de lega.*1. præ-
terea, quòd ibi nulla ſit ſpecialitas, patet ex do-
ctrina *tam Ang. quam Alex.in d.§.ſi vir.* vbi
in ſpecie *Ang.nu.2.& Alex.nu.7.* trahunt ra-
tionem dicti tex. ad corroborationẽ *d.§.ſi vir,*
vt aduertit etiam *add.Bologn. in d.§.ſi manci-
pium, in verſ.adhibuit medium,* & ſic ſi ille
tex. fuiſſet ſpecialis, dicti DD. non fuiſſent vſi
illo ad corroborationem *d.l.ſi ab hoſtibus, §.ſi
vir,* & conſequenter cum nulla poſſit dari ſpe-
cialitas in dict.tex. remanet ſic caſus deciſus ex
præallegata inconcuſſa ratione, quòd mulier
mortua pro viua in odium viri interficientis
habetur, & eſſent eidem præſtanda omnia, quæ
præſtarentur ſi viueret.

100 Pari etiam paſſu reſoluitur inanis alia dif-
ficultas eiuſdem partis aduerſæ ex doctrina
*Bal.in c.1.vt lit.non conteſt.nu.*3.vbi videtur
præſupponere donationem propter nuptias,
quæ debetur vxori propter adulteriũ viri, non
deberi eius hæredibus, nam Bald. eſt intelligen
dus quãdo vir fuiſſet ignorans, vel celeri morte
præuentus, nam tunc non obſtante, quòd ipſe
non egit, poterit tamen eius hæres agere, & iſtã
eſſe communem opinionẽ in terminis noſtris
aſſerit C*ampeg.in tract.de dote par.3.quæſt.2.
Rol.à Vall.conſ.81.nu.16.vol.3. ipſemet Bal.
in cap.1.§.porro, in ver.ſecundo quæris Gloſ.
quæ fuit prima cauſa benefic. amitten.* & ibi
ſic punctualiter declarat *add.ad Gloſ. in verſ.
aſſalierit, in verſ.inquietare non poterit, &
ibidem Aluar.nu.3.poſt Io.Andr.in cap.ſi.de
reuoc.*

renunc.don. in glos.vlt. & ita communiter per Feudistas teneri testatur Curt. iun. in tract. de feud.4.par.in 2.prin. dubitatione, nu.156. & in specie in vxore, quæ interfecerat virum,
101 & commiserat quoque adulterium conuenta ad amittẽdum dotem per hæredes mariti, licet maritus non proposuisset querelam in vita, potuisse hoc fieri, ostendit eleganter *Marius Anghis.in cons.94.à nu.12.vsque ad n.26.* quo in loco multas quotas ꝓ ista opinione allegat, Et quia satis in terminis nostris est, quæso videatur, vbi etiam testatur ita cõmuniter intelligi per *DD.d.l.rei iudicatæ.§. heredi. allegata per Bald.in d.c.* t. ex quibus remanet dicta doctrina Bal.in prællegato loco intelligenda, in casu, quo mulier sciuisset, secus si fuisset ignorans, vel celeri morte præuenta, vt est casus noster, & sic quoque declarat *Salyc.in l.fin.nu.4. C.de adult.& Rom.in d.§.heredi,nu.12.post Abb.in consi.3.nu.7.in 2.par.*
102 Aduertatur quæso, etiam rogo, quòd dum inquisitus fuit condemnatus ad pœnam triremium eius vita durante, talis sententia habuit in se delictum pro vero, ita in terminis est *tex. in l. qui sententiam, iuncta Glos. in ver. Capitalem, C.de pœn.* Qui tex. ad literam dicit, nunquam sententiam capitalem posse proferri, nisi delictum sit adeo verum, vt vix etiam ipse, qui illud commiserit negare possit, & sententiam capitalem exponit ibi Glos. esse illam, per quam imponitur mors naturalis, vel ciuilis, & consequenter cum sententia in casu nostro fuerit capitalis, ex quo fuit imposita mors ciuilis, de necessitate est concludendum talem sententiam habuisse in se delictum pro vero, quod autem condemnatus ad Regias tri-
103 remes vita durãte, dicatur ciuiliter mortuus, ac effectus seruus pœnæ, dubitari non potest ex iis, quæ plenè tradit *Burs.at.in cons.48. à num. 26. vsque ad fin. lib.1. & Arnold. Ferron. in consuetud.Burdegal.in tit.de testam.§.15.fol. mihi 205.* Nam hæc pœna successit loco condemnationis in metallum, seu ad opus metalli, quæ amplius non est in vsu, vt testantur *Capic. in decis.153.num.3. Vinc.de Franch.in decis. 140 nu.8. Iul. Clar.in quæst.67. num. 7.plenè Franc.del Castill.in decis.37.nu.8. cum plur. sequen. & plenissimè Don Garz. Mastrill. in decis.167.per totam.*

Scipio Rouitus.

Philippus Pascalis.

SECVNDÆ ALLEGATIONES.



EX tribus fundamentis, ex his, quæ oretenus audiuimus, prætendit pars aduersa subuertere, quæ imprimis allegationibus pro parte actoris adducta sunt. Quorum primum est, pactum in casu superuiuentiæ Annæ stipulatum, non posse extendi ipsa mortua, cum prouisio stipulantium in vno, fecerit cessare prouisionem legis in alio.

104 Secundum est. Iura adducta pro parte eiusdem actoris, nempe *tex.in l.consensu, & §.mitiores, & §.quia verò plurimas*, locum habere vxore viuente, & non ipsa mortua, & hoc ea ratione inductum per dicta iura, vt dum culpa viri deficeret matrimonium, possit commodius viuere.

Tertium est. Causas repudij inductas, de iure ciuili esse correctas, & consequenter etiam pœnas.

Sed veritatẽ amplectendo, fallacia sunt motiua. Nam Primum resoluitur per *tex.* in hoc proposito singularem in *l.dubium nõ est, C.de repud.& in l.filia mea, ff.sol.matr.* vbi stipu-
105 latus in casu mortis, intelligitur etiam stipulatus in omni alio casu, per quem non solummorte, sed dolo fuit dissolutũ matrimonium, & cõsequenter cum matrimonium istud fuerit dolo, in casu nostro dissolutum postquã iniustè interfecit vxorem, sequitur quòd esto, ꝙ fuisset stipulatio in vno casu (prout pars aduersa præsupponit concepta) non propterea excluditur casus iste dolosus ex dispositione dictorũ iuriũ. Accedat istis non omittendum verbum *Pereg. in tract.de priuil.fis.lib.2.tit.3.nu.8.* vbi asse-
106 rit, in connubijs cõtrahendis in terminis *d.l. consensu*, semper inesse tacitam l.cõditionem, ne, scilicet, dolo etiam matrimoniũ fuerit dissolutum. Vnde cum ita sit casus noster, non solum nõ viget, sed penitus destruitur motiuum.

Sileat etiam secundum, dum præsupponit actoris iura locum habere in casu vitæ, non autem mortis, cessante tunc ratione, vt cõmodius posset viuere, nam talis diuinatio dictis iuribus nullo modo adaptari potest. Idq; euidenti ratione comprobatur, si enim ibi vir, secundum intellectum partis aduersæ, priuatur dote, & donat.propt.nupt. vulnerando vxorem, si eadẽ viueret, ergo fortius ipsam interficiendo, quia si prohibetur id, quod est minus, & sic vulnus, ergo tanto fortius id, quod est maius, & sic homici-

micidium, & hoc non vigore extenſionis, ſed comprehenſionis, cum tam vulnus, quàm inſidiæ cõprehendantur ſub homicidio, vt ad ſenſum patet, alias ſequeretur, quòd vbi maius delictum, ibi minor pœna infligeretur, & quod fieret immunis, qui maius committeret crimẽ cõtra omnia iura mundi, nec legiſlatoris intentio fuit conſiderare, vt pars aduerſa præſupponit rationem, vt mulier commodius viuat tan-
107 tum, ſed id potius ne cõiuges alter alteri eius vitæ inſidiarentur, vt ex præfata *Gloſ. in d. l. conſenſu, in verſ. contrarias*, depromitur, & ſic non poteſt conuenire talis diuinatio.

Quæ etiam reijcitur ex doctrina tam *Bar. in d. §. ſi vir, in princ.* quàm *Caſtrenſ. ibidẽ nu. 6.* quo in loco quærũt præfati DD. An vxor, quę interfecit virum, priuetur dote, & reſpõdent, quòd ſic, per *tex. in d. l. conſenſu*, vbi reſpectu vxoris inſidiantis vitæ viri, adiunt hæc verba,
108 *vel ſibi veneno, vel gladio, vel alio ſimili modo inſidiatricem inuenerit*, ſi ergo dicta verba, *inſidiatricem inuenerit*, intelligũt dicti DD. etiam in caſu mortis, videlicet, quando vxor occidit virum, ergo eodem modo debent intelligi reſpectu viri inſidiantis vxori, ex quo quæ ſunt adiecta in viro verba, repetũtur in vxore, & econtra, & ob id ſicut ibi illa verba *inſidiatricem*, reſpectu vxoris, verificantur etiã in caſu mortis, ex *Bar. & Caſtr. vbi ſupra*, eodem modo illa verba, *inſidiatus fuerit vitæ vxoris*, reſpectu viri debent intelligi caſu, quo interficit vxorem, ne inæqualitas detur. Nec iſtis refragatur, donationem propter nuptias dari ſecundum quod adeũ pars aduerſa præſupponit, vt commodius viuat, quia etiam dos datur pro oneribus matrimonij, *l. pro oneribus, C. de*
109 *iure dot.* Et nihilominus licet occiſo viro, ceſſent onera matrimonij, nõ tamen ceſſat dotis amiſſio, ad tradita per *Bar. & Caſtr. in d. §. ſi vir, poſt Alex. de Neuo in præalleg. conſ. 18.* quæ etiam hæredibus viri applicatur, vt per *Anghiſſol. pulcherrimè in conſ. 94.* Ergo eodẽ modo eſt dicendum in donatione propter nuptias, quòd licet dẽtur, vt pars aduerſa præſupponit, vt commodius viuat, non tamen per hoc debet excludi, quo ipſa non debeat ſolui hæredibus vxoris, quãdo vir ipſam interficit, quia ſicut dos, non obſtante, quòd ceſſarent onera matrimonij, amittitur, vt omnes concludunt, quando vxor occidit virum, eodẽ modo donatiò propter nuptias debet amitti, quando, vir
110 occidit vxorem, non obſtante, quod ceſſaret ratio, vt commodius viuat, cum vir, & vxor in amiſſione dotis, & donationis propter nuptias, æquales ſint ambo, teſtante ita *Gloſ. in d. §. ſi verò harum perſonarum, in verſ. pœnis.*

Et ſic remanet illæſa vera illa iuris cõcluſio, quòd hæc mulier iniuſtè interfecta, pro viua, in odiũ ſic iniqui vxoricidæ, habetur, & quòd ſint eidem præſtanda omnia, quæ præſtarentur ſi viueret.

Dubitare ad præſens, An delictum ſit habitum pro vero, ita, vel ne? eſſet incidere contra ſententiam *Iuriſconſulti in l. res iudicata, ff. de*
111 *re iud.* vbi aſſeritur, quòd pro veritate habetur, ita & taliter, quòd nullo modo probatio contra eam admitti poteſt, cum ita iuris, & de iure cenſeatur eſſe præſumptio, teſte *Afflict. ita declarante in deciſ. 131. nu. 28.* quòd etiã nullo modo in caſu noſtro in dubiũ reuocari poteſt, cum per ſentẽtiam fuerit impoſita mors ciuilis, videlicet, ad remigandum vita durante in Regijs triremibus, & ſic capitalis, iuxta *tex. in l. qui ſententiam, iuncta Gl. in ver. capitalem,*
112 *C. de pœn.* vbi expreſsè cauetur, capitalẽ pœnam proferri non poſſe, niſi vbi reus confeſſus, vel clariſſimis probationibus conuictus ſit, & ibi Gloſ. capitalem pœnam declarat eſſe, vbi mors naturalis ſubſequitur, & ob id cũ in caſu noſtro ſententia capitalis proceſſerit, eſt fatendum talem ſententiam de neceſſitate habuiſſe in ſe delictum pro vero, quod etiam oſtenditur ex *Gloſ. in d. l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir, ſol. matr. in ver. ſtatuendum eſt*, vbi opponens de *tex. in l. ſi maritus, la prima, in ver. ſeparata, verſ. licet*, concordãdo diſtinguit in *d. §. ſi vir*, fuiſſe mulierem accuſatam de adulterio, & condemnatam, & ob id amiſiſſe ea, de quibus ibi, & in *d. l. ſi maritus*, fuiſſe accuſatum tantum, & cõdemnatũ, & ſic ex Gloſ. clarè percipitur, quòd ſufficit, vt interueniat condemnatio ad hoc, vt dicatur de delicto conſtare, non autem, quod fuerit impoſita minor pœna, vel maior, cum dicat *Iuriſcon. in l. quod ad ſtatũ damnatorum,*
113 *ff. de pœnis*, ſententiam, non genus pœnæ ſpectamus.

Nec etiam refragatur iſtis, inquiſitum non fuiſſe confeſſum delictum, nam in caſu, quo cõſuluit *Alex. de Neuo in præalleg. conſ. num. 6.* nec dicta mulier erat confeſſa delictum, ſed tantummodo indiciata de eo.

Secundò. Hoc non procedit reſpectu inſcriptionis factæ per ipſum inquiſitum contra eius vxorem, vt ex facto conſtat, & inficiari non poteſt, & ſic ſumus in terminis, in quibus loquitur *Imperator in d. §. quia verò plurimas, in verſ. ſi vir, de adulterio inſcripſerit vxorem.*

Et vltimo non obſtat inquiſitum non fuiſſe confeſſum delictum ore proprio, nam hoc in terminis declarat *Clar. in §. fin. quæſt. 2. nu. 2.*
114 *verſ. vnum tamen nota*, quo in loco pũctualiter declarat id, quod dicitur inquiſitum non poſſe condemnari ad intereſſe, niſi quando delictum ſit confeſſus, vel, ſecundum alios, de eo conuictus, eſſe intelligẽdum, dummodo eadem lex, quæ imponit pœnam criminalem, non im-

ponat etiam rei restitutionem, & consequẽter cum in casu nostro *eadem lex in d. §. quia verò plurimas, vers. si vir, de adulter.* imponat pœnam criminalem, dum dicit, quòd illis quoque maritus subijciatur supplicijs, &c. Et expressè caueat super rei restitutione, dum statuit, quòd vxor dotem habeat, & donationẽ propter nuptias lucretur, cessat ergo omnis difficultas in quouis capite dictarum oppositionũ, & sic &c.

Scipio Rouitus.
Philippus Pascalis.

Tenor verò sententiæ condemnatoriæ talis est, videlicet.

IN causa Antonij Musacchi patris, & hæredis quondam Annæ Musacchiæ eius filię cum Io. Iacobo de Curtis marito ipsius Annę, & Paulo de Curtis patre, & fideiussore ipsius Io. Iacobi super solutione antefati, vt in actis.

115 Visis actis omnibus, & sententia criminali condemnatoria ad triremes in perpetuum, lata per Regium Collaterale Consilium sub die 17. Decembris 1599. contra prædictum Io. Iacobum ob necem iniustè ab eo illatã d. quondã Annæ eius vxori, & facta de prædictis relatione suę Excellentiæ in Collaterali Consilio per Generalem Auditorem Exercitus, causæ prædictæ Commissarium, audītis partibus in eorum iuribus.

Idẽ Illustriss. & Excellentiss. Dominus Prorex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis de voto eiusdẽ Regij Collateralis Consil. & ipsius Generalis Auditoris, causæ Cõmissarij prouidet, decernit, atque mandat dictos Io. Iacobum de Curtis principalem, & Paulum de Curtis patrem, & fideiussorem condemnandos esse in solidum, & condemnari debere, prout præsenti decreto diffinitiuo condemnat, & condẽnari mandat ad soluendum, & consignandũ dicto Antonio Musacchio patri, & hęredi d. quondã Annæ petitum antefatum ducatorum mille, & noningentũ in capitulis matrimonialibus promissum. Verum respectu dicti Pauli tantum exequutio fiat post obitum ipsius Pauli, iuxta eiusdẽ promissionem contentam in instrumento dotali factam sub die 19. Augusti 1596. neutram in expensis condemnando, ex causis &c. hoc suum &c. Gorostiola Regens, De Ponte Regens, Constantius Regens, de Castellet Regens, D. Lopez Suarez.

Lectum, latum die 24. Maij 1603. Neap. præsentibus &c. Octauius de Cordoua actorum magister. Copia meliori semper salua. Octauius de Cordoua actorum Magister.

CAPVT SEXTVM.

Filiusfamilias in quibus casibus obligetur tam de iure communi, quam attenta dispositione regiarum pragmaticarum huius Regni? Et an teneat obligatio sui fideiussoris? Et an effectus sui iuris possit ratificare contractum, contradicente eo, cum quo contraxit? Et quid si sequatur ratificatio patris? Et an sub dispositione Regiæ Pragmaticæ comprehendantur exteri contrahentes in hoc Regno? Et an & quando sub dispositionibus statutarijs comprehendantur clerici actiue, & passiue? Et quid si filiusfamilias contrahit, vel quasi contrahit cum fisco? Et an filiusfamilias censeatur prohibitus ludere? Et qui sunt ludi prohibiti? Et an & quando filiusfamilias possit donare causa mortis? Et an possit donare eidem patri cum eius consensu? Et an obligetur in bonis castrensibus, seu quasi castrensibus? Et quid si habitat seorsum à patre? Et quæ requirantur, vt valida sit emancipatio, vel præsumatur? Et demum an & quando filiusfamilias gaudeat beneficio totius tituli, ff. & C. quod cum eo, &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias de iure communi ex contractu mutui tantum non obligabatur beneficio Macedoniani, de quo dubium erat, an locum haberet quando asseruerat se patrem familias, sed in alijs contractibus obligabatur, & nu. 2 & 3.*

Hodie verò per Regiam Pragmaticam, omnes contractus filijfamilias sine præsentia, & consensu patris sunt nulli, non obstante falsa assertione cum iuramento, imò nec criminaliter proceditur ratione periurij, nec notarij possunt apponere clausulam, quod viuat seorsum à patre, nu. 3. 4. & 5.

6 *Filiusfamilias aduersus liquidationem instrumenti, opponens se esse sub potestate patris, non debet interim carcerari contra opinionem Carauitæ, & nu. 7. & 10. & nu. 9. declaratur cons. Alex. 22. vol. 6.*

Fallit si filius in instrumento asseruerit cum iuramento se non habere Patrem, vel si tempore contractus non constet patrem fuisse viuum, qualitas enim à statuto requisita semper probanda est ab eo, qui se fundat in ea. nu. 11. Et ideo tunc ad filium spectat probare Patrem viuere. nu. 12. & 14.

8 *Cessionarius tenetur probare suum creditum, pro quo cessionem obtinuit, aliunde quàm ex confessione cedentis.*

11 *Filius debitor an teneatur probare patrem suum adhuc viuere, & nu. 14.*

13 *Filij cautela tradita ab Angelo, vt annullet processum, dicendo, quod pater viuit, & nō potuit esse in iudicio sine illius consensu impugnatur ab Aretino, & sequacibus.*

15 *Fideiussio est nulla si accessit obligationi nullæ filijfamilias.*

Primo limitatur, si non accessit vt Fideiussor, sed cum filiofamilias tanquam correus insolidum se obligauit proprio nomine, & num. 17.

Secūdo limitatur, si creditor ignorabat illum esse filiumfamilias, eod. nu. 17. in fi.

16 *Fideiussio non valet quādo accessit obligationi clerici nulla ipso iure, quia se submisit Iudici sæculari.*

19 *Filiusfamilias faciendo contractum sibi vtilem, siue quemlibet actum sine patre, an effectus sui iuris possit cogere aduersarium ad obseruantiam illius, & nu. 20. vsque ad 26. vbi concluditur non posse, quādo ab initio fuit nullus.*

22 *Ecclesiastica rei alienatio sine sollemnitatibus, an sit obseruanda, si ecclesia velit stare contractui, & nu. 23. & seq.*

27 *Filijfamilias contractus factus sine præsentia & consensu patris conualidari non potest per subsequentem ratificationem patris.*

28 *Filijfamilias contractus valet, si cum eo obligatur etiam pater in casu statuti prohibentis eum sine patris consensu obligari, cum præsumatur consensus tacitus patris, & num. 29.*

Sed attenta Regia Pragmatica, quæ requirit consensum expressum non valeret contractus, nu. 30.

31 *Filiusfamilias contrahens extra Regnum sine patris consensu, si conueniatur in Regno non potest se tueri exceptione Regiæ Pragmaticæ.*

32 *Filiusfamilias exterus in hoc Regno contrahens, comprehenditur sub Regia Pragmatica Macedoniani.*

33 *Clericus filiusfamilias an comprehendatur sub Regia Pragmatica Macedoniani, & n. 34. cum seq. & nu. 38.*

36 *Clericus filiusfamilias acquirēs aliunde, quā contemplatione Ecclesiæ, an patri quærat vsumfructum.*

Quid si ante clericatum habuerat bona aduentitia, nu. 39.

37 *Clericus filiusfamilias potest testari, etiam si in minoribus sit constitutus.*

40 *Clericus, an & quando subiaceat statutis laicorum.*

41 *Clericus an pro se vti possit beneficio statuti, remissiuè, & nu. 46. & 49.*

42 *Clerico an competat ius congrui, vel detur contra clericum, remissiuè.*

43 *Clericus an possit disponere de bonis antiquis vltra medietatem, non obstante Neapolitana consuetudine, remissiuè.*

44 *Clericus agens in foro seculari contra laicum, an possit probare depositum vltra libram per testes, remissiuè.*

45 *Statutum quod causæ compromittantur inter coniunctos, an liget clericos, remissiuè.*

46 *Clericus an gaudeat beneficio statuti excludentis fœminas propter masculos, remissiuè.*

47 *Clericorum animalia damnum dantia, an subiaceant pœnæ statutariæ, remissiuè.*

48 *Edicta tempore pestis pro bono publico, an ligent clericos, remissiuè.*

49 *Clericus, an vtatur beneficio statuti circa liquidationem instrumenti contra debitorē laicum, remissiuè.*

50 *Ecclesia, & eius vassalli, an comprehendātur sub Regia Pragmatica, mandante, vt latrones possint capi etiam in alieno territorio, remissiuè.*

51 *Clericus an tempore penuriæ possit cogi ad vendendum frumentum, & alia victualia, remissiuè.*

52 *An frumenta clericorū, et ecclesiarū tpe penuria*

ria comprehenduntur sub generali taxa.

53 *An Coloni ecclesiarum, & ecclesiasticae personae sint immunes à muneribus realibus? & nu. 55. remissiuè.*

54 *An pro annua praestatione qua soluitur baronibus teneantur etiam clerici, ad quos bona peruenerunt? remissiuè.*

56 *An ecclesia teneatur ad onera realia pro bonis à laicis quaesitis? remissiuè.*

57 *An Clerici possint se spontè obligare ad solutionem gabellae? remissiuè.*

58 *An clerici veniant appellatione vassallorum, & subditorum Regis? remissiuè.*

59 *An dispositio Regia pragmatica prosit filijsfamilias contrahentibus cum fisco?*

60 *Articulus an constitutio Regni constitu. Diuae memoriae, qui requirit spetialem assensũ in alienatione rei feudalis habeat locum, quando vassallus contrahit cum principe, vel Regia Curia plenè discutitur, num. 61. cum plurib. seq.*

61 *Regia Pragmatica edita Thori non comprehendit Fiscum.*

62 *Rex, seu Prorex assentiendo alienationi rei feudalis non censetur sibimet, et eius Fisco praeiudicare.*

64 *Princeps non praesumitur velle praeiudicare iuribus tertij, et de plenitudine potestatis.*

68 *Filiusfamilias, qui non obligatur fisco ex contractu, an obligari possit ex quasi contractu, et nu. 71. 76. 77. 78. 79. vbi etiam declaratur regula, quod iudicium cum filiofam. siue sit reus, siue actor est nullum.*

69 *Administrans pecunias Regiae Curiae, & eis vtens, qualiter teneatur, et nu. 73.*

70 *Filiusfamilias prohibitus alienare, an censeatur etiã prohibitus alienare delinquendo, nu. 74. et nu. 80.*

72 *Verba dispositionis quando non conueniunt, nec ipsa dispositio conuenire censetur.*

75 *Lex prohibens minorem, et prodigum se obligare, non trahitur ad obligationem orientem ex delicto, et quasi.*

81 *Filiofamilias administrante publicum munus, obligatur etiam pater si sciuit, et non contradixit, quia videtur fideiussor pro filio, et nu. 83.*

82 *Pater Castellanus tenetur pro filio quem reliquit Arcis custodem.*

84 *Filiusfamilias prohibitus contrahere, an ex identitate rõnis cẽseatur prohibitus ludere.*

85 *Pater non solum repetit amissa per filium in ludo prohibito, sed etiam in permisso.*

86 *Pecunia repetitio cõceditur psonis sui iuris, si amittatur in ludo phibito, nõ in permisso.*

Quid in foro conscientiae, nu. 90. remissiuè.

Limitatur quando adest consuetudo in contrarium, nu. 87.

Sublimitatur hoc, quando committitur fraus vel falsitas in ludo, quia repetitur pecunia, siuè ludus sit phibitus, siue permissus, n. 88.

In qua fraude probanda admittuntur personae viles, et malae conditionis, nu. 89.

91 *Ludi prohibiti qui sunt, et qui permissi, et num. 92.*

Et multa contra lusores, nu. 95. remissiuè.

93 *Scommessa declarantur quae licita, et quae prohibitae sunt.*

Et an possint fieri super sententia certo modo ferenda, nu. 94. remissiuè.

96 *Ludi domum tenens si verberetur, vel furtum patiatur, nullam habet actionem, et si occiditur, poena est arbitraria, nu. 97.*

Quod intelligitur si tenens domum ad ludendum publicè percipiendo lucrum nu. 98.

Secus si causa recreationis, nu. 99.

100 *Ludentium contractus inualidi an sint, remissiuè.*

101 *Promissio de nõ ludendo sub certa poena tertio applicanda, valet.*

Et an incurratur poena per inspectionem, et assistentiam in ludo, nu. 102. remissiuè.

103 *Filiusfamilias an possit facere donationẽ causa mortis sine expresso patris consensu, cum seq. vsque ad nu. 110.*

Sed ad illam confirmandam sufficit sola mors filij, nu. 104.

Et an cõsensus generalis patris praecedẽs sufficiat, nu. 109. 110. et 115.

107 *Filiusfamilias habens bona, in quibus Pater non habet vsumfructum, an possit illa donare inter viuos sine patris consensu.*

Quid si donet causa mortis, nu. 108. et 114.

110 *Donatio facta à filio eius patri, si eius cõsensus generalis praecesserat, an valeat?*

113 *Donatio facta per filium eius patri cum suo consensu non valet ex magis communi Doctorum opinione.*

116 *Testamentum filijfamilias cum expresso cõsensu patris valet in vim donationis causa mortis, si adest clausula codicillaris, et n. 119*

Dũmodo sit praesens ille cui sit relictũ, nu. 117.

Et requiritur etiam stipulatio, vel pactum, nu. 118.

120 *Donatio causa mortis quoad eius exequutionem magis vltimae voluntati accedit.*

121 *Donatio causa mortis filijfamilias sine patris consensu non confirmatur, si effietatur postea sui iuris.*

122 *Filiusfamilias an possit sine patris consensu extraneo donare bona sibi à patre donata? remissiuè.*

123 *Filiusfamilias in se suscipiẽdo onus soluẽdi aliquod ex debitis paternis an iuuetur Macedoniano.*

124 *Filius non iuuatur Macedoniano, si conue-*
niatur

niatur à creditore patris pro pecunia mutuata pro necessaria filij alimentatione.

125 *Filius in bonis castrensibus, & quasi, potest sine patris consensu obligari, non obstante Macedoniano, sed in bonis prædictis tantũ exequitur, non di persona.*

126 *Habitatio filijsfamilias seorsum à patre, quo intelligitur ad hoc, vt valeat eius obligatio.*

127 *Filius emancipatus potest contrahere sine patris consensu.*

128 *Emancipatio ad vnum actum non prodest, vt filius rectè obligetur, quia debet esse generalis.*

129 *Emancipatio facta per procuratorem non valet ante ratificationem.*

130 *Emancipatio an debeat fieri coram Iudice iurisdictionem habente.*

131 *Filijfamilias obligatio, an valeat, si communiter reputabatur emancipatus.*

132 *Emancipatio quanto tempore præsumatur.*

133 *Filiusfamilias solemniter obligatus, si deinde emãcipetur gaudet beneficio tituli, quod cum eo, &c.*

134 *Exceptio beneficij quod cum eo, &c. an post sententiam, & aduersus liquidationem opposita impediat exequutionem, non obstante iuramento, & generalibus renunciationibus.*

Quid si dicta exceptioni esset specificè renunciatum cum iuramento, nu 135.

Et an requiratur certioratio cum specialissima renunciatione, eod. nu. 135.

136 *Filiusfamilias minor obligatus cum patre, & postea maior factus, secuta ratificatione, vel si per plures annos contractũ non impugnauit, ex hac tacita ratificatione non excluditur a beneficio, quod cum eo, &c.*

137 *Beneficium, quod cum eo, &c. in quibus casibus cesset, & quid in filiofam. doloso, num. 138. remissiuè.*

1 X eodem quoque patriæ potestatis iure procedit id, quod ex Senatusconsulti Macedoniani beneficio cautum fuit, ne filijfamilias ad restitutionem pecuniæ mutuo acceptæ absque paterno consensu cogi possint, vt *toto tit. ff. &* C. *ad Macedon.* quæ laudabilis iuris cõmunis prouisio per Pragmaticas huius Regni fuit multipliciter ampliata, dum enim illius Senatuscõsulti beneficium in
2 vno tantum casu filijsfamilias prospexerat. Siquidem ex omni alio contractu obligari poterant, *l. tam ex contractibus. ff. de iudic. & l. fi. liusfamilias. ff. de actio. & oblig. cum alijs allegatis per Affl. in decis. 308. nu. 3. & plenè per Ant. Gomez. in 2. lib. varia. resolu. cap. 1. num. 2. & in cap. 15. nu. 11. & seq.* Sed si pecuniam mutuo accipiebant illis succurrebatur per exceptionem Macedoniani, ne molestari possent, vt cauetur *in l. 1. & toto tit. ff. &* C. *ad Macedon.* & optimè explicat idem *Anto. Gomez. in d. 2. tom. varia. resol. cap. 6. num. 2.* iam plenius hoc beneficium fuit ampliatum per *Reg. Prag. quæ incipit, Per excellentem, sub tit. de Senatusconf. Maced.* per quam prouisum fuit omnes contractus, qui quomodocunque fiunt à filijsfamilias sine præsentia, & consensu patris
3 esse nullos. Item quod attenta iuris communis dispositione dubium erat apud Doctores, num dicti Senatusconsulti beneficium locum haberet, quando filiusfamilias falsò asseruerat cum iuramento se esse patremfamilias, seu viuere seorsum a patre, iux. not. per *Aut. de Canar. in tract. de exequu. instrum. in 18. quæst. nu. 39. & seq. & plenè per* Couar. *in c. quamuis pactum, de pact. in 6. in 1. par. relect. §. 3. num. 4.* per eandem Regiam pragm. videtur esse resolutum, quòd non obstante huiusmodi falsa assertione iurata, nulla sit obligatio. Idq; à principe seculari fieri potuisse pluribus rationibus, probat *Gramma. in decis. 12. per tot.* & *latius in consi. eiu. 159. plenè Carau. in commẽt. eiusdem prag. §. 17. num. 3. & seq.* & pleníssimè *Io. Guttier in repet. auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. nu. 45. cum plur. seq.* Ve-
4 rùm quia ratione periurij, quod filijfamilias ex huiusmodi falsa assertione incurrebãt, aliquando eos fuisse criminaliter punitos, refert *Vrsil. in addit. ad Affl. in d. decis. 308. num. 16.* Ideo edita fuit alia pragmat. 64. §. 9. *sub tit. de offic. procura. Cæsar.* qua cautum fuit, quod filijfamilias pro huiusmodi falsa assertione iurata nullam pœnam incurrant; nam qui contrahit cum filiofamilias eius conditionem scire tene-
5 tur. Imò ex particulari priuilegio concesso ad supplicationem fidelissimæ Ciuitatis Neapolis fuit specificè ordinatum, quod in obligationibus filiorumfamilias nullo modo notarij apponant clausulam, quòd viuunt seorsum à patre, & si secus quam cum consensu, & præsentia patris fiant, sint nullæ, vt patet in *cap. 10. inter gratias concessas per Ducem Ossunæ insertas in volumine capitulorum, & priuilegiorum Ciuitatis Neapolis. fo. mihi 173. à ter.* cuius etiam meminit *Rouit. super d. pragm. 1.*
6 *de Senatusc. Maced. nu. 1.* Ex quibus puto non esse vndiq; tutam conclusionem fundatam per *Carau. in commen. d. pragm. §. 12. nu. 1. & seq.* dum asserit, quod si filiusfamilias citatus super tenore instrumenti opponat nullitatem cõtractus ex eo, quod est sub patria potestate. Debet

interim carcerari, donec doceat se esse sub paterna potestate constitutum, ea ratione motus, nam cum hoc sit fundamẽtum suæ intentionis, debet illud probare in vinculis, licet.n.quoad debitum sit reus,in exceptione tamen est actor,
7 *l.1.ff.de except.& l.ei qui,ff.de probat.* Verius enim est, quòd filiusfamilias, qui dicit se esse sub patria potestate constitutum habet intẽtionem fundatam,nã paternitas præsumitur,cùm nemo sine patre nascatur, *l.si quis patrem, ff. ad Maced.* & data paternitate, præsumitur patria potestas,*l.filium diffinimus,ff.de his, qui sunt sui,vel alien.iur.* & *l.si emancipati,cum ibi not.per Doct. C.de collat.* Nec aliquid creditori prodesse potest falsa assertio ipsius debitoris,si fortè se emancipatum asseuerauit, nam cùm hæc exceptio Macedoniani inducta sit in odium creditorum,iuxta not.*in l.1.ff. ad Maced.* In dubio præsumptio est contra creditorẽ, quòd ex falsa filijfamilias assertione deceptus non fuit,ex quo sciuit,vel scire debuit eius cõditionem, & sibi imputandum est, si veritatem non inuestigauit,vt plenè inquit *Gram. in d. decis. 12.nu.10.& seq.* Nec obstat aliud argumentũ, quòd in hac exceptione filiusfamilias est actor, & is,qui patriã potestatem allegat pro fundamento suæ intentionis,eam probare tenetur, iuxta not.per *Corn.in consi.104.nu.6.& in cõs.208. nu.4.in fi.vol.3.* licet enim nemo nascatur sine patre,nihilominus patria potestas non oritur, nisi ex legitimo matrimonio,quod non præsumitur,nisi probetur, iuxta plenè cumulata per *Menoch.de præsump.lib.3.præs. 1.per tot.* Nã hoc argumentum procedere posset attenta dispositione iuris communis,per quod filiusfamilias mutuum recipiens,ciuiliter,& naturaliter obligabatur, sed ex beneficio Senatusconsulti Macedoniani per viam exceptionis creditorẽ repellebat,vt inquit *Glo.& Bar.in d.l. 1.ff. ad Macedon.& Ant.Gomez in 2.lib.varia.resol. c.6.nu.2.& Couar.in d.c.quamuis pactum, in 2.par.relect.§.3.sub nu.4.* Sed attenta dispositione dictæ Regiæ pragmaticę omnes contractus,qui fiunt à filijsfamilias absq; pręsentia,& consensu paterno,sunt ipso iure nulli,nam tradita est certa forma cum clausula annullatiua, iuxta not.per *Fel.in c. cum nulli, de rescript.* exceptis tantum duobus casibus,scilicet quãdo filijfamilias sunt emancipati,vel viuunt seorsũ ab eorum patribus cum eorum vxoribus, & familia. Vnde cum regula prohibitiua sit contra creditorem,certum est, quòd si agit contra filiumfamilias, tanquam solutum à patria potestate per emancipationẽ,vel ex eo,quod viuit seorsũ à patre, onus probandi hanc qualitatẽ incumbit ipsi creditori, cùm sit fundamentũ suæ intentionis, nam status mutatio in filiofamilias non pręsumitur,*l.eum qui,ff.de probat.* & modi ex quibus patriæ potestatis soluitur, cùm in facto consistant probationẽ requirunt,iux.no. per *Menoch.de præsump. lib. 6. præsump. 55. num.8.* Nec creditur ipsi filio,asserenti,se esse emãcipatum,vel viuere seorsum à patre, etiam cum iuramento,nã in his,quæ sunt regulariter à iure prohibita,& certo casu permissa, nõ statur verbo dicentis subesse casum permissum, *l.qui testamentum,ff.de probat.& l.cum quis decidens,§.Titia,ff.de legat. 3.* vt in simili not. *Gramm.in decis.79.nu.16.& seq.* Et hoc videtur in spetie prouisum per eandem pragmaticam,dũ expresse dicit, quòd si filij familias falsò asseruerint se esse patresfamilias, imputetur stipulantibus, & acta non teneant, vnde apertè constat de hac qualitate standum non esse assertioni ipsius debitoris, alioquin in eius potestate esset,asserendo se emancipatum fraudare dictam pragmaticam, & eius dispositionem cum tam matura deliberatione factam,penitus elusoriam reddere,vt benè considerat *Socin.in consi.23.nu.14.vers. & probatur vol. 3.* quem refert *Carau. in comment. d.pragm. §. 12.nu. 14.* Idque magis expresse declaratum videtur per *d.ctam pragm.64.§.9.de offic. procur.Cæsa.* in qua dicitur ex huiusmodi falsa assertione nullam pœnam filiumfamilias incurrere,nam creditor,qui cum eo contrahit,tenetur eius conditionem inuestigare, quod maxima cum ratione ordinatum fuit, nam ad iustificandum actum de iure prohibitum, præsumpta ignorantia,nõ admittitur, *ex not.per Bal. Salyc.& alios in l.1. & in l. pen.ff.ad Maced.* & de partium assertione ad iustificationẽ actus prohibiti non curatur,iux.not.per *Doctio. in l.*
8 *si fortè ff.de castr.pecul.* Hinc est,quòd cessionarius ex causa onerosa, qui ex iuris dispositione prohibetur actiones cessas exercere,nisi tantum pro summa verè cedenti soluta,per *tex. in l.per diuersas,& in l.ab Anastasio, C. mand.* si cessionẽ producat sibi factam ab aliquo asserto creditore ex causa dationis in solutum,ante omnia tenetur suũ creditum fundare, pro quo cessionem obtinuit, aliunde quam ex confessione cedẽti, vt notabiliter dixit *Iacobin.in l.1. nu 30.C.ne lice.potentior.post Bar.in d.l. per diuersas,nu.13.& Ang. ibidem num. 4. vers. attende tamen,Rom. in consi.450. Menoch.de præsumpt.lib.3.præsumpt.129. num.26. Rot. Lucen.in nouissimis decisionibus.in decis.143. vers.nec obstat,& plenissimè Farin.in tracta. de falsit.& simul.q.162.nu.37.cum plurib.seq. qui num. 42.* hanc conclusionem notabiliter ampliat procedere non solum quando ceditur ius litigiosum, sed etiam quando fit cessio alicuius actionis penitus indubitatẽ, idq; probat authoritate *Putei in decis.22.prope finem, lib.3.& Peregr.in decis.41.*& *50.lib.2.* contra opi-

opinionem *Hier.Gabr.in cõs.67.nu.7.& seq. lib.1.& Cresent.in decis.216.incip.cessio iuris,sub tit.de cess.act.& in decis.10.sub tit.de sent.& re iud.*quod est valde notandum. Nec
9 prędictis obstat doctrina *Alex.in cons.22.in 6.vol.* qui in proprijs terminis consuluit contra filiumfamilias, qui se emancipatum falsò asseruerat,nam idem *Alex.ibidem nu.1.* fatetur se concurrere ad consulendũ pro validitate obligationis,non ex hoc capite assertę emãcipationis,sed quia interuenerat patris cõsensus: imò ad fundandum,quòd ad validandum contractũ assertio emancipationis non sufficit, allegat in spetie *Iac.de Belu.relatum à Io.And.in add.ad Speculat.in tit.de sent.prol.§.vt autem,in addit.incip.ad hęc*,ponderãdo tex.ad hoc propositum valdè notabilẽ *in l.quid enim,iuncta l.praced.in fi.ff.de dolo*, vbi contra pupillum, qui mentitus fuerat,datur actio de dolo,ex quo oritur necessaria consequentia,quod actus erat nullus, alioquin daretur actio ex eodem cõtractu, non de dolo, quæ est subsidiaria, *l.1.§.ait*
10 *prator,ff.de dolo.* Nec denique obstat,quòd ad fundandam patriam potestatẽ, requiritur probatio matrimonij inter parentes,quod nõ pręsumitur,nisi probetur, nã dupliciter respõdeo. Primo,quòd hoc haberet locum,quãdo in hac exceptione filius esset actor,prout pręsupponit *Carau.in cit.loco*,sed ex supradictis probatum est contrarium. Secundò dico, quòd in dubio, filius pręsumitur ex legitimo matrimonio procreatus,cùm semper capienda sit ea interpretatio,ex qua delictũ excludatur, *l.meritò,ff.pro soc.* Vnde si testis simpliciter dicat,talem esse filium talis, intelligitur probatũ, quòd est filius legitimus,& naturalis,vt in spetie dixit *Alber. in d.l.filiũ diffinimus,nu.11.& in l.si vicinis, C.de nupt.*& alij,quos refert *Io.Bapt.Asin.in prax.iudiciar.de modo proban.filiat.c.10.per totum,pulchrè Card.Paleot.in tract.de noth.& spur.c.20.sub nu.3.& Menoch.de prasum.lib.6.pras.54.nu.20.cum plur.seq.* licèt enim matrimonium regulariter nõ præsumatur, tamen fauore filiorũ ad hoc vt sint legitimi, præsumitur, *c.lator, cum ibi not.per Abb.qui fil. sint legit.vt notat idem Menoch.in ead.pras.54.nu.25.* & ratio est,nam cùm necesse sit,homines nasci ex aliquo coitu,in dubio præsumẽdum est potius eos esse susceptos ex concubitu licito, quam illicito, iuxta not.per *Bal.in l.filium,nu.1.ff.de his, qui sunt sui, vel alien.iu. & in l.1.nu.35. C.de ijs,qui accus.non poss.& per eundem Menoch.de arb.iud.cas.89.nu.23.* qua ratione etiam infantes expositi præsumuntur orti ex legitimo matrimonio, vt notabiliter concludit *Card.Paleot.in d.tract.de noth. et spur.c.63.per totum.* Contraria verò opinio procedit, quando pater agit contra filiũ tamquam sub patria eius potestate constitutum, & filius excipit se esse sui iuris, negando, quòd sit ex legitimo matrimonio procreatus, quo casu cùm patris fundamentum sit matrimoniũ, ad finem fundãdi patriam potestatem, tunc suum onus est illud probare,prout constat ex ijs,quæ plenè refert *Barbos.in l.Titia,num.11.vers.ad veram nihilominus resolutionem,ff.sol.matr. & Menoch.de prasump.lib.6.pras.55.nu.14. & seq.* Ex his ergo nullo modo dubitari posse arbitror, quòd licèt aduersus liquidationẽ publici instrumẽti nulla exceptio opponi possit, nihilominus hæc exceptio,quòd debitor est filiusfamilias,& consequẽter,quòd vigore Reg. pragmat. obligatio est nulla, impedit liquidationẽ instrumenti, cùm oriatur ex alio statuto, quæ nunquam censetur reiecta, prout in proprijs terminis cẽsuit *Ant.de Canar.in d.tract. de exeq.instr.q.17.per tot.* Et hæc conclusio,
11 ni fallor,ex præmissis est bene fundata. Verùm hanc cõclusionem intelligendam,& declarandam, puto tunc habere locum, quando ex eodẽ instrumento, vel ex confessione creditoris constat debitorẽ habuisse patrem tempore obligationis,sed prætenditur eũ esse à vinculo patrię potestatis solutum per emancipationem,vel ex eo,quòd viuit seorsum ab eo, nam eo casu, non obstante assertione iurata ipsius debitoris, tenetur creditor hãc qualitatem aliunde probare,cùm sit fundamentum suæ intentionis, vt supra demonstrauimus, secus verò si non constat patrem debitoris fuisse viuum tempore cõtractus, vel si ipsemet cum iuramẽto asseruit non habere patrem, nam hoc casu essemus extra terminos Reg. prag. quæ solùm loquitur de filijs patrem habentibus, & sic præsupponit hoc factum indubitabile, nam ad hoc vt statutum locum habeat, liquidè constare debet de qualitate ab eo requisita, iuxta not. per *Alex.in cõs. 88.nu.2.volum.4.* & alios, quos plenè refert *Gram. in cons.post decisiones impresso in materia foriudicationis,nu.50.& seq.* vbi plenè probat, quòd iudex secularis non potest contra clericum assassinum procedere, nisi de hac qualitate prius plenè constet, cùm hæc qualitas suam fundet iurisdictionẽ, pro qua conclusione multos alios concordãtes allegat *Baiard. in addit.ad Iul.Clar.in q.44.nu.59.* & multa ad hoc propositũ quoque referunt *Pet.Cabal. in tract.de omni gener.homic.nu.519.& seq. Hippol.in pract.crim.in §.et quia,per totum, plenè Bursat.in cons.69.lib.1.Bertaz.in cons. crim.50.per totum lib.1.plenissimè Mascard. de probat.in concl.1254.incip.qualitas,per totum,& Farinac.in cons.10.num.23.& seq.& nu.26.& in cons.76.nu.3.& seq.* Vnde si debitor citatus super tenore instrumenti, allegat se esse filiumfamilias, non obstãte, quòd tempore obli-

obligationis iurauerat non habere patrem, tūc sine dubio crederem, quòd procedi debet ad liquidationem, & eius exequutionem, ex regula *tex. in l. 1. C. ad Senatusc. Maced.* præsertim si verisimiliter creditor ignorabat conditionem debitoris, & ex eius assertione fuit deceptus, iuxta not. per *Tiraq. de legib. connub. in glos. fin. 8. num. 135.* & plenè per *Io. Guttier. in d. auth. sacramenta puberum, nu. 55. & seq.* & in his terminis procedere potest doctrina *Carau. in rit. 166. nu. 76. & seq.* vbi melius hunc articulū explicando, inquit, quòd si per instrumentum publicum apparet, quòd is, qui filiumfamilias esse asserit, patrem habet, non detinetur, si verò hoc non constat ex facie instrumenti, tunc allegans patriam potestatem, tenetur eam probare in vinculis, & interim liquidatur instrumentum, alioquin nūquam posset practicari dictus ritus, nec ad aliquam liquidationē procedi, semper enim debitor ad euitandam viam exequutiuam, hanc exceptionem allegaret. Et hic est casus valde diuersus à præcedenti, nam ibi creditor est actor etiam in exceptione, dum præsupponit debitorem esse a patria potestate solutū, & ideo cùm opus habeat probatione extrinseca pro sua intentione fundanda, non mirum est, si non potest procedere via exequutiua, in hoc autē casu reus excipit, & allegat qualitatem, sine qua gaudere non potest beneficio statuti, & ideo opus est, quòd eam probet, nam ipse est, qui pro fundamento suæ intentionis allegat patrem viuere, & idem sibi incumbit onus probandi, iux. not. per *Galiaul. in rub. de verb. oblig. nu 160. vers. in hoc tamen membro,* & alios quos ad hoc propositum refert *Menoch. in d. præsumpt. 55. nu. 11.* Cui
12 conclusioni non obstant si dicatur, quòd debitor allegando patrem viuere, in hoc etiam habet fundatam intentionem ex iuris præsumptione, cum quilibet præsumatur viuere centum annis, ex not. per *glos. in l. fin. C. de sacros. eccles.* & alios relatos per eundem *Menoch. in eod. 6. lib. præs. 49. nu. 9.* dupliciter enim responderi potest, Primo, quòd contraria opinio est verior, prout multis authoritatibus, rationibus, & exemplis pleniffimè probat idem *Menoch. in ead. præs. 49. nu. 2. cum plur. seq. tex. enim in l. an vsufructus ff. de vsufr.* in quo Doctores, qui hanc propositionem fundant, decepti sunt, non dicit, quod homo præsumitur viuere centum annis, sed quod possibile est vsque ad eam ætatem viuere, & non vltra, cum hæc sit magis longæua hominis ætas, vt benè animaduertit *Bal. in l. iura ff. de legib. & Corn. in cons. 181. nu. 25. vol. 2. & in cons. 203. nu. 8. vol. 3.* Et licet possibile sit, non tamen est verisimile, cum rarò hoc contingat, & ideo non præsumitur, nam præsumptio fundatur in his quæ sunt verisimilia, & frequenter accidunt, vt benè cōsiderat idem *Menoch. in allegata præs. 49. sub nu. 10. vers. caeterum*
13 *non satis.* Ex quibus puto veram non esse cautelam traditam per *Angel. in l. sed & si de sua, ff. de acquir. hered.* dum dicit, quod si compilato processu, reus opponat contra actorem, ꝙ est filiusfamilias, & non potuit esse in iudicio sine consensu patris, ex hac exceptione annullabitur processus, nam reus habet fundatā exceptionem ex iuris præsumptione, quòd pater actoris viuit, & actor non poterit probare contrarium, ex quo terminus ad probādum est elapsus, quam cautelam sequitur etiam *Cepoll. in caut. 118.* Nam cùm deficiat principale fundamentum huius conclusionis, ex quo verū non est assumptum, quòd quilibet præsumatur viuere, ideo meritò impugnatur ab *Aretin. in ead. l. & si de sua, & Hippol. in l. si quis nec quæstio, nu. 50. de quæst.* & ab alijs relatis per *Me-*
14 *noch. in ead. præs. 49. nu. 19.* Vel si tenenda est alia opinio, quod ille tenetur vitam, vel mortem alicuius probare, qui eam allegat pro fundamento suæ intentionis, iux. not. per *Bart. in l. si quidem C. sol. matrim. & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præs. 44.* adhuc etiā fatendum est, quod debitor qui hanc exceptionem proponit, quæ in patris vita fundatur, eā probare debet. Notandum autem est, quòd etiā in casu, quo filius tempore obligationis cum iuramento asseruit non habere patrem, si reuera erat sub patria potestate constitutus, illa falsa eius assertio non nocet patri, ita vt pro eius interesse obligationē filij impugnare non possit, vt in simili casu animaduertit *Tiraq. in d. glos. fin. 8. post leges connub. nu. 141.* & ita in proprijs terminis quoque asserit *Io. à Mōte alleg. in 2. lib. prax. ciuil. de exerc. practicar. action. c. 1. §. 44. sub nu. 5.* Imo etiam ipsemet filiusfamilias, qui hanc exceptionem allegat, admitti debet ad eam probandā per testes in promptu, & constito, quòd reuera tempore obligationis erat sub patria potestate constitutus, iudex in vltimo perēptorio decernere debet, quòd procedatur ad liquidationē, sed supersedeatur in exequutione personali pro debito, & pœna, donec aliter fuerit de iustitia prouisum super prætensa nullitate contractus, super qua exceptione postea dabit terminum, & procedet in causa, prout docet *Carau. in d. ritu 166. nu. 77.*
15 Insuper pro declaratione dictæ Reg. pragmat. & principalis nostræ conclusionis, sciendū est, quod non solū obligatio filijfamilias est nulla, non obstante, quòd iurauerit viuere seorsum à patre, vel se esse emancipatum, sed si huic obligationi, & assertioni fideiussor accedat, ex

quo

quoque eſt nulla, ex quo deficit fundamentum, cui fideiuſſio inhærere poſſit, vt patet ex relatis per *Tiraquell. de legib. connubial. glo. 4. nu. 14. & plenè per Carau. in d. pragm. §. 17. num. 35. & ſequin.* quæ concluſio confirmatur ex ijs, quæ pleniſſimè tradit *Borgnin. Caualc. in deciſ. Fiuiz. 31. in prima par.* qui pluribus authoritatibus probat, quòd quando ſtatutum to taliter obligationẽ filijfamilias annullat, prout expreſsè per dictam Regiam Pragmat. cautum fuit, tunc etiam fideiuſſoris obligatio penitus euaneſcit, vt in eadem deciſione videri poteſt, *nu. 12. & nu. 33. & ſeq.* prout etiam benè confirmat *Io. Crot. in conſ. 135. nu. 25. & ſeq. vol. 1. & in conſ. 195. vol. 3.* & pleniſſimè *Cepb. in conſ. 437. nu. 22. cum plur. ſeq. vol. 3.* Pro qua concluſione faciunt etiam, quæ plenè notat *Cæſar Barz. in deciſ. Bonon. 99. per tot.* qui pluribus rationibus, & authoritatibus concludit, quòd quando principalis obligatio eſt nulla, & præſertim quando ſtatutum, aut aliqua lex municipalis ei reſiſtit, tunc nullo modo fideiuſſio illi accedens ſubſiſtere poteſt, etiam ſi ſit iuramenti vinculo roborata, quæ concluſio confirmatur ex not. per *Hier. Grat. in conſ. 91. nu. 20. & ſequ. vol. 1. plenè per Sforz. Odd. in conſ. 41. nu. 15. cum plur. ſeq. & Hier. Gabr. in*

16 *conſ. 20. nu. 45. vol. 2.* Hinc eſt, quod ſicut clericus nõ poteſt ſe ſubmittere foro ſeculari, *c. ſi diligenti, de for. compet.* & quælibet eius obligatio eſt nulla, *cap. at ſi clerici, cum ibi not. per glo. de iudic.* ita etiam eſt nulla fideiuſſio, quæ eius obligationi accederet, *l. fideiuſſor obligati, §. fideiuſſor, ff. de fideiuſſor. plenè Vincen. de Franch. in deciſ. 400. per tot.* Et proinde quando clericus eſt actor in foro ſeculari, vbi ex forma tradita per Rit. 200. tenetur præſtare cautionem de reficiendis expenſis, in eodem Rit. Carau. docet practicam, quomodo huiuſmodi cautio ſit capienda, ſcilicet, quòd ſecularis, qui pro eo intercedit, non vti fideiuſſor, ſed principali nomine promittat reficere expenſas in caſu, quo clericus ſuccumbet, pro quibus obſeruandis obliget ſeipſum, & eius bona. Hoc autẽ intelligendum eſt procedere, quàdo clerici obligatio eſt penitus, ac ipſo iure nulla, vt puta quia ſe obligauit ſtare iuri coram Iudice ſeculari, ſecus verò eſt, quando clerici obligatio eſt valida, ſed pro ea habet priuilegium declinãdi forum ad Iudicem Eccleſiaſticum, tunc enim huius exceptionis beneficium non competit eius fideiuſſori laico, vt plenè teſtantur *Hyppo. de Marſil. in rubr. de fideiuſſor. nu. 311. in q. 42. Roman. in ſing. 633. & Guid. Pap. in deciſ. 562. in fi. nu. 5.* Hinc eſt, quod ſi clericus præſtet cautionem de non offendendo aliquem, & eius obligationi accedat fideiuſſor laicus, fracta cautione, licet non poſſit clericus coram Iudice laico conueniri, poterit tamen exigi pœna ab eius fideiuſſore laico, prout per Sacrum Cõſilium deciſum fuiſſe affirmat *Afflict. in deciſio. 206.* pro qua concluſione alios concordantes ibi refert *Vrſill. nu. 1. & ſeq.* eique inhærent *Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap. 50. nu. 70. Camill. Borrell. in conſ. 11. per tot.* & nouiſſimè *Steſan. Guazzin. in tracta. de caut. de non offend. in 2. par. q. 27. nu. 3.* Cuius concluſionis ratio eſt, nam clericus poteſt ſe obligare coram Iudice ſeculari, ita tamen vt conueniatur coram ſuo Iudice eccleſiaſtico, vt in ſpetie animaduertit *Muſcatel. in pract. de fideiuſſor. in 2. par. q. 9. nu. 38.* & conſequenter dum fideiuſſor, validè obligationi acceſſit, non poteſt ſe excuſare ſub prætextu declinatoriæ fori ſuo principali competentis, quæ ipſi

17 non prodeſt. Hinc autem infertur, quod licet obligationi filijfamilias non poſſit accedere fideiuſſor, poterit tamen cum eo in ſolidum alter correus ſe proprio, & principali nomine obligare, & valida erit eius obligatio, præſertim ſi accedat quoque iuramentum, quod operatur, vt cenſeatur obligatus in forma magis valida, & conſequenter quòd cẽſeatur promiſiſſe proprio, & principali nomine, quod non eſt prohibitum, prout inquit *Nat. in conſ. 232. num. 14. vol. 2.* & alij relati per eundem *Caualc. in d. deciſ. 31. nu. 20. & ſeq. & Camill. Borrell. in d. conſi. 11. nu. 11. & ſeq.* qua ratione concludit *Iacob. Macchell. in patrocin. 58. in fi. num. 9.* quod quãdo quis fideiubet pro minore, vel pro quouis alio non valente ſe obligare, licet non teneatur tãquam fideiuſſor, ex quo acceſſit obligationi nullæ, tamen ratione iuramenti tenetur ſaltem tanquam expromiſſor. Hæc autem concluſio videtur fortè procedere poſſe, attenta iuris communis diſpoſitione, per quam contractus filijfamilias non eſt omnino nullus ab initio, ſed attenta diſpoſitione ſtatutaria Regiarum pragmaticarum huius Regni, quæ reſiſtit huiuſmodi contractibus, & eos penitus annullat, etiam obligatio fideiuſſoria ſub quauis forma concepta, & iuramenti vinculo roborata videtur inualida, vt pleniſſimè probat *Cæſar Barz. in alleg. deciſ. 99. nu. 9. cum plur. ſeq.* Verùm animaduertendum eſt, quòd duplici modo cõtractus poteſt eſſe prohibitus, ſcilicet, aut ſimpliciter, aut reſpectiuè. Primo caſu procedit ſupradicta concluſio, quòd nullo modo ſuſtineri poteſt obligatio fideiuſſoria accedẽs contractui, cui lex, ſeu ſtatutum omninò reſiſtit, vt plenè probat *Cepha. in conſ. 437. nu. 22. cum plur. ſeq. lib. 3.* nam cùm nullitas procedat ex defectu formæ, quæ impedit natiuitatẽ obligationis ab initio, nullum adeſt fundamentum, in quo obligatio acceſſoria ſuſtineri valeat. Secundo vero caſu, quando prohibetur con-

contractus respectiuè, tunc videtur sustineri posse obligatio accessoria, nam licet non valeat contractus fauore certæ personæ ob non seruatas aliquas solemnitates, non tamen est omnino nullus, sed volente eo, ad cuius fauorem est inducta prohibitio, & ideo habet interim implicitam aliquam possibilitatem validitatis, vt in contractu minoris plenè probat *Surd. in decis. 70. nu. 22. & seq.* & in contractu filij familias, quòd ei posset fideiussor accedere, notant in specie *Menoch. in cons. 58. num. 71. lib. 1. & Stefan. Gratian. in 1. lib. disceptation. forens. cap. 122. nu. 19. & per tot.* licet autem vera sit hæc distinctio, nihilominus in quæstione proposita nullo iure arbitror fideiussionem accedentem obligationi nulliter contractæ per filiumfamilias sine paterno consensu, attenta dispositione Regiæ pragmaticæ, aliquo pacto sustineri posse, sub quauis verborum forma, nam negari non potest, quòd dũ Regia pragmatica specificè disponit, quòd huiusmodi contractus celebrari non possint, nisi in præsentia, & cum expresso consensu patris, & si aliter fiat, acta non teneant, certi iuris est, quòd hoc requiritur pro forma essentiali, qua non seruata, omnes Doctores vnanimiter concludunt, quòd dũ in statuto adest clausula annullatiua, actus est ipso iure nullus, vt ex communi Doctorum sententia plenè refert *Rolã. à Vall. in consi. 60. nu. 23. & seq. vol. 4.* Et ex contractu, qui peccat in forma, nulla penitus oritur ciuilis, neque naturalis obligatio, vt notabiliter refert *Surd. in decis. 268. nu. 9. & seq.* Ideo pernecessè fatendum est, quòd huiusmodi obligationes, cùm habeant iuris resistẽtiam ab initio habentur, ac si factæ non essent, & consequenter sub quouis colore fideiussio eis accedẽs nullam subsistentiam habere potest, vt ex communi Doctorum sententia plenè refert *Sfcr. Odd. in consi. 41. nu. 15. & nu. 23. & Cæsar Barz. in d. decis. 99. nu. 9. & seq.* Notandum autem est, quod ad hoc, vt fideiussor accedens obligationi nulliter contractæ per filiumfamilias, vel minorem iuuari possit exceptione nullitatis suo principali competente; opus est probare, quod creditor scienter contraxit cum filiofamilias, vel minore, in quo casu ꝓpriè loquitur *Alex. in cons. 66. vol. 4.* Secus verò quando creditor ignorabat principalem debitorem, cum quo contraxit esse minorem, seu filiumfamilias, vt in dubio præsumitur, si de scientia non constat *ex reg. tex. in cap. ignorantia, de reg. iur.* prout plenè fundat idem *Marchell. in d. patrocin. 58. per tot.* cum quo concordat in eodem casu *Ferran. Gargiar. in patrocin. Bonon. 5. num. 1.* qui alijs modis notabiliter quoque declarat supradictam conclusionem, vt apud eum videri 18 potest. Insuper pro eiusdem conclusionis declaratione notandum est, quòd adeò nullus est contractus factus a filiofamilias sine patris consensu, quòd etiam postquàm effectus est sui iuris post patris obitum non reconualescit, nec ad eius obseruanriam tenetur, prout similem quæstionem ad partes disputando tandem cõcludit *Tiraq. in tract. de legib. connub. in glos. 8. in 1. quæst. n. 99. cum plur. seq. & Carau. in comment. d. pragm. in §. 11. nu. 33. & sequen.*

19 An autem si filiusfamilias sine patris consensu fecit contractum sibi vtilem, ad cuius obseruantiam, postquàm sui inris effectus est, vult cogere aduersarium, cum quo contraxit, qui replicat non teneri, ex quo contractus fuit ab initio nullus, ex hoc superuenienti ipsius filij consensu, debeat contractus declarari validus? hanc quæstionem in casu simili plenissimè disputat *Tiraq. in allegato tract. de legib. connub. glo. 8. in 8. & 10. q. nu. 56. & 91. cum plur. seq.* & post multa pluribus authoritatibus, & exemplis duas conclusiones verissimas esse testatur, qua-
20 rũ prima est, Quod is q. sine certa solemnitate contrahere prohibetur, potest omissa solemnitate facere contractum sibi euidenter vtilem, idq; in proprijs terminis de filiofamilias prohibito contrahere, vel se obligare sine consensu patris, ꝗ possit absq; ea solemnitate adire opulentam hæreditatem, probat authoritate *Fulgos. in cons. 75. incip. ex facto proponitur, colum. fin. et Alexan. in cons. 234. colum. fin. volum. 6.* nam quod fauore filiorumfamilias inductum est, non debet in eorum odium, & damnum retorqueri, *l. quod fauore C. de legib. & cap. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6.* ad quam conclusionem fundandam plura etiam cumulat *Hier. de Laurent. in decis. Auenion. 124. nu. 1. & Carau. in eadem pragm. §. 9. nu.*
21 *12. cum plur. seq.* Altera conclusio, quam fundat Tiraq. in loco citato est, quòd filiusfamilias postquam sui iuris factus est, potest cogere eum, cum quo sine patris consensu contraxit, ad obseruandum cõtractum, nam eatenus est nullus, quatenus ipse velit, idque etiam pluribus authoritatibus, & exemplis confirmat à num. 91.
22 vsque ad num. 99. Ad cuius corroborationem adduci potest, quod in simili dicitur de re ecclesiastica alienata sine solemnitatibus a iure requisitis, quæ cùm introductæ sint ad fauorem ecclesiæ, si Ecclesia vult stare contractui, non potest aduersarius eum tanquàm nullum impugnare, vt patet ex cumulatis per *Menoch. in nouissimis addit. ad tract. de arbitr. iud. cas. 172. nu. 62. & seq.* & idem est in minore, qui factus maior potest habere ratam venditionem factã in minori ætate absque solemnitatibus, etiam inuito, & contradicente emptore, vt patet ex ijs, quæ plenè refert *Surd. in decis. 69. num. 23.*
23 *& seq.* Intellige tamen supradictam conclusionem

ſionem cum grano ſalis, vt ſcilicet eatenus nõ
poſsit is qui rem eccleſiaſticam emit ſine debi-
tis ſolemnitatibus, contractum impugnare,
quatenus Prælatus, qui vult ſtare contractui,
illum confirmare poſtea faciat cum debitis ſo-
lemnitatibus, alioquin non debet emptor per-
petuò ſtare in ſuſpenſo, & expectare arbitrium
prælatorum ſucceſſorum, qui ſemper poſſent
contractum reuocare, prout per Sacrum Con-
ſilium deciſum fuiſſe teſtatur *Vinc. de Franch.*
24 *in deciſ. 35. per tot.* Item cum alia declaratio-
ne eſt intelligenda concluſio prædicta, quòd
tunc ille qui contraxit omiſſa ſolemnitate in
ſui fauorem introducta, poteſt inuito aduerſa-
rio contractum approbare, quando lex omni-
no reſiſtit; vt benè animaduertit *Tiraq. in eod.*
loco ſupra citato nu. 98. Nam quando lex re-
ſiſtit contractui, tũc eſt ipſo iure nullus, & nul-
lo modo poteſt approbari, vt plenè teſtatur
Burſat. in conſ. 82. nu. 12. et 18. cum ſeq. vol. 1.
25 Et idem eſt, quando ſolemnitas in aliquo actu
requiritur pro forma, vt pulchrè refert *Vinc.*
de Franch. in d. deciſ. 35. nu. 8. Hæc autem ap-
plicando ad quæſtionem propoſitam, pro eius
reſolutione dico, quòd dum Regia pragmatica
dat certam formam, ſub qua filiusfamilias con-
trahere debeat, ſine qua mandat notarijs, quod
huiuſmodi contractus non ſtipulentur, & ſi
aliter fiat, quòd non valeant, certum eſt, quòd
habemus legem prohibitiuam, quæ reſiſtit om-
nibus contractibus faciendis, non ſeruata for-
ma prædicta, & conſequenter concludo,
quòd etiam ſi effectus ſui iuris velit ratificare
contractum factum tempore quo erat filiusfa-
milias abſque patris conſenſu, hoc facere non
poteſt, inuito, & contradicente aduerſario, cũ
quo contraxit, prout benè dixit *Carau. in com*
mentar. eiuſdem pragm. §. 17. ſub nu. 26. verſ.
quæro nunquid, cum ſeq. & idem confirmat
oculatiſſimus *Rouit. in eadem pragm. ſub nu.*
5. in fi. ad cuius concluſionis corroborationem
videri etiam poſſunt notata per *Rhodoan. in*
tract. de reb. eccleſ. non alien. in rub. 28. caſ. 7.
nu. 1. & caſ. 8. num. 19. & ſequen. & per Ma-
rant. in tract. de multiplic. alienat. ſub nu. 17.
27 Alia etiam ex prædictis ſimilis concluſio in-
fertur, quòd contractus factus à filiofamilias ſi-
ne præſentia, & conſenſu patris, adeò eſt nul-
lus, quòd per ſubſequentem ipſius patris ratifi-
cationem conualidari non poteſt, vt notabili-
ter inquit *Carau. in ead. pragm. §. 17. num.* 14.
& ſeq. & ibid. Rouit. ſub nu. 5. verſ. item limi-
ta ſi poſt contractum. Quæ concluſio duplici
ratione fundatur, quarum prima eſt, quòd di-
cta pragm. habet clauſulam annullatiuam, vt
patet in illis verbis [& acta non teneant] &
conſequenter debet præciſè ſeruari in forma
ſpecifica, & non per æquipollens, iux. not. per
Alex. in conſ. 212. nu. 5. vol. 6. Vndè cùm ex-
preſsè requirat, quòd in contractibus filiorum
familias non ſolùm interueniat patris conſen-
ſus, ſed etiam eius præſentia, certum eſt, quòd ſi
ſequitur ratificatio poſt cõtractum non eſt ob-
ſeruata diſpoſitio dictæ Regiæ Pragmaticæ in
forma ſpecifica, poſtquam non interuenit pa-
tris præſentia in ipſo contractu, ſed per æqui-
pollens, quòd non ſufficit ad validandum actũ;
Altera ratio eſt, nam quando aliquid requiri-
tur in cõtractu pro forma, tunc illud debet in-
teruenire in ipſo cõtractu, non poſtea, iux. not.
per *Bal. in l. 1. C. qui admitti, & Iaſ. in l. 1. §. 1.*
nu. 4. ff. de verb. oblig. Sed conſenſus & præſen
tia patris in d. pragm. requiruntur pro forma,
vt patet ex illis verbis [niſi in præſentia] quæ
denotant conditionem, & conditio denotat
formam, vt plenè probat idem *Carau. in ead.*
pragm. §. 10. num. 4. et ſeq. quòd etiam demon-
ſtrant illa verba, [& acta non teneant] quæ
cùm ſint annullatiua, ſignificant eſſe traditam
certam formam, quæ prçteriri, aut mutari non
poteſt, iux. not. per *Lauren. Siluan. in conſ.* 40.
nu. 16. & pro huius concluſionis confirmatio-
ne faciunt etiam quę ad hoc propoſitum plene
refert *Tiraq. in d. tract. de legib. connub. glo. 6.*
nu. 3. et nu. 31. et Stefan. Lamberteng. in trac.
de contract. cor. qui ſine certa ſolemnit. con-
trahere prohib. in glo. 7. in uer. conſenſus, nu. 7.
28 *et nu.* 250. Hinc etiam infertur; quòd licet re-
gulariter ſtante ſtatuto, quòd filiusfamilias nõ
poſſit ſe obligare ſine patris conſenſu; ſi in eo-
dem inſtrumento appareant ſimul obligati pa-
ter, & filius, ex hoc præſumitur, quòd tacitè pa
ter ſuum conſenſum præſtitit obligationi filij,
qui ſufficit ad conualidandum actum, *iux. not.*
per Abb. in conſ. 40. nu. 3. in 2. par. Bal. in l. fi.
nu. 5. C. ad Macedon. et alios plenè relatos per
Tiraq. in allegato tract. de legib. connub. in gl.
7. nu. 24. et per Barboſ. in l. 2. § fi. nu. 30. et ſeq.
29 *ff. ſolu. matr.* Et fortius hoc procederet, ſi pa-
ter fideiuſſiſſet pro filio, ex not. per eundem *Ti-*
30 *raq. in citato loco nu.* 28. Tamen quia Regia
pragmatica requirit expreſſum patris conſen-
ſum pro forma; Ideò tacitus, ſeu præſumptus
non ſufficit, vt benè animaduertit *Carau. in d.*
pragm. §. 11. nu. 3. et ſeq. quæ concluſio confir-
matur ex relatis per *Borgn. Cauale. in tract. de*
tutor. nu. 131. et Roder. Suar. in tit. de las deu-
31 *das, num. 29. in fi. verſ. ſubdit tamen.* Quærit
etiam *Carau. in eadem pragm. §. 9. ſub nu.* 42.
An ſi filiusfamilias contrahit extra Regnum
ſine patris conſenſu, & ex eo contractu conue-
nitur in hoc Regno, poſſit allegare exceptionẽ
dictæ pragmaticę? pro cuius articuli reſolutio-
ne refert *Alex.* qui hanc quæſtionem diſputa-
uit *in conſ. 45. nu. 6. vol. 5. et Tiraq. in d. tracta*
de legib. connub. glo. 8. num. 224. cum plur. ſeq.

qui

qui post multa *sub nu.231.* concludit, contractum factum à filiofamilias regnicola extra Regnum, non seruata solemnitate statutaria, non valere, & pro eo in Regno conueniri nō posse; & in hac opinione ipse quoq; residet, pro qua conclusione multa etiā allegant *Hier. de Laurent. in decis. Auen. 135. nu. 3. & seq.* & nouissimè *Gasp. Thes. in quaest. foren. 8. nu. 13. lib. 2.* Contrarium autem fuit decisum in Sac. Cons. vt refert *Vinc. de Franch. in decis. 72.* cuius decisionis meminit quoque *Reg. Consiliar. Rouitus in eadem prag. nu. 9.* Ea ratione, nam illud edictum non inhabilitat personas filiorumfamilias, sed dat formam cōtractibus à Notarijs obseruandam, quo casu attēditur locus contractus, iuxta not. per *Bal. in l. fin. ff. de iurisd. om.*
32 *iud.* Hinc pragmaticam prædictā comprehendere etiam exteros in hoc Regno cōtrahentes; pluribus rationibus testatur idem *Roust. ibid. nu. 6. & seq. post Carau. in § 19. num. 1. & seq.*
33 Hinc etiam inferri potest, quòd dicta pragmatica comprehendit clericos, per ea quę notabiliter dixit *Fel. in c. ecclesia Sancta Mariæ, sub num. 81. vers. quartus casus est, de constit.* vbi tradit pro regula, quòd si statutum, seu consuetudo concernit solemnitatem actus adhibendā tempore contractus, tunc nō valebit actus, nisi solemnitas fuerit obseruata, quia non potuit subditus contrahere etiam cum non subdito, spreta lege sui superioris, imò peccauit, *cap. 2. de maiorit. & obed.* & obligatio contracta fuit nulla propter resistentiam statuti, *l. cū lex venditionibus, ff. de fideiuss.* quia contractus non potuit pro vna parte subsistere, *l. Labeo, ff. de verb. sign.* Vnde infert, quòd clericus contrahendo cum laico, omissa solemnitate statuti, nulliter contrahit, ex not. per Abb. qui hāc conclusionem pluribus rationibus confirmat in *c. quod clericis, nu. 26. de foro comp. & Feder. de Sen. in cons. 81. incip. statuto ciuitatis Peru-*
34 *sinæ.* Verùm quia hæc conclusio non ita simpliciter procedit, & idem *Felyn. ibidem nu. 86.* subdit, quòd Ecclesia non ligatur statuto laicorum, quo certa forma contractibus adijcitur, si non potest sine magna difficultate obseruari, quod quomodo intelligēdum sit, multis exemplis optimè explicat *Io. Bapt. Laderch. in cons. 103. sub nu. 1. vers. pariter si cautum sit statu-*
35 *to, & nu. seq.* Ideo hos scopulos cupiēs euitare *Carau. in d. prag. § 9. nu. 22.* concludit, clericos non comprehendi sub dicta prohibitione de non contrahēdo sine patrum consensu, idq; fundat alia ratione, nam ex contractibus filiorumfamilias clericorum, nullum fit eorum genitoribus præiudicium, quicquid enim clerici acquirunt, pleno iure sibiipsis acquirunt, & est proprium eorum peculium, quasi castrense, nec in eo aliquod ius parentes habēt, vt dixit *Bar. in cons. 60. in fi. post Host. & Innoc. in c. quia nos, de testam.* & siue acquirant contemplatione ecclesiæ, siue sacerdotalis officij, vel ex quauis causa aduentitia nullum in eo ius, nec quo ad vsumfructum patribus quæritur, vt inquit *Bal. in l. sacrosancta, in 3. not. C. de Epi. et cler. & Io. Ant. Nig. in extrauag. de vita, & hon.*
36 *cler. nu. 100.* Pro cuius conclusionis confirmatione addi potest, quòd licèt *Salyc. in authent. presbyteros, C. de sacros. eccl.* tenuerit, quòd in his bonis, quæ filiusfamilias clericus acquirit aliunde, quàm contemplatione ecclesiæ, & ex causa sui clericatus, patri quęritur vsusfructus, & idem videatur sensisse *Bar. in l. litis § pater, ff. de neg. gest.* Nihilominus eorum opinio validissimis rationibus confutatur à *Roder. Suar. in quaest. Maioreat. nu. 33.* qui confirmando supradictam conclusionem, quòd quæcunque bona a filiofamilias clerico vndecunque quæsita naturam peculij quasi castrensis acquirunt, & in eis nullum ius eorū patres habent, pro eā ponderat *tex. in d. auth. presbyteros,* & alia iura, & authoritates, ex quibus apparet eam esse veram, & communem, eāq; confirmat *Couarr. in cap. quia nos, nu. 1. & seq. de testam.* Hinc
37 filiōsfamilias clericum liberè testari posse, etiā si in minoribus tantùm sit ordinibus constitutus, plenè tradantur *Couarr. in eodem cap. quia nos, num. 3. & seq.* & alij, quos copiosè refert *Didac. Spino. in spec. testament. in glos. rubr. 4. par. num. 23. & Io. Lup. in rubr. de donat.*
38 *int. vir. & vxor. § 42. nu. 8.* Fatetur tamen *Carau. in d. § 9. sub num. 26. in fi. vers. bene tamen dico,* quòd si ex contractu filij familias clerici, aliquo modo damnificaretur pater, tunc obstaret prohibitio dictæ pragm. quæ considerauit præiudicium paternum, & tradidit certā formam obseruandam in contractibus filiorūfamilias, quæ cùm honesta, & rationabilis sit, etiam clericos includit, ex not. per *Bal. & Pau. de Cast. in l. sacrosancta, C. de Episc. & cler.*
39 Sed dubitari potest, in quo casu ex contractu filijfamilias clerici, patri præiudicium fieri potest, si vera est conclusio supra firmata, quòd in eius bonis nunquam quęritur parentibus vsusfructus? Pro cuius dubij solutione considero, ꝙ potest dari casus, in quo pater habet vsumfructum in bonis filij clerici, vt puta si ante clericatum filius habebat aliqua bona aduentitia, in quibus iam erat acquisitus vsusfructus patri, nā quamuis postea clericatum assumat, paternus tamen vsusfructus non extinguitur, iuxta plenè not. per *Ariū Pinell. in 1. par. l. 1. C. de bon. mater. nu. 42. & seq. pulchrè Rober. Suar. in d. quaest. maioreat. num. 36. & seq.* qui reprobat opinionem Abb. qui contrarium senserat in *c. in præsentia, de probat.* & eādem conclusionem confirmat *Borgn. Caualcan. in tract. de vsu-*

vſufruct.mulier.relict.nu.180. Animaduer-
tendum autem eſt, quòd fundamentalis ratio,
qua nititur Carauita hanc probare concluſio-
nem, quòd Regia prag. non cõprehendit filioſ-
familias clericos, eſt, quia ſupponit eius cauſam
finalem eſſe paternum pręiudicium, ne ex filio-
rum contractibus diminuatur vſusfructus, quẽ
parentes habent in bonis ipſorum, quo præiu-
dicio ceſſante in filijs clericis, in conſequentiã
ceſſare quoque videtur dictæ prag. diſpoſitio,
ſed quia hæc ratio conſiderata per Carauitam
eſt falſa, ideo fatendum eſt, quod radicitus cor-
ruit hæc concluſio, ſiquidem ex magis cõmuni
Doctorum ſententia receptum eſt, quod dictæ
prag diſpoſitio non eſt abſolutè fundata in pa-
terno præiudicio, ſed potius reſpexit eorũdem
filiorum commodum, & communem vtilita-
tem, ne in ea iuuenili ætate facilè inducãtur ad
diſſipãdum eorum bona, vt benè animaduertit
Gramm.in decis.12.sub num.16.verſ.item di-
cebã.& idem affirmat Frezz.de præſent.inſtr.
par.9.q.8.ſub num.37. Et ideo cùm paternus
conſenſus requiratur ad integrandum perſo-
nam filij, non poteſt præſtari ad commodum
ipſius patris, vt plenè probat Socin.in conſ.23.
nu.15. & ſeq.vol.4. quem refert Vrſill.in dec.
308.nu.22.& ſeq. & alij relati per Molfeſ.in
conſ.4.num.24. & per Borgn.Cauale.in decis.
Fiuiz.31.nu.36.in 1.par. Et hinc eſt, quod etiam
defuncto patre, contractus filij familias, qui fuit
ab initio nullus, non conualeſcit, vt affirmat
idem Carau.in comment. eiuſdẽ pragm.§.11.
nu.23.& ſeq. Et ſi poſtquam ſui iuris filius effi-
citur, contractum, quem ſub patria poteſtate
exiſtens fecerat, expreſsè ratificet, illa ratifica-
tio non retrotrahitur, ſed tunc incipit contra-
ctus valere ex eo tempore, quo fit ratificatio, ac
ſi nouiter factus eſſet, vt bene probat Surd.in
dec.245.nu.5.& per totã, quem refert Molfeſ.
in d.conſ.42.nu.40. Quæ omnia vtique ceſſa-
rent, ſi prohibitio contrahendi abſolutè reſpi-
ceret paternum præiudicium, vnde deſtructo
hoc fundamento Carauitæ, verior ſine dubio
videtur opinio contraria, quod etiam filij fami
lias clerici contrahentes ſine expreſſo parentũ
conſenſu, iuuantur beneficio Macedoniani, &
Reg.prag. vt poſt nonnullos alios affirmat per-
ſpicaciſſimus Rouit.in nouiſſimis comment.ſu
40 per d.pragm.nu.48.& ſeq. Regulariter autem
an, & quando clerici ſubiaceant ſtatutis laico-
rum? vide Fel.& alios Doct.in d.cap.Ecclesia
Sanctæ Mariæ, de conſtit. plenè Alex.in conſ.
210.& in conſ.ſeq.vol.2. Hiero.Grat.in conſ.
162.vol.2. Surd.in conſ.301.per totum vol.3.
& in decis.20.Io.Bapt.Ladereh.in d.cõſ.103.
per totum, Adden.ad Napod.in proœ.cõſuet.
Neap.in ver.præfatis autem, nu.293. Ant.de
ballis Sicul.in lib.varior.tract.in 5.par.in
prælud.ad prag.Regni, num.38.& ſeq. Regen.
Carol.Tap.in adnotation.ſuper c.regni item
ſtatuimus, ſub tit.de Epiſc.& cler.lib.1.f.30.
& ſeq. & nouiſſimè Don And.Molfeſ.in com
ment.ad conſuet.Neap.in 2.par.q.7.per totũ.
41 Et an clerici pro ſe vti poſſint beneficio ſtatu-
42 ti? vide Dec.in conſ.114.per totum. Et an ius
congrui competat clerico, vel cõtra clericum?
vide plenè Vinc.de Franch.in decis.285.& ple
niſſimè Honded.in cõſ.3.per totum, volum.1.
43 Et an clerici poſſint diſponere de bonis anti-
quis vltra medietatem, non obſtante Neapoli-
tana conſuetudine? vide Vincen.de Franch.in
44 decis.411.poſt Capyc.in decis.98. Et an cleri-
cus agens in foro ſeculari contra laicum, poſſit
probare depoſitum vltra libram per teſtes, non
obſtante conſtit. Reg. in cauſa depoſiti, quæ re-
quirit ſcripturã? vide Alex.in conſ.209.vol.2.
Hippol.in ſing.29. & Arnon.in problem. 69.
45 Et an ſtatutum, quòd cauſæ inter coniunctos
compromittantur, liget clericos? vide Capyc.
46 in decis.65. Et an clericus gaudeat beneficio
ſtatuti excludentis fęminas propter maſculos?
vide Burſat.in conſ.93.nu.12.vol.1.& Pariſ.
47 in conſ.48.nu.15.vol.1. Et an animalia cleri-
corum damnum dantia, ſubiaceant pœnæ ſta-
tutariæ? vide Affl.in conſt.reg. cùm per partes
Apuleæ nu.9. & Borgn.Cauale.in dec.Fiuiz.
48 9.aliàs 55.in 2.par.nu.79.cum ſeq. Et an edi-
cta tempore peſtis pro bono publico, obligent
clericos? vide Pet.Caball.in 1.cent.reſol.crim.
49 caſ.12. Et an clerici vtantur beneficio ſtatuti
circa liquidationem inſtrumenti contra debi-
50 tores laicos? vide Hipp.in ſing.453. Et an Re-
gia pragmatica, quòd publici latrones capian-
tur a quolibet officiali etiam in alieno territo-
rio, procedat cõtra eccleſiam, & eius vaſſallos?
vide adden.ad Napod.in d.ver.præfatis autẽ,
51 fol.mihi 37. Et an clerici tẽpore penurię cogi
poſſint ad vendendũ frumentum, & victualia?
vide Pet.Caball.in d.1.cent.reſol.crim.c.9.per
totum. Vincen.de Franch.in decis.9.& Garz.
52 Maſtrill.in decis.17.nu.2.& ſeq. Et an tem-
pore penurię frumenta clericorum, & eccleſia-
rum comprehendantur ſub generali taxa, ſeu
moderatione pretij facta per ſuperiorem? vide
53 Vinc.de Franch.in decis.9.nu.7. Et an coloni
eccleſiarũ ſint immunes à muneribus realibus?
plenè explicant Theſaur.in decis.116.Cott.in
memorab.in ver.colonus, Io.Vinc.de Ann.in
ſing.99.Burſat.in conſ.25.per totum, lib.1. &
pleniſſimè Menoch.de arbit.iud.in 6.centur.
54 caſ.562.nu.21.cum plur.ſeq. Et an pro annua
præſtatione, quæ ſoluitur Baronibus in aliqui-
bus huius Regni partibus, quæ vulgariter nun-
cupatur collecta Sanctæ Mariæ, teneantur etiã
clerici, ad quos bona peruenerunt hoc onere
affecta? vide Luc.de Pen.in l.ſi diuina domus,

col. 2. vers. huius gratia subÿcio quæstionem,
55 C. de exactor. tributor. lib. 10. Et an regulari-
ter ecclesiasticæ personæ sint immunes ab one-
ribus realibus? vide Cacher. in decis. 68. plenè
Petr. Duen. in reg. 100. & Io. Ant. de Nigr. in
cap. regni 98. incip. item statuimus, quòd cle-
56 rici. Et an Ecclesia teneatur ad onera realia
pro bonis à laicis quæsitis? vide Thesau. in de-
cis. 134. plenè Bursat. in cons. 16. Cepoll. in cõs.
ciu. 3. per totum, lib. 2. & Iacob. Mandell. in
57 cons. 8. per tot. Et an clerici possint se spontè
obligare ad solutionem gabellæ? vide Io. Vinc.
58 de Ann. in alleg. 13. per tot. Et demùm an cle-
rici veniant appellatione vassallorum, & sub-
ditorum Regis? vide Aluar. Velasq. in 1. lib.
consultat. Regni Lusitan. consulta. 100. per to-
59 tam. Ex his autem redeundo ad principalem
conclusionem silentio prætermittenda non est
alia non minus vtilis, quàm quotidiana quæ-
stio, nunquid dictæ Regiæ Pragmaticæ benefi-
cium prosit etiam filijsfamilias cõtrahentibus
cum fisco sine patris præsentia, & consensu?
pro cuius articuli resolutione sciendum est, quod
Iacob. de Aren. in l. si mercedem, §. si habitato-
ribus, ff. de actio. empt. in proprijs terminis lo-
quendo dixit, quòd stante statuto, quòd filius-
familias non possit obligari, poterit tamen ob-
ligari fisco, & cum eadem opinione transit
Angel. Aretin. in subscriptione ad Socin. cons.
302. in fi. vers. secundo respondetur, vol. 2. &
eam quoque sequitur Peregr. in tracta. de iur.
fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 38. & pro ea allegat etiam
Marcobrun. ab Anguill. in cons. 74. num. 15.
ea potissimum ratione moti, nam Princeps nõ
subest statutis, & legibus subditorum, iux. not.
per Cardin. in cons. 2. Imò nec suis proprijs le-
gibus ligatur, l. princeps. ff. de legib. & l. ex im-
perfecto. ff. de leg. 3. cum alÿs cumulatis per Ti-
raq. de retract. lignag. tit. 1. §. 1. glo. 13. nu. 38.
Nec in generali sermone vnquam venit perso-
na loquentis, l. inquisitio, cum alÿs ibi allega-
tis per glo. C. de solut. per quē tex. ad hoc pro-
positũ notabiliter dixit Frezz. in subfeud. lib.
60 2. q. 21. quòd constitutio Regni constit. Diuæ
memoriæ, quæ requirit specialem assensum in
alienatione rei feudalis non habet locum, quã-
do vassallus contrahit cum Principe, vel Regia
61 Curia; & potest etiam hæc opinio confirmari,
ex ÿs, quæ tradit Gram. in decis. 65. nu. 47. qui
dicit, quòd Regia Pragm. edita Thori, sub tit.
de possessor. non turban. non comprehendit fi-
scum, prout etiam sentit Affl. in constit. Regn.
Monarchiam, nu. 5. & idem innuit in decisio.
396. nu. 9. & seq. & ibidem Ursill. sub nu. 8.
62 Hinc etiam est, quòd Rex, seu Prorex eius no-
mine assentiendo alienationi rei feudalis non
censetur sibimetipsi, & eius fisco præiudicare,
quin possit petere prælationem, iux. dispositio-
nem cap. 1. §. porrò, qualiter olim feu. poter.
alien. prout contra Affl. in d. §. porro, quem si-
mul legit cum §. donare, num. 34. plenè fundat
Cannet. in cap. volentes. fol. 199. à ter. in ver.
incip. quid enim si Princeps, vel Prorex per to
tum, quem refert Mastrill. in cons. vnic. post
primam partem suarum decisionum, impresso
nu. 77. Et demum pro eadem opinione plura
refert Stefan. Lamberteng. in trac. de contrac.
eor. qui sin. cert. solemnit. contr. probib. in fine
63 operis, num. 95. & seq. Contrariam verò opi-
nionem veriorem existimauit Tiraq. in d. trac.
de legib. connub. glo. 8. nu. 176. eamq; pluribus
rationibus plene confirmat Carau. in d. prag.
§. 6. nu. 12. cum plur. seq. duæ autem sunt prin-
cipaliores rationes, quibus hæc secunda opinio
fundatur, prima est, quia dicta Regia Pragma-
tica respexit paternum præiudicium, nam cùm
filius sit patri subditus, vt instit. de patr. potest.
in princ. rationabile est, vt nihil faciat, in quo
patris interesse versari possit sine eius consen-
su, l. filius, C. de pact. Cùm ergo agatur de tertij
præiudicio, quòd princeps sine iusta causa tol-
lere non potest, iux. not. in l. quoties. C. de prec.
imp. offer. & in l. fin. C. si contra ius, vel vtil.
64 publ. nunquam censetur ei derogatum, Prin-
ceps enim tanquam fons iustitiæ nunquam
præsumitur iuribus tertij præiudicare velle,
etiam de plenitudine potestatis, l. 2. §. si quis à
Principe. ff. ne quid in loc. publ. & cap. super eo
cum ibi not. per Dec. in 2. not. ff. de offic. deleg.
Alex. in cons. 3. nu. 3. vol. 5. Dec. in cons. 373.
nu. 10. Soc. iun. in cons. 95. nu. 2. vol. 3. & Alc.
65 de præsump. reg. 3. præsum. 11. Secunda ratio
est, quòd cùm dicta pragmatica sit naturali ra-
tione fundata, etiam Princeps ex ea ligatur,
iux. not. per Bal. in cap. 1. §. fin. de his, qui feu.
dar. poss. & Dec. in cons. 48. vers. quartò ista
conclusio, naturali enim rationi conuenit, vt
sub alterius potestate constitutus sine eius con-
sensu contrahere non valeat, vt fatetur Io. Ste-
fan. Lamberteng. in d. tract. de cõtract. eor. qui
sine cer. solemnit. in fin. num. 97. qui licèt con-
trarium concludat in casu suo, mouetur tamen
quia ibi agebatur de muliere, quæ ex illius statu
ti dispositione, quod ipse interpretatur, non
66 erat sub potestate viri. Ex quibus hanc secun-
dam opinionem ego quoque veriorem arbi-
tror, eamque alia ratione confirmo, nam certa
iuris regula est, quòd fiscus in dubio sẽper vti-
tur iure priuati, præterquàm in casibus, in qui-
bus reperitur expressè priuilegiatus, l. idem, ff.
de compensat. l. cùm ostiosè. ff. de pignor. l. iu-
stat. C. de iur. fisc. & l. fin. C. de vsur. fiscal. lib.
10. notant hanc conclusionem Anch. in consi.
101. Fulgos. in cons. 126. Gui. Pap. in decisio.
536. & Natt. in consi. 300. num. 6. quos refert
Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 1. nu. 1. Vndè gene-
ralis

67 ralis diſpoſitio omnes caſus,& perſonas includit etiam priuilegiatas,ſi non reperiuntur ſpecialiter exceptæ, *l. in fraudem, §. fin. cum ibi not. per Bal. ff. de teſtam. milit.* prout in terminis contra fiſcum per hanc rationem formaliter arguit *Dec. in conſ.* 531. *nu.* 3. *relatus ab eodem Peregr. in citato loco nu.* 4. Ex quibus in fine eiuſdem cap. nu. 38. fatetur reddi dubitabilem deciſionem *Iacob. Aren. in d. l. ſi mercedē, §. ſi habitationibus. ff. de actio. empt.* quem nos ſupra pro cõtraria opinione allegauimus. Vnde meritò idem *Peregr. in eo. tract. de iur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 5. *nu.* 9. teſtatur, quòd Paduæ, vbi viget ſimile ſtatutum, irritans obligationes per filios contractas ſine patris conſenſu non admittuntur filijfamilias ad conducendum vectigalia, nec ad ſe debitis cameralibus obligandū, niſi cum patrum conſenſu. Hanc autem conclu
68 ſionem *Carau. in eod. §.* 6. *num.* 23. *& ſeq.* ampliat, vt ſicut filiusfamilias non obligatur fiſco ex contractu, ita etiam non obligetur ex quaſi contractu, vt puta ſi adminiſtraſſet pecunias Regiæ Curiæ, & debitor remanſiſſet, vel aliud
69 officium exercuiſſet. Et licet referat eius fratrē tanquam fiſcalem aliud ſenſiſſe, ex eo, quia ille qui adminiſtrat pecunias Regiæ Curiæ, & eis vtitur, alio modo obligatur, quam per ſimplicē quaſi contractum, nam tenetur lege Iulia de reſiduis, vt *in l.* 3. *ff. ad leg. Iul. pecul.* Et de iure huius Regni, aliquando tenetur pœna furti, vt *in cap. reg. incip. ratio omnium malorum*, & aliquando pœna nonupli, & alia arbitraria, *vt in cap. reg. Vulgaris fama proloquium, & in cap. ad hoc volentes, vt etiam dicit Paris de Put. in tract. de ſindicatu, in §. ſindicantur, lo quarto*, vbi tenet, quòd ſi officialis furatur pecuniam publicam in magna quantitate pœna mortis puniendus eſt, *per Conſtit. Regn. officiales*, licet hodie tantum pœna nonupli ſeruetur ſecundùm eum. Et ſimiliter ſi in adminiſtratione officij malè verſatus fuit, non ex quaſi contractu obligatur, ſed ex delicto, ſi dolosè, vel ex quaſi delicto, ſi ſine dolo ſe habuit, *l. ſi filius, §. iudex, cum ibi not. per Bar. & Bal. ff. de iudit. & §.* 1. *inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſc.* Et propterea dicebat, quòd in illis caſibus diſpoſitio dictæ Regię Pragmaticę nullo modo poterat habere locum. Sed quod potius ſeruanda eſſet diſpoſitio iuris communis, *in l.* 2. *ff. ad municip. & in l.* 1. *C. de filiofam. & quemadm. pater. lib.* 10. vt non tantùm filius obligatur, ſed etiam pater vt fideiuſſor, licet nõ conſenſerit expreſsè, ſed tacitè tantùm non
70 contradicendo. His tamen non obſtantibus ipſe contrarium concludit, & ratio qua mouetur, eſt, quia licet in prædictis caſibus alio modo videatur filiusfamilias obligari, quàm ex quaſi contractu, nihilominus quia poſtea condemnatur in iuditio, in quo quaſi contrahitur *l.* 4. *§. item ſcribit. ff. de pecul.* Ideò videtur teneri ex quaſi contractu, qui cùm dependeat ab adminiſtratione ſuſcepta ſine expreſſo patris conſenſu, nullam parit obligationem. Aliam quoque rationem conſiderat *Carau. ex mente Barto. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, in* 6. *quæſt. ff. de damn. infect.* qui dicit, quòd ſi filiusfamilias prohibitus eſt pro intereſſe patris alienare, cenſetur etiam prohibitus alienare delinquendo, ne ex eius delicto priuetur pater ſuo priuilegio, & ideo ſi filius delinquat, non erunt obligata eius bona, quod dictum ſingulariter menti tenendum dicit etiam *Paul. de Caſt. ibid. num.* 7. & ſimile eſt in dote, quam mulier alienare prohibetur pro intereſſe viri, *l. ſiue à me. C. ad Velleian.* Et ideò ob mulieris delictum non publicatur, niſi in aliquibus caſibus, *iux. not. per Alex. in conſ.* 23. *num.* 6.
71 *vol.* 2. Ego verò de hac concluſione valdè dubito, tum quia fundamenta, quibus nititur Carauita mihi videntur parum tuta, cùm etiam quia oppoſita in contrarium non bene ab ipſo reſoluuntur; Primum enim fundamentum, quod Carauita refert pro abſoluto, quòd dum filius prohibetur contrahere ſine patris conſenſu, cenſetur etiam prohibitus quaſi contrahere, non trauſit ſine difficultate, & multos habet contradictores, vt patet ex ijs, quæ plenè refert *Tiraquel. in d. tracta. de leg. connub. glo.* 5. *in* 12. *quæſt. num.* 119. *cum plurib. ſeq.* qui licet poſt multa concludat, quòd etiam in materia ſtaturaria, quando vrget eadem ratio, appellatione contractus, veniat quoque
72 quaſi contractus, nihilominus hoc non poteſt trahi ad caſum dictæ pragmaticæ, nã vbi verba diſpoſitionis nõ cõueniunt, nec ipſa diſpoſitio conuenire cenſetur. *l.* 4. *§. toties. ff. de damn. infec. cum alijs ſimilibus relatis per Surd. in dec.* 56. *nu.* 1. Sed dicta Pragmatica expreſsè loquitur de contractibus, qui in ſcriptis celebrantur à notarijs, quibus mandat, quòd eos non recipiant ſine præſentia, & expreſſo patrum conſenſu, quæ verba nullo modo conueniunt quaſi contractibus, neque tacitis obligationibus, quę ex eis naſcuntur, ergò neque ex regula prędicta ad eos trahi poteſt dictæ pragmaticæ diſpoſitio. Nam ſtatutum extra caſum in eo expreſsũ extendi non poteſt, *iux. not. per Hier. Grat. in conſ.* 41. *nu.* 27. *lib.* 2. *& Cephal. in conſ.* 247. *nu.* 37. *& ſeq. lib.* 2. tantum enim ſtatuta diſponunt, quantum loquuntur, & non vltra, vt inquit *Bal. in l. teſtamentum, in fi. C. de teſtam. Soc. iun. in conſ.* 1. *nu.* 27. *vol.* 2. *Rolan. a Vall. in conſ.* 68. *nu.* 19. *vol.* 4. *& Cephal. in conſ.* 137 *nu.* 16. *lib.* 1. *& in conſ.* 313. *nu.* 40. *& ſequen. & 343. nu.* 13. *lib.* 3. *& pulchrè Io. Vinc. Honded. in conſ.* 1. *num.* 13. *& ſeq. lib.* 1. & quando

statutum aliqua præsupponit, nunquam eius dispositio locum habet, nisi adsit casus, in quo illa præsupposita applicari, & verificari possunt, *iux. not. per glo. Saly. & alios Doctores in l. mancipia. C. de seru. fugit. Nat. in cons. 343. nu. 2. lib. 2. &* Rol. *à Vall. in cons. 10. nu. 14. & seq. vol. 4.* vnde notabiliter consuluit *Farinac. in cons. 9. nu. 19. & per tot.* quod pœna statuti contra prouocantes ad duellum non habet locum, nisi in illis casibus, in quibus adsunt requisita ad duellum constituendum, quæ conclusio confirmatur ex ijs, quæ ad idem propositum pulchrè animaduertit *Plot. in repet. l. si quando. C. unde vi. nu. 705.* & consequenter remoto hoc primo fundamento corruunt omnia alia super eo per Carauitam ædificata, *ex regu. tex. in cap. cum Paulus, 1. quæst. 1.* Præterea si
73 verum est assumptum, quòd filiusfamilias, qui remanet debitor ex administratione pecuniæ fiscalis aliter obligatur, quàm ex quasi contractu, cùm incidat in crimen l. Iuliæ, de residuis, & alias pœnas, quas plenè refert *Bursat. in cõs. 325. vol. 3. Reg. de Pont. in cons. 22. & plenissimè Petr. Caball. omnino videndus in resolut. criminal. lib. 1. cas. 99. per tot.* nam qui pecuniã publicam certo vsui destinatam in proprios, vel alios vsus conuertit, grauiter punitur, iuxta ea, quæ pulchrè tradit *Ioan. de Plat. in §. sunt præterea, nu. 168. & seq. instit. de publ. iudic.* vbi plenè declarat quando habeat locum pœna dictæ l. Iuliæ, de residuis. Et quando pœna pe-
74 culatus. Certum est, quòd dicta Regia Pragmatica, quæ annullat obligationem, quæ oritur ex contractu filijfamilias non potest extendi ad obligationem, quæ oritur ex delicto filij, quæ est penitus diuersa, vt patet *in toto tit. instit. de obligat. quæ ex delic. nascun.* nec huiusmodi obligationibus adaptari penitus possunt verba dictæ pragmaticæ, quæ cùm sit correctoria iuris communis cum certis modificationibus, omnia in ea expressa censentur substantialia, & sunt pro forma seruanda, *iux. not. per Rol. à Vall. in consi. 72. nu. 60. & seq. vol. 3. quem refert Honded. in d. cons. 1. num. 18.*
75 *vol. 1.* Hinc in simili videmus, quod lex prohibens minorem, & prodigum se obligare non trahitur ad obligationem, quæ oritur ex delicto, vel quasi delicto, *iux. not. per glos. Bart. & omnes Doct. in l. si quis in tantam C. unde vi, & alios relatos per Tiraq. in d. tract. de legib. connub. glo. 5. nu. 155. & Didac. Perez. in addit. ad Didac. Segur. in tract. de lucr. inter ma-*
76 *rit. & vxor. sub nu. 237.* Nec obstat si fortè dicatur, quòd cum ratio dictæ pragm. fundata sit in paterno præiudicio, vt supra notatũ fuit, saltim ex eadem rationis identitate, debet fieri extensio, & interpretatio, vt sicut filius prohibetur per contractum patri præiudicare, ita etiam non possit ei præiudicium afferre per quasi contractum, neque delinquendo, nam vbi eadem est ratio, ibi eadem est iuris dispositio, *l. cum ratio, ff. de bon. damnat.* & etiam in statutis correctorijs iuris communis ex identitate eiusdem rationis fit extensio de vno casu ad alium, præsertim quando vnica ratio reddi potest, *iux. not. per glo. in l. milites agrum ff. de re milit. & in l. bis solis. C. de reuocan. donat. & Thob. Non. in consi. 42. num. 25. cum plur. seq.*
77 Nam responderi potest, quod vltra quòd hæc conclusio non est omnino tuta, vt patet ex not. per *Doct. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr. & in l. percipimus. C. de appell. Rolan. à Vall. in cons. 74. nu. 17. vol. 3. & alios relatos per Surd. in cons. 308. nu. 8. vol. 3.* quatenus tamen ea esset vera, intelligenda esset, prout Doct. pro ea allegati dicunt, in casu quo maior, vel saltim æqualis ratio militaret, secus verò quando minor, quia tunc non licet arguere de vno casu ad alium, vt inquit *Ruin. in cons. 15. nu. 3. vol. 1. plenè Rol. à Vall. in cons. 55. num. 32. vol. 1. & Honded. in cons. 1. num. 26. & nu. 47. & seq. vol. 1.* Et tanto minus esset facienda extentio, quando diuersa est ratio, nã ex diuersis nõ fit illatio, *ex reg. tex. in l. Papinianus exuli. ff. de minor.* Quod aũt longè dissimilis sit alienatio; seu obligatio, quæ orit̃ ex contractu ab ea quæ orit̃ ex delicto, pluribus rationibus plenissimè fundat *Didac. Segur. in d. tract. de lucr. mariti, & vxor. nu.*
78 *220. & seq. & nu. 235.* Nec aliquid me mouet ratio considerata per Carau. quod licet filius teneatur ex delicto, tamen quia postea cõdemnatur in iudicio, in quo quasi contrahitur, videtur potius obligari ex quasi cõtractu, in quo si paternus consensus deficiat, nulla est obligatio; Nam hoc est valde fallax argumentum, & nihil facit ad decisionem quæstionis propositæ, in qua tantum uenit inspiciendum, an valida sit obligatio filijfamilias, quæ oritur ex quasi cõtractu vel delicto in administratione rerum ad fiscum pertinentium, & parum refert, quòd hanc actionem fiscus in iudicium deducat, nam semper attenditur obligationis initium, siquidem ex obligatione oritur actio, ex actione formatur iudicium, & finis iudicij est sententia. Ideo omnium fundamẽtum est obligatio, cùm sit mater actionis, sine qua nemo experitur, iux. not. per *glo. instit. de oblig. in princ. & per glo.*
79 *& Doct. in l. vbi pactum. C. de transact.* Et licet verum sit, quòd iudicium cum filiofamilias, siue ipse sit reus, siue actor, est nullum, si in eo nõ interuenit patris authoritas, iux. not. per *glos. in l. fi. §. necessitate, C. de bon. quæ liber.* quam regulam habere locum etiam in iudicio summario, & exequutiuo, dixit *Bal. in l. nec quicquam, §. de plano, ff. de offic. procons. cum quo concordant Cott. in memorab. in ver. filiusfamilias,*

milias, Arnon. in soliloq. 78. Borgn. Caualc. in tract. de tutor. sub nu. 312. & Neuiz. in consil. 18. nu. 3. tamen hoc est quid penitus diuersum à quæstione proposita, nam hæc solemnitas iudicij aliunde oritur, quàm ex dispositione dictæ Regiæ Pragmaticæ, & non tantùm requiritur pro patris interesse, quantum etiam ad integrandum ipsius filij personam, vt benè notant *Bal. post glo. in d. §. necessitate, Ias. in l. 1. sub nu. 8. C. qui admitti, & ibidem Dec. nu. 25. & alij, quos refert Franc. Becc. in consil. 97. nu. 5.* qui in fine eiusdem consilij subdit vnum notabile, quòd in Curia parlamenti Delfinatus, cùm sit Principis consistorium de hac solemnitate paterni consensus in iudicijs filiorumfami-
80 lias non curatur. Et demum nihil etiam ad decisionem propositæ quæstionis mihi facere videtur vltima ratio considerata per Carauitam, quòd sicut filius non potest alienare per contractum in præiudicium patris, ita etiam neq; poterit ei præiudicare delinquendo, *iux. not. per Bar. in l. si finita §. si de vectigalibus, in 6. quæst. ff. de damno infec.* Nam licet conclusio sit vera, tamen aliunde etiam oritur, quàm ex dispositione dictæ Regiæ Pragmaticæ, potius enim oritur ex quadam prærogatiua, quam pater habet in bonis filij, vt in casu confiscationis præferatur fisco ex particulari prouisione, *l. 3. C. de bon. proscr.* quod manifestè probatur, nam non solum non publicantur bona aduentitia, in quibus patri quæritur vsusfructus, sed nec bona castrensia, in quibus pater nullum ius habet, iux. plenè relata per *Cather. in decisio. Pedem. 94. nu. 14. & per totam, Couarru. in 2. lib. varia. resol. cap. 8. sub num. 7. vers. hinc apparet, & Arnon. in caut. 41.* Vnde apertissimè constat, quòd finalis ratio huius legalis prouisionis non est ea, quam aliqui Doctores considerant, quid sicut filius prohibetur bona alienare per contractum, ita etiam censetur prohibitus alienare delinquendo, ex qua ratione deceptus fuit Carau. ad faciendum illationem prædictam, nam si hoc assumptum esset verum, vtique bona aduentitia tantùm, in quibus pater habet vsumfructum, non confiscarêtur pro delicto filij, alia verò in quibus pater non habet vsumfructum, & bona castrensia, quæ pleno iure filijs acquiruntur indistinctè confiscari possent, postquam de eis possunt filij ad sui libitum disponere tam in testamento, quàm per contractum inter viuos, & nihilominus contrarium est verius, vt supra dictum est, prout benè animaduertit *Iul. Clar. in quæstio. 78. vers. sed quid in aduentitijs, in fi. & in vers. sequen. incip. quæro etiam quid in peculio castrensi.* Ex quibus, ni fallor, satis clarè constat omnia per Carauitam considerata pro dicta conclusione fundanda contra fiscum nullam habere subsistentiam. Econtra verò argumentum, quod ipse refert ab eius fratre fuisse ex ad-
81 uerso propositum non benè resoluitur. Siquidem vera est de iure conclusio, quàm non solù filiusfamilias obligatur munus publicum administrando, sed etiam eius pater, si sciuit, & non contradixit, quia videtur fideiussisse pro eo, *iux. tex. not. in l. 2. ff. ad Municip. & in l. filios in potestate. C. de decurion. lib. 10. plenè Io. de Platea in l. 1. C. eod. tit. Io. Lopez. in rep. rubr. de don. int. vir. & vxo. §. 21. num. 9. & sequen. Paris. in consil. 93. nu. 41. vol. 1. & Sebast. Monticul. in paruulo tract. de patr. potest. nu. 47.*
82 Vndè Pater Castellanus tenetur pro filio, què reliquit arcis custodem, vt consuluit *Ias. in cõs. 27. in fi. vol. 3.* & ideo eadem ratione si reliquit filium pro custodia carceratorum, qui eis dolo, vel culpa aufugiant, pater tenetur de culpa, & dolo sui filij substituti, vt testatur *Farinac. in tit. de carcerib. q. 31. nu. 52.* nam regulare est, vt in officijs publicis pater teneatur pro filio tanquam fideiussor, si sciens non prohibuit, quam conclusionem refert quoque *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 302. nu. 5. & in cas. 345.*
83 *nu. 9.* Si ergo vera est hæc conclusio, quòd in officijs publicis per filium administratis, etiam pater tenetur tanquam fideiussor, necessariò etiam fatendum est, quòd filij obligatio est valida, alioquin si nulla esset eius obligatio, nulla quoque esset obligatio patris tanquam accessoria, *l. sed Iulianus, in princ. & §. non solum. ff.*
84 *ad Maced.* Aliam quæstionem proposuit *Carau. in d. pragm. §. 8. nu. 29.* nùm scilicet sicut filiusfamilias prohibetur contrahere, censeatur etiam ex identitate rationis prohibitus ludere? & breuiter concludit, quòd ludi prohibitio non comprehenditur sub dispositione dictæ Pragmaticæ, nam etiam ante eam ius commune in hoc prospexerat indemnitati patris, cautum enim erat, quòd patri liceat repetere amissa in ludo per filium, cùm & ipse quoque conditione teneatur, si quid filius ex ludo lucrifaciat, *l. fin. C. de aleator.* prout refert *Sebast. Monticul. in d. tract. de patr. potest. nu. 33.* Immò competit etiam patri actio furti contra eos, qui scienter ludunt cum filiofamilias, *ex not. per Bald. in l. seruis C. de cond. indeb. & in rub. C. de cond. ob turpem causam,* pro qua conclusione est etiam videndus *Alcia. in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 29. nu. 6.* qui dicit, quòd in dubio ludens cum filiofamilias, præsumitur scire eius conditionem, & si allegat ignorantiam tenetur probare, prout refert etiam *Farinac. in 2. thom. de varijs, & di-*
85 *uersis crimin. q. 109. ampliat. 20. num. 82.* Et non solùm pater repetit amissa per filium in ludo prohibito, sed etiam in ludo permisso, iux. plenè cumulata per eundem *Farinac. in*

eadem quaest.109.nu.177. cumplurib. sequen.
86 Alijs vero qui sui iuris sunt, eius tantùm pecuniæ datur repetitio, quę amittitur in ludis prohibitis, secus verò in ludis permissis, vt bene distinguit Caccialup. in tract. de ludo in 4. q. vers. restat, vt videamus de sponsione nu. 19. & in 8. quaest. nu. 34. vers. octauus casus est, post glo. in l. fin. in glo. fin. ff. de aleator. & alea vsu, & plenè Ant. Scapp. in tracta. de iur. non
87 scripto. cap. 167. nu. 8. Sed ab hoc onere restitutionis excusat contraria consuetudo, vt refert Iul. Clar. in pract. crim. in §. ludus, vers.
88 item vincens in ludo reprobato. Dummodo tamen in eo ludo nō sit commissa aliqua fraus. vel falsitas, nam tunc siue sit ludus prohibitus, siue permissus, semper datur repetitio pecuniæ amissæ, nec valeret consuetudo in contrarium, vt plenè testatur Farinac. in ead. quaest. 109.
89 nu. 70. & seq. In qua fraude probanda admittuntur personæ viles, & malæ conditionis, & de ea statur dicto expertorū in ludo, vt refert Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in d. §. ludus, nu. 14. post Salyc. in l. ea quidem. C. de accusat. & Couar. in reg. peccatum, de reg. iur. in 6. in 2.
90 par. relect. §. 4. num. 4. Circumscripta autem fraude, an vincens pecuniam, etiam in ludo prohibito teneatur in foro conscientię eam restituere? plenè explicat idem Couarr. in d. §.
91 4. per tot. Ludi verò prohibiti sunt ij, in quibus fortunæ iuditium tantùm operatur, iuxta plenè not. per Bursa. in cons. 116. nu. 1. & seq. vol. 1. & plenissimè per Farinac. in d. q. 109.
92 nu. 7. cum plur. seq. Ludi autem permissi sunt ij, qui in virtute, & corporis, vel ingenij exercitio consistunt, iux. plenè cumulata per eundē Farinac. in ead. quaest. 109. nu. 106. cum plur.
93 seq. Sunt etiam aliqui ludi qui pendent ab aliquo futuræ conditionis euentu, qui vulgariter nūcupantur, discommessæ, de quibus plenè loquitur Stracc. in tract. de mercatur. in fin. primæ par. sub tit. de sponsion. mercator. quaest. 4. nu. 1. & seq. Bursat. in cons. 136. nu. 153. vol. 2. & plenissimè Bertazzol. in cons. crim. 379. & addit. ad eum in 2. vol. qui ponit ridiculum casum, de duobus, qui ad inuicem magnam pecuniarum summam spoponderant contendentes de nomine cuiusdam mulieris, an vocaretur Lælia, vel vt alter affirmabat, Grandelia, & multa alia ad hoc propositum cumulant Ludouic. Lopez in tract. de contractib. lib. 2. cap. 15. & Nauarr. in manual. confessor. cap. 20. num. 18. Super his autem sponsionibus editæ sunt aliquæ pragmaticæ in hoc Regno, prohibentes ne fiant super valore frumenti, declarādo in festo S. Ioannis, nec super partu puerorū matribus pręgnantibus, neque super creatione Summi Pontificis Sede vacāte, vt videri potest sub tit. de sponsion. mercator. in pragm. 1. 2. 3. & 4. circumscripta autem prohibitione dictarum pragmaticarum, pulchra quæstio est, an si quis accipiat decem redditurus centum, in casu quo talis Cardinalis Pontifex erit electus, si contingat eum præmori in Conclaui, antequā fiat Pōtificis electio, teneatur restituere decem quæ acceperat? In quo articulo vide Ioā. Bernard. Bombin. meum conciuem Cosentinum de nobili, & præclara familia in cons. 41. sub nu. 6. & seq. qui concludit, eum, qui decem accepit sub huiusmodi conditione, teneri ad eorum restitutionem, quia status conuētionis fuit mutatus ex superueniente morte dicti Cardinalis,
94 An autem huiusmodi sponsiones fieri possint super sententia certo modo ferēda? videri possunt cumulata per Gasp. Thesau. in quaest. forens. 19. in 2. lib. per totam, ad quod propositū alia pulchra similia refert Petr. Caball. in resol. ciu. 65. per totum, qui dicit validas esse huiusmodi sponsiones, quæ fiunt super incerto futuro euentu, sed si immodicam læsionem ex aliqua parte contineant, ad moderatam summam
95 reduci debere. Multa autem contra lusores refert Gramm. in decis. 40. num. 2. cum plur. seq. Menoch. de arbitr. iud. cas. 399. per totum, & Io. Bonif. in tract. de furtis, in ver. animo lu-
96 crisfaciendi, nu. 85. & seq. Et contra tenentem domum, in qua exercentur ludi prohibiti, statutum est, quòd si verberatur, vel furtum patitur tempore quo luditur in eius domo nullam habet actionem, nam lex eum impunè verberari permittit, l. 1. §. item notandū. ff. de aleator. & aleæ vsu, vt refert Par. de Put. in tract. de ludo, nu. 46. & Amod. in tract. de sindicat. nu. 95. & alij, quos refert Bursat. in consi. 116. nu.
97 5. vol. 1. Et si vulneratur, vel occiditur, pęna est arbitraria, vt inquit Caccialup. in tract. de ludo n. 70. & Menoch. de arbitr. iud. cas. 400.
98 n. 17. Verùm hoc intelligitur de eo, qui publicè tenet domum, & aleas ad ludendum paratas, & inde lucrum aliquod percipit, quod vulgariter nuncupatur baractum, vt sentit Azo. in summ. C. de religios. et sumpt. funer. num. 24. et pulchrè glo. in d. l. 1. in princ. ff. de aleator. Secus
99 verò si recreationis causa absque aliquo emolumento in eius domo ludi permittat, vt notabiliter animaduertit August. in addit. ad Ang. de malefic. in ver. mettor de mali dadi nu. 8. et alij relati per Farinac. in d. q. 109. num. 151.
100 Alia circa inualiditatem contractuum, qui fieri solent inter ludentes, plenè cumulat idem Farinac. in ead. q. 109. nu. 203. cum plur. seq.
101 Et quod valet promissio de non ludendo sub certa pœna tertio applicanda, tradit Bart. in l. ex ea parte. §. 1. ff. de verbor. oblig. quem refert Regius Consiliar. Rouit. sup. pragm. 1. de alea-
102 tor. nu. 3. Quo casu an incurratur pœna per inspectionem, & assistentiam in ludo? videnda

sunt

ſunt ad hoc propoſitũ notata per Bal. in auth.
interdicimus, C.de epiſcop. & cler. & Thom.
Actium in tracta.de ludo ſcaccorum in 12. q.
princ.& alios relatos per Farinac. in d.q. 109.
103 nu.40. Aliam quoque quæſtionem breuiter
tangit Carau.in d.pragm.§.8.nu.8. nùm ſcili-
cet filiusfamilias poſſit facere donationem cau
ſa mortis ſine expreſſo patris conſenſu,& con-
cludit quòd non,ex mente Anch. in conſ. 384.
incip.dubium in iſta quæſtione,ea ratione mo-
tus,quia donatio cauſa mortis plus ſumit ex na
tura contractus, quam vltimæ voluntatis, ex
not.per Gloſ.& Bar.in l.2. in princ.ff. de dote
præleg.& in l.tam is.§.1.ff.de dona.cau. mor.
104 Animaduertit tamen,quòd licet in donatio-
ne cauſa mortis facta à filiofamilias requiratur
expreſſus cõſenſus patris vigore dictæ pragma-
ticæ,tamen ad eam cõfirmandam ſufficeret ſo-
la mors filij,nam pater non poſſet amplius eam
reuocare, licet è conuerſo ſolus filius poſſet,
iux.not.per Tiraq.in tract.de legib.connub.gl.
105 5.nu.86.& ſeq. Verum hanc concluſionem
plenius exquirendo,ſciendum eſt, quòd de iure
communi filiusfamilias poteſt donare cauſa
mortis,cum conſenſu tamen patris,licet etiam
eo conſentiente non poſſit facere teſtamẽtum,
prout ex communi Doctorum opinione refert
Couar.in rub.de teſtam.in 3.par.num.6. cuius
differentiæ rationem plenè explicant Iaſ. in l.
ſenium,nu.9.C. qui teſt.facer.poſſ. Iul. Clar.
in §.donatio q. 6. verſ. ſi autem quæritur, &
alij relati per Theſaur.in deciſio.150.num. 10.
106 In qua donatione aliqui putant patris con-
ſenſum requiri,ratione tantùm præiudicij ip-
ſius patris, & conſequenter quòd ſi filius habet
bona pleno iure ſibi quæſita,in quibus fortè pa
107 ter non habet vſumfructum, ea poteſt liberè
donare ſine patris conſenſu non ſolùm per con
tractum inter viuos, iux.plenè not. per Crau.
in conſ.84.& in conſ.92.per tot. & Iul. Clar.
in d.§.donatio,quæſt.6. verſ. aut quæris. Sed
108 etiã cauſa mortis, prout videtur expreſsè cau
tum, in auth.vt liceat matri, & auiæ in prin.
vbi ita tenet Bar.nu.7.Pau.de Caſtr.in d.l.ſe-
nium.nu.6.Rom.in Auth.ſimiliter, ſub n.77.
C.ad l.Falcid.& in conſ.512.ſub num.1.verſ.
fallit ſecundò,Cuma.in l.tam is.§.1.ff.de do-
nat.cau.mor. plenè Iaſ. in l. nemo ex hac lege,
ſub nu.3.& ſeq.C.qui teſtam.fac.poſſ. Barba.
in rub.de teſtam.nu.24.& ſeq.Gul.de Bened.
in cap. Raynutius, de teſtam. in 1.par.in ver.
matrem inſuper eleram, num.43. Crau. in d.
conſ.92.nu.1.& latius in conſ.543.lib.1.& in
conſ.555.lib.4.& alij relati per Ant.Theſaur.
109 in deciſ.150.nu.15.& ſeq. Et eandem opi-
nionem, quòd patris conſenſus non requiritur
ad ſolemnizandam donationem cauſa mortis,
ſed tantũ ratione ſui præiuditij, & conſequen-
ter quòd ſufficit generalis conſenſus plenè de-
fendit Hier.Gabr.in conſ.2.à nu.20.vſque ad
fi.& per tot.vol.1.et alij relati per Tiraqu.in
110 tract.de legib.connub.glo.8.num. 123. Et ex
eadem concluſione inferunt aliam conſequen-
tiam,quòd ſi præcedit generalis conſenſus filio
præſtitus per patrem ad donandum cui volue-
rit, poterit filius eidem patri donationem fa-
cere,vt plenè refert idem Tiraq. in citato loco,
nu.116.et 123.cum ſeq. et latè Ioan. Philipp.
Monſpolienſ. in conſ.2.per tot. & hanc opi-
nionem amplectitur quoque Maxil.in conſuet.
Bar.incip.dos à patre ſub tit.de iur.dot. num.
142. cum hac tamen declaratione, quòd ab-
ſit ſimulationis ſuſpitio, & conſenſus non
immediatè ante donationem ipſi patri factam,
ſed per aliquos dies præcedat.iux.not. per Dec.
in conſ.245.nu.5.& 279.col.pen. Pro qua con-
cluſione facit aliud ſimile, quòd ſi pater eman-
cipat filiam tempore quo manet grauiter infir-
ma,quæ ſtatim facit teſtamentum,ex hac actuũ
vicinitate præſumitur fraus, & ſimulatio, &
quòd emancipatio ſit facta ad finem teſtandi
tantùm,& ſic ad vnicum actum,& conſequen-
ter redditur inualida,per ea, quæ pulchrè, &
plenè conſiderat Honded.in conſ.32. vol. 1. &
licet contrarium conſuluerint Ludou.Morot.
in conſ.12.per totum, et Hier. Gabr. in conſ.
36.num.35.et ſeq.vol. 1. tamen ſi rectè inſpi-
ciantur,eorum opinio fundatur in coniecturis,
quòd ceſſabat fraus,& præiudicium tertij. Alij
111 verò contrariam tenuerunt opinionem, ſci-
licet patris conſenſum in donatione cauſa mor
tis facta per filium,non tantùm requiri ratione
paterni præiuditij,ſed potius ad integrandum
perſonam filij,& pro ſolemnitate actus, prout
tenuerunt Socy. in l. 1.§. fuit quæſitum. ff. ad
Trebell.Ant.Rub.in conſ.46.ſub num.5.et alij
relati per Couar.in d. rub.de teſtam. in 3. par.
ſub nu.6.in fi.et Iul. Clar.in d.§. donatio, q.6.
verſ. habes ergò, & hanc opinionem veriorem
& magis communem teſtatur Rolan.à Vall.in
conſ.89.num.11.et ſeq.vol.4. Et ideò quòd hu-
112 iuſmodi cõſenſus per modum authoritatis in
principio actus præſtari debeat,tenuit Bal.in l.
ſi vxor, C.de cond.inſer.et in cap.cùm conſue-
tudinis de conſuet.et Cremenſ.in ſing. 69. Nã
quando conſenſus ad ſolemnitatem actus re-
quiritur ſemper præſtari debet in principio
actus,vel in ipſo actu,iux.not.per Alex. et Iaſ.
in l.ſi quis mihi bona,§.iuſſum.ff.de acqui. hæ-
red.et alios relatos per Couar.in cita. loco ſub
nu. 7. Nec ſufficit tacitus,vel ſimplex conſen-
ſus,ex not.per Iul.Clar.in d.q.6.verſ.ſucceſſi-
uè quæro.et Rol.à Vall.in d.conſ.89. num.12.
113 Hinc nullo modo valere donationem factam
a filio eidem patri cum eius conſenſu ex magis
communi Doctorum ſententia,refert Couarr.
in d.

in d.rub.de testam.in 3.par. nu. 7. & hanc ve-
riorem,& magis communem esse testãtur Iul.
Clar.in d.§.donatio q.6.vers.quaro etiam nũ-
quid filiusfamilias, & nouissimè plures alios
cumulans Gasp. Thesaur. in quaest.forens. 37.
114 nu.2.et seq.lib.2. Ex quo assumpto sequitur
etiam, quòd neque bona, in quibus patri non
quaeritur vsusfructus, potest filius sine eius con-
sensu donare, prout pluribus rationibus pro-
bat Couar.in cit.loco,nu.8. et seq. & hanc esse
magis communem opinionem affirmant Ant.
Rub.in d.cõs.46.per tot.et Iul.Clar. in d.q.6.
115 vers.aut verò quaeris. Imò adeò necessarium
esse expressum patris consensum in donatione
causa mortis, vt etiam generalis non sufficiat,
116 testatur Couarr.in citato loco nu.10. Verùm
si filius facit testamẽtum cum consensu patris,
in quo adsit clausula codicillaris, quòd si non
valet iure testamenti, valeat in vim cuiuslibet
vltimae voluntatis, tunc eam dispositionem su-
stineri tanquam donationem causa mortis, te-
net Iul.Clar.in cita.q.6.in fi. cum qua opinio-
ne licet non desint multi contradictores, tan-
quam aequiori transibat Senatus Pedemonta-
nus, vt refert Thesau.in d.decis. 150. num. 12.
117 Hoc autem intelligitur, dummodo donata-
rius sit praesens, nam sine eius praesentia dona-
tio causa mortis non valet, l.absenti,ff.de don.
cau.mor.et l.illud.C.de sacros.eccles. prout in
specie not. Couar.in cita.loco num. 14. et Iul.
Clar.in d.q.6.vers.sed quare tu scis, et in q.5.
118 in fi. Imo requiritur etiam stipulatio vel pa-
ctum, ex not.per Dec.in cons.245.col.pen. So-
cy.in cons.112.num.5.vol.1.et Crau. in consi.
130.nu.11.et seq. Hinc valdè dubia quaestio est
an valeat substitutio in donatione causa mor-
tis facta per filiumfamilias infanti, stipulante
notario pro eo? de qua vide Hier.Gabr. in cõs.
16.vol.1.et Io.Vinc. Honded. in cons. 32. nu.
119 30.cum plur.seq.vol.1. Nec valere posset hu-
iusmodi dispositio nisi cum praesentia, & ex-
presso patris consensu, iux. formam traditam
per dictam Regiam pragm. Nam donatio causa
mortis quoad eius initium aequiparatur cõtra-
ctui, & ad eius validitatem requirũtur omnia,
quae pro solemnitate actus fuit necessaria ad
perficiendum contractum, iux. not. per glos.et
Bal.in l.2.ff.de dot.praeleg.et per Couar.in d.
rubr.de testam.in 3.par.num.2.et Iul.Clar.in
120 d.§.donatio,q.5. in princ. Licet quoad eius
exequutionem magis vltimę voluntati accedat
vt not.in §.1.instit. de donat.et in l. non vide-
tur, et in l.si.ff. de don.cau. mor. hac tantùm
constituta differentia, quòd aliae vltimae dispo
sitiones non confirmantur, nisi adita haereditа-
te, haec autem statim sequuta morte donantis,
vt inquit Iul.Clar. in ead. quaest. 5. vers. scias
121 tamen. Et si filiusfamilias facit donationem
causa mortis sine patris consensu, etiam cum
iuramento, quamuis postea efficiatur sui iuris,
nihilominus donatio ab initio nulla non con-
firmatur, vt benè animaduertit Rol.à Vall. in
cons.89.nu.5.vol.4.post Ant.Rub.in cons.127
122 nu.8. An autem filiusfamilias possit sine pa-
tris consensu donare extraneo bona, quae sibi
fuerunt a patre donata? videnda sunt omnino
notata per Io.Vinc.de Anna in allega. 73. per
123 tot. lib. 2. Nunc alia se mihi quaestio offert,
quam habui in facto; an scilicet si pater reperia-
tur creditorũ mole grauatus, & filius aliquod
ex paternis debitis in se suscipiendo, se ad eius
solutionem obliget, possit postea exceptionem
Macedoniani opponere? in quo articulo si con
sideramus dispositionem iuris communis, cer-
tum est, quòd filiusfamilias non iuuatur Mace-
doniani Senatusconsulti beneficio, quãdo pro
patre obligatur, l.filiusfamilias, C. de fideius-
sor. et l.si ex alio.C.quod cũ eo, et l.si paternã
C.ad Velleia.et l.2.§.et filius.ff. qui satisd.
cog. et l.si dubitet.§.filiusfamilias.ff.de fide-
iuss. Quae conclusio multò fortius procederet,
quando immineret patris carceratio, quo casu
etiam si filius pro patre intercedens esset mi-
nor, non iuuaretur beneficio restitutionis in
integrum, nam licet regulariter filiusfamilias
minor fideiubens pro extraneo cum consensu
patris, vel pro ipso patre, in integrum restitua-
tur, ex reg.tex.in l.1.C.de filiofam.minor. hoc
tamen fallit, quando fideiubet pro patre à car-
ceribus liberando, nam tunc non restituitur,
cùm faciat opus pium, & laudabile, quale face-
ret quilibet prudens paterfamilias, vt notabili-
ter affirmant Aret.in d.l.1.in 2.notab.et Saly.
in fi.et Sfor.Odd.in tract.de restitu.in integr.
par.1.q.23.art.12.nu.52. & idem est si interce-
dit pro patre ad finem eum liberandi ab immi-
nentibus exequutionibus creditorum, & peri-
culo carcerationis, cùm militet eadem ratio
pietatis, iux.not.per Rimin.senior.in cons.77.
num.16. vt in proprijs terminis refert Stefan.
Gratian. in 1.thom.disceptat.forens.cap. 108.
nu.41.et seq.et nu.44. Sed dubium est, an ea-
dem iuris dispositio procedat in terminis dictę
Regiae Pragmaticae, per quam deficiente ex-
presso patris consensu omnes contractus filio-
rumfamilias annullantur; Vnde Ego, qui par-
tes credlioris defendebã, dictae Regiae pragma-
ticae respondendo considerabam, quòd licet
per eam videatur extendi, & ampliari disposi-
tio iuris communis, per quod Senatusconsulti
Macedoniani exceptio procedebat tantùm in
mutuo, & voto, ad omnes alios contractus, cùm
sit data certa forma contrahendi filijsfamilias,
non tamen per hoc censetur derogatum iuri-
bus specialiter prouidentibus, filiumfamilias
etiam ex mutuo obligari posse, non obstante
dicto

dicto Senatusconsulto; Nam lex noua semper est intelligenda, & interpretanda, vt minus lędat ius antiquum, quàm fieri potest, *l. 2. C. de noxal. et cap. cùm dilectus, de consuetud.* Et licet generaliter, & indistinctè loquatur, non tamen censetur legem veterem corrigere voluisse in casibus specificè per ius antiquum prouisis, nisi appareat expressè, quòd edita sit ad corũ correctionem, nam lex quãtumuis generaliter loquatur, debet distingui, & restringi secundũ antiquam legem de eadem materia loquẽtem, prout ex mente *Io. de Imol. in repet. l. si verò, §. de viro. ff. sol. matr.* & aliorum Doctorum pulchrè affirmant *Nicol. Euerard. in tract. de centum mod. argument. in loco 78. num. 12. & seq.* & alij, quos pleniſſimè refert *Io. Guttier. in repet. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. nu. 76.* qui per has quoque rationes in eisdem terminis decidit alias quæstiones huic ferè similes, & inter cætera affirmat, quòd dum prohibitio Senatusconsulti Macedoniani, quæ de iure communi solùm procedebat in mutuo, per legem Regiam Hispaniarum ampliata fuit ad omnes alios contractus, qui fiunt à filijsfamilias sine paterno consensu, *iux. not. per eundem authorem ibid. nu. 47. & num. 49.* Et ideo dubitandum esse fortè videbatur, an dicta lex Regia procederet in illis casibus, in quibus dispositio Senatusconsulti Macedoniani erat specificè limitata de iure communi, nihilominus concludit sub nu. 54. in fi. quod nõ, sed quòd dum illa lex Regia venit solùm ampliatiuè ad Senatusconsultum Macedonianũ, illud extendendo ad omnes alios contractus vltra mutuum, in omnibus casibus, in quibus dicti Senatusconsulti prohibitio erat limitata de iure communi, censetur etiam limitata dispositio dictæ nouæ legis Regiæ; qua ratione idem quoque necessariò fatendum est in terminis dictæ regiæ Pragmaticæ; Pro qua conclusione facit etiam alia notabilis doctrina *Bald. nouell. in tract. de dot. par. 6. priuil. 47. & seq.* dicentis, quòd statutum prohibens filiumfamilias obligari sine consensu patris non habet locum, quando obligatur ex causa dotis, & ratio est, quia de iure communi omnes dotem promittentes cuiuscunque sexus, & conditionis sint, obligantur, *l. promittendo. ff. de iur. dot. & l. fi. C. ad Senatusconf. Velleia.* & idem affirmant *Rum. in cons. 194. & 195. lib. 1. & Rolã. à Vall. in tract. de lucr. dot. q. 105. nu. 14. quos refert Petr. Caball. in consi. 22. num. 8. & seq. lib. 2.* Et ne etiam in proprijs terminis desit punctualis decisio, ita quoque limitat dictam Regiam Pragmaticam *Bernard. Pand. Grauinen. in tract. de præsent. instrum. in 2. par. declarat. 17. nu. 41.* dicens, quòd ea locum non habet, quando filius se obligat pro patre, & ita obtinui in Sacro Consilio, in causa Petri de Bonanno cum Ioan. Dominico de Cresciẽzo, qui nullo præcedente patris consensu, eoque absente onus soluendi pro eo in seipsum susceperat, referente Regio Consiliario Io. Baptista de Leonardis, cum interuentu insignium Consiliariorum Io. Thomæ de Salamanca, qui postea fuit Regens in supremo Consilio Italiæ, & Fabij de Anna sub die vltimo Ianuarij 1605. in

124 banca Scipionis Scacciauenti. Et eadem quoque ratione nihil innouatum esse arbitror per dictam Regiam Pragmaticam, circa id, quod notabiliter dicit *Bar. in l. bis solis ff. de condic. indeb.* vbi tenet, quòd si pater accipit mutuo pecuniam, quam conuertit in expensas, & necessaria alimẽta filiorum, poterit creditor existente patre inope agere ad restitutionem pecuniæ mutuatæ contra filios, qui ex ea alimenta habuerunt, quam conclusionem approbant, & sequuti sunt *Cepoll. in caut. 246. Roma. in sing. 210. Io. Lopez. in tract. de lucr. marit. et vxor. cap. 10. nu. 6. & in rub. de donat. inter virum, & vxor. §. 66 nu. 6. et alij, quos refert Petr. Caball. in cons. 2. nu. 8. et seq.* qui hanc conclusionem extendit etiam ad mulierẽ, quæ particeps alimẽtorum fuit ex pecunia viro mutuata, pro quo se obligauit, & plenè *Surd. in consi. 367. num. 28. et in cons. 420. vol. 3. per tot. qui hinc nu. 9. in fine* infert, quòd etiam pro pensione domus filius, & vxor in subsidium conueniri possunt, & in dubio pater accipiens mutuo pecuniam tempore penuriæ præsumitur illam expendisse pro alimentis suæ familiæ, vt singulariter dixit *Soc. in cons. 16. nu. 10. lib. 3. quem refert Crau. in cons. 91. num. 5. et Io. Vinc. de Ann. in sing. 686.* & hanc conclusionem confirmat quoque *Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 68. nu. 6. et alij, quos refert Gratia. in 1. tom. disceptat. forens. cap. 107. nu. 20. et seq.* Regulariter autem extra tempus penuriæ non sufficeret patris assertio ad finem obligandi filios, vel vxorem, nisi aliunde constaret pecuniã mutuatam re vera versam fuisse in eorum alimenta, vt plenè probat *Surd. in tract. de alim.*

125 *tit. 8. priuil. 48. nu. 5. et seq.* Et ex eadem ratione similiter infertur, q̃ dicta pragmatica nõ habet locũ, q̃n filius habet bona castrensia, seu quasi castrensia, nam ea potest tanquàm paterfamilias obligare, ꝓut affirmat *Carau. in eadẽ pragm. g. 5. nu. 20.* quòd tamen videtur intelligendum procedere, quando contractus est factus in causam peculij castrensis, vel quasi, alias secus, prout est de iure communi, per quod licet statutum sit Senatusconf. Macedonian. cessare in filiofamil. prædictum peculium habente, & mutuum recipiente, hoc tamen declaratur procedere, dummodo mutuum fuerit receptum in causam prædicti peculij, alias exceptio

ptio Senatusconf. prædicti adhuc in talibus personis militaret, prout in specie declarat *Castren. in l. 1. §. fi. n. 3. et 4. ff. ad Maced. et optimè Aret. in §. item si in iuditio. nu. 10. 13. inst. de excep.* Verùm tamen est, quòd licet super dictis bonis contra eum concedatur exequutio, nihilominus quoad personam est immunis, & carcerari non potest, iux. not. per *Vinc. de Franchis in decis. 70. nu. 3.* Duos autem casus eadem pragmatica expressè excipit, in quibus filius obligari potest sine patris consensu. Vnus est, quando viuit seorsum ab eo; Alter verò quan-
126 do est emancipatus. Ideo circa primum quomodo intelligenda sit habitatio filij seorsum à patre, ad hoc, vt valeat eius obligatio, plenè explicat *Carau. in d. pragm. §. 13. per tot.* cui addi possunt not. per *Cepoll. in consi. crim. 26. num. 11. vers. nec obstat, et Vrsil. in decis. 308.* Circa secundum duo tempora considerari possunt, vnum si tempore obligationis filius erat emancipatus, alterum verò si fuit emancipatus post
127 contractam obligationem. Quoad primum, dubium non est, quòd obligatio est valida, cùm hic casus expressè excipiatur ab eadem pragmatica, sed circa hoc plura sunt animaduertenda.
128 Primum scilicet, quòd emancipatio sit generalis, nam si esset facta ad vnicum actum non valeret, prout ex communi Doctorum opinione testantur *Honded. in cons. 32. nu. 9. vol. 1. et Tiraq. in repet. l. si vnquam. C. de reuoc. donat.*
129 *in ver. donatione largitus, num. 284.* Item quòd non sit facta per procuratorem, quia non valet ante ratificationem, iuxta not. per *Curt. sen. in cons. 4. et Socin. in cons. 47. num. 36. volum. 4. & alios relatos per Carau. in*
130 *eadem pragmat. §. 12. sub num. 8.* Et demùm quòd sit facta coram Iudice competenti iurisdictionem habente, nam non sufficit, quod fiat coram Notario, & Iudice cartulario, vt plenè testatur *Carau. in eod. §. 12. nu. 26. cum plurib. seq. post Dec. in cons. 13. nu. 2. Ang. in cons. 93. & Luc. de Penn. in l. 2. C. de numerar. vers. sed quid in quæst. lib. 12.* Verùm hanc opinionem plenissimè impugnant *Ludou. Morot. in d. cōs. 52. Camil. Borrell. in cons. 73. à nu. 15. vsq; ad fin. & Aldouin. de Aldoui. inter cons. Peregr. in cons. 97. num. 76. & seq. lib. 4.* quos omninò
131 vide, cùm casus occurrerit. An autem valeat filij familias obligatio, si communiter reputabatur emancipatus, & pater permittebat eum publicè negotiari? vide vltra notata *p Carau. in d. §. 12. nu. 18. & seq.* quæ ad hoc propositū notabiliter refert *Hier. de Laur. in dec. Auen. 139. per tot. & Affl. & Vrsil. in d. dec. 308. per*
132 *tot.* Et ex quanto tempore præsumatur emancipatio? vide *Carau. in eod. §. 12. nu. 56. & seq. Affl. & Vrsil. in decis. 183. Cephal. in cōs. 687. nu. 10. & seq. vol. 5. Aldouin. in d. consf. 97. nu. 79. & seq. Menoch. de præsump. lib. 6. præs. 55. n. 27. & seq. & Mascar. de probat. in cōcl. 599.*
133 *per tot.* Quò verò ad secundum, quando post obligationem filijfamilias pater eum emancipat, tunc si obligatio fuit ab initio valida, ex quo facta fuit solemniter cum consensu patris, sequuta emancipatione filius efficitur nouus homo, & gaudet beneficio, ne conueniatur, vltra quàm facere potest, deducto ne egeat, ex dispositione *tex. in l. 2. C. quòd cum eo, & in l. fi-*
134 *liusfamilias. ff. eo.* Et hæc exceptio in prōptu opposita post sententiam, & aduersus liquidationem instrumenti impedit exequutionē, nō obstante iuramento, & generalibus renunciationibus, vt patet ex relatis per *Præsid. de Franchis in decis. 181. per tot. Vrsill. in decis. 308. nu. 20. Minad. in cons. 17. & in repet. constit. Regn. in aliquib. in 2. not. nu. 34. Frez. de præsent. instrum. par. 12. in prin. nu. 15. & plenè Io. Vinc. de Ann. in alleg. 88. nu. 9. & ibid. per Fab. eius filiū in addit.* & alios, quos copiosissimè refert *Marius Giurb. in decis. 42. nu. 19. cum plurib. sequen. & Molfes. in cons. 4. impresso post primam partem suorum commentar. super Consuetud. Neap. num. 1. & seq. &*
135 *latius in cons. 42. nu. 3. et seq. in 2. par.* Verum si huic exceptioni esset specificè renunciatum cum iuramento, tunc obstaret exceptio periurij, & procederetur ad liquidationem instrumenti, secundum *Vrsil. in ead. decis. 308. n. 21. et Mar. Giurb. in decis. 42. nu. 4. cum plur. seq.* præterquam si huiusmodi renunciatio facta esset metu reuerentiali a filiofamil. minore, iuxta plenè not. per *Molfes. in d. cons. 4. nu. 5. et seq. et per tot. et latius in cons. 42. nu. 1. et seq.* Sed contrarium scilicet, quòd etiā specifica renunciatio dicti beneficij non sufficit, sed quod requiritur certioratio cum specialissima renunciatione, pluribus rationibus probat *Regius Consiliarius Rouit. in comment. dicta pragm. nu. 22. cum plur. seq.* vbi ponit formam dictæ specialissimę renunciationis, & secundùm eius opinionem iudicatum fuisse testatur, in fine, & latius *in commentar. nuper impressis super ead. pragm. nu. 35. cum plur. seq.* pro qua conclusione nonnullas alias decisiones Sacri Consilij nouissimè refert *Molfes. in alleg. 42. num.*
136 *17. et seq.* Imò quòd etiam per sequentem ratificationem postquam filius effectus est sui iuris, non amittit hoc beneficium, tenet idem *Rouit. ibid. nu. 16. et seq. et in commentarijs nouiter editis super eadem pragm. num. 27. et seq.* An autem si filiusfamilias minor se obligauit vnà cum patre, & postea maior factus per plures annos contractum non impugnauit, ex hac tacita ratificatione excludatur ab hoc beneficio? vide *Don Andr. Molfes. in d. consi. 4. impresso post commentar. eiusdem ad consuetud.*

Nea-

Neapol. qui plenè diſcuſſo hoc articulo refert per Sacrum Conſilium iudicatum fuiſſe pro filiofamilias contra opinionem *Regij Conſiliarij Fabij de Anna in conſ. 29. num. 19. & ſeq. et idem latius confirmat in conſi. 43. in 2. par.*
137 Et demum in quibus caſibus ceſſat hoc beneſitium? plenè explicat *Borgn. Caualc. in deciſ.*
138 *Fiuiz. 31. per totam, in 1. par.* Et quid ſi filiusfamilias dolo verſatus ſit in contrahendo multa debita ſub ſpe futuræ emancipationis, an hoc benefitium amittat? vide *Vrſill. in deciſ. 84. nu. 2. Carrot. in deciſ. 1. nu. 15. et Mariū Giurbam in deciſ. 43. nu. 12. et per totam.*

Finis Cap. Sexti.

CAPVT SEPTIMVM.

Filij Iudæorum an baptizari poſsint inuitis parentibus, Et ſi de facto baptizati ſunt, an teneantur perſeuerare in Fide? Et quid ſi diuerſa ſit parentum conditio? Et an Iudæi expelli poſsint à Chriſtianorum prouincijs? Et in locis, in quibus tolerantur an cogi poſsint ad Fidem ſuſcipiendam, vel ſaltim ad audiēdas prædicationes? Baptizatus per vim an ſuſcipiat Sacramenti characterem? Et quid ſi habeat ſimulatam intentionem? Et an per baptiſmum deleantur delicta præterita?

SVMMARIVM.

1 *Filius in poteſtate patris exiſtens, eoſdem Deos colere, eademque ſacra, patris, celebrare de iure antiquo tenebatur.*

3 *Paruuli Iudæorum filij, inuitis eorum parentibus baptizari non poſſunt.*

Quid patre mortuo, an reluctante matre Iudæa poſſit infans baptizari ad inſtantiam Auis paterni Chriſtiani? nu. 4.

Mortuo tamen vtroque parente non poſſunt baptizari inuitis tutoribus, eod. nu. 4. in fi.

Primo declaratur procedere in paruulo adhuc non doli capace, nam proximus pubertati petens baptizari non repellitur, etiam contradicentibus parentibus, nu. 5.

Secundò declaratur, nam ad baptizandum infantem Iudæi filium ſufficit, ſi ab eius matre ad Fidem conuerſa offeratur, nu. 8.

Tertio declaratur, quod ſi de facto fuiſſent Iudæorum filij infantes, inuitis parentibus baptizati, ratione characteris cogentur Fidem ſeruare, nu. 11.

Quarto declaratur, quia inuitis parentibus paruuli Iudæorum, et aliorum infidelium poſſunt ſecretè baptizari, ſi ſunt in extremo vitæ. eod. nu. 11.

Quinto, vt non habeat locum in illis Iudæis, et infidelibus, qui in ſeruitutem Chriſtianorum rediguntur, nam illis inuitis, eorū paruuli poſſunt baptizari n. 12.

6 *Pubertati proximus quis dicatur?*

7 *Iudæus peruertens Iudæum volentem ſe baptizari, grauiter punitur.*

9 *Iudæi etiam habent filios in poteſtate.*

10 *Conditio ſi diuerſa ſit patris, et matris, filius ſequitur conditionem illius, vnde deterior non efficitur.*

13 *Iudæi commorantes in terra alicuius Principis, videntur eſſe ſerui illius, ſed propriè ſerui non ſunt, et nu. 14.*

15 *Iudæi expelli iuſtè poſſunt à Chriſtianorum prouintijs, ne illorum perfidia catholicis noceat.*

16 *Iudæi in locis vbi tolerantur cogi non poſſunt ad Fidem per vim ſuſcipiendam.*

17 *Iudæi an cogi poſſint ad audiendas chriſtianorum prædicationes?*

18 *Iudæus vel Saracenus ætate maior, ſi per vim baptizetur, an in eo imprimatur character, ita vt cogi poſſit in Fide perſeuerare, et nu. 19. et 20.*

19 *Baptizatus amens vel dormiens, an recipiat characterem?*

21 *Baptizatus habens ſimulatam intentionem, an recipiat characterem.*

Et contrahens deinde matrimonium cū Chriſtiana, ſi mox aufugerit, nō poterit mulier illa alium ducere maritum, nu. 22.

23 *Baptizandi forma, qua vtitur eccleſia, remiſſiuè.*

Et qua ſit cauſa materialis, qua efficiens, et qua

qua finalis, remissiuè nu. 24.
25 *Per baptismum an deleantur delicta præterita, ita vt pro illis baptizatus inquiri, aut castigari non possit? remissiuè.*

1 
Ilios etiam sub patria
potestate constitutos
alia sacra celebrare,
aliosvè deos penates
colere, quàm eorum
pater celebraret, &
coleret ex antiqua le-
ge duodecim tabula-
rū erat expresſè pro-
hibitum, per hæc ver-
ba, [sacra priuata perpetua manento,] vt refert
Amer. in tract. de patr. potest. in 7. effec. nu. 1.
2 Et hinc filius sub patria potestate existens dici-
tur esse in sacris paternis, prout ex multorum
authoritate refert *Arius* Pinell. *in 2. par. rub.*
3 C. *de bon. mater. nu.* 4. Vnde paruulos Iudæorū
filios, inuitis eorum parentibus baptizari non
posse, tam ex authoritate *Diui Thom. in 2.2. q.*
10. *art.* 10. quam ex magis communi patrum,
& doctorum sententia refert *Affl. in decis.* 151
quam cōclusionem plenè etiam probant *Natt.*
in cons. 434. per tot. lib. 2. Iacob. Siman. in tra-
cta. de cathol. inst. tit. 29. nu. 52. plenè Bursat.
in cons. 231. per tot. lib. 3. Borgn. Cauale. *in de-*
cis. Fiuiz. 21. *num.* 14. *in 2. par. Marquard. de*
Susan. in tract. de Iudæis, & alijs infidelib. in
3. par cap. 2. sub nu. 6. vers. sed dominus Abbas,
& alij, quos refert *Petr. Cened. in collect. super*
4 *decretal. collect. 59. num.* 1. Imò etiam patre
mortuo non posse infantem eius filium bapti-
zari reluctante matre, quamuis supersit eius
Auus paternus ad Christianam Fidem conuer-
sus, qui instet dictum eius nepotem, penes eum
educari, & baptizari, pluribus rationibus ple-
nissimè disseruit *Nauar. in consi. 4. sub titu. de*
conuers. infidel. in 1. par. lib. 3. Verum tamen
est, quòd in calce eiusdem consilij ipsemet fa-
tetur, quòd contra suam opinionem fuit lata
sententia, & quòd infans traditus fuit Auo
Christiano, & quod fuit baptizatus, & perseue-
rabat in Fide, quod consilium Ego didici ab Il-
lustriss. & Reuerendiss. Antistite Lutio Sanse-
uerino, Archiepiscopo Salernitano, viro reli-
giosissimo, & exemplaris vitæ, ac omni virtutū
genere, & doctrina prædito, cuius laudes refer-
re non audeo, cùm longè impar onus meis hu-
meris esse sentiam, sed earum memoriam futu-
ra sæcula perpetpò conseruabunt. Imò quòd
vtroque parente defuncto non possit paruulus
Iudæus baptizari inuitis tutoribus, etiam si sit
spurius ancillæ filius, refert idem *Nauar. in eo.*
cons. 4. nu. 17. & 18. Sed dicit tales pueros esse
relinquendos diuinæ prouidentiæ, per *tex. in*
cap. de Iudæis. 45. dist. vt ibi per eum num. 15.
5 Hæc autem conclusio intelligitur, & declara-
tur procedere in eo, qui adhuc non est doli ca-
pax, sed si pubertati proximus spōtè petat sacri
Baprismatis lauacrum, & Christianam Fidem
velit amplecti, tunc nullatenus est repellēdus,
etiam inuitis. & contradicentibus eius paren-
tibus, vt affirmat *Simanc. in cit. loco num.* 55.
6 Et pubertati proximus intelligitur esse ille, qui
habet vsum rationis, & ad minus habet annos
decem cum dimidio, vt plenè asserit *Bursat. in*
d. cons. 231. num. 4. & seq. & Natt. in d. cons.
7 434. *nu.* 16. Imò si alij Iudæi se opponerent ad
peruertendum, & retrahendum Iudæum spon-
tè volentem Christianam Fidem amplecti, es-
sent grauiter puniendi, vt plenè ex multorum
Doctorum authoritate refert *Bertazzol. in*
8 *cons. 250. num. 1. & seq. lib.* 1. Præterea eadem
conclusio declaratur, quòd ad baptizandum
infantem Iudæi filium, sufficit si ab eius matre
ad Fidem conuersa offeratur, cùm eo casu sit
potius matri fideli fauore religionis, quam pa-
tri Hebreo restituendus, per *tex. eum ibi not.*
per glo. & Doct. in cap. 2. de conuers. infidel. &
in cap. Iudæi, 28. q. 1. prout consuluit Barbat.
in consi. 57. vol. 3. quem refert Vrsill. in addit.
ad Affl. in d. decis. 151. nu. 8. & Bertazzol. in
9 *d. cons. 250. nu.* 8. Licet enim etiam Iudæi ha-
beant filios in potestate, vt ex magis communi
Doctorum sententia refert *Bursat. in consi.*
152. nu. 70. lib. 2. per tex. in d. cap. 2. de conuers.
infidel. prout etiam testantur *Vrsill. in eadem*
decis. 151. nu. 6. Nauar. in d. cons. 4. n. 1. Alex.
in cons. 71 nu. 2. lib. 2. Paris. in cons. 2. nu. 40.
lib. 4. & alij relati per Amer. in d. effect. 7. n. 6.
10 Tamen in hoc casu de patria potestate non cu-
ratur, nam quando diuersa est conditio patris,
& matris, tunc filij illius conditionem sequun-
tur, ex qua eorum conditio non efficiatur dete-
rior, *iux. glo. solemnem in cap. fin. de cland. de-*
sponsat. & not. per glo. in cap. ex tenore, qui fi-
lij sint legit. & Bald. in l. qui contra, C. *de in-*
cest. nupt. & hoc expresſè decidit *tex. in d. cap.*
2. de conuers. infidel. vbi pater Iudæus ad Chri-
stianam religionem conuersus auocat ad se cō-
munem prolem inuita matre Iudæa, licet enim
ille tex. ex contingentia facti ponat casum in
patre ad religionem conuerso, tamen ex eadem
ratione idem dicendum est in matre, nam de-
cisionis ratio, quæ ibi assignatur per Summum
Pontificem est, quòd in illa ætate infantili non
debeat apud illas remanere personas, de qui-
bus posset esse suspitio, quòd eorum saluti, vel
vitæ parentur insidiæ. Vnde dicit ibi Hostiens.
ꝙ Papa facilius poterat se expedire statuēdo,
quòd si alter infidelium venit ad Fidem, siue sit
pater, siue mater, communis soboles assignetur
conuerso ad Fidem, nisi filij sint doli capaces,

quia

quia tunc relinquuntur propriæ libertati, & voluntati; Pater enim, & mater non iudicantur ad imparia, quòad filiorum conditionem, quando sunt diuersi status, vt his, & alijs rationibus plenè concludit *Barbat. in d. consi. 57.*
11 *per tot. lib. 3.* Eadem quoque conclusio declaratur, quòd si de facto fuissent Iudæorum filij infantes ab inuitis parentibus erepti, & baptizati; tunc ratione characteris impressi essent verè, & legitimè baptizati, & effecti maiores deberent cogi ad Fidem seruandam, vt plenè concludit ex multorum patrum authoritate, *Affl. in d. decis. 151. in 2. dub. sub nu. 7. & seq. vsque ad fin.* Alio etiam modo declaratur conclusio prædicta, quòd paruuli Iudæorum, & aliorum infidelium, inuitis parentibus baptizari possunt, si sunt in extremo vitæ periculo, præsertim si id secretè, & occultè fiat, vt refert *Suarez in 3. par. thom. 3. q. 68. art. 10. disp. 25. sect. 3.* dicens hanc sententiam esse piam, & probabilem, sed non vtendum hac facultate sine magna prudentia, & cautela, ac præcipuè obseruandum, quòd puer in eo sit statu, vt de eius vita verisimiliter desperetur, ne si postea superuiueret, aut patri per vim eripiendus, aut ipsi cum periculo apostasiæ relinquendus esset, & denique cauendum, ne id fiat cum manifesta violentia, & scandalo parentum, quia cederet
12 in iniuriam Christianæ religionis. Et demùm eadem conclusio declaratur, quòd non habet locum in illis Iudæis, & infidelibus, qui in seruitutem Christianorū rediguntur, ab his enim possunt paruuli filij auferri, & eis inuitis baptizari, prout per quoddam Concilium Toletanū decretatum fuisse testatur *Iacob. Simanc. in d. cap. 29. nu. 55.* cuius refert hæc formalia verba [Qui Iudæos in seruitutem acceperint, in nullo eos permittant rituum suorum ceremonias celebrare, aut colere, & filios eorum à septimo anno nullam cum parentibus suis habitationē, aut societatem habere permittant, sed fidelissimis Christianis nutriendos tradant, & filios eorum, & filias Christianis in matrimonium tradant, ne infidelium patrum suorum semitas quibuslibet occasionibus iterare possint, *Cōcil. 17. Tolet. c. 8.*] Cuius decisionis ratio reddit ab eod. *Siman. in eod. cap. nu. 51.* nam cum Iudæorum, aliorumque infidelium filij in bello capti efficiantur Christianorum serui, tunc desinunt esse in potestate parentum, & dominorum arbitrio educantur, qui vitæ illorum perpetuæ potius quam temporali prouidere debent, nam ex Domini nostri præcepto, qui suorum, & præcipuè domesticorum curam non habet Fidem negauit, & est infideli deterior. Quæ ratio non militat in illis Iudæis, qui penes nos com-
13 morantur. Hi enim licet propter eorum scelera videantur esse serui Christianorum, & illius Principis, sub cuius dominio resident, vt in *cap. & si Iudæos, cum ibi not. per Doct. de Iudæis, & in cap. dispar 23. q. 8. & notant Arch. & Præpos. in cap. qui sincerum 45. dist. & Henric. Boic. in cap. sicut colum. 2. de Iudæis.*
14 Tamen verè non sunt propriè serui, cùm eis permittatur commercium, *cap. multorum, eodem titu.* & possunt habere bona, & possessiones, vt cauetur in *l. nullus C. eodem titu. de Iudæis*, quibus sine iusta causa per quemcunq; supremum Principem spoliari, aut alio quouis modo molestari, vel inquietari non debent, *l. christianis, cum ibi not. per Bart. C. de pagan.* & non solùm ab ecclesia tolerantur, sed quòd à Principibus secularibus defendi, & à suis Regnis expelli non debent, plenè probat *Oldrad. in consi. 264.* cuius tolerantiæ plures rationes notabiliter refert *Iacob. Philip. Port. Imolens. in cons. 4. nu. 31. & seq. plenè Rolan. a Vall. in cons. 25. per tot. lib. 3. & Arnald. Albert. in repet. rubr. de haret. in 7. quæst. per totam*, & hanc opinionem pluribus rationibus confirmat *Marquard de Susan. in d. trac. de Iudæis,*
15 *& alijs infidel. lib. cap. 7. nu. 4. et seq.* Verùm quòd iustè possint Iudæi à Christianorum prouincijs eijci, & expelli, ne eorum perfidia catholicis noceat, & scandalum afferat, pluribus authoritatibus probat *Io. Simanc. in d. tracta. de cathol. instit. cap. 35. nu. 6. et seq.* Inferens propterea, quòd iure optimo à tota Hispania per edictū Regis Catholici expulsi fuerunt, concesso tamen eis quadrimestri, infra quod possent ad Fidem reuerti, vel venditis eorum bonis ab Hispania discedere, & deinde subijcit, quòd tunc ab Hispania expulsa fuerunt quadringenta millia Iudæorum, qui si diutius crescere, ac multiplicare permissi forent, totam ferè Hispaniam perfidia infecissent, & vsuris spoliassent, cuius memorabilis facti meminit etiam *Io. Rosas in tract. de haret. in 1. par. nu. 566. et seq.* & aliam quoque similem Iudæorū expulsionem à Regno Franciæ refert *Gul. de Bened. in cap. Raynutius, de testam. in ver. duas habens filias. nu. 97.* Et vtrumque factum refert valdeque commendat, ac summa cum ratione processisse probat *Arnald. Albert. in repet. rubr. de hæret. in 3. q. nu. 6. et seq.* Alias etiam Iudæorum expulsiones à terris Christianorum refert *Andr. ab exea. in repet. cap. canonum statuta, num. 254. et seq. de constit. et nouissimè Camil. Borrell. in tract. de cathol Reg. præstan. cap 69. à nu. 31. vsque ad fin. et Regēt Carol. Tap. in 1. lib. iur. Regni, super pragm. 2. de Iudæis nu. 1. et seq.* Cæteris autem omnibus memorabilior est expulsio Moriscorum, quæ nuper facta fuit ex Regnis Hispaniarum, quorum inueterata perfidia, & infidelitas religiosissimi Regis Philippi Tertij animum excita-

uit ad purganda eius fidelissima Regna ab illa intestina peste, quæ iamdiù ea tenuerat obsessa, & quia curiosa est historia: & propositæ quæstionis resolutioni valde congruit. Ideo in fine huius capituli referam causas, quæ catholicum, prudentissimumque Regem mouerunt ad illorum expulsionem, & ordinationes desuper factas, quas forsan legere non erit omni-
16 bus iniucundum. Vtcumque tamen sit, certum est, quòd in locis vbi Iudæi tolerantur, nullo modo cogi debent ad Fidem suscipiendam per vim, vt plenè docet *Paris. in cons. 2. nu. 17. cũ plur. seq. lib. 4.* Militem enim voluntarium Deus recipit, non autem inuitum, & coactum. Quinimò etiam volentes non statim sunt baptizandi, sed per aliquod tempus sunt benè instruendi, ne facilè ad vomitum perfidiæ reuertantur, vt pluribus iuribus probat idem *Paris. in eod. consi. 2. nu. 20. & plenè Stefan. de Gaet. in repet. cap. ad limina 30. q. 1. §. 1. num. 63.*
17 *& 67.* An autem cogi possint Iudæi ad audiendas prædicationes Christianorũ? vide *Borgn. Caualc. in decis. 21. sub nu. 13. cum plurib. seq. vsque ad fin. in 2. par.* qui primò arguit, quòd non, sed deinde concludit *per Concilium Basiliense sess. 19. in thom. 4. concilior. fol. 57. & per tex. in cap. episcopus nullum, de consecrat. dist. 1.* fuisse conclusum eos posse compelli ad prædicationes audiendas, & ita seruari in Ci-
18 uitate Papiæ, & alibi. Et si Iudæus, vel Saracenus ætate maior per vim coactus sit sacrum baptisma suscipere, an imprimatur character, ita vt tanquam verè baptizatus teneatur, & cogi possit in Fide perseuerare? hanc quæstionem plenè disputat *Loffr. in cons. 48.* & distinguẽdo cõcludit, quòd aut vis illata fuit absoluta, aut conditionalis, primo casu si penitus renuens, & inuitus baptizatus fuit, tunc sine dubio, nec rem, nec characterem Sacramenti taliter baptizatus suscepit, nam Spiritus sanctus in ea operatione nunquam mansit, nec manere voluisse credendum est, repugnante penitus voluntate eius, cui beneficium erat conferendum, vt pluribus authoritatibus probat etiam *Paris. in d.*
19 *cons. 2. nu. 21. & seq. lib. 4.* Qui tamen subdit nu. 26. quòd si post dictam præcisam coactionẽ taliter baptizatus per longum temporis spatiũ nihil in cõtrarium dixisset, & per aliquos actus illum baptismum tacitè approbasset, tunc sine dubio character remaneret impressus, cùm illa præcisa coactio per actus sequentes videretur purgata, præterquam si perpetuò durasset eadẽ causa coactionis, iuxta ea, quæ in simili tradit *Dec. in cons. 219. num. 7. & seq.* & in proprijs terminis allegat *Henric. Boic. in cap. maiores de baptism. & eius effectu*, qui tamen re vera, hoc non dicit, sed potius videtur tenere contrarium, dum enim nu. 6. proponit quæstionẽ vtrum amẽs, vel dormiens baptizatus recipiat characterem? distinguendo concludit, quòd aut prius quàm amentiam incurreret, aut dormiret in cõtradictione persistebat, aut habebat animũ baptismũ recipiẽdi, & in primo casu dicit, q̃ non recipit characterem Sacramẽti; quia in eo intelligitur contradictionis propositum perdurare, & paulò inferius subdit, quòd si talis dormiens excitatus a somno ratum habeat, quod actum est, non prodest, quia cum nihil receptum sit, non inuenitur quid ratificetur, & ideo iterum baptizatur, secundùm Goffred. & Host. & sic manifestè concludit, quòd quando character non fuit impressus, prout est, quando interuenit vis præcisa, & contradictio baptizati per actus subsequentes non inducitur rati-
20 ficatio. Secundo vero casu, quando vis conditionalis, seu causatiua interuenit, vt puta cùm quis terroribus, atque supplicijs violenter attrahitur, ac metu, ne in aliquod detrimentum incurrat, inducitur ad suscipiendum Sacramẽtum Baptismatis, tunc character sine dubio imprimitur, nam non penitus renuit, sed conditionaliter, & causatiuè, scilicet causa damnum euitandi, prout plenè probat *Loffr. in d. consi. 48. sub nu. 3. vers. alia verò, & seq. & Henr. Boic. in d. cap. 1. nu. 7. de baptism. & plenè Stef. de Gaet. in repet. d. cap. ad limina §. 1. num. 15.* & consequenter taliter baptizatus perpetuò cogitur in Fide perseuerare, & si ab ea deuiat, punitur tanquam hæreticus, vt patet ex not. per eundem *Loffr. in eod. consi. sub num. 13. &*
21 *seq.* An autem infidelis simulatam habens intentionem, si sacrum Baptismatis lauacrum suscipiat, in eo imprimatur verus character, ita quòd cogi possit ad perseuerandum in Fide, huius dubij vera resolutio est, quòd in foro poli quoad Deum hic verè baptizatus non est, nam in hoc Sacramento non solùm requiritur baptizantis intentio, sed etiam baptizati Fides, vt notat *Innoc. in cap. 1. circa fin. de baptism.* quem refert *Abb. in c. fi. eod. tit.* Vnde paruuli, qui non habent, nec velle, nec nolle baptizantur in Fide parentum, *cap. quæris, de consecra. dist. 4. & cap. maiores, cum ibi not. per glo. de baptism.* & licet impressionem suscipiant in Fide patrinorum, qui eos offerunt, & pro eis respõdent, *cap. illud, & cap. filius, & cap. paruuli, eod. tit. de consecr. dist. 4.* tamen ea iura intelliguntur, quando patrini eos offerunt de consensu parentum, in quorum potestate sunt eorum voluntates, & ideò dicuntur baptizari in Fide parentum, qui eos baptizandos tradiderunt, non eorum qui manibus eos gestauerunt, nam actus tribuitur ordināti, vt pulchrè probat *Natt. in d. cons. 434. nu. 12. & seq.* Quò verò ad ecclesiam, & eius forum, cùm ea iudicet de manifestis, *cap. tua nos. cum ibi not. per*

Doct.

Doct. de sponsal. cùm hic infidelis baptismi Sacramentum ab habente potestatem, & intentionem baptizandi formiter receperit, verus Christianus censeri debet, & vt susceptam Fidē perpetuò seruet compellendus est *cap. quāuis, cum ibi not. per glo. de consecr. dist.* 4. Nam etiam Christus buccellam Iudæ malè recipiēti dando, Sacramentum contulit, *cap. quod quidam, 1. q. 1.* Vnde licet sic fictè hoc sacramētum suscipiens, non consequatur eius rem, & gratiam, tamen si postea fictio illa recedat, & consentiat sacramento sic suscepto, tùnc incipit ad salutem valere baptismus, *cap. tunc valere, de consecr. dist.* 4. *prout refert idem Loffred. in d. consi.* 48. *nu.* 11. Nam qui fictè accedunt ad sacramentum baptismatis ore consentiunt, licet corde dissentiant, & ideo in eis character imprimitur, *cap. sicut ficti 1. q. 1. & cap. solet, de consecr. dist.* 4. Verùm hæc conclusio intelligenda est cum hac distinctione, quod aut ille, qui simulate accipit hoc Sacramentum re vera non intendit illud accipere, & cum interna voluntate repugnat, & tunc etiam eius effectū impedit, Aut simulat se dispositum interius, cùm non sit, vel quia non credit, vel quia cum proposito peccandi accedit, aut contemnit ipsum sacramentum, & tunc licet non suscipiat rem sacramenti, idest eius gratiam, tamen susci pit charactcrem, & ex eo tempore conualescere incipit, quando fictio veraciter confessione recesserit, prout ex multorum Patrum authoritate refert *Stefan. de Gaet. in repet. d. cap. ad li-*
22 *mina* 30. *q.* 1. *§.* 1. *nu.* 77. Vnde si infidelis simulatam habens intentionem sacrum baptisma suscepit, & sub hoc colore matrimonium cum Christiana contraxit, & deinde ea derelicta aufugit, cùm in foro exteriori manifestè constet eum fuisse baptizatum, & consequenter validum, ac perfectum fuisse matrimoniū, non poterit ea mulier alium virum ducere, donec de viri morte constiterit, prout concludit *Au-*
23 *gust. Bero. in q. 2. per tot.* Quæ autem sit forma qua vtitur ecclesia in baptizando? vide *Stefan. de Gaet. in d. cap. ad limina §. 1. nu.* 84.
24 Et quæ sit in eo causa materialis, & quæ causa remota, quæ formalis, quæ efficiens, & quæ finalis, cum multis alijs quæstionibus annexis, plenè explicant idem *Stefan. de Gaet. in eod. §. 1. nu. 4. cum seq. & per tot. & Henric. Boic. in*
25 *d. cap. 1. de baptism.* Et an per baptismum deleantur omnia delicta præterita, ita vt pro eis baptizatus inquiri, aut castigari non possit? vide *Dec. in consi. 130. per tot. plenè Hypp. Riminal. in rep. cap. quæ in ecclesiarum. nu. 272. cū plur. seq. de consti. & Petr. Caball. in resolut. crimin. cent. 2. cas. 113. per tot. & alios plenè relatos per Petr. Cened. in collect. iur. canon. in 1. par. collect. 23. num.* 3. Multa alia ad hanc materiam cumulare possem, sed quia non licet immittere falcem in messem alienam, ideo hęc tantum tetigisse sufficiat, quæ omnia subijcio iuditio Sanctæ Matris Ecclesiæ, cuius me fidelem, ac obedientissimum filium esse profiteor.

LA RESOLVCION, QVE EL REY nuestro Señor ha tomado de espeler los Moriscos de los Reynos de Valencia, y Castilla, y las causas, que para ello le han mouido.

QVE es muy notorio lo que portan largo discurso de años, se ha procurado la conuersion de los Moriscos de los Reynos de Castilla, y Valençia los edictos de graçia, que estos se les concedieron las demas diligencias, que se hizieron para instituirlos a nuestra sancta Fee, y lo poco que todo ello ha aprouechado, pues no se ha visto, que ninguno se haya conuertido, sino antes creciendo de dia en dia en su ostinaçion, y el deseo, y voluntad, que siempre han tenido de maquinar contsa estos Reynos, y aunque el peligro es inreparable, vemos que el disimular con ellos es mayor daño; Por tanto se representò al Rey nuestro Señor por muchos, y muy dotos, y santos hombres, esortādole el breue rimedio a que entendian estaua obligado, para aplacar a Dios nuestro Señor, que tan ofendido es desta gente, arguyendole, que podia sin ningun escrupulo castigarles en las vidas, y haziendas, porque la notoriedad, y continuaçion de sus delictos, y la grauedad, y atrozidad dellos los tenia recombençidos de Herejes, y apostatas, y proditores de su Majestad Diuina, y humana, y aunque siendo esto, ansi pudiere su Majestad proceder contro ellos con el rigor que las culpas mereçian, todauia deseando reduçirlos por medios suaues, y blandos, mando hazer en Valençia vna junta en que concuriesen el Virey, y Patriarca, y otros Perlados, y hombres doctos, con fin de ordenar vna nueua instituçiō, y conbençion, para mayor satisfaçion, y ver si podia escusar de sacarlos, pero hauiendo despues sabido, por diuersas, y ciertas vias, que los del Reyno de Valençia, y de Castilla pasauan adelante en su dañoso intento, pues al mismo tiempo, que se trataua de su remedio, y reduçion, embiaron personas a Cōstantinopla, y a Maruecos a tratar con el Turco, y con el Rey buleyfidon, pidiendoles, que el año que viene embien sus fuerças en su ayuda, y soccorro, asegurandoles, que hallaran ciento, y cinquenta mil hombres, tan Moros, como los de Beueria, que les asistiran con las vidas, y haziendas, y que la empresa sera facil, por estar estos Reynos muy faltos de jente, y armas, y exercicio militar, y que deesto haran tambien sus plati-

cas con Herejes, y otros Principes, que abreefsen la grandeza destas sus fuerças, y el Turco para embiar su Armada, se sabe de cierta sciencia se ha concertado con el Persiano, y con sus reueldes, que le trayan ocupado, y el Rey, Muley, Sidan va procurando establecer su Reynado, y ha tratado con los Herejes de las Tierras Maritimas Setentrionales, que le acomoden Nauios para pasar aca gente, y se los han ofrecido, y si estos, y los demas enemigos de su Majestad, cargan en vn mismo tiepo se dexa entēder el peligro en q̃ se veran estos Reynos, cōsiderando pues su Majestad todo lo dicho, y deseando cumplir con la obligaçion que tiene de procurar la conseruaçion, y seguridad de sus Reynos, y de los fieles, y buenos subditos dellos, y que se vee la Hereja, y apostasia de tan maluada gente, de que Dios nuestro Señor esta muy ofendido, despues de hauerlo encomendado, y hazerlo encomendar a su Diuina Majestad, este negoçio, confiando en su immenso fauor, por lo que importa a su honrra, y gloria mando lo siguiente.

Que se saquen de los Reynos de Castilla, y Valençia todos los Moriscos, que ay en ellos, y las galeras de las esquadras de Spaña, Portugal, Cataluña, Napoles, Sicilia, y Genoua, que para esto se han juntado en Yuiza, y con los Nauios de las Armadas del Mar Oçeano, empezando por los de Valençia, que son los que mas dureza han mostrado, y los que mas correspondençias tienen con nuestros enemigos.

Que para el dicho efeto se reportan las dichas Galeras, y Armada en esta forma, estando todas las galeras a cargo de Don Pedro de Toledo Marques de Villafranca.

Que en los Alfaques de Tortosa se ponga vn buen golpe dellas, con las quales asista el dicho Marques, y con cargo de hechar gente en tierra, y aguardar los pasos de la Sierra despadan, paraque los Moriscos de Valençia no pasen a Aragon, ni Cataluña.

Que el Marques de Santa Cruz asista con otro golpe de Galeras en Denia, y prouea la gente necessaria, para figuridad de los Castillos de banidorm, y los demas puestos, que combenga guardar por aquellas partes.

Que Don Luys Faxardo con los Nauios de la Armada, y algunas galeras asista en Alicante, y se encargue de hechar gente en tierra para guardar la Cordillera, y los puertos que ay entre Valençia, y Murçia.

Que por estos tres puertos se embarquen todos los dichos Moriscos, y se lleben a Berueria con las dichas Galeras, y armadas.

Que la conduçion dellos en los embarcaderos este a cargo del Maestro de Campo general Don Augustin Mexia del Consejo de guerra de Su Majestad.

Que toda la gente de guerra, que faltare en tierra este a cargo del Marques de Carasena como Capitan General del Reyno de Valençia, paraque de orden alli que asistiendo donde hallare el dicho Don Augustin cumpla lo que le dixiere.

Que los dichos Moriscos puedan lleuar de sus bienes muebles lo que pudieren sobre sus personas solas, para ayuda a su sustento, y q̃ los demas bienes Rayses que quedaren muebles con las demas hazieñdas de los dichos Moriscos sean de los Señores cuyos vassallos fueren, en recompensa del daño, que han receuido con la falta dellos, demas de lo qual tendra Su Majestad mucha quenta con hazerles merçed por todas las vias que pudiere.

Que para acudir a la cultura, y riego de los campos, administrar los ingenios de açucares Criadela de la seda, y otras cosas, de que no estan platicos los Christianos viejos, q̃ den por agora de cinquenta veçinos Moriscos tres en cada lugar, y en el deçien vizinos queden seys, y a este respeto en los demas, ò menos venzindad, y que estos sean a eleçion de los Señores de los lugares, paraque enseñen a los Christianos viejos, que fueren apoblar.

Su Majestad con el gran zelo que tiene en el seruiçio de nuestro Señor, mando que se considerase si podran quedar los hijos, y hijas de Moriscos niños, y de que edad abaxo, y si encomendandoles a Christianos viejos labradores, que los destinasen, y instituyssen a la santa Fee, ocupandoles en la ocultura de los Campos, y en oficios mecanicos serian buenos Christianos, lo qual remedio al Patriarca, Arçobispo de Valençia, paraque como tan docto viesse en consiençia lo que se deuia, y podia hazer en esto, comunicandolo con las personas que le pareçiesse, y hauiendolo hecho ansi, ha embiado a Su Majestad vn papel, que han firmado el Maestro Salon de la Orden de Sant Agustin, y del Cathredatico de prima de Thiologia, y el Doctor Iuan Sotelo Proposito de la casa professa de la Compañia de Iesus, el Doctor Paluias Rector de la Parroquia de S. Saluador, el Doctor Thomas de Espinola Obispo de Marruecos, el Doctor Casanoua, Vicario General del Arçobispado, y el Principe Iusepe de Dulegas Prouinçial de la Compañia de Iesus, que dizen son de las personas mas doctas, y mas religiosas de aquel Reyno, y en el declaran, que su Majestad en consiençia esta obligado aque la espulsion de los dichos Moriscos se haga sinq̃ quedē niños, ni niñas, eceto los de quatro años a baxo, que ellos, y sus Padres lo pidieren quedarse entre Christianos, y assi mismo los que fueren huerfanos de la dicha edad, si quisieren ellos

ellos, oſus curadores, que ſe queden, y los, que de tiempo à tras conſiderable biuieren entre Chriſtianos, y los que ni mas, ni menos recibieren el ſantiſſimo Sacramento con licencia de ſus Perlados, y los hijos de Chriſtiana vieja, y Chriſtiano viejo, porque eſtos han de quedar en poder del conjuge, que fuere Chriſtiano, y eſtos entiendeſe, ſiendo de ſeys años a baxo, y que todos los demas ſe pueden, y deuen deſterrar da Eſpaña, y ay obligacion à hazerlo, fundandolo en muchas, y muy fuertes razones.

Y conformandoſe ſu Mageſtad con eſtos pareceres, ha ordenado que ſe haga aſſi, tiniendolo por bien, y por lo mas combeniente al ſeruicio de Dios nueſtro Señor, que es el fin principal, que en eſte negocio ſe lleua, y que ceſen tantas, y tan grandes ofenſas, como eſta gente ha cometido, y comete.

DON LVYS CARRILLO DE TOLEDO, Marques de Caracena, Señor de las Villas de Pinto, y Ines, Comendador de Chiolana, y Monticon, Virrey, Lugartenjente, y Capitan General en eſta Ciudad, y Reyno de Valencia por el Rey nueſtro Señor, a los grandes Prelados, Titulados, Varones, Caualleros, Iuſtitia Iurados de las Ciudades, Villas, y lugares, Bailes Generales, Gouernadores, y otros qualeſquier miniſtros de ſu Mageſtad, Ciudadanos, vicinos particulares deſte dicho Reyno. Su Mageſtad en una ſu Real carta de 4. d'Agoſto paſſado de ſte preſente año, firmada de ſu Real mano, y refrendada de Andres de Prada ſu Secretario de eſtado, nos eſcriue lo ſiguiente.

EL REY.

Marques de Caracena Primo mi Lugarteniente, y Capitan General del mi Reyno de Valencia, entendido teneis lo que portan largo diſcurſo he procurado la comberſion de los Moriſcos de eſte Reyno, y deſte de Caſtilla, y los editos de gracia, que ſe les concedieron, y las diligencias, que ſe ha hecho para inſtruirlos en nueſtra ſanta Fee, y lo poco, que todo ello ha aprouechado, pues ſe ha viſto, que ninguno ſe haya combertido, antes acretido ſu oſtinacion, y aunque el peligro, y irreparables daños, que de diſſimular con ellos podrà ſucceder, ſe me repreſenta dias ha por muchos, y muy doctos, y ſantos hombres, exortandome el breue remedio, que en cõciencia eſtaua obligado, para aplacar à nueſtro Señor, que tan ofendido eſta deſta gente, aſegurandome, que podia ſin ningun eſcrupulo caſtigarlos en las vidas, y haziendas, porque la continuacion de ſus delitos los tenia combencidos de herejes, apoſtatas, y prodictores de leſa Mageſtad diuina, y humana, y aunque pudiera proceder contra ellos con el rigor, que ſus culpas merecian, toda via deſſeando reducirlos por medios ſuaues, y blandos, mande hazer en eſſa Ciudad la junta, que ſabeis en que concurriſtes vos, y el Patriarca, y otros Prelados, y perſonas doctas para ver ſi ſe podia eſcuſar el ſacallos deſtos Reynos. Pero hauiendo ſauido, que los de eſſe, y los de eſte de Caſtilla paſſauan adelante en ſu dañado intento, y entẽdido por auiſos ciertos, y verdaderos, que continuando ſu apoſtaſia, y prodicion, han procurado, y procuran por medio de ſus embaxadores, y otros caminos el daño, y perturbacion de nueſtros Reynos, y deſeando complir con la obligacion, que tengo de ſu conſeruacion, y ſeguridad, y en particular la deſte de Valencia de los buenos, y fieles ſubditos del, por ſer mas euidente il peligro, que ceja la heregia, y apoſtaſia, y hauiendola hecho encomendar a nueſtro Señor, y confiando en ſu diuino fauor, por lo que toca à ſu honrra, y gloria, he reſuelto en que ſe ſaquen todos los Moriſcos de eſſe Reyno, y ſe hechen à Berberia. Y para que ſe execute, y tenga debido efeto, lo que ſu Mageſtad manda, hemos mandado publicar el Bando ſiguiente.

1 PRimeramente, que todos los Moriſcos deſte Reyno, aſſi hombres, como mujeres con ſus hijos den tro de tres dias, como ſea publicado eſte Bando, en los lugares adonde cada uno viue, y tiene ſu caſa, ſalgan del, y vayan a embarcarſe a la parte adonde el Commiſſario, que fuere à tratar deſto, les ordenare, ſiguiendo ſu ordines, lleuando conſigo de ſus haziendas muebles, lo que pudieren en ſus perſonas para embarcarſe en las Galeras, y Nauios, que eſtan apreſtados para paſſarlos a Berberia, donde los embarcaran, ſin que reciban maltratamiento, ni moleſtia en ſus perſonas, ni lo que lleuaren de obra, ni de palabra, aduertiendo, que ſe les prouee en ello el baſtimento, que neceſſario fuere para ſu ſuſtento, durãte la embarcacion, y ellos de por ſi lleuen tãbien lo que pudieren; y el que no lo cumpliere, y excediere vn punto de lo contenido en eſte Bando, incurra en pena de la vida, que ſe executara irremiſiblemente.

2 Item que qualquiera de los dichos Moriſcos, que publicado eſte Bando, y cumplidos los tres dias, fuere hallado deſmandado fuera de ſu propio lugar por caminos, o por otros lugares, haſta que ſea hecha la primera embarcacion, pueda qualquier perſona, ſin incurrir en pena alguna, prenderle, y desbalijarle, entregandole a la juſticia del lugar mas cercano, y ſi ſe defendiere, le pueda matar.

3 Item que ſo la miſma pena ningun Moriſco,

auiendose publicado este Vando, como dicho es, salga de su lugar a otro ninguno, sino que esten quedos, hasta que el Commissario, que les ha de conduçir a la embarcaçion llegue por ellos.

4 Item qualquiera de los dichos Moriscos que escondiere, o enterrare ninguna de la hazienda, que tubiere por no la poder llebar consigo, o la pusiere fuego, o a las cassas, sẽbrados huertas, o arbolendas, incurran en la dicha pena de muerte, los veçinos del lugar donde este suçediere, y mandamos se execute en ellos, por quãto Su Majestad ha tenido por bien de hazer merçed de las haziẽdas, rayzes, y muebles, que no puedan llebar consigo a los Señores, cuyos vasallos fueren.

5 Itẽ paraq̃ se cõseruen las cassas eingenios de acucar cassoças de arroz, y los Regadios, y puedan dar notiçia a los nuebos pobladores, q̃ venieren ha sido su Majestad seruida a petiçion nuestra, que en cada lugar de çient cassas queden seys con los hijos, y muger, que tubieren como los hijos no sean casados, ny lo ayan sido que esto se entienda con los que son por casar, y estubieren de baxo de dominio, y proteçion de sus Padres, y en esta conformidad mas, ò menos, segun los que cada lugar tubiere, sin exçeder, y que el nombrar las casas, que han de quedar en los tales lugares, como quedador estea eleçion de los Señores dellos, los quales tengan obligeçion despues a darnos quenta de las personas, que vbieren nombrado, y en quanto a los que vbieren de quedar en lugares de su Majestad, quede a la nuestra, aduertiendo que en los vnos, y en los otros han de ser preferidos los mas viejos, y que solo tienen por oficio cultiuar la tierra, y que sean los que mas muestras huuieren dado de Christianos, y mas satisfaçiõ se tenga de que se reduçieran a nuestra santa Fee catolica.

6 Item que ningun Cristiano biejo, ni soldado, assi natural deste Reyno, como de fuera, sea ossado a tratar mal de obra, ni de palabra, ni llegar a sus haziendas de ninguno de los dichos Moriscos, ni a sus mugeres, hijos, ni a persona dellos.

7 Item que ansi mismo no los oculten en sus cassas, encubren, ni den ayuda para ello, ni paraque se ausenten, so pena de seis años de galeras, que se executara en los tales, y remisiblemẽte, y otras que reserbamos a nuestro arbitrio.

8 Item que paraque entiendan los Moriscos, que la intençion de su Majestad no es de matarlos, ni hechar los a fondo, sino solo sacarlos fuera de sus Reynos, y que no se les haze be[...]çion en el viaje, y que se les pone en tierra en la costa de Veruería, permitimos que diez de los dichos Moriscos, que se embarcaren en el primer viaje buelban, paraque den notiçia dellos a los demas, y que en cada embarcaçion se haga lo mismo, que se escriuira a los Capitanes generales de las galeras, y armada de nauios, le ordenen ansi, y que no permitan, que ningun soldado, ni marinero los trate mal de obra, ni de palabra.

9 Item que los muchachos, y muchachas menores de quatro años, que quisieren quedarse, consentiendolo sus Padres, ò sus curadores, si fueren huerfanos no seran expelidos.

10 Item los muchachos, y muchachas menores de seys años, que fueren hijos de Christianos viejos se han de quedar, y su madre con ellos, aunque sea Morisca, pero si el Padre fuere Morisco, y ella Cristiana vieja el sera espelido, y los hijos menores de seis años quidaran con la madre.

11 Item no seran expelidos los que de tiempo atras considerable, como de dos años viuieren entre Christianos sin acudir a las juntas de las Alxamar.

12 Item no seran expelidos los que reçiuieren el Santiss. Sacramento con liçençia de sus Perlados, la qual se entendera de los Retores, o Curas de sus lugares, donde tuuieren su habitaçion.

13 Item su Majestad es seruido, y tien por bien, que si algunos de los dichos Moriscos quisieren pasarse a otros Reynos, lo puedan hazer sin entrar por ninguno de los de España, saliẽdo para ello de sus lugares dentro del mismo termino, que les ha dado, que tal es la Real, y determinada voluntad de su Majestad, y que las penas deste dicho Vando se executen, como se executaran, y remisiblemente, y porque venga a notiçia de todos, se manda publicar en la forma acostumbrada. Dat. en el Real de Valençia a veynte y dos dias del mes de Septiembre, de mill y seisçientos, y nuebe. El Marques de Caraçena, Por mandado de Su Excelençia Manuel de Espinola, &c.

CAPVT OCTAVVM.

Hoc Cap.duas continet principales concluſiones; Prima eſt, quod ſuperioris iuſſus excuſat à periurio; Secunda, quod periurus non eſt, qui iuramentum non ſeruat authoritate legis, ex prima concluſione infertur periurum non eſſe debitorem, qui non ſoluit ob Iudicis præceptum, dummodo tamen non ſit ab eo affectatum, ſuperioris autem appellatione venit etiam pater, vnde reſoluitur quæſtio, an obligatus cum iuramento ad ſiſtendum in aliquo loco, excuſetur, ſi pater eum ad patriam reuocat? Ex altera concluſione infertur primo, quod iurans non reclamare a laudo, poteſt impunè contrauenire, ſi eſt enormiſsimè læſus, ſecundo, quod ſi fuit cum iuramento renuntiatum, l.2.C.de reſcind. vend. licet à iuramento recedere, ſi adeſt enormiſsima læſio. Tertio, quod debitor poteſt infra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, non obſtante iuramento, & hinc obiter multa notabilia ad hanc materiam ſpectantia enucleantur, quarto, quod ſimulatio contractus excuſat à periurio, quinto, quod donatio iurata reuocatur ob ingratitudinem donatarij, & ob liberorum ſuperuenientiam; Sexto, quod donatio omnium bonorum impugnari poteſt, non obſtante iuramento, ſingulæ autem concluſiones multis illationibus, & declarationibus exornantur. Et demum nonnulla notabilia ad materiam peremptionis, & reſtaurationis inſtantiæ explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Periurus non dicitur, qui iuramentum non ſeruat legis authoritate, vel ſuperioris iuſſu, & nu.37.*

2 *Debitor excuſatur à periurio propter ſequeſtrum ſibi factum à Iudice, etiam ſine cauſa, & non citato creditore, nu.13. & etiam ſi eſt iniuſtum, nu.15. Sic quoque ſi coactus fuit alteri ſoluere, nu.16. & 17.*

Dummodo ſequeſtrum non fuerit à debitore malitioſè affectatum, nu.3.

Sed ceſſante malitia in periurium non incurret, nu.13.

Nec tenetur debitor appellare, cum ſua non interſit, nu.14.

3 *Abſolutus ab vno Iudice, ab alio non eſt moleſtandus, quando locus eſt præuentioni.*

Limitatur ſi præuentio ſit affectata à reo ad euitandum maiorem pœnam, eod.nu.3.

Niſi vterque ſit Iudex competens de iure communi, ibidem.

Sublimitatur, ſi adſit aliqua ſuſpitio colluſionis, ibidem.

4 *Clericus poteſt reconueniri coram Iudice laico, etiam poſt litem conteſtatam.*

Fallit, ſi laicus in fraudem procuraſſet conueniri à clerico. nu.5.

6 *Emptor habet pretij retentionem, ſi reperit imminere euictionem rei emptæ, donec cautio præſtetur, etiam reſpectu litis futuræ, n.7.*

Venditore autem non habente idoneam cautionem, debet emptor deponere pretium. num.8.

Verũ donec pſtetur talis cautio, emptor tenetur ſoluere intereſſe pretij, etiam ſi contrarium

rium conuentum fuerit, & quid quãdo res empta est sterilis, & an pendente extimatione facienda debeatur, eod. nu. 8.

Fallit tamen prędicta conclusio, si emptor malitiosè affectauit sibi moueri litem, nu. 9.

An emptor retineat pretium, si reperit rem vēditam esse alienam, vel alteri obligatam, aut esse feudalem, & quid si moueatur lis post pretium solutum, nu. 10. remissiuè.

11 Emens rem fideicommisso subiectam, an possit esse tutus, ne in futurum illa possit euinci, remissiuè.

12 Vēditis pluribus rebus vnico pretio, si aliqua reperiatur obligata, An resoluatur totus contractus, remissiuè.

18 Superioris appellatione venit etiam pater.

19 Debitor iurans non exire locum sine licentia creditoris, an excusetur à periurio, si coactus fuit ab eius patre domum reuerti.

20 Doctor se obligans legere in aliquo studio, an excusetur, si pater eum reuocat ad patriam, & nu. 23. 24. 25. 27. & 29.

21 Testimonium nunquam ferre, si quis iurasset, poterit à Iudice compelli ad testificandum.

22 Abbas iurans non recipere vltra certum numerum monacorum, intelligitur, nisi contrarium pręcipiat superior.

Ciuitas potest subditum suum alibi degentem ad se reuocare.

27 Filius an cogitur cum patre habitare, si malit aliunde quęrere honestum vitę genus.

28 Filius laborando in agro paterno, ex quo redditur pretiosior, in diuisione cum fratribus iustè petet rationem suorum laborum, quod pluribus modis limitatur, ibid.

30 Superioris iussus excusat à pœna ordinaria delicti, & nu. 31.

32 Patris iussus excusat filium ab ordinaria pœna commissi criminis.

Ampliatur procedere, etiã si filius delinquat iussu matris, nu. 33. Quid in delictis grauibus, nu. 34.

35 Domini iussus excusat seruum delinquentē à pœna ordinaria.

36 Delictum factum à filio an pręsumatur factum de ordine patris, vel à seruo de ordine Domini suę, remissiuè.

38 A laudo iurans non reclamare, nec petere reductionem ad arbitrium boni viri, potest impunè contrauenire, si sit enormissimè læsus.

Etiam si partes specificè renunciauerint enormissimæ læsioni, nu. 39. in fi. & 40.

Et quanta debeat esse hæc læsio, Iudicis arbitrio relinquitur, nu. 41.

Vsque autem ad triginta annos potest peti, num. 42.

An petens recursum ad arbitrium boni viri, cogatur interim ad soluendum pœnam promissam, nu. 43.

Reductio ad arbitrium boni viri, an sit petenda coram Iudice ordinario arbitratoris, vel Actoris, vel rei, nu. 44.

Quid si laudum fuit acceptatum à partibus, an possit impugnari ex capite enormissimæ læsionis, nu. 45.

Et an liceat iterum appellare à Iudice, ad quē fuit appellatum à sententia arbitratorum, nu. 46. remissiuè.

47 L. 2. C. de rescind. vend. remedium cessat, si ei fuit specificè renunciatum cum iuramento, & adsit enormis læsio, secus si enomissima.

Quomodo cōsideretur læsio ex parte emptoris, & an excludatur per ratificationē sequutam, nu. 48. remissiuè.

An verò ecclesiæ læsa infra dimidiam iusti pretij restituatur in integrum, nu. 49. remissiuè.

Sed qualis debeat esse læsio ad finem, vt habeat locum remedium d. l. 2. nu. 50. remissiuè.

Et quæ sint consideranda, circa probationem iusti valoris rei venditæ, num. 51. remissiuè.

An præsumatur mutatio valoris rei, num. 52. remissiuè.

Et quæ practica sit seruanda in æstimatione rei, nu. 53. remissiuè.

Quid autem si æstimatores differentiant circa valorem rei, nu. 54. remissiuè.

Et quid si plures res sint simul venditæ, & in vna deceptus sit emptor, vel venditor, an competat dictum remedium, nu. 61. remissiuè.

55 Trāsactio an rescindatur sub prætextu enormissimæ læsionis, remissiuè.

56 Læsio an cōsideretur in contractu donationis, remissiuè.

Et an consideretur in fideiussione, nu. 57. remissiuè.

58 Fideiubens si sit minor, an restituatur in integrum, remissiuè.

59 Minor an restituatur aduersus donationem iuratam, remissiuè.

Et an restituatur aduersus immodicam dotē sorori promissam, & an prosit etiam alijs fratribus insolidum obligatis, num. 60. remissiuè.

62 Debitor confitens recepisse habet exceptionē non numeratæ pecuniæ infra biennium, & interim non molestatur.

Etiam si confessio fuerit iurata, nu. 63.

Quo casu opus non est absolutione à iuramento, nu. 64.

65 Cambij literarum exequutionem impedit exceptio non numeratæ pecuniæ, & quæ sit ratio, nu. 76.

Quod

116 Do-

116 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non valet, etiam cum iuramento, nu. 117.*

Secus si fuerit reseruatum aliquid pro iure testandi, nu. 118.

Vel disponendi in vita, nu. 121. & an de eo possit in morte disponere, nu. 122.

Quod reseruatum debet excedere vigesimam partem eius, quod donatur, nu. 119.

Et debet reseruatio esse libera, & non restricta ad certam causam, neque ad certum genus personarum, nu. 120.

An autem sufficiat, quod donator omnium bonorum sibi reseruet vsumfructum, nu. 123. remissiuè.

Quid si donat omnia bona, reseruatis fructibus episcopatus, de quibus à Papa habuit licentiam testandi, nu. 124. remissiuè.

Et si donans non disposuit de quantitate reseruata, vel si disposuit generaliter, an applicetur donatario, an hæredibus donantis, nu. 125. remissiuè.

126 *Fideiussor conueniri non potest, nisi prius fiat discussio sui principalis, non obstante iuramento in contractu apposito, nu. 127. & 128.*

Idem si promitteret in casu quo principalis non solueret, nu. 130. etiam si specificè renuncietur, auth. præsente. nu. 131.

Fallit si cum iuramento renuntietur beneficio excussionis. nu. 132.

Et quid si principalem debitorem se constituat pro alio, vel promiserit, quòd alius a solutione promissa non deficiet, eod. nu. 132.

133 *Indemnem aliquem conseruare si quis promittat, ad quid teneatur, remissiuè.*

134 *Fideiussorem approbans an teneatur tanquã fideiussor, remissiuè.*

135 *Actuarius ad quid teneatur, si accepit fideiussorem non idoneum, remissiuè.*

136 *Promittens facere bona in aliquam partitam ad quid teneatur, remissiuè.*

137 *Debitores rei debendi insolidum obligati, si pecunia ad vnum tantum peruenit, ille tenetur tanquam principalis, & alter vt fideiussor.*

138 *Fideiubens pro Officiali, quamuis renunciet beneficio fideiussorum, tamen gaudet beneficio excussionis.*

139 *Excussionis priuilegium locum non habet, quando pater fideiubet pro filio.*

Cessat etiam quando debitor se constituit sua bona posidere nomine creditoris, nu. 140. & quæ sit ratio, nu. 141.

141 *Constituens se posidere nomine alterius in eum possessionem transfert.*

142 *Hypotecaria si intentatur contra tertium, prius est facienda discussio bonorum principalis debitoris.*

Fallit in assistentia, nu. 145.

143 *Saluiani interdicti remedium est possessoriũ adipiscendæ.*

144 *Assistentia iuditiũ tria comprehendit remedia.*

Et est priuilegiatum, quia agitur contra tertium sine discussione principalis, nu. 145.

Obtinens sententiam assistentiæ, si non habet fideiussores, admittitur ad iuratoriam, nu. 146.

Sed retardatur eius exequutio, si dicatur de nullitate, nu. 147. Nisi dicatur post sententia exequutionem, eod. nu. 147.

An retardetur exequutio assistentiæ, si petatur restitutio in integrum. nu. 148. remissiuè.

Si sententia assistentiæ postea retractetur, an debeant restitui fructus percepti, nu. 149. remissiuè.

150 *Precarij, & constituti differentia.*

Et quando vtraque clausula ponitur in contractu vna vitiatur per aliam, nu. 151.

152 *Constitutum an extinguatur post mortem constituentis, & nu. 153.*

Et an per constitutum collatum post mortem constituentis cum clausula ex nunc pro tũc transferatur possessio, nu. 154. remissiuè.

155 *Constitutum an transeat ad hæredes constitutarij, remissiuè.*

Et habens hanc fictam possessionem ex constituto si alteri cedat creditum, non transfert eandem possessionem, nu. 156. Et quid si petatur assistentia super bonis possessis à debitore debitoris, ibidem, remissiuè.

An autem tertius allegans se posidere ex constituto opponat se aduersus sententiam latam contra posidentem actualiter, impediat exequutionem, nu. 157. & 158.

158 *Donatio facta absenti stipulante notario pro eo, an sit reuocabilis ante acceptationem donatarij?*

159 *Constitutum an extendatur ad bona postea quæsita, remissiuè.*

Et an comprehendat iura incorporalia, eodem nu. 159.

Agens ex constituto, an teneatur probare possessionem debitoris tempore obligationis, nu. 160. remissiuè.

Si sit constitutum conditionale, an agens teneatur probare possessionem constituentis tempore cedentis conditionis, nu. 161. remissiuè.

162 *Possessio quomodo probetur, remissiuè.*

Et an sufficiat, si testis dicat quẽ posidere, non exprimendo modum, num. 163. remissiuè.

An autem probetur ex libro extimi, seu catasti,

213 Prin-

1 

PERIVRVS non dicitur, qui iuramentum non seruat, legis authoritate, vel superioris iussu, *l. fi. cum ibi not. per Bar. Alexan. & Iaß. ff. qui satisd. cog.* Nam in omni iuramento intelligitur semper excepta authoritas legis, & superioris, *l. fi. cum ibi not. per Bar. ff. ad municip. & cap. venientes, de iur. iur. vt notant Fely. in cap. constitutus, nu. 11. & seq. de rescr. & Andr. ab Exea, in repet. cap. canonum statuta, nu. 162. & seq. de*

2 *const.* Hinc est, quòd debitor obligatus cum iuramento excusatur a periurio, si non soluit in tempore promisso propter sequestrum sibi factum a Iudice, vt inquit *Fely. in d. cap. constitutus. nu. 18. de rescr. quem refert Dec. in l. nõ videntur data, §. qui iussu, nu. 2. ff. de reg. iur.*

3 *& ibidem Cagnol. nu. 3.* Quod tamen intelligitur dummodo malitiosè huiusmodi sequestrum non sit ab eodem debitore affectatum, vt benè animaduertit *Thom. Parpal. in repet. l. si quis maior, nu. 34. C. de transact. quem refert Cagnol. in d. §. qui iussu nu. 4.* pro qua conclusione facit *tex. notabilis in l. si seruus plurium, § si quis ante. ff. de leg. 1.* per quem ibi *Bald. & Imol.* notant, quòd licet in delictis, in quibus est locus præuentioni, semel ab vno Iudice absolutus, amplius ab alio molestandus non sit, fallit tamen quando prçuentio fuit ab ipso reo affectata ad euitandam maiorem pęnam, prout etiam affirmat *Fely. in cap. cum M. Ferrariensis, sub nu. 25. vers. & adde, de const.* Sed hanc conclusionem declarat ibi Dec. nu. 148. non procedere quando vterque esset Iudex competens de iure communi, tunc enim dicit licitum esse affectare præuentionem coram vno ipsorũ. Quod tamen sublimitari potest, quando adest aliqua collusionis suspitio, iux. not. per *Carau. in rit. 269. nu. 22. Farinac. in tit. a. de inquisit. q. 4.*

q.4.nu.13.Menoch.de præſum.lib.5.præſum. 26.& plenè per Regium Conſiliar. Rouit. in comment.ſuper pragm.1.ſub tit.vbi de delict. quis conuen.deb.num.68.& ſeq.in nouiſſima
4 *editione.* Et pro eadem concluſione facit etiam quòd licet regulariter clericus recōueniri poſſit coram iudice laico, *iux.gloſ. in cap.fin. de except.in 6. Afflict.& Vrſill.in deciſ.* 173.& alios,quos nouiſſimè refert *Gaſp. Theſaur. in quaſt.foren.98.lib.*1.etiam ſi reconuentio fiat poſt litem conteſtatam,vt concludit *Vinct.de*
5 *Franc.in deciſ.*376. fallit tamen hæc cōcluſio, quando laicus procuraſſet in fraudem conueniri à clerico,ad hoc,vt ipſum reconueniret coram Iudice ſeculari,*cap.relatum,cum Gloſ. in ver.ſeculari,de iurepatron. vt not.Fely. in c. at ſi clerici,nu.9.verſ.& primo quidem fallit, de iudit.& alij,quos refert Farinac.in d. titu.*
6 *de inquiſit.q.*8.*nu.*101. Et in eadem quoque ratione fundatur, quòd licet emptor habeat pretij retentionem aduerſus venditorem illud petentem ſi reperit imminere euictionem rei emptæ, donec ſibi cautio cum fideiuſſoribus præſtetur,*iux.tex.in l.ſi poſt perfectam*, C.*de euict.& notata per Gramma.in conſ.ciu.*106. *per tot.Cepoll.in caut.*134.& alios,quos plenè
7 refert *Surd.in conſ.36.nu.14.lib.1.* Quæ cautio non ſolum præſtanda eſt pro lite mota, ſed generaliter pro omni lite futura, vt inquit *Bar.in d.l.poſt perfectam,& in l.fin. ff. de reſcin.vēd.plenè Ang. Aret.in §.ſi. inſt.de ſuſp. tuto.ſub n.4.*& alij,quos cumulat idem *Surd. in deciſ.295.n.9.& per tot.& Praſ.de Frāch. in dec.555.nu.2.cū ſeq.4.par.* Et ſi forte venditor non poteſt idoneam cautionem præſtare, cogitur emptor prætium deponere pœnes fidū tertium,quod non liberatur venditori, donec ab eo præſtetur fideiuſſio, vel conuettatur in emptionem bonorum ſtabilium pro ſecuritate euictionis rei venditæ,iux.ea, quæ pulchrè tradit *Borgn.Caualc.in deciſ.Fiui.*4. *nu.* 6. *poſt Cacher.in deciſ.Pedem.24.num.14.* vel ſaltim donec per venditorem præſtetur fideiuſſio euictionis, tenetur interim emptor ſoluere intereſſe pretij,*ex regu.tex.in l.curabit*, C. *de act. empt.*vt in ſpetie notat *Barboſ.in l.de diuiſione,num.69.ff.ſol. matr.* Nam etiam ſi expreſse conuentum ſit,quod non teneatur emptor ſoluere pretium, donec a venditore idoneè caueatur de euictione, non excuſatur interim emptor à ſolutione intereſſe, quia æquum non eſt,quod retineat rem,& pretium, vt notabiliter affirmat *Cagnol. in l. curabit. nu.*31. & licet contrarium tenuerit *Affl.in deciſ.20.in fi.* tamen recedendum non eſt a ſupradicta concluſione, quam veriſſimam eſſe plenè probant *Cephal.in conſ.609.vol.4.& Honded.in conſ. 44.per tot.vol.1.* Imò etiam ſi fundus venditus ſit ſterilis deberi intereſſe pretij non ſoluti, affirmant *Rot.Gen.in deciſ.194.num.3.& idem Honded. in conſ. 30. nu. 20. & per tot. lib.1.* pro qua cōcluſione facit,quod etiam ſi ſiat venditio pro pretio extimando per duos communes amicos,licet pēdente extimatione,emptor non ſit in mora ſoluendi pretium, nihilominus eum teneri ad ſolutionem intereſſe, teſtantur *Hier.Gabr.in conſ.57.vol.1.Cephal. in d. cōſ. 609.& Honded. in d. conſ. 30. per tot.* Fallit
9 tamen hæc concluſio, quando idem emptor malitioſè litem aliquam ſibi moueri affectauit ad finem retinendi pretium, & calumniandi venditorem,nam aduerſus hanc malitiam pluribus modis venditori ſuccurritur, vt pulchrè docet *Menoch.de arbitr.iud.lib.2.caſ.224.per*
10 *tot.*ad quem me remitto. An autem hæc concluſio procedat etiam quando emptor reperit rem ſibi venditā eſſe alienā, vel alteri obligatā, aut eſſe feudalē,& quid ſi lis mouetur poſt ſolutū pretium? hos, & alios caſus pulchrè,& perfectè diſtinguit *Peregr. in conſ. 93. vol. 5.* ad
11 quem recurras cum caſus euenerit. Et an poſſit dari cautela, vt emens rem fideicommiſſo ſubiectam,ſit tutus,vt ea ſibi in futurum euinci nō poſſit? vide omnino *Dec.in conſ. 723. per tot.* Et quid ſi plures res vendantur vnico pretio, quarum aliquæ reperiantur alteri obligatæ;an reſoluatur totus contractus? vide *Caſar.Barz.*
13 *in deciſ.Bonon.62.*per totam. Ceſſante autem debitoris malitia, ſi Iudicis præcepto impeditus fuit ne creditori ſolueret in tempore promiſſo,nullo modo prætendi poteſt,eum incurriſſe periurium, neque pœnam, etiam ſi huiuſmodi mandatum factum fuiſſet ſine cauſa, & non citato creditore,vt pulchrè inquit *Iacob. Maccbell.in patrocin.5.ſub nu.4.verſ.nec ob-*
14 *ſtat.* Nec ab huiuſmodi præcepto tenetur debitor appellare,cum ſua non interſit, *ex regu.tex.in c.cum ceſſante, de appell. vt plenè probat idē Macchel. ibid.ſub eo.n.4. verſ. nec eſt*
15 *verum,cum ſeq.* Et hæc concluſio ampliatur, quòd huiuſmodi præceptum excuſat debitorē, etiam ſi eſt iniuſtū, prout nouiſſimè poſt alios refert *Farinac.in tract. de falſita. & ſimulat.*
16 *quæſtio.160.ſub nume.92.* Et non ſolum excuſatur debitor, ſi ſuperioris iuſſu non ſoluit creditori,ſed etiam ſi coactus fuit alteri ſoluere,plenam liberationem conſequitur,vt inquit *Bar.in l.creditor,nu.3.ff.de ſolut.* quem refert
17 *Cagnol.in d.§.qui iuſſu,nu.3.* Verum hæc cōcluſio non ita ſimpliciter intelligenda eſt, ſed cum nonnullis declarationibus relatis per *Afflict.in deciſ. 150.per tot.* & plenius per *Menoch.de arbitr.iud.lib.2.caſ.137.à nu.11. vſq; ad n.28.*& nouiſſimè *Gaſp. Theſ.in q. forē.54.*
18 *per tot.in 1.lib.*ad quos me remitto. Sciendum eſt autē ad propoſitum huius noſtræ materiæ,

quod superioris appellatione in casu proposi-
to venit etiam pater, cum ei tanquam superio-
ri à filio parẽdum sit, vt suadet *tex. in l.2. cum*
Glo. ff. de iust. & iur. & notat Card. Thusc. in
ver. periurus, concl. 287. nu. 5. quem refert Fa-
rinac. in tract. de falsit. & simul. q. 160. nu. 92
19 *in fi.* Hinc infertur decisio quæstionis sollem-
niter disputatæ per *Fedr. de Sen. in consi. 191.*
vbi concludit, quòd scholaris, qui cũ iuramen-
to se obligauerat non exire districtum Bononię
sine licentia sui creditoris; donec ei debitum
soluisset, si postea ex ordine, & mandato sui pa
tris coactus fuit domum reuerti, à periurio est
excusandus, quod pluribus rationibus plenè
probat, & hanc conclusionem communiter se-
quuntur *DD. omnes in d. l. fi. ff. qui satisd. cog.*
& præcipuè Alex. nu. 3. Rom. nu. 1. & Ias. nu.
9. cum eadem tamen declaratione, quod intel-
ligi debet, dummodo paternus iussus non sit ab
eodem filio procuratus ad finem eludendi cre-
ditorem, iux. ea, quæ tradita fuerunt supra nu.
3. & seq. vt in spetie affirmat *Rebuff. in tract.*
de priuileg. scholar. in priuileg. 73. nu. 2. & li-
cet huic conclusioni ab aliquibus detur quædã
declaratio, seu potius limitatio, quòd non pro-
cedit, quando filius esset in studio cum licentia
sui patris, & pro victu quærendo debitum con
traheret cum hac obligatione de non exeundo
Ciuitatem, nisi prius soluto debito, tunc enim
dicunt, quòd patris iussus non posset præiudi-
care creditori, prout considerat *Abb. in cap. ve*
nientes, nu. 3. de iur. iur. quem refert *Brunor.*
à Sol. in add. ad Fely. in cap. constitutus, nu. 9.
de rescr. & Marc. Ant. Bauer. in trac. de virt.
iuram. nu. 145. tamen hæc declaratio uidetur
de directo contra casum dicti cons. Feder. de
Sen. vt ibi videri potest, ideo dubito an sit ad-
mittenda, & pro nunc mihi non satisfacit
20 per ea, quæ dicam inferius. Et hinc etiam est,
quòd Doctor, qui se obligauit legere in aliquo
studio forensi, si postea pater eum reuocet ad
patriam excusatur, vt inquit *Abb. in d. cap. ve-*
nientes, in fi. Sed tam de hac, quam de præce-
denti conclusione dubitat *Dec. in d. cap. consti*
tutus, nu. 23. & seq. & ratio, qua mouetur, est,
quia tunc censetur in iuramento reseruata su-
perioris authoritas, quando agitur de aliquo
eius præiuditio, nam ei priuatus inferior præ-
21 iudicare non potest; Vnde si aliquis iurasset
nunquam testimonium ferre, si postea produ-
citur in testem, poterit à Iudice compelli ad te-
stificandum, non obstante eius iuramento, vt
dixit *Spec. in tit. de teste, §. de testium compul-*
sione, vers. quid si quis iuramento, quem refert
22 *Ias. in d. l. fi. nu. 11. ff. qui satisd. cog.* Similique
modo, si Abbas, & Capitulum iurassent non
recipere vltra certum numerum Monacorum,
hoc intelligi debet, nisi contrarium superior
præcipiat, vt inquit *Oldr. in cons. 97.* quem re-
fert idem *Ias. ibid. nu. 15.* Quæ ratio secundum
Dec. in loco supra citato non videtur militare
in illo casu, nam Doctor potuit se obligare ad
legendum, & in ea obligatione non tangitur
23 ius superioris; Sed hoc argumentũ videtur cõ-
tra eum retorqueri posse, siquidem dum filius
obligat se ad legendum extra paternum domi-
cilium, quamuis ea obligatio directè non ten-
dat ad præiudicandum patriæ potestati, cum
de iure communi permissum sit filijsfamilias
ex omni contractu se obligare, præterquam ex
mutuo, & voto, ac si essent patresfamilias, vt
habetur *in l. filiusfamilias, ff. de actio. & oblig.*
& in l. tam ex contractibus, ff. de iudic. & ple-
nè probant *Ant. Gomez. in 2. thom. var. resol.*
cap. 14. de seruitu. nu. 11. & Americ. in tract.
24 *de patr. potest. effec. 5. nu. 1. cum seq.* Tamen
negari non potest, quòd si postea ex ea obliga-
tione esset arctanda patris potestas, quin posset
quando vult filium ad proprium domicilium
reuocare, in necessariam consequentiam maxi-
mum ei inferretur præiuditium, esset enim in
potestate filij per indirectum se ab obsequijs
parentibus debitis eximere, quod nullo iure
cõcedendum est, postquàm negari non potest,
25 quòd pater exercendo ius, quod habet in filiũ,
potest eum cogere ad secum habitandum, dum-
modo tamen nimis acerbè patriam potestatem
non exerceat, nec matrimonium benè concor-
datum turbetur, vt expresse cauetur *in l. 1. in*
fi. ff. de liber. exhib. & notant *Ang. in cons. 85.*
incip. pater habens plures filios, nu. 3. & Boer.
26 *in decis. 195. nu. 5.* Hinc est, quòd etiam Ciui-
tas potest subditum suum alibi degentem reuo-
care, vt refert *Marc. Ant. Bauer. in d. tract. de*
virt. iuram. sub nu. 145. pro qua conclusione
allegat *Rom. in sing. 85.* quod ego inuenire non
27 potui in libro meo. Verùm pro Decij opinio-
ne facit, quòd ex magis communi DD. opinio-
ne, tunc filius cogitur cum patre habitare, quã-
do vult ab eo alimenta, alioquin si malit aliun-
de quærere aliquod honestum vitæ genus, tunc
nullo modo potest à patre prohiberi, nec absq;
causa retrahi, vt bene considerat *Arius Pinel.*
in 1. par. l. 1. C. de bon. mater. nu. 55. quem re-
fert, & sequitur *Ioan. Guttier. in tract. de con-*
tract. iurat. cap. 5. nu. 4. & seq. Filij enim te-
nentur parentibus obsequium, & reuerẽtiam
tantum præstare, non artificiales operas, vt
probat expresse *tex. in l. nullum, ff. de obseq. à*
liber. & libert. paren. & patron. præstan. Vn-
28 de laborando in agro paterno, si eius opera, &
industria reddatur pretiosior, non iniustè vi-
detur petere posse in diuisione cum alijs fratri-
bus aliquam rationem suorum laborum habe-
ri, vt post alios concludit *Gasp. Beat. in tracta.*
de decim. tutor. cap. 2. nu. 9. per ea, quæ dixit
Fulgas.

Fulgoſ.in l.illud nu.3.C.de collat. & quamuis
hanc concluſionem impugnent Iaſ.in ead.l.il-
lud,num.8.& alij relati per Tiraq. in tract.de
iur.primog.q.89.nu.3.& per eundem Io.Gut-
tier.in d.c.5.nu.8 cum plur.ſeq.eam tamen ve-
riorem eſſe aſſirmat Vinc. Carrot. in tract. de
locat. & conduct.ſub tit.de bon. qua lib. q. 1.
nu.16.fo.mihi 12. Verum intelligenda eſt cum
tribus declarationibus, quarũ prima eſt, quod
procedit quando operę impenſæ per filium
fuerunt magnæ,ſecus autem ſi modicæ, prout
innuit Bal.in l.certum,ſub nu.11.C.fam. her-
ciſc.cuius opinionem plenè confirmat Franc.
Mugnoz.de Eſcobar.in tract.de ratiocin.cap.
27.ſub nu.56.verſ.ego vero. Secunda declara-
tio eſt,quod dicta concluſio procedit, quando
ex operibus,& induſtria filij maioris bona pa-
terna meliorata fuerunt, & reddita ſunt pre-
tioſiora,ſecus vero ſi filius laborauit circa ea,
quæ tendunt ad fructuum perceptionem, nam
pro eo labore nihil ei præſtandum eſt, vt vide-
tur affirmare Gaſp.Baet.in d.c.2.nu.10 quem
refert idem Eſcobar.in d.cap.27.ſub eod. num.
56.verſ.baetius autem. Tertia declaratio, ſeu
potius limitatio eſt, quod dicta concluſio non
procedit,quando pater eſt impotens ad laborã-
dum,& filio maiori adminiſtrationem conceſ-
ſit,qui interim cum eodem patre, & alijs fra-
tribus minoribus in eadẽ domo commoratur,
& alitur ex fructibus eorundem bonorum,nam
eo caſu nullum ſalarium ſibi debetur ob labo-
res in huiuſmodi adminiſtratione impenſos,vt
fatetur idem Eſcobar.in eod.cap.27,nu.38. ita
intelligendo notata per Vincen.de Franch. in
deciſ.340.num.2. Secus vero eſt, quando filius
eſſet artiſex,vel ſolitus operas ſuas locare extra
domum patris,nam ſi vt rebus paternis incum-
beret coactus fuit à ſolito exercitio deſiſtere,
tunc eius labori aliquid præcipuum tribuendũ
eſſet,vt fatetur Carrot.in d.quæſt.1. num.12.
29 Ideo pro reſolutione ſupradictæ quęſtionis ita
diſtinguendum puto, quòd aut pater reuocat
filium abſentem ob aliquam vrgentem eius ne-
ceſſitatem,vt puta quia ſenio confectus, aut in
magna egeſtate conſtitutus non poſſet commo-
dè ſubſtentari ſine auxilio,& laboribus filij, &
hoc caſu ſine dubio procedit prima opinio,
quòd non obſtante qualibet alia obligatione
per filium contracta cum iuramento, magis te-
netur obedire,& ſubuenire patri, cùm ea ſit po
tiſſima cauſa,ob quam ſoluitur etiam religionis
votum,& tenetur ad ſeculum reuerti,vt pater-
nis neceſſitatibus ſubueniat, vt poſt alios plenè
refert Petr. Cened. in collect.ad ius canon. ſu-
per tex.in cap.ſi qui filij 30.diſt.collect.20.nu.
3.Americ.in d.tract.de patr.poteſt.effec.5.ſub
n.28.& alij,quos refert Nicol. Intrigl.in ſing.
125.lib.2. Aut vero pater reuocat filium abſen-
tem ſine cauſa,ac nulla vrgenti neceſſitate, &
hoc caſu veriorem puto ſecundam opinionem
Decij per ſupradicta, quæ meo iuditio valdè
ſtringunt,pręſertim ad euitandam colluſionẽ,
quæ facilè inter eos fieri poſſet ad eludendum
creditorem,cum quo filius legitimè contraxe-
30 rat Ex eadem autem ratione, qua diximus pa-
tri tanquam ſuperiori obedientiam eſſe præ-
ſtandam; Infertur etiam,quòd ſicut ſuperioris
authoritas excuſat ab ordinaria pœna delicti,
iux.not.per Bal.in cap.1.§.iniuria,de pace iu-
ram.firman.plenè per Tiraq. de pęn. temper.
cauſ.34.& alios relatos per Menoch.de arbitr.
iud.lib.2.caſ.354.nu.1. & ſeq. & Farinac.in
q.97.nu.119.cum plur.ſeq.ſub tit.de pœn.tem
31 peran. in 2. thom.ita vt operarios laborantes
in fundo alieno,credentes eſſe illius,à quo con-
ducti fuerunt, excuſari a pœna, communiter
affirment omnes DD.in l. in rem.§.tignum.ff.
de rei vendic. licet hoc intelligendum ſit cum
aliquibus declarationibus, & limitationibus
relatis per eundem Farinac.in citato loco,nu.
131.cum plur.ſeq.& plenè per Iul. Clar. in q.
32 60.verſ.ſolet dubitari. Ita etiam patris iuſſus,
& authoritas excuſat filium a pœna delicti cõ-
miſſi de eius ordine,& mandato l. qui iuſſu.ff.
de his qui not.in infam. & l. velle non credi-
tur,cum ibi not.per glo.& Dec.ff.de regu.iur.
33 Quæ concluſio procedit, etiam ſi quis delin-
quat iuſſu matris, vt pulchrè conſuluit Dec.in
conſ.535.num. 3. & ſeq.qui loquitur in caſu,
quo filia minor iuſſu matris fecerat abortum,
& dicit,quòd licet in grauibus delictis non ſit
parentibus obediendum,per tex.in l.fi.in fi.ff.
de bon.damnator. & in l.ſeruus.ff. de act. &
oblig. nihilominus propter reuerentiam, quæ
eis debetur,ſaltim pœna mitigari debet, ita vt
mortis ſupplicium in exilium transferatur,
quam ſententiam refert Menoch. de arbitrar.
iud.in d.caſ.354.in fi.num.41. & in caſ.357.
34 nu.20.& Farinac.in d.q.97. nu. 150. & licet
aliqui dicant hanc concluſionem procedere ſo-
lum in leuibus delictis, ſecus vero in graui-
bus,& atrocioribus, prout eſt homicidium,
furtum,& ſimilia,in his enim dicunt nullo mo
do filium excuſandum eſſe etiam à pœna ordi-
naria, ſi huiuſmodi delicta iuſſu patris perpe-
trauerit,vt plenè contendit Cagnol.in d.l.vel-
le non creditur,nu.5. & ſeq. & præcipuè nu.
8.verſ.ego falſum hoc eſſe arbitror.ff. de regu.
iur. nihilominus, quod etiam in atrocioribus
ſit ſaltim minoranda pœna, magis communis
opinio eſſe videtur,ex ijs,quæ plenè refert Fa-
35 rinac.in ead.q.97.num.160.Qui eandem con-
cluſionem ampliat procedere etiam in ſeruo
delinquente de mandato domini, vt ibidem
videri poteſt num.162. cum plur. ſeq. & apud
Menoch.in d.caſ.354.nu.34. cum ſeq.& ita

etiam post multa concludit *Petr. Caball. in 3.*
36 *centur.resol.crim.cas.289. per tot.* An autem
delictum factum à filio præsumatur factum de
ordine,& voluntate patris? vel à seruo de vo-
luntate domini? vide omnino *Ruin.in cons.6.*
per tot.vol.5.Octauia.Vulpell.in resp.60.nu.
3.& seq.plenè Menoch.de præsum.lib.5.præ-
sump.27.& Hipp.in tract.de bannit.in ver.
delictis,nu.44. Et quia ex eadem quoque *l.fin.*
37 *ff.qui satisd.cogan.* Vnde sumpta est hæc con-
clusio,quod superioris, & patris iussus excusat
à periurio,cautum est, quòd etiam is, qui legis
authoritate iuramentum non seruat, periurus
non dicitur.Idque pluribus exemplis demon-
strant ibidem *Ias.& alij scribentes,& repeten*
tes omnes in l.si quis maior,C.de transac. Ideo
aliquos casus breuiter attingere,non erit pror-
sus inutile,nec à materia,de qua agitur penitus
38 alienum.Primum autẽ exemplum, quod DD.
in eadem lege considerant,est, In eo, qui iura-
uit à laudo non reclamare,nec petere reductio-
nem ad arbitrium boni viri, hunc enim ita fo-
uet iuris authoritas, quòd si ex arbitramento
reperitur enormissimè læsus; potest huic iura-
mento impunè contrauenire, adeo vt nulla
possit inueniri cautela, ex qua impediatur re-
cursus ad arbitrium boni viri, vt patet ex not.
per *Bar.& DD.omnes in l.societatem,§.arbi-*
trorum.ff.pro soc. Fulgos.in consi.235.nu.2.
Cepoll. in caut. 199. Thom. Ferrat. in caut.8.
Ant.de Butr.in cons.24.& ibi plenè Gasp.Ga
ballin. in addit. in lit. A. qui infinitos alios
DD.concordantes refert,& pulchrè *Gargiar.*
39 *in patrocin.1.& 2.per tot.* Et licet aliqui arbi-
trati sint hanc conclusionem procedere, quan-
do generalibus verbis fuit renuntiatum recur-
sui ad arbitrium boni viri, secus vero quando
specificè partes renuntiauerunt etiam enor-
missimæ læsionis, vt plenè concludit *Io.Bapt.*
40 *Laderch.in cons 97.per tot.* Nihilominus cõ-
traria opinio verior, & communior est, quòd
non obstantibus quibusuis renunciationibus,
& iuramento huiusmodi recursus denegandus
nõ est,& eo pendente supersedetur in exequu-
tione laudi, vt patet ex not.per *Gargiar.in d.*
patrocin.1.nu.3.& per tot pulchrè Vrsill.in
decis.132.num.4.& seq.Borrell.in pragm.de
compromis.§.7.Glo.2.nu.32.& seq.Lud.Mo-
rot.in cons.88.nu.19.Hier.Magon.in decis.
Lucen.98.n.30.plenè Bertaz.in cons.ciu.120.
per tot.& alios,quos plenissime cumulãt *Don*
Garz.Mastrill.in decis.90.num.8.& seq.&
Regius Consiliar.Rouit.in nouisi. commenta.
*super pragm.2.de arbitr.nu.4.& seq.*qui hanc
41 conclusionem notabiliter explicat. Dubitant
autem valdè DD. quanta debeat esse læsio ad
hoc, vt huiusmodi recursus peti possit? sed ex
magis communi omnium sententia hoc Iudi-
cis arbitrio relinqui testatur *Menoch.de arbit.*
42 *iud.lib.2.cas.73.per tot.* Et quod peti potest
vsque ad triginta annos,concludit *Affl.in de-*
*cis.132.*qui refert ita per Sacrum Consilium
fuisse iudicatum, pro qua conclusione plures
alios concordantes allegat ibidem *Vrsil.nu.1.*
& ita etiam post multas relatas opiniones affir
43 mat *Gasp.Gaball.in milleloq.876.* Valdè etiã
dubia quæstio est, an petens huiusmodi recur-
sum ad arbitrium boni viri,possit interim cogi
ad soluendum pœnam promissam in compro-
misso de parendo laudo? pro cuius resolutione
multas referr opiniones *Boer.in decis.284.nu.*
20.& seq.& tandem concludit pœnam non
deberi,nisi postquam laudum fuerit confirma-
tum,sed si reclamans habuit iustam reclaman-
di causam,vel laudum fuit pro parte tantum
confirmatum, tunc dicit pœnam non deberi.
44 Nec minus dubitabilis quæstio est; An redu-
ctio ad arbitrium boni viri petẽda sit ad instar
appellationis apud Iudicem ordinarium arbi-
tratoris, vel potius ad Iudicem superiorem
actoris, vel rei? In quo articulo variæ fuerunt
DD.opiniones, quas plenè refert *Thesaur.in*
decis.14.per tot. Sed verior,& magis commu-
nis est,quòd huiusmodi recursus peti debet co-
ram iudice rei,nam per eum reducitur causa
ad pristinum statum, ac si nunquam compro-
missa fuisset, vt plenè probat *Rolan.a Vall. in*
cons.24.vol.4 quam conclusionem sequitur
45 *Thesau.in d.decis.14.nu.5.* Sed eam multipli-
citer limitat,vt apud eum videri potest,Nimis
quoque ambigua quæstio est, an si laudum
fuit acceptatum, possit etiam ex capite enor-
missimæ læsionis impugnari? in quo dubio
Caccialup.in tract.de transact.in 12.q.nu.11.
*& seq.*arguit pro, & contra, & tandem dicit
se nihil decidere,sed velle melius cogitare, sed
eundem articulum tangit *Io.Guttier.in tract.*
*de contract.iurat.cap.37.num.27.*qui conclu-
dit, quòd si arbitramentum fuit lectum, & à
partibus acceptatum, nullo modo potest am-
plius impugnari,nisi ex capite restitutionis in
integrum,si is qui illud acceptauit esset minor,
aut rusticus,vel mulier; nam laudum nullum à
partibus emulgatum valet in vim pacti, vt in-
quit *Marcobrun.in cons.46.*quem refert *Ro-*
uit.in comment.super pragm.2.de arbitr.n.3.
& in nouissimis comment.super ead.pragm.
46 *nu.12.* Et demum valde dubitatur in hac ma-
teria; An à Iudice,ad quem fuit ab arbitrorum
sententia appellatum liceat iterum appellare?
pro cuius articuli resolutione videri possunt
Cepoll.in cons.ciu.16.per tot.plenè Couar.in
2.lib.varia.resol.cap.12.sub nu.3.& sequen.
Petr.Beninten.in decis.Bonon.15.Gasp.Ga-
ballin.in milleloq.880.Camill.Borrell.in cõ-
ment.super d.pragm.odia litium, de compro-
miss.

miss.§.8.glo.4.& alij relati per Petr.Cened.in collect.iur.canon.in 2.par.collect.122.sub nu.
47 *6.*ad quos me remitto. Ex eadem quoque ratione infertur alia similis conclusio, quòd licet ex magis communi DD. sententia receptum videatur, quod cesset remedium *l.2. C. de resc. vend.* quando ei fuit specificè renuntiatum cũ iuramento, vt ex multorum assertione refert *Cacher.in decis.Pedem.41.nu.8.& sequen.& Thesaur.in decis.165.* qui relatis opinionibus pro,& contra, testatur hanc esse magis communem, hoc tamen intelligitur, quãdo in contractu adest solum læsio enormis, quæ parum excedit dimidiam iusti pretij, secus verò si læsio sit enormissima,& nimium excessiua, nam tũc non obstante iuramento, ac quibusuis renuntiationibus, potest agi absque metu periurij ad rescissionem contractus, quia talis enormissima læsio semper præsumitur à iuramento,& renuntiationibus, excepta, vt ex cõmuni DD. opinione testantur *Crau.in cons.7.nu.5.& in cons.192.nu.3.Capyc.in decis.159.nu.24. Cacher.in d.decis.41.nu.2.et alij relati per Petr. Caball.in cons.144.nu.82 et seq.et num.169. et per Thesau.in d. decis.165.num.6. et seq.*
48 Quomodo autẽ cõsideratur læsio ex parte emptoris,& an excludatur per ratificationem sequutam? vide quæ pulchrè tradit *Vincen.de Franch.in decis.243.et plenè Franc.Mugnoz. de Escobar.in tract.de ratiocin.in 2.par. var.*
49 *computation.cap.6.per tot.* Et an Ecclesia læsa infra dimidium iusti pretij restituatur in inte-
50 grum? vide *Vinc.de Franch. in decis.248.* Et qualis debeat esse læsio ad finem, vt habeat locũ remedium *d.l.2.C. de resc. vend.* quando venditur res cum pacto de retrouendendo? vide quæ pulchrè animaduertit *Ioseph Ludou. in*
51 *decis.Perus.97.nu.3.& seq.in 2. par.* Et quæ sint cõsideranda circa probationem iusti valoris rei venditæ? vltra notata per *DD.in l. pretia rerum.ff.ad l.Faleid.& in ead.l.2.C.de resc.in.vend.vide Loffr.in cons.52.n. 21. & seq. Camill.Borrell.in cons.100.nu.4.cum plurib. seq.& plenè Aluar.Velasq.in 1.thom.consultat.Regni Lusitan.consult.43.& seq.per tot.*
52 Et an præsumatur mutatio valoris rei? vide *Loffr.in cons.52.nu.25.post Alex.in cons.133 ad fin.vol.1.& Borgn.Caualc.in decis.Piuiz.*
53 *1.in 2.par.nu.22.* Et quæ practica sit seruanda in extimatione rei? vide *Couar.in 2.lib.variar.resol.cap.2.per tot.& Vinc. de Franch. in de-*
54 *cis.54.nu.7.& seq.* Et quid si extimatores dissentiunt circa valorem? vide *Cott. in memorab.in ver.extimatores,& Hipp.Rimin.in §.accedit,nu.40.& seq.inst.quib. alien. licet,*
95 *vel non.* Et an sub prætextu enormissimæ læsionis rescindatur transactio? vide *Crauet.in cons.151.num.26.& seq.plenè Hier.Grat. in cons.88.per tot.vol.1. Cephal. in cons. 208.& 210.nu.66.cum plur.seq.vol.2. Ioan. Vinc. de Ann.in alleg.9.per tot. & latius in sing.553.*
56 *& ibi plenè Fab.eius filius in addit.* Et an læsio consideretur in contractu donationis? vide *Iac.Mandell.in cons.11.nu.6. & seq. & plenius in cons.77.nu.22.plenè Eugen.in cons. 3. nu.51.cum plur.seq. & Mugnoz. de Escobar. in d.tract.de ratiocin.in 2.par.variar.compu-*
57 *tat.cap.6.sub nu.11.in fi.* Et an consideretur læsio in fideiussione? vide omnino *Surd.in cõs.*
58 *46.nu.3.& seq.vol.1.* Et quid si fideiubens sit minor an restituatur in integrum? vide eundẽ *Surd.in cons.46.& in cons.87.lib.1.& Ludo.*
59 *Moroti.in cons.87.per tot.* Et an restituatur minor aduersus donationem iuratam? vide *Honded.in cons.42.per tot. lib. 1. Hipp. Rimin. in rub.inst.quib.alien.lic.num. 208. & pulchrè Peregr.in suo lib.diuersor.tract.in 6. par. super cap.in præsentia,de probat.nu.51.fo.135.*
60 Et an restituatur minor aduersus immodicam dotem sorori promissam? & an prosit etiam alijs fratribus insolidum obligatis? vide *Natt.*
61 *in cons.648.vol.4.* Et quid si plures res sint simul venditæ,& in vna deceptus sit emptor, vel venditor; An respectu illius competat huiusmodi remedium rescissorium, vel facienda sit omnium commistio? vide *Io.Guttier. in d. tract,*
62 *de contract.iurat.cap.26 nu.10.* Aliud quoq; exemplum, in quo legis authoritas excusat à pœna periurij, est in eo, qui sub spe futuræ numerationis confitetur pecuniam mutuo recepisse; huic enim sic decepto succurritur ex iuris beneficio, vt si infra biennium opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ, molestari nõ possit, donec creditor probet cum effectu pecuniam fuisse verè,& realiter numeratam, vt cautetur *in l.in contractibus. C. de non num. pec. & in §.1.inst.de liter.oblig.* quam conclusionẽ ponit pro regula *Petr. Duen.in reg.121. & in reg.260.* eamque plenè exornant *Fely.in cap.si cautio,num.45.cum plur.seq. de fide instr. & Mascard.qui alios cumulat in tract.de proba.*
63 *concl.695.* Et quòd hæc exceptio habet locum etiam in confessione iurata, probat in spetie *tex.in l.si.C.de non numer.pec.* cuius ratio est, quia iuramentum in ea confessione appositum habet tacitam conditionem, si sequatur numeratio, vt notat ibi Bald. quem refert *Mascard. in cit.loco,nu.20.* & iuramentum recipit omnes conditiones,& qualitates cõtractus, super quo interponitur, vt plenè tradit *Couar. in c. quamuis pactum,de pact.in 6.in 1.par.§.4.nu. 1.& plenissimè Io.Guttier.in tract. de cõtrac.*
64 *iurat.cap.37.num.2.cum plur.seq.* Et eo casu opus non esse, quod petatur absolutio à iuramento, concludit idem *Guttier. in citato loco*
65 *nu.7.* Et hanc exceptionem impedire etiam

exequutionem literarum cambij, non obstante
statuto mandante, quòd literæ cambij prom-
ptam, & paratam habeant exequutionem, plu-
ribus rationibus plenè probat *Afflict. omnino
videndus in const. causas per magistros iusti-
tiarios, num. 10. cum plurib. seq. lib. 1. rub. 40.*
66 Quæ conclusio procedit etiam in eo, qui lite-
ras cambij præsentauit mercatori, & in dorso
earum confessus fuit se ab eo pecuniam cam-
biatam recepisse, nam si infra trriginta dies con
queritur, quod reuera pecuniam non habuit,
sed ita confessus fuit sub spe futuræ numeratio-
nis, talis confessio nihil ei præiudicat, textus est
formalis *in l. si literarum, cum ibi not. per glo.
Bal. & Saly. C. de solut. & ita notat in spetie*
67 *Rot. Gen. in decis. 26. nu. 27.* Et licet aliqui di-
cant hoc non habere locum in mercatore, seu
campsore, propter publicam fidem, ex not. per
*Glo. in auth. de fideiuss. §. agnoscant, in ver. ar-
gentariorum, coll. 1. quam refert Ias. in l. qui
pecuniam, nu. 6. ff. si cert. pet.* dicens ita sæpe
68 audiuisse à præceptoribus suis; Tamen hæc opi
nio quatenus vera sit, intelligitur, & declara-
tur procedere solum in casu, quo campsor vult
hanc exceptionem opponere ex persona sua
aduersus propriam confessionem, secus vero si
eam opponit tanquam alterius fideiussor, nam
tunc audiri debet, vt notabiliter inquit *Ias. in
ead. l. qui pecuniam, sub nu. 6. & in l. singula-
ria, nu. 39. ff. si cert. pet. quē refert Pet. Duenn.*
69 *in d. reg. 260. in 9. limit.* Et idem est si conue-
nitur vigore literarum cambij per ipsum acce-
ptatarū, vt pulchrè animaduertit *Fab. de Ann.*
70 *in cons. 82. nu. 4. et seq.* Et ratio est, nam si ipse
non est debitor scribentis, acceptando eius li-
teras, videtur pro eo intercedere tanquàm fi-
deiussor, *ex not. per glo. in Auth. de fideiussor.
§. si. vers. argentariorum, quam refert Vincen.
de Franch. in decis. 303. nu. 3.* qui propterea
concludit, per Sacrum Consilium iudicatum
fuisse, quòd acceptans literss cambij non excu-
satur ab earum solutione, si pendente solutio-
nis termino scribens decoxerit, sed hoc intel-
ligendum est secundum terminos dictæ decisio-
nis, quaudo decoctio scribentis superuenit post
acceptationem literarum, secus vero si tempo-
re acceptationis iam scribens erat decoctus, vel
mortuus, sed hoc acceptans ignorabat, vt benè
explicat *Fab. de Ann. in d. cons. 82. nu. 11. cum
plur. seq.* Imò etiam si post acceptationem mo-
riatur ille, qui scripserat literas cambij, man-
datum esse extinctum, & consequenter eum,
qui literas accrptauerat ad solutionem cogi nō
posse, affirmat *Rouit. in d. pragmat. 1. de liter.
camb. nu. 5. per tex. in l. fin. in fin. ff. de solut. et
notata per Bald. Pau. de Cast. Imol. et alios in
l. cū pater. §. Meuio. ff. de leg. 2.* quamuis dicat
esse cogitandum, postquam cōtrarium fuit de-
terminatum in mandante decocto post literas
acceptatas, vt patet ex *d. decis. Vinc. de Frāch.*
71 *303.* Et licet acceptans teneatur tanquàm fi-
deiussor, non tamen liberatur ille, qui literas
scripsit, sed tenetur tanquam principalis,
quousque cum effectu sit facta solutio, vt inquit
*Bald. in consi. 348. incip facta fuerunt literæ,
sub nu. 2. vol. 1. et in cons. 190. incip. Sempro-
nius, vol. 2. Saly. in l. pro debito, sub nu. 4. C. de
bon. authorit. iud. possiden. et in l. si filius, nu.
2. C. ad Macedon. Socy. in cons. 267. nu. 3. vol.
2. et alij relati per Bolognet. in l. singularia,
num. 89. vers. sed contrarium ff. si cert pet. et
plenè per Rot. Gen. in decis. 2. per tot.* & ita ser-
uari de communi stylo, & consuetudine mer-
catorum, testatur eadem *Rot. Gen. in decis. 8.
nu. 18.* & licet multi dicant per acceptationem
factam ab eo, cui literæ cambij diriguntur, li-
beratum esse scribentem, & nouationem indu-
ci, vt plenè tradit *Ioā. Vinc. de Ann. in alleg.
89. nu. 2. cum plur. seq. et alij, quos refert Ma-
scard. de probat. in concl. 990. nu. 8.* nihilomi-
nus veriorem, & in hoc Regno receptam esse
supradictam primam opinionem testatur do-
ctissimus *Rouit. in pragm. 1. de lit. camb. nu. 1.
et idem affirmat in nouissimis commentar. su-
per eadem pragm. nu. 1. et seq.* Sed pro harum
opinionum concordia, omnino videnda sunt,
quæ plenè docet in hac materia *Bursat. in
cons. 39. per tot. lib. 1.* qui refert varias formas
scribendi literas cambij, & eas acceptandi, ex
quibus veritas haberi potest, num per accepta-
72 tionem scribens liberetur, vel non? Priuilegiū
autem agendi via exequutiua pro literis cam-
bij competit tam contra scribentem, quam
contra acceptantem, vt plenè refert *Mastrill.
in decis. 9. per tot. et Rouit. in d. pragm. 1. de li-*
73 *ter. camb. nu. 2.* Et si mercator simpliciter ac-
ceptat literas cambij, in quibus significatur
debitor scribentis, censetur debitum fateri, vt
notant *Bal. in l. 1. ff. mandati, Pau. de Cast. in
l. interdum, nu. 3. ff. rem ratam haberi, Cepoll.
in caut. 9. Hipp. in sing. 344. plenè Ant. Gabr.
in 1. lib. commu. concl. in tit. de præsum. concl.
2. per tot. et Menoch. in tract. de præsum. lib. 3.*
74 *præsum. 65.* Verùm si antequam literæ cam-
bij præsententur ei, cui dirigebantur fortè sint
amissæ, tunc datur repetitio pecuniæ contra
scribentem, præstita prius cautione indemni-
tatis respectu illarum literarum, vt refert *Ma-
scar. in d. concl. 990. nu. 3.* Vel secundum alios
sufficit, quòd eum liberet per publicum instru-
mentum, vt refert *Anton. Gamm. in decis. 336.*
75 *nu. 1.* Sed hæc conclusio declaratur non pro-
cedere, quando is, qui pecuniam cambiauit si-
mulatè assereret se literas amisisse, vt à cōtractu
cambij recederet, nam eo casu non liceret pecu
niam repetere, sed omnino teneretur literas
præ-

præſentare illi mercatori, cui cambij ſolutio
erat ordinata, nam in hoc contractu cābij non
datur pœnitentia, vt pulchrè notant Bal. in d.
cōſ. 348. vol. 1. Rot. Gen. in deciſ. 4. nu. 7. & ſeq.
Pet. Benint. in deciſ. Bonon. 58. & Catel. Cott.
76 in memorab. in ver. cambij literas. Ratio autē,
qua fundatur ſupradicta concluſio, quod etiam
in iudicio exequutiuo aduerſus literas cambij
competit exceptio non numeratæ pecuniæ, eſt,
nam confeſſio de recepto nō arguit per neceſſe
verum actū numerationis, niſi in caſu, quo non
negatur numeratio, vt inquit Affl. in d. conſt.
77 cauſas per magiſtros, nu. 11. Imo debitū con-
feſſionatum eſt minus priuilegiatū, quàm illud,
quod conſtat per veram numerationem, adeo
quòd ſi duo creditores concurrant in actione
hypothecaria, quorum vnus eſt prior in tēpo-
re, ſed eius creditum fundatur in confeſſione
debitoris, alter verò eſt poſterior, ſed docet de
vera ſolutione pecuniæ, hic poſterior præfer-
tur, vt notabiliter inquit Catell. Cott. in me-
morab in uerb. creditor prior, quē refert Vrſil.
in deciſ. 402. in fi. Rip. in l. priuilegia, nu. 23.
in 2. fall. ff. de priuileg. cred. Greg. Lopez in 5.
partit. l. 27. tit. 13. in gloſ. 1. in fi. & Tiraq. in
tractatu de vtroque retract. tit. 1. §. 1. gloſ.
78 18. ſub numero 82. Verum hanc conclu-
ſionem intelligi debere quando vterque credi-
tor concurrit in pari actione, ſecus verò ſi vnus
habeat debitum confeſſionatum cum hypo-
theca, alter verò ſit creditor in actione per-
ſonali, nam creditorem in actione hypothe-
caria omnino præferendum eſſe, dicit Claud.
tutius in allegat. 11. num. 18. & ſequent. ex
regula tex. in l. eos, C. qui pot. in pign. hab.
79 & in l. reſcriptum, ff. de pact. Et inter hypo-
thecarios creditores connumerari etiam eos,
qui ſunt creditores vigore literarum cambij,
plenè contendit Burſat. in d. conſ. 39. nu. 37.
& ſeq. quamuis contrarium affirmet Surd. in
80 conſ. 499. nu. 2. lib. 4. Quæ tamen regula an
habeat locum, quando concurrunt creditores
bancherii decocti, quorum aliqui habent hypo-
thecam, alij verò qui ſolum perſonali actione
nituntur, ſed penes bancum fidem publicam
ſequuti, eorum pecunias depoſuerunt? vide
Ludou. Peguer. in deciſ. 38. per totam, plenè
Benuen. Stracc. in tract. de mercatur. in tit. de
decoctor. in vlt. par. in tit. qui potior. in bonis
decoct. hab. nu. 1. et ſeq. & omnino Bal. in l. fin.
in fine, C. depoſiti. Et quid ſi de pecunia depo-
ſita penes bancū aliquod intereſſe perceperūt?
vide Io. Franc. de Pont. in conſ. 56. per totum.
81 Et quomodo, & quo ordine cōcurrere debeāt
creditores nummulariorum decoctorum diuer
ſos rationum libros habentium, ſeu in diuerſis
locis artem nummulariam exercentium? vide
Aret. in §. introduxit, nu. 3. inſt. quod cum eo,
qui in alie. pot. Paul. de Caſt. in cōſ. 285. incip.
viſis, & ponderatis, vol. 1. Bal. in conſ. 382. &
400 num. 8. vol. 5. & in conſ. 432. vol. 1. plenè
Benuen. Stracc. in d. tit. de decoctor. in vltima
par. per tot. & Hier. Magon. in deciſ. Lucen. 1.
per tot. quibus addas, quæ ad hoc propoſitum
ſubtiliter tradunt Franc. Aret. in conſ. 57. &
82 Raph. Cuman. in conſ. 172. Quæ autem verba
in inſtrumento per notariū appoſita oſtendant
veram pecuniæ numerationem, & quæ ſimpli-
cem confeſſionem? vide Aret. in §. actionum,
nu. 22. verſ. aduertas tamen, inſt. de act. & ple-
83 nè Surd. in deciſ. 284. per tot. Et an exceptio
non numeratæ pecuniæ habeat locum quando
in ſcriptura exprimitur debitum de preterito?
vide Rol. a Val. in conſ. 4. nu. 15. cum plur. ſeq.
84 vol. 4. Et quid ſi iuramentum non fuit ſimpli-
citer appoſitum ſuper ſolutione mutui, ſed ſu-
per confeſſione receptionis pecuniæ mutuatę?
vide omnino Io. Guttier. in d. tract. de cōtract.
85 iurat. c. 37. nu. 8. Et An huic exceptioni poſſit
debitor renuntiare? vide Couar. in 2. lib. var.
reſol. c. 4 ſub num. 3. & plenè Io. Guttier. in d.
86 c. 37. nu. 9. & ſeq. Et An per hanc exceptionē
impediatur liquidatio publici inſtrumēti? vide
Carau. in rit. 166. nu. 41. & ſeq. Bernar. Pand.
in tract. de præſent. inſtr. in 5. par. declar. 15.
& Franc. Ant. de Iudice Rober. in tract. de li-
quid. inſtr. in 4. conſid. num. 57. fol. mihi 53. in
87 paruis impreſ. Et An poſſit opponi aduerſus
obligationem ſtipulatam penes acta? vide Affl.
in d. conſt. cauſas, nu. 14. & ſeq. & Bern. Pand.
88 in d. declar. 15. num. 32. Et An elapſo biennio
poſſit debitor hanc exceptionem opponere, ſi
vult in ſe ſuſcipere onus probādi, pecuniā non
fuiſſe numeratā? vide Affl. in dec. 110. Ladercb.
in conſ. 113. nu. 8. Menoch. in conſ. 47. nu. 8. &
Pereg. in ſuo lib. varior. tract. in 5. par. ſub tit.
89 de pact. & conuent. nu. 120. & ſeq. Creditor
etiam, qui confeſſus fuit recepiſſe pecuniam à
debitore, poteſt hanc exceptionem opponere
infra triginta dies, non vltra, l. in cōtractibus,
§. ſuper cæteris, cum ibi not. per Bal. & Salyc.
C. de non numer. pec. & notat Aret. in §. 1. ſub
nu. 4. inſt. de liter. oblig. & in §. idem iuris, ſub
90 nu. 21. inſt. de except. Sed fallit ſi vltra confeſ-
ſionem adeſt etiam quietatio, vel pactum de nō
petendo, nam tunc ſtatim cōfeſſio præiudicat,
vt inquit Natt. in conſ. 196. num. 1. lib. 1. Hæc
autem exceptio ſolum habet locum in mutuo,
& dote, nō in alijs contractibus, vt pleniſſimè
refert Rol. à Valle in conſ. 4. num. 1. & per tot.
91 lib. 4. Alius caſus, in quo legis authoritas excu-
ſat à periurio, eſt, quando contractus, ſuper quo
iuramentū interponitur, eſt ſtipulatus, vt dixit
Gloſ. communiter approbata in l. 2. C. plus va-
lere, quod agitur, quam quod ſimulatè cōcipitur,
quam refert Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem,
nu. 7.

nu.7.inst.de actio. & plenè Neuiz.in cons.23.
92 nu.1. Verùm sciendũ est, quòd qui contractus
simulationem allegat, siue agendo, siue excipiẽ-
do, tenetur exprimere modum sub quo facta est
simulatio, & certam causam, pro qua facta fuit,
alias succumbit, iuxta not.per Bar.in cons.65.
incip.factum tale est, Petrus Nicola, num.3.
& alios, quos plenè refert Rol.à Vall.in cons.
93 47.nu.27.vol.4. Et ratio est euidens, nam simu
lationum quædam sunt permissæ, quædam ve-
rò reprobatæ, vt inquit Bal.in rub.eiusdẽ tit.
C.plus valere, quod agit. et probatur in l.si ex
pretio, cum ibi not.per Bar.C.si cer.pet. & in
l.si sub specie, C.de postul.& ibi per Bar.in fi.
94 Earum autem, quę sunt reprobatæ, plures sunt
species, quas plenè refert Iacob. Mandell. in
cons.9. nu.2. & seq. Vnde cum simulatio non
pręsumatur, nisi probetur, l.cum precibus, cum
ibi not.per Bal.C.de probat.& dato, quòd pro-
betur, non tamen est absolutè prohibita, nisi
prohibitus sit modus, sub quo fit, vel causa pro-
pter quam fit, vt benè considerat Iac.Mandel.
in d.cons.9.nu.5.& in cons.97.nu.27.ideo per
necesse, qui simulationem allegat, debet speciẽ,
& causam deducere, & probare, ex quibus ap-
pareat actũ, qui allegatur simulatus, esse prohi-
bitum, & reprobatũ, vt post alios plenè refert
Rol.à Vall.in d.cõs.47.nu.29.vol.4.& Hond.
95 in cons.46.nu.2.& seq.vol.1. Tripliciter autẽ
simulatio fieri potest. Primò. Dũ verè fit vnus
contractus, & simulatur alius. Secundò. Quãdo
fit contractus verus, sed modico tempore dura-
turus. Tertiò. Quando aliquis actus apparenter
celebratur, nullam executionem habiturus,
vt quando quis fingit donare alicui personæ
cõiunctę ob aliquod imminens periculũ, prout
magistraliter docet Bar. in d.cons.65.num.3.
cum quo concordant Iac.Mandell. in d.cons.
97.nu.24.Rol.à Vall.in d.cons.47.num.28.&
96 Hond. in d.cons.46.nu.7. Quoad primam si-
mulationis speciem, quãdo vnum verè agitur,
& aliud simulatur, tunc si id, quod verè agitur
est permissum, & de iure validum, sine dubio
etiam illud, quod simulatur, erit quoque vali-
dum, nam vnus contractus transfertur in aliũ,
vt in l.singularia, ff.si cer.pet. & in l.si ex pre-
tio.C.eo.& notat singulariter Bar.in l.Lucius
Titius, 2.ff.depositi.dum enim per simulationẽ
solum fit transitus de vna causa ad aliã, & vtra-
que causa quoad voluntatem contrahentiũ ita
se habet, quod vna potest æquipollere alteri,
non est improbata simulatio, vt pulchrè refert
97 Mandell.in allegato cons.97.nu.33. Secunda
verò simulationis species, quando fit actus vali-
dus modico tempore duraturus, est etiam per-
missa, & attẽditur id, quod verè agitur, ex reg.
tex.in l.1.& toto tit.C.plus valere, quod agit.
& in his propriè terminis consuluit Mandell.
98 in d.cons.97.nu.29.& per tot. Quando autem
contractus claudicat ob tertiam simulationis
speciem, ex eo quod actus figuratur, & reuera
contrahentium intentio est nihil agere, tunc
habetur ac si factus nõ esset, & est ipso iure nul-
lus, ex reg.tex.in l.imaginaria, ff.de reg.iu. &
in l.nuda, C.de contrah.empt. vt plenè notant
Honded.in cons.46. num.9. & seq. & Franc.
99 Becc.in cons.52.nu.35. & seq. Ex quibus autẽ
coniecturis arguatur simulatio? vide quæ plenè
cumulat idem Honded.in d.cons.46. per totũ.
Menoch.de præsumpt.lib.3.præsump.122.cũ
tribus seqq. Rol.à Vall.in d.cons.47.volum.4.
Franc.Becc.in d.cons.52.per tot.& Mascard.
100 de probat. in concl.558. & seq. Et an licita
sit simulatio, si ad finem fraudandi vicinũ iure
congrui, hodie emo, & cras dono rem emptã?
vide Napodan.in consuet.si quis emit, de iure
congr.nu.42. & seq. & ibi adden.ad eũ, plenè
Maran.in disput.9. per tot.& Vrsill.in decis.
101 338.nu.4. Et quid si fiat pactum, quod in casu
quo vicinus velit retrahere, res sit inempta? vi-
102 de Pet.Caball.in cons.ciu.36.lib.1. Et quid si
quis vẽdit maiorem partem fundi, & minimã
pro se retineat; An præsumatur id fecisse in
fraudem iuris congrui? vide omnino Honded.
103 in cons.7.per tot.vol.1. Alius casus, in quo le-
gis authoritate permittitur à contractu iurato
recedere, est in donatione, quando donatarius
efficitur ingratus donanti, iuxta tex.in l.fin.
cum ibi plenè not. per Rip. C.de reuoc. donat.
quo casu etiam, non obstante iuramento, dona-
tionem reuocari posse, ex magis cõmuni DD.
opinione refert Tiraq.in præfat.l.si vnquam,
nu.155. C.de reuoc.donat. Verum si specificè
fuit cum iuramento cõuentum, quòd etiam ex
capite ingratitudinis donatio reuocari nõ pos-
sit, tunc iuramentum esse seruandum, post rela-
tas hinc inde opiniones concludit Io.Guttier.
in d.tract.de contract.iurat.c.10.nu.5.& seq.
104 Hinc donationem reuocari, si donatarius nõ
præstitit donanti alimenta promissa, & moræ
purgationẽ non admitti, plenè cõsuluit Hier.
Grat.in cons.93.per totum, vol.1. & Camill.
Borrell.in cons.64. nu.42. cum plur.sequent.
105 An autem donatio facta Ecclesiæ, reuocetur
ob culpam, seu ingratitudinem Prælati? vide
Rip.in d.l.fin.nu.173.q.52. C.de reuoc. donat.
qui concludit, quòd regulariter donatio facta
Ecclesiæ non reuocatur ex ingratitudine Præ-
lati, nam censetur facta Deo, sed si adest specia-
le pactum, quòd possit reuocari propter ingra-
titudinem, illud est obseruandum, & valida est
talis cõuentio, nam donator potest traditioni
rei suę apponere legem, quam uult, licet asserat
communem opinionem esse in contrarium, &
quod culpa Prælati nõ debet nocere Ecclesiæ,
tenet etiam Ruin.in cons.27.nu.2.lib.2. quem
refert

refert Menocb.in tract.de recup.poſſ.remed.9.
106 nu.102. Et an inducatur donationis reuoca-
tio ſi ſuperueniant graues inimicitiæ inter do-
nantem,& donatarium,culpa tamen ipſius do
nantis? vide Io.Lopez in rub.de don.inter vir.
& vxor.§.78.ſub nu.21. & plenè Menocb.de
præſumpt.lib.3.præſumpt.37.nu.21. & ſeq.
107 Et quid ſi donatarius conueniat donantem
in iudicio ſuper omnibus, vel maiori parte bo-
norum? vide eundem Io.Lopez in eadem rub.
108 de don.inter vir.& vxor.§.79.per tot. Et an
reuocata donatione propter ingratitudinē do-
natarij,reſoluantur omnes obligationes,& hy-
pothecæ medio tempore cōtractæ ſuper re do-
nata? vide Rip.in d.l.fin.in q.42.nu.146.plenè
Arium Pinell.in l.2. C.de reſcind.vend.in 2.
par.l.cap.3.num.19.& Neguſ.de pignor.in 1.
109 mem.5.par.nu.43.cum plur.ſeq. Et an dona-
tarius ingratus teneatur reſtituere fructus per-
ceptos ante reuocatam donationem? vide Io.
Guttier.in d.c.10.nu.7. qui concludit,ꝙ non,
vnà cum Tiraq.in d.l.ſi vnquam,in uer.reuer-
tatur,nu.181. uerum dicit debere ſaltim reſti-
tui fructus perceptos poſt litem conteſtatam,
110 ex reg.tex.in l.certum,C.de rei vend. Ex eadē
quoque ratione deducitur rectè ſenſiſſe eos,qui
tenuerunt donationē iuratā ob ſuperuenientiā
liberorum reuocari poſſe, iuxta diſpoſitionem
l.ſi vnquam, C.de reuoc.donat. prout ex mul-
torum authoritate refert Tiraq.in præfat.eiuſ-
dem l.nu.151.cum plur ſeq.& Couarr.in cap.
quamuis pactū,de pact.in 6.in 1.par.§.4.nu.3.
111 Et licèt non deſint, qui ſtrenuè defendant, ꝙ
dictæ l.beneficio poſſit cum iuramento renun-
tiari,vt patet ex ijs,quæ planè refert Iul.Clar.
in §.donatio,q.22.verſ.tertio infertur,qui di-
cit, hunc articulum adeo eſſe controuerſum,
& difficilem, vt vix cognoſci poſſit,quæ ſit cō-
munior eius deciſio, & refert Hieron.Grat.in
conſ.50.nu.65.lib.1.dicentem,quòd ſuper hac
quæſtione opus eſſet Imperatoria declaratio-
ne,cū pro vtraque parte ſint infiniti Doctores,
tamē mihi valde ſatisfacit diſtinctio relata per
Io.Guttier. in d.tract. de contract.iurat. c.9.
num.10.& ſeq. qui dicit,huiuſmodi renuncia-
tionem valere quoad ipſum donantem, ita vt
non poſſit eā amplius impugnare ſub prætextu
filiorum poſtea ſuſceptorum,verum eam renū-
ciationem nihil operari quoad ipſos liberos
poſtea ſuſceptos quin poſſint pro eorū intereſ-
ſe donationem a patre factam impugnare, ita
vt ſaltim vſque ad eorum legitimā reuocetur.
112 Quę quidem diſtinctio valdè rationabilis eſt,
nam duo prodita ſunt remedia, vt donatio a pa
tre facta per ſuperuenientiam liberorum reuo-
cetur,vnum ſcilicet ipſi donanti, vt per ſuper-
uenientem liberorum natiuitatem donatio re-
uocetur ipſo iure, vigore d.l.ſi vnquam. Alte-
rum verò, quòd ipſis filijs poſtea natis cōpetit
proponendi querelam inofficioſæ donationis
pro legitima eis debita in bonis paternis,ut to-
to tit.C.de inoffi.don. Vnde licèt pater ſibi prę-
iudicauerit,renunciando beneficio ſibi compe
tenti, uigore d.l.ſi unquam, non tamen potuit
præiudicare filijs poſtea natis quoad iura eis
competentia ex propria perſona, ex reg.tex.in
c.quamuis pactum,de pact.in 6.& in cap.cum
contingat,de iur.iur. ubi probatur,quòd iura-
mentum uergens in alterius præiudicium non
113 eſt ſeruandum. Hinc eſt, quòd licèt quando
pater donans diu ſuperuixit poſt liberos ſuſce-
ptos, & donationem non reuocauit, cenſetur
noluiſſe uti remedio d.l.ſi unquam,& remanet
firma donatio,ut plenè Tiraq.in d.l.ſi vnquā,
in uer.donatione largitus,nu.257. & in uer.
ſuſceperit liberos,nu.211.cum ſeq.& alij,quos
latè cumulat Hondea.in conſ.43.nu.16.et ſeq.
lib.1.& pleniſſimè Theſaur.in deciſ.121.nu.2.
114 cum plur.ſeq. Nihilominus hanc donationē,
tanquam inofficioſam, ſaltim uſque ad legiti-
mam filijs poſtea ſuſceptis competentem reuo
cari,non negat, idem Honded.in alleg.cōſ.43.
nu.19.cum plur.ſeq.& ita etiam expreſsè affir-
115 mat Theſau.in eadem dec.121.nu.7. An autē
remedium d l.ſi vnquā, habeat locum in dote?
vide Natt.in conſ.90.per tot.lib.1. qui plenè
diſcuſſo hoc articulo,concludit,conſtante ma-
trimonio dotem genero aſſignatam ob ſuperue
nientiam filiorum reuocari non poſſe,nam pe-
nes eum non titulo donationis lucratiuo, ſed
oneroſo dos reperitur, ſoluto verò matrimo-
nio poſtquam dos ad mulierem reuertitur, tūc
habere locum reuocationem, vigore d.l.ſi vn-
quam, vſque ad legitimam alijs filijs debitam.
Quæ concluſio confirmatur ex ijs, quæ tradit
Gramm.in deciſ.90.post Affl.in dec.86. Con-
trariam autem opinionem tenet Pau.de Caſt.
in l.1.C.de inoff.dotib.dicens,inofficioſam do-
tem reuocari poſſe vſq; ad legitimam aliorum
filiorū,etiam viuente viro,pro qua plures alios
concordantes refert Vinc.de Franch. in deciſ.
104. & ſecundum eam iudicatam fuiſse teſta-
tur, & hanc opinionē pluribus rationibus ple-
nè confirmant Barboſ. in 1.par. l.2. in princ.
ff.ſol.matr.num.171.cum ſeq. vſque ad fin.&
Molfeſ.in addit. ad conſuet. Neap. in 4.par.
116 q.26.nu.8.& ſeq. Donatio quoque omnium
bonorum præſentium, & futurorum à legibus
improbatur,cùm ſit contra bonos mores,& li-
beram auferat teſtandi facultatem, ex reg.tex.
in l.fin. C.de pact.& in l.ſtipulatio hoc modo
concepta,cum ibi not.per DD.ff.de verb.oblig.
prout ex communi Doctorū ſententia tradunt
pro regula indubitata Iul.Clar.in §.donatio,
quæſt.19.in princ.& Pet Duen. in reg.219.
117 Et ideo iuramentum ſuper ea prętitum nihil
operati,

operari ex magis communi Doctorum opinio-
ne testantur Iul. Clar. in d. §. donatio, q.20. in
princ. Duenn. in ead. reg. 219. in 2. ampl. et alij
plenè relati per Io. Guttier. in d. tract. de con-
tract. iurat. cap. 11. num. 11. et latè per Anto.
118 Gam. in decis. Lusitan. 386. per tot. Ad hoc
enim, vt donatio omnium bonorum substinea-
tur, opus est, quòd donans aliquid sibi reseruet
pro iure testandi, & id quod reseruatur non
debet esse quid minimũ, sed tale, propter quod
verisimile sit donantem inuenturum esse hæ-
redem, vt notabiliter inquit Cagnol. in rep. d.
l. fi. nu. 205. et seq. C. de pact. plenè Honded. in
consi. 39. num. 16. et seq. lib. 1. Cephal. in consi.
288. num. 29. lib. 2. et Iul. Clar. in d. q. 19. vers.
119 secundo principaliter, qui dicit, quòd saltim
id, quod reseruatur, debet excedere vigesimam
partem illius patrimonij, quod donatur, sed
nihil allegat, cum tamen sequuntur Menoch.
in consil. 184. sub nu. 4. lib. 2. Cephal. in consi.
485. nu. 133. lib. 4. Iac. Berrett. in cons. 73. in
in fi. Fab. de Ann. in consi. 52. num. 3. et seq. et
120 Intrigl. in sing. 112. nu. 9 lib. 2. Præterea re-
seruatio debet esse libera, & nõ restricta ad cer-
tam causam, neque in certum genus personarũ,
vnde non valet reseruatio disponendi pro ani-
ma, vel in vita, vt latè tradit Dec. in consi. 251.
Rip. in 3. lib. responsor. cap. 14. nu. 4 Cagnol. in
d. l. fi. nu. 208. et ibidem Claud. Seysell. in fin.
plenè Boer. in decis. 204. nu. 46. Couar. in 3. lib.
var. resol. cap. 12. num. 3. Honded. in consi. 39.
num. 14. libr. 1. Cephal. in consil. 44. num.
15. libr. 1. Paneirol. in consil. 172. num. 4. et
Hier. Gabr. in cons. 139. nu. 5. lib. 1. Et licet hęc
conclusio multos habeat contradictores, vt pa-
tet ex not. per Ant. Gam. in decis. 348. in fi. et
Bolognett. in d. l. fi. n. 132. Nihilominus prima
opinio est sine dubio magis communis, & eam
nouissimè approbat Vinc. de Franch. in decis.
121 594. in 4. par. Multi autem dicunt valere
donationem omnium bonorum, reseruata cer-
ta quantitate, de qua possit donator in vita, &
in morte disponere, vt patet ex not. per Hier.
Gabr. in cons. 139. num. 1. lib. 1. Cagnol. in d. l.
fi. num. 248. Menoch. in d. cons. 184. num. 7.
lib. 2. Crau. in cons. 222. nu. 10. & Couar. in 3.
lib. var. resol. cap. 12. nu. 3. vers. quibus accedit.
122 Dubitatur autem, an qui reseruat sibi facul-
tatem disponendi in vita, possit etiam in mor-
te disponere? & Bar. censuit, quod non, in cõs.
76. sed contrarium tenet Ias. in consi. 230. vol.
4. & Alciat. in d. l. fi. C. de pact. Verum secun-
dum opinionem Bar. tanquàm magis commu-
nem iudicatum fuisse per Senatum Pedemon-
123 tanum testatur Thesau. in decis. 209. Sed ma-
ior difficultas est, an sufficiat, quòd donator
omnium bonorum sibi reseruet vsumfructum;
pro cuius explicatione videri possunt Dec. in
consi. 30. per tot. & in cons. 251. Crau. in cons.
222. latè Couar. in 3. lib. var. resol. cap. 12. per
tot. Io. Guttier. in d. cap. 11. num. 14. Mart. in
vot. 77. nu. 4. Ant. Gam. in decis. 166. & Vinc.
de Franch. in decis. 168. & in decis. 594. nu. 2.
124 Et quid si quis donat omnia bona reseruatis
fructibus Episcopatus, de quibus postea obti-
nuit licentiam testandi a Summo Pontifice;
an substineatur donatio? vide Borgn. Cauale.
125 in tract. de vsufr. mul. relic. nu. 155. Et si do-
nans non disposuit de quantitate reseruata;
an ea applicetur donatario, vel hæredibus do-
nantis? vide Thes. in decis. 97. Vinc. de Frãch.
in decis. 600. in 4. par. Peregr. de fideicom. art.
40. num 59. Io. Vinc. de Ann. in sing. 391. &
alios relatos per Nicol. Intrigliol. in sing. 112.
nu. 20. lib. 2. & Ioseph de Sess. in decis. Aragon.
48. per tot. Sed quid si donãs nõ disposuit spe-
cifice de quãtitate reseruata; sed generaliter de
oĩbus bonis suis, an sub ea generali dispositio-
ne veniat etiam illud, cuius disponendi facul-
tatem sibi reseruauit? videtur forte dicendum,
quòd non, per ea, quæ considerat Hier. Gabr.
in cons. 147. nu. 5. & seq. lib. 1. Sed contrarium
verius esse affirmat, præsertim accedentibus
coniecturis, idem Ioseph de Sess. in d. decis. 48.
nu. 8. & seq. Alius casus, in quo legis authori-
tas excusat a pęna, & reatu periurij considerari
potest in fideiussoribus, quibus multa beneficia
sunt a iure concessa, vt pro gratuita obligatio-
ne pro alijs contracta, quanto minus fieri po-
126 test molestiam patiantur. Primò enim cautũ
est fideiussorem conueniri non posse, nisi prius
fiat excussio sui principalis, vt probat tex. in
Auth. præsente. C. de fideiussor. & in Auth. de
fidiussor. §. si quis igitur, & §. non solum. In
qua excussione citari debet ipse fideiussor pro
suo interesse, vt communiter affirmant DD. in
l. de vnoquoque, et precipuè Alex. in fi. et Hip.
de Mars. nu. 73. ff. de re iud. Claud. Seysell. in
l. decem, num. 16. ff. de verb. oblig. et Duen. in
127 regu. 335. in 1. ampl. Et hoc beneficio vtitur
fideiussor, non obstante iuramento in contra-
ctu apposito, nam iuramentum regulatur, &
intelligitur secundum naturam obligationis,
cui accedit secundum Bal. in cap. cum contin-
gat, sub num. 20. vers. ex hoc sequitur, de iur.
iur. quam opinionem pluribus rationibus ple-
nè confirmant Barbat. in consi. 43. in 3. dub.
lib. 2. Couar. in d. cap. quamuis pactum, in 1.
par. §. 4. sub num. 4. Iacobin. in l. fi. sub num. 3.
vers. sed hoc est falsum, ff. si cer. pet. et alij rela-
ti per Tiraq. in præfat. l. si vnquam, C. de re-
uoc. don. nu. 152. Ant. Gomez. in 2. thom. var.
resol. cap. 13. sub num. 14. vers. sexto limito, et
Duenn. in d. reg. 335. in 20. limit. vers. contra-
128 riam tamen opinionem. Et licet multi tenẽãt
contrarium, scilicet, quod iuramentum exclu-

dat

dat beneficium excuſsionis, quos plenè refert idem *Petr. Duen. in ead. 20. limit. et Ioā. Guttier. in d. tract. de contract. iurat. cap. 23. n. 26.* nihilominus mihi recedendum non videtur à ſupradicta concluſione, tum quia eſt æquior, ac verior, prout fatetur *Menoch. in 3. lib. controuerſ. cap. 59. nu. 1. et 2.* tum etiam quia pro ea iudicatum fuiſſe per *Capell. Tholoſ. refert Stefan. Aufr. in deciſio. 139.* & hanc quoque opinionem ſequutum fuiſſe Senatum Pedemontanum refert doctiſſimus *Thesaur. in deciſ. 166. nu. 4.* cuius authoritati plurimum arbitror eſſe
129 deferendum. Imo loquitur in caſu fortiori, quo fideiuſſor non acceſſoriè, ſed principaliter, & inſolidum ſe obligauerat, faciendo cauſam, & debitum proprium, vt ibi videri poteſt.
130 Quæ concluſio multo fortius procedit, quando fideiuſſor promittit in caſu, quo principalis debitor non ſolueret, nam in eo caſu excuſſio principalis venit facienda etiā ex natura eiuſdem obligationis, & conſequenter nullo modo ei poteſt iuramentum obſiſtere, vt affirmat *Io. Guttier. in d. cap. 23. nu. 29.* & de hac forma obligationis eſt *tex. formalis in l. fideiuſſor obligari, §. fi. ff. de fideiuſſ. cuius meminit Soc. in conſ. 273. ante nu. 4. verſ. confirmo hoc, vol. 2. et Anc. Gomez. in d. c. 13. de fideiuſſor. ſub n. 2.*
131 *verſ. quaro tamen*. Qui num. 3. ſubdit, quòd quando quis promittit creditori indemnitatē, vel ſoluere totum id, quod à debitore exigere non poterit, non eſt propriè fideiuſſor, nulloq; pacto conueniri poteſt, niſi prius facta ſolemni diſcuſsione cum principali debitore, etiam ſi eſſet ſpecificè renunciatum beneficio dictæ *Auth. præſente, C. de fideiuſſ.* nam in hoc caſu excuſsio requiritur pro complemento conditionis, ex qua oritur ipſius fideiuſſoris obligatio, *ex reg. tex. in l. fi. cum ibi communiter not. per DD. ff. ſi cer. pet.* & eandem concluſionem plenè confirmat *Roder. Suarez. in titu. de los emplazamientos, fol. mihi 292. in paruis im-*
132 *preſſ. nu. 7. et ſeq.* Verum hæc concluſio limitatur in caſu, quo huiuſmodi fideiuſſor in ſpetie renunciaſſet beneficio excuſsionis cum iuramento, vt not. *Io. Guttier. in d. cap. 23. n. 30.* & idem eſt, quando quis ſe principalem debitorem pro alio conſtituit, nam cenſetur noua ta obligatio principalis, & transfuſa in perſonam conſtituentis. vt affirmat *Hippol. in rub. de fideiuſſor. num. 62. et ſeq.* Sed ſi ſimpliciter promittit ſe ſoluturum id, quod Titius debet, licet ex vi verborum videatur promiſiſſe tanquam principalis, nihilominus quoad iuris effectum habetur pro fideiuſſore, & gaudet beneficio diſcuſsionis, vt notabiliter inquit *Andr. Gayl. in obſer. 28. lib. 2.* Si vero pmittat, quod principalis non deficiet abſolutione in tempore promiſſo in inſtrumento, tunc neceſſariam nō eſſe diſcuſsionem, ſed ſtatim facta interpellatione contra principalem poſſe fideiuſſorem conueniri, notabiliter refert *Stefan. Gratian. in 1. lib. diſceptatio. forenſ. cap. 164. nu. 19. et*
133 *ſeq.* Ad quid autem teneatur is qui promiſit aliquem indemnem conſeruare? vide *Borgn. Caualc. in tract. de vſufr. mul. relic. num. 211. et plenè Surd. in conſ. 150. per tot. lib. 1.* Et an
134 fideiuſſorem approbans teneatur tanquam fideiuſſor? vide *Alex. in l. ſi vero. §. qui pro rei nu. 4. ff. qui ſatiſd. cogan. plenè Cephal. in cōſ. 437. lib. 7. per tot. et Camill. Borrell. in conſil.*
135 *47. nu. 80. et ſeq. et per tot.* Et ad quid teneatur Actuarius ſi accepit fideiuſſorem non idoneum? vide *Ioſeph. Lud. in deciſ. Lucen. 33. per tot. Farinac. in pract. crim. q. 33. nu. 88. et ſeq. et Gratian. in deciſ. March. Anchor. 69. per*
136 *tot.* Et ad quid teneatur, qui promiſit facere bonam aliquam partitam? vide *Socin. in conſ.*
137 *65. vol. 4. et Dec. in conſ. 7.* Et ſi plures ſint rei debendi inſolidum obligati, conſtat tamen in rei veritate, quod tota pecunia ad vnū peruenit, tunc eum teneri tanquàm principalem, alterum verò vti fideiuſſorem, teſtatur *Hippo. in ſing. 2. et in rub. de fideiuſſ. num. 65. et ſeq.* Sed quomodo hæc concluſio intelligenda ſit notabiliter explicat *Natt. in conſ. 52. nu. 7. lib.*
138 *5.* Sciendum quoq; eſt in hac materia excuſſionis, quod ſi quis fideiubet pro aliquo officiali publico, quamuis renuntiet beneficio fideiuſſorum, nihilominus gaudet excuſsionis beneficio, non obſtante renunciatione per *tex. famoſum in l. 3. §. fi. ff. de admin. tut.* vbi dicit, quòd fideiubens pro magiſtratu cenſetur ſe obligare In eo, quod illius facultatibus deerit, & ſic clare elicitur, quod eſt fideiuſſor indemnitatis, quem tex. ita ponderat *Saly. in l. 1. in fi. C. qđ cum eo, quem refert Suar. in d. tit. de los emplazamientos, fol. mihi 793. nu. 11.* Fatlit autem hæc concluſio, quando fideiuſſor officialis ſpecificè renunciat beneficio excuſsionis, & omnibus alijs iuris beneficijs, & legum auxilijs, vt refert *Ioā.*
139 *Guttier. in d. cap. 23. nu. 24.* Inſuper notandū eſt, quod hoc priuilegium excuſsionis non habet locum, quādo pater fideiubet pro filio, per *tex. ſingularem in l. 3. §. ſed vtrum, cum ibi not. per Bald. ff. de minor. per quem ita inquit Barbat. in cap. peruenit, num. 7. de fideiuſſ. & plenè Boer. in deciſ. 221. num. 13. vbi ad hoc etiam allegat tex. notabilem in l. ſi mandator, C. quod cum eo, & idem affirmant Duenn. in d. regu. 335. in 13. limit. Gayl. in obſeruat. 27.*
140 *nu. 33. & Theſau. in deciſ. 166. nu. 5.* Et demum, alijs omiſſis, perpetuò notandum eſt in hac materia, quòd ceſſat hoc excuſſionis beneficium, quādo debitor conſtituit bona ſua poſſidere nomine creditoris, nam tunc poterit creditor contra quemcunque dictorum bonorum

poſ-

possessorem agere ad reuocandam possessionẽ, nulla facta excussione, *iux. tex. in l. fi. C. de acquir. poss. cum ibi not. per glos. et DD. prout in specie notant Iac. Butrig. in auth. hoc si debitor, in fi. C. de pignor. Ias. in §. item si quis in fraudem, nu. 77. inst. de actio. Duenn. in d. reg. 335. in 16. limit. Cepoll. in caut. 31. nu. 1. plenè Tiraq. in tract. de iur. constit. in 1. par. nu. 54. cum plurib. seq. et alij relati per Io. Guttier. in*
141 *d. cap. 23. nu. 32.* Nam qui alterius nomine se possidere constituit, in eum possessionem trãsfert, *iux. tex. in l. quod meo, et in l. interdum, cum ibi not. per DD. ff. de acq. poss.* & proinde cum eandem rem postea alienat, videtur interuertere possessionem creditoris, quam ei prius per constitutum transtulerat, & ideo ad eam recuperandam datur hoc remedium contra quemcunque possessorem, vt pulchrè declarat *Menoch. in tracta. de recuper. poss. remed. 14. nu. 24. et seq. quem refert Regius Consiliarius Rouit. super pragm. 1. de assistentia, num. 20.*
142 *vers. ex hac forma contrahendi.* Hoc autem remedium differt ab actione hypotecaria, nam in ea, quando intentatur contra tertium possessorem, requiritur, quòd prius fiat excussio bonorum principalis debitoris, vt innuit *Bar. in l. creditores, nu. 25. C. de pignor. quem refert pract. Papien. in for. resp. libell. in action. hypoth. in ver. exceptionem excussionis, nu. 9.* qui dicit differentiæ rationem esse, quia actio hypothecaria auocat possessionem debitoris, seu potius tertij possessoris, remedium vero dictæ l. fin. auocat possessionem propriam ipsius creditoris, vnde æquitas illa, quæ causat excussionem debitoris, cessat in ea, quæ respicit possessionem ipsius creditoris, vt post alios refert etiam *Ioan. Guttier. in d. cap. 23. sub num. 32.*
143 Differt etiam hoc remedium à Saluiano interdicto, nam illud est possessorium adipiscendæ, *§. interdictum quoque, inst. de interd. vt not. Menoch. in tract. de adipisc. poss. remed. 3. nu. 5.* Hoc autem est remedium possessorium recuperandæ, vt post alios probat idem *Menoch. in tract. de recup. poss. remed. 14. in 1. q. nu. 9. quẽ refert Rouit. in d. pragm. 1. de assist.*
144 *nu. 15. et seq.* His vero simile est iuditium assistentiæ, quod tria comprehendit remedia, scilicet, actionem hypothecariem, Saluianum interdictum, & remedium *dictæ l. fi. C. de acq. poss.* vt testatur plenè idem doctiss. *Rouit. in citato loco, nu. 13. cum plur. seqq.* qui notabiliter ac magistraliter explicat, quomodo hæc tria remedia contraria simul concurrere valeant, ita vt in praxi vnum nõ impediatur per aliud.
145 Et hoc iuditium assistentiæ non solùm est priuilegiatum, quia agitur recta via contra tertios possessores absque alia excussione, sed etiam quia à decreto affirmatiuo lato in hoc iudicio non appellatur quoad finem retardandi exequutionem quoad caput adiudicationis tantũ, sed mediante appretio fit consignatio bonorũ creditori pro concurrenti quantitate sui crediti præstita cautione de restituendo in casu retractationis, & deinde proceditur in causa appellationis, prout cauetur *in d. pragm. et ita quotidie seruari testantur Affl. in decis. 187. et seq. et Vinc. de Franch. in decis. 120.* Sed huiusmodi exequutio conceditur solum pro capitali, non autem pro interesse, vt testatur *Ioan. Vinc. de Ann. in sing. 494.* & si contingat sententiam assistentiæ reuocari, eodem iure est similiter procedendum ad auocandam possessionem a creditore, qui eam prius obtinuerat, non obstante appellatione, quia actor, & reus non debent inæqualiter iudicari, prout per Sacrum Consilium decisum fuisse testatur idem de *Franch. in decis. 136.* Verùm de hac decisione dicit se dubitare perspicacissimus Rouit. *in pragm. 2. de appellat. nu. 3.* dicens obstare verba dictæ Regiæ pragmaticæ, quæ dum disponit non retardari exequutionem per appellationem, loquitur de decreto assistentiæ affirmatiuo, & sic de eo decreto, per quod conceditur assistentia, vnde secus videtur dicendum in decreto negatiuo, per quod reuocatur assistentia præstita, pro qua ponderatione allegat *Iacobin. in l. fi. nu. 56. C. de edict. diu. Adrian. toll.* dicentem, quòd licet à sententia lata super possessorio adipiscendæ non possit appellari; secus tamen est si sententia feratur per verba
146 negatiua. Et si is qui sententiam assistentiæ obtinuit ob suam inopiam, fortè non valet fideiussores reperire, puto, quod admitti debet ad iuratorium cautionem, per ea, quæ in simili dicit *Gui. Pap. in decis. 189.* vbi affirmat, quod si is qui obtinuit sententiam Præfecti Prætorio à qua fuit reclamatum infra decem dies, facta omnimoda diligentia non potest præstare cautionem cum fideiussoribus de restituendo in casu retractationis, iuxta formam traditam in *auth. quæ supplicatio, cum ibi not. per Docto. C. de præcib. imper. offer.* admitti debet ad iuratoriam cautionem ad finem obtinendi sententiæ exequutionem, quam conclusionem refert *Vrsill. in decis. 231. sub nu. 2. et eam plenè confirmat Rolan. à Vall. in cons. 43. per tot. lib. 2.* Et si principalis est diues notorius, releuatur ab hoc onere satisdandi, & sufficit eius obligatio cum hypotheca bonorum, ex reg. *tex. in l. quicunque, cum ibi not. per Bar. et Io. de Plat. C. de fund. patrim. lib. 11, et in auth. cui relictum C. de indic. vid. toll. Paul. de Castr. in l. diuortio. §. interdum, nu. 5. ff. sol. matr. et ibidem Ias. nu. 10. et plenè Barbos. nu. 32. et seq. Cacher. in decis. 70. nu. 6. et Tiraq. in tract. de pœn. temper. caus. 51. nu. 39.* & multa etiam ad

hoc

hoc propositum plenè refert *Barbos. in l. diuortio. §. interdum, nu. 28. vers. sed resoluendũ est, ff. sol. matr. et plenissimè Surd. in decisio.*
147 *141. per tot.* Retardatur autem huius sententiæ exequutio, si dicitur de nullitate ipsius, iux. not. per *Vrsil. in ead. decis. 231. num. 2. & Couar. in lib. practicar. quæst. cap. 25. & pulchrè Vinc. de Franch. in decis. 86. nu. 5. & sequen.* Verum si dicitur de nullitate post sententiæ exequutionem, tunc censetur nullitas principaliter intentata, & debet porrigi libellus, & lis super eo legitimè contestari, iux. not. per *Io.*
148 *Vinc. de Ann. in alleg. 22.* An autem retardetur eius exequutio, si petatur restitutio in integrum? vide eundem *Io. Vinc. de Ann. in repet. cap. 1. de vassall. decr. ætat. nu. 239. cum plur. seq. Capyc. in decis. 53. Affl. in decis. 356. Vinc. de Franch. in decis. 86. nu. 8. Hier. de Laur. in decis. Auinion. 2. per tot. plenè Thes. in decisio. 181. Mastril. in decis. 30. per tot. & Rouit. omnino videndum in pragm. 1. de minor. nu. 16.*
149 *& seq.* Et si quis vigore sententiæ obtinet alicuius fundi possessionem, & postea contingat eam retractari, an teneatur restituere fructus inde perceptos? vide quæ plenè tradit idem
150 *Mastril. in decis. 29. per tot.* Præterea notandum est in hac materia, quod differentia est inter præcarium, & simplex constitutum, nam quando debitor constituit se bona possidere præcario nomine sui creditoris, tunc ei solùm transfertur ciuilis possessio, quando verò dicit se ea possidere eius nomine per simplex constitutum, tunc ei transfertur non solùm ciuilis, sed etiam naturalis possessio, nec aliud penes ipsum constituentem remanet nisi quędam simplex tenuta, vt post alios plenè refert *Tiraq. de iur. constit. in 1. par. nu. 4. & seq. & plenius*
151 *nu. 55. cum plur. seq.* Verum perpetuò notandum est, quòd si in contractu apponitur vtraq; clausula, scilicet præcarij, & simplicis constituti, tunc vna vitiatur per aliam propter earũ repugnantiam, vt pulchrè refert *Cassan. in cons. 7. nu. 36. & seq.* Est quoque animaduertendum, quòd constitutum extinguitur post mortem constituentis, ita quòd hoc priuilegiũ agendi contra tertium possessorem, nõ discusso principali durat tantum quousque viuit ipse debitor, qui se eius nomine possidere constituit, vt notabiliter affirmant *Roman. in consi. 189. in fi. plenè Marant. in tracta. de remed. possess. nu. 59. & alij relati per Tiraq. in d. trac. de constit. in 1. par. nu. 65. Menoch. in tract. de recup. possess. remed. 14. nu. 64. & seq. in 18. q. & Viu. in decis. 12.* Cuius conclusionis ratio est, nam cum creditor possideat animo, & corpore debitoris, qui se eius nomine possidere constituit, *iux. not. in d. l. quod meo, in princ. et in l. 3. §. saltus, ff. de acquir. possess.* consequens est, vt desistat creditor possidere per obitum debitoris, cùm deficiat is, ex cuius animo, & corpore fundabatur ipsius possessio, vt considerat *Tiraq. in eod. tract. de constit. in 2. part.*
152 *ampl. 13. sub num. 1.* Verum non desunt, qui hanc conclusionem impugnant, & præcipuè *Claud. Seyssell. in l. exitus, sub num. 2. vers. sed ego indubitanter, ff. de acquir. possess.* qui dicit, quòd licet præcarium, extinguatur morte rogãtis, non tñ extinguitur actio nata ex illo contractu, & eum refert *Tiraq. in d. 1. par. num. 66.*
154 An autem per constitutũ collatum post mortem constituentis cum clausula ex nunc pro tunc, transferatur possessio? vide plenè not. per *Thesau. in decis. 38. per tot. pulchrè Loffre. in cons. 9. nu. 13. & seq. Vinc de Franch. in decis. 213. nu. 1. & seq. & Fab. de Ann. in consi. 1.*
155 *nu. 1. & plenius in cons. 39.* Et an constitutũ transeat ad hæredes constitutarij? vide *Thes.*
156 *in decis. 105.* Sed an is qui hanc fictam possessionem habet vigore constituti, si alteri cedat suum creditum, in eum quoque eandem possessionem transferat? videtur dicendum, quòd non, per ea, quæ pulchrè tradit *Lauren. Siluan. in cons. 55. sub nu. 19. & seq.* sed contrarium affirmat *Maricon. in consi. Regni, constitutionem Diuæ memoriæ, nu. 10. vers. vnde concludo,* & an peti possit assistentia super bonis possessis a debitore debitoris? vide *Crau. in cons. 892. nu. 6. vol. 5. quem refert Rouit. in nouissimis commentar. super pragm. 1. de assi-*
157 *stentia n. 7.* Et si tertius, qui allegat se possidere vigore constituti opponat se aduersus sententiam latam contra eum, qui actualiter possidet, an impediat eius exequutionem? hanc quæstionem notabiliter explicat *Aluar. Velasq. in consult. 55. per tot.* in qua primo arguẽdo dicit, quòd regulariter tertius, qui non fuit auditus in iuditio, & allegat se possidere, impędit sententiæ exequutionem, iux. not. per *Fely. in cap. cum super num. 18. de sent. & re iudic. & in l. à Diuo pio, §. si super rebus, Bar. nu. 3. Pau. de Cast. nu. 8. & Ias. nu. 8. ff. de re iudic. & per Conar. in lib. practic. quæst. cap. 16. nu. 3. vers. tertia solet, & alios relatos per Duen. in reg. 274. in vltim. limit.* sed demum concludit, quòd in illo casu non erat impedienda exequutio, nam tertius, qui se opponebat vigore donationis sibi factæ de eadem re, super qua petebatur exequutio, non fuerat præsens contractui donationis, nec eam acceptauerat in tempore habili, & consequenter per constitutum non erat translata possessio in eum, iuxta not. per *Dec. in cons. 226. num. 5. & alios quos plenè refert Tiraq. in tract. de const. in 3. par. lim. 30. nu. 1. cum plur. seq. & per Thesaur. in decis. 70. nu. 7.* Nam ante acceptationem donatio facta absenti reuocabilis est, vt plenè refert

L *Molin.*

Melin.de primog.hispan.in 2.par.lib.4. num.
64.& seq. & consequenter re non integra per
donatarium ratificari non potest, ex not.per
Arium Pinell.in 3.par.l.1.C. de bon. matern.
158 num.33. Sed ego valdè dubito de hac conclu-
sione,licet enim nimis ambigua quæstio sit, an
donatio facta absenti, stipulante notario pro
eo,reuocari possit ante acceptationem donata-
rij,in qua maximus est DD.conflictus, vt patet
ex ijs,quæ plenè refert Vinc. de Franch.in de-
cis.339.& plenissimè Thes. in decis. 124. nihi-
lominus magis communis opinio est eam esse
irreuocabilem,vt patet ex ijs,quæ copiosissimè
cumulant Fab.Turrett. omnino videndus in
consi.60.vol.2.& plenè Rol.à Vall.in cons.19.
per tot.vol.1.& secundum eam iudicatum fuis-
se per Senatum Mantuanum refert Surd. in
decis.111.& in decis.206.nu.4.& seq. & mul-
to fortius hæc opinio procedit, vbi adest iura-
mentum promissoriũ de non reuocando,prout
fatetur Thesau.in d.decis.70.sub num.8. vers.
pro concordia, vbi testatur cum hac opinione
Senatum transiuisse, & idem seruatum fuisse
in alia causa affirmat ibidem Gasp.Thesau.eius
filius in addit. & hanc sine dubio communem
esse opinionem demonstratur ex ijs, quæ plenè
refert Fab.Turrett.in d.consi.60.nu. 6. & seq.
plenissimè Cæsar Barz.in decis.Bonon.26.nu.
11.& seq.Petr.Caball.in cons.ciuili 2.nu.27.
& seq.lib.2.& Io.Franc.de Pont.in cons.120.
lib.2.& si vltra personam notarij stipulantis
pro donatario absente interueniat etiam alia
persona,multo magis fit donatio irreuocabilis
iux.not.per Bar.in l.si ego.ff.de neg.gest.quem
refert Iac.Mandell.in cons.36.nu.2. & Thes.
in d.decis.70.nu. 13. Et quod per constitutum
transfertur possessio etiam absenti, mediante
persona notarij stipulantis pro eo, tradit in
spetie Rol.à Vall.in d.consi.19.nu.23. & seq.
lib.1.& Ioseph Ludou.in decis. Perus.29. nu.
7.& 17.qui dicit, quòd etiam secundum opi-
nionem illorum, qui dicunt donationem factã
absenti posse reuocari ante acceptationem,per
cõstitutũ,transfertur interim possessio in dona-
tarium saltim reuocabiliter, & per consequens
ei competit tanquam vero possessori remediũ
can. reintegranda 3.q. 1. vt ex multorum sen-
tentia refert Fab.Turrett.in d.cons.60.nu.27.
159 An autem constitutum extendatur ad bona
postea quæsita? vide Afflict.in decis.335.in prin.
& in decis.37.nu. 3. Et an comprehendat iura
incorporalia? vide Natt. in consi. 372. cum
160 duob.alijs seqq.lib.2. Et an agens vigore con-
stituti teneatur specificè probare possessionem
debitoris tempore obligationis? vide Hiero.
Grat.in consi.42.lib.2.& Tiraq.in d. tract. de
161 constit.in 3.par.in 1.limit.nu.18. & 20. Et
si est constitutum conditionale, vt in promis-
sione restitutionis dotium facta per maritum
in casu mortis; an agens teneatur probare pos-
sessionem constituentis tempore cedentis con-
ditionis? pulchrè explicat Hier.Grat.in consi.
162 75.lib.2. Quomodo autem probetur posses-
sio? vide Bar. Alex. & alios in l.quamuis. §.si
conductor,ff.de acq.poss.Fely.in cap.cum Ber-
toldus,de re iud.plenè Soc. in consi. 106 lib. 3.
Alex.in consi.10.per tot.& in cons. 12. vol.4.
Dec.in cons.56.per tot. Afflict.& Vrsill.in decis.
325.& Boer.in decis.239.nu.5.& seq. Et an
163 sufficiat si testis dicat aliquem possidere non
exprimendo modum suæ possessionis? vide
Glos.notabilem in l.stipulatio ista, §.hæc quo-
que,in ver.stipuletur,ff.de verb.oblig.& Dec.
164 in cons.215.nu.5. Et an probetur possessio ex
libro extimi, seu catasti? vide plenè Rol.à Val.
in cons.4.nu.15.& seq.lib.2. Afflict.in const.reg.
circa violentiarum,num.19. Alex.in cons.10.
nu.5.vol.4.& Cæsar Barz.in decis.Bonon.49.
165 nu.20.& seq. Et an ex possessione præteri-
ta præsumatur possessio præsens? vide Alex.
in cons.133.nu.3.vol.1. & Boer.in decis.139.
num 6.& plenè Menoch. de præsumptionib.
lib.6.præsump.64.per tot. Et an ex possessione
præsenti præsumatur possessio præterita? vide
166 eundem Menoch.in præsump.seq.65. Et si te-
stis dicat vidisse aliquem possidere multo tem-
pore,de quanto intelligatur? vide Io.de Amic.
in cons.125.per tot. Et an probetur possessio
per testes singulares? vide Petr. Beninten. in
168 decis.Bonon.62.nu.2. Et an per actus parti-
cularium quæratur possessio vniuersitati? vide
eundem Beniten.in decis.70.nu.2.& per totã,
pulchrè Purpurat. in consi.140.nu.1.& seq.
volum.1. & plenè Honded.in cons.17. lib. 1.
169 Aliud benefitium,quod fideiussoribus indul-
get legis authoritas ad eos excusandum a reatu
periurij,est exceptio cedendarum,quam etiam
opponi posse aduersus exequutionem publici
instrumenti,plenè probant Rom. in cons.472.
per tot.et Dec.in cons.27.nu.1.et seq. Eamque
non tolli per generales renunciationes affir-
mant ijdem Rom. & Dec. in citatis locis, sed
contrarium verius esse testantur Afflict. in decis.
182.nu.13.et Vrsill.ibid.nu.14. quorum opi-
nio confirmatur ex ijs,quæ plenè refert Tiraq.
in præfat.l.si vnquam,nu. 116. cum plur. seq.
170 C.de reuoc.don. Tenetur enim creditor,quã-
do vnus ex duobus reis,vel fideiussoribus ei sol-
uit integrum creditum, eidem cedere omnia
iura sibi competentia contra principalem, &
alios confideiussores,iux.not. per Barto. Bald.
Salyc.et alios in l.2.C.de fideiussor.et in l.1.C.
de duob. reis, quos refert Neguf. de pign. in 2.
171 memb.5.par.nu.35. Et ideo si creditor ex ali-
qua causa non potest fideiussori cedere iura
ab eo repellitur hac exceptione cedendarum,
l.Stic-

l.Stiebum,§.si creditor 2.ff.de solut.& l.si pupillus alterum,cum ibi not.per *Bar.ff.de admi nistr.tut.* quam regulam cum pluribus limitationibus ponit *Neguſ.in cit.loco num.36.cum*
172 *plur.ſeq.* Hinc dubitatur an mulier,quæ liberauit vnā ex rebus viri ſibi obligatis pro dote, ſi agat ſuper alijs,ei obſtet hæc exceptio cedendarum?quem articulum plenè explicant *Soc.in conſ.125.vol.4. & Affl.in decif.343.* Et quid ſi creditor liberauit vnum ex fideiuſſoribus inſolidum obligatis,an agendo cōtra alios,repellatur exceptione cedendarum? ſuper qua quæſtione videndi ſunt *Soc.in conſ.200.lib.2.*plenè *Neguſ.in d.3.mem.5.par.nu.36. Lanar.in cōſ. 75.nu.4.& ſeq. Affl.in dec.182.nu.10.cū ſeq.* & nouiſſimè *Io.Franc.de Pon.in cōſ.28.nu.7.*
173 *& ſeq.lib.2.* Qualiter autē fideiuſſor agat cōtra confideiuſſorem vigore ceſſionis obtentæ à creditore? vide *Io.de Amic.in conſ.34.Vinc. de Franch.in decif.55.* & plenè *Theſaur.in de-*
174 *cif.191.per tot.* Et an correus debendi repetat ſolutum,ſi poſt ſolutionem obtinuit ceſſionem à creditore? vltra not. per *Bart. & alios DD.in l. Modeſtinus,ff.de ſolut.* vide omnino *Surd.in decif.308.per totam*, pulchrè *Hier. Gab.in conſ.63.vol.2.*& plenè *Petr.Caball.in*
175 *cōſ.ciu.138.per tot.*& an de ſolutione ſufficiat conſtare per confeſſionem creditoris, vel opus ſit conſtare de vera numeratione? vide *Cepoll.*
176 *in conſ.ciu.12.per tot.* Et an fideiuſſor poſſit conuenire principalem debitorem antequàm ſoluat pro eo?vide *Guid.Pap.in decif.117.Vrſill.in decif.241.nu.4. Vinc.de Franch.in dec. 414.*& plenè *Pet.Caball.in cōſ.ciu.12.per tot.*
177 Et an debitor carceratus petere poſſit eodem iure carcerari alium condebitorem inſolidum obligatum? vide *Io.de Amic.in conſ.34.col.2.*
178 Et an conuentus actione hypothecaria,ſi obtulit debitum creditori,& ab eo ceſſionem obtinuit, agere poſſit contra alios poſſeſſores bonorum eiuſdem debitoris? vide *Capyc.in decif.*
179 *51.nu.9.* Et an ſoluēs fiſco pro alio,ſubintret in iuribus fiſci tāquam eius ceſſionarius, etiam quoad priuilegia fiſcalia? vide *Surd.in cōſ.444.*
180 *vol.3.* Et ſi creditor accepit partem debiti ab vno ex duobus reis inſolidum obligatis,& pro reſiduo ab eodē habuit fideiuſſores, an per hoc videatur ſibi præiudicaſſe, ita vt agere nō poſſit contra alium correum? *Paul.de Caſt.*conſuluit,quòd non, *in conſ.391. incip.non reperio*
181 *iure cautum,lib.1.* Et quod creditori,qui obtinuit ſententiam contra fideiuſſorem, obſtat exceptio cedendarū,ſi non exhibet inſtrumentum ſui crediti contra principalē debitorem? not. *Bald.in l.ſi nomen,ff.de her.vel act.vend.*
182 Alia exceptio, quæ fideiuſſores releuare conſueuit,eſt, quando non interceſſerunt pro certa ſumma liquidata, ſed promiſerunt ſoluere totum id,in quo facto calculo is,pro quo fideiubent, debitor apparebit,quo caſu ſi contingat, quòd principalis debitor decedat, non calculatis rationibus, & nō liquidata ſumma ſui debiti,fideiuſſores amplius non teneri, ſuadet ſolemnis *tex.in l.qui Romæ,§.Augerius*, cū ibi not. per *DD.ff.de verb.oblig.* prout in ſpecie affirmant *Hipp.in ſing.304.Gerard.de Petraſan. in ſing.27. & Borgn. Caualc. in tract. de tut.nu.209.* Cuius concluſionis ratio, quam conſiderant in eodem *§.Augerius,Soc.nu.10. in fi.& Iaſ.nu.7.* eſt,quia diuerſum eſt, debitū liquidare cum principali, quàm cum hærede, vel fideiuſſore, nam principalis erat benè informatus de iuribus ſuis,quæ per hæredes ignorari præſumuntur, ad *tex.in l.qui in alterius, ff.de reg.iur.& in l.fin.ff.pro ſoc.*et licèt hanc concluſionem impugnet *Io.Guttier.in tract. de contract.iurat.c.37.ſub nu.27. verſ.& ex quo infertur*, nō tamen puto recedendum à ſupradicta cōmuni opinione,quam etiam plenè confirmat *Caſar Barz.in decif.Bonon.90.per tot.*
183 Nec ab his longe abeſt alia exceptio, qua plerumque fideiuſſores nituntur,allegantes terminum ſolutionis fuiſſe debitori prorogatum à creditore, ob quod prætendunt amplius nō teneri, & conſequēter ex legis authoritate à reatu periurij eſſe ſolutos,de cuius exceptionis viribus, & in quibus caſibus ea locum habeat plenè tractant *DD. & præcipuè Dec. & Iaſ.in l. lecta,ff.ſi cert.pet. Bald.& Salyc.in l.fin.C.de nouat.Fely.in c.de cauſis,de off.deleg.Couarr. in rep. c.quamuis pactum, in princ. ſub nu.6. de pact.in 6. Alex.in cōſ.13.vol.2.Hier.Grat. in conſ.126.per totū,vol.1. Lanar.in conſ.23. Camill.Borrell.in conſ.11.in 2.dub.*plenè *Cepoll.in conſ.ciu.26.in 2.vol.*& ibi adden.ad eū *Fab.Turrett.in cōſ.41.vol.2. Benuen.Stracq. in tract.de mercat.ſub tit.de decoct.c.5. nu.1. Theſaur.in decif.125.per totam.* & plenè *Pet. Caball.in reſol.crim.lib.1. cap.59. per totum.*
184 Et hinc eſt, quòd fideiuſſio præſtita coram arbitro de parendo laudo ferendo infra certum tempus expirat, ſi compromiſſum prorogetur, vt cōſuluit *Dec.in cōſ.93.& Io.Bapt.Laderch.*
185 *in conſ.115.ſub nu.7.* Eademq; ratione fideiuſſor conductoris non tenetur pro tempore prorogato, ex reg. *tex.in l.ſi cum hermes, C.locati,& in l.itē quæritur,§.qui impleto,ff.eod.* ad quam plura cumulat *Carrot.in tract.de loc. & conduct. in tit. de fideiuſſor. q. 6. fol. 237.* Quæ concluſio trahitur ad multa alia ſimilia, quæ plenè refert *Maſtrill.in decif.135.nu.40.*
186 *& ſeq.lib.2.* An autem hæc concluſio procedat, ſi dati ſint fideiuſſores de præſentando reū infra certum tempus,& deinde illud prorogatum ſit à iudice? vide omnino *Gaſp.Theſau.in*
187 *quæſt.foren.57.lib.2.* Et an per dationem ſe-

cundi fideiussoris, censeatur liberatus primus?
ad materiam *tex.in l.Valerianus*, cum ibi ple-
nè not.per *Imol.ff.de prætor.stip.* vide *Lanar.*
188 *in cons.7. per tot.* Et an fideiussor teneatur
præsentare reum in termino promisso, si nõ re-
quiratur? vide *Herculan.in tract.de caut. de*
non offend.in c.23.nu.26. plenè *Dec.in cons.2.*
per tot.Vrsill.in decis.130.nu.10. Carauit.in
rit.44.nu.13.& Cacher.in decis.Pedemon.48.
189 *per tot.* Et an fideiussor præsentando reũ ...
pœnam incusatã, possit purgare mora... vide
Gramm.in decis.95. Vrsill.in dec... 130.nu.8.
Carauit.in rit.163.nu.2. D... omnes in l.& si
post tres,ff.si quis caut.... in l.sancimus, C.de
fideiuss. pulchrè *C...er.in decis.49.nu.14.&*
per totam, plen...mè *Baiard.in addit.ad Iul.*
Clar.in q....nu.54.cũ plur.seq. latè *Farinac.*
in q.2...num.125.& seq. & nouissimè *Sebast.*
G...zin.in tract.de treg.& pac. in 2.par.§.3.
190 *q.66.per totam.* Et quantum tempus debeat
assignari fideiussori ad præsentandum princi-
palẽ absentem? vide *Menoch.de arb.iud.lib.2.*
191 *cas.40.per tot.* Et quid si principalis sit inqui
situs, vel bannitus pro alio nouo delicto? vide
Ang.in l.2.§.qui exhibendi,ff.de custod.reor.
Hipp.in rub.de fideiussor.nu.150.& seq.Foll.
in fragmen.in ver.fideiussor,Thom.Ferrar. in
caut.49.Hercul.in dicto tract.de caut.de non
*offend.cap.23.num.15.& seq.*plenè *Bertaz.in*
cons. crim.436. vol.2. & in cons. 560. vol.eod.
Cesal.in cons.187.vol.2. Bugen.in cons.67.&
seq.Fab.Turret.in cons.63.in 2.dub.volum.2.
plenè *Farinac.in pract.crim.q.34.per tot. &*
*Petr.*Caball.*in resol.crim.cent.2.cas.190. per*
192 *tot.* Et an fideiubens pro carcerato, quòd nõ
exibit de tali camera, possit se excusare, quòd iu
dex permisit eũ exire? *Bertaz.in cons.crim.63.*
vol.1. consuluit, quòd non, & idem affirmat
Doctor Marta in voto 234.nu.13. dicẽs, quòd
cùm promissio hæc respiciat interesse fisci, non
potest iudex huiusmodi licentiam dare, non ci-
tato fisco, ad quod allegat *Riminal.iun.in cõs.*
82.in fi.inter cons.crimin.diuersor.vol.2. Sed
contrarium tenet *Io.Bapt.Lader.in cons.198.*
num.3. Ad quod propositum omnino videnda
sunt, quæ plenè tradit *Borgn Caualc.in decis.*
193 *Fiuiz.14.per tot.in 5.par.* Et quid si carcera-
tus infra modicum tempus reuertatur ad carce
res; an fideiussor euitet pœnã? Et quid si exiuit
causa explendæ libidinis? vide *Laderch.in cõs.*
194 *197.per tot.* Et an fideiussio præstita de resti-
tuendo pecuniam ad omnem ordinem Curiæ
pro vna causa, vel ad instantiam certorum cre-
ditorum, possit incusari pro alia causa? vide
Garz. Mastrill.in decis.126.in 2.par.per tot.
195 Et an sententia lata contra principalem, mit
tatur executioni contra fideiussorem de iudi-
catum soluedo? vide *Bar.& alios in l.1.ff.iud.*
solui.Gasp.Gaballin.in milleloq.268. & plenè
196 *Surd.in cons.271.lib.2.* Et quid si principalis
fuit condemnatus in contumaciam? vide, quæ
pulchrè tradit *Gasp.Thesau.in quæst.foren.6.*
197 *sub nu.9. in 1.par.* Et quid in fideiussore con-
tractus? vide *Alex.in cons.131.nu.7.volum.2.*
Guid.Pap.in decis.26. & in cõs.211.in 2.dub.
198 & plenè *Bursat.in cons.203.lib.2.* Et quid in
fideiussore tutoris non citato in iudicio facto
cum principali super redditione rationis ad-
ministratæ tutelæ? vide *Mastrill.in decis.20.*
199 *per tot.* Et quid si fideiussor sit clericus? plenè
explicat *Surd.in cons.396.per tot.lib.3.* Et an,
200 & quando fideiussor datus coram vno iudice
de soluendo quicquid fuerit iudicatum, tenea-
tur, si iudicium deuoluatur coram alio? ad *tex.*
in l.cum apud Sempronium,ff.iud.solui, vide
plenè *Thesau.in decis.202.Gaball.in milleloq.*
270. Vinc.de Franch.in decis.208. & 320. &
nouissimè *in decis.601.in 4.par.*plenè *Pet.Ca-*
ball.in resol.crim.c.109.per tot. pulchrè *Lud.*
*Morot.in cons.49.per tot.*optimè *Hier.Gabr.*
in cõs.53.lib.1. Ant.Gab.in 3.lib.comm.concl.
in tit.de fideiussor.cõcl.4. & plenissimè *Steph.*
Gratian.in 2.lib.discept forens.c.348. per tot.
201 Et an idem sit in fideiussore dato coram arbi-
tro, si ab eius laudo petitur reductio ad arbitriũ
boni viri? vide *Bal.in l.fin.in 10.q.C.de contr.*
emp. Et quid in fideiussore de iudicio sisti? vide
Vinc.de Franch.in decis.344.per tot. Et de-
202 mum an fideiussio de iudicio sisti, & iudicatũ
soluendo, expiret perempta instantia? super
hoc articulo habemus casum legis expressum,
quòd perempta instantia, extinguitur huius-
modi fideiussio, *in l.2.incip.cum lite mortua,*
ff.iud.solui, vbi ita in specie notant *Ang.nu.1.*
& communiter omnes alij DD. & idem *Ang.*
in l.Iulianus, nu.6.ff.qui satisd.cog. Alex.in
cons.209.nu.1.vol.7. Natt.in cons.202.nu.3.
et seq.lib.1.et Io.Bapt.Asin.in tract.iudiciar.
203 *§.2.c.11.sub nu.1.* Sed magna difficultas est,
an per insufflationem spiritus vitæ à Principe
obtentam, per quam instantia perempta restau
ratur, reuiuiscat etiã huiusmodi fideiussio iam
extincta? in qua quæstione, quam habui in facto
dum eram Aduocatus, & adhuc pẽdet indecisa
in Sacro Consilio. Ego partes fideiussorum de-
fendi, pluribusq; rationibus substinui fideius-
sionem semel extinctam per peremptionem in-
stantię, non reuiuiscere per insufflationem spi-
ritus vitæ à Principe obtentam. Et primo qui-
dem mouebar, nam restauratio instantiæ nõ fit
naturaliter, cum de priuatione ad habitum nõ
detur regressus, *l.qui res, §.aream,ff.de solut.*
sed fit miraculosè ex gratia Principis, qui tan-
quam Deus terrestris, instantiæ mortuæ vitæ
spiritum insufflat, & ex nihilo facit aliquid, ad
instar Domini nostri, qui cadaueri Lazari vitã
resti-

reſtituit, vt magiſtraliter inquit Ang. in l. tem-
pora, in princ. C. de temp. appell. quem ad hoc
propoſitum refert Capyc. in decif. 165. nu. 2. &
204 ſeq. & Boer. in decif. 247. nu. 10. Et licèt per
huiuſmodi inſufflationē ſpiritus remaneat ea-
dem cauſa, ex quo ſunt eædem perſonæ, & agi-
tur de eadem re, non tamen eſt eadem inſtātia,
ſed diuerſa, cum iterum de calumnia iurādum
ſit, vt notabiliter dixit Alber. in l. properandū,
col. 6. ſub nu. 13. verſ. ſed nunquid renouata
inſtantia, C. de iudic. Quomodocūque autem
inſtantiam variari contingat, fideiuſſores am-
plius non tenentur, vt benè declarat Ang. in d.
l. cū lite mortua, nu. 1. et in d. l. Iulianus, nu. 6.
nam ſtipulationes iudiciales valdè reſpiciunt
inſtantiam, l. non à iudice, §. 1. ff. de iud. quem
tex. ita propriè ſūmat ibi Bart. cautio iudicatū
ſolui in vna inſtantia interpoſita non commit-
titur, ſi ex alia iudicetur, & Bal. ibidem dicit, q
nouum iudicium, nouam ſatiſdationem requi-
rit, quia prima non committitur, eſt enim fide-
iuſſio ſtricti iuris, cum per ſtipulationem con-
trahatur, l. ſtipulationum alic. §. ſatis acceptio.
ff. de verb. oblig. & ideo vltra caſum expreſſum
non porrigitur, l. quicquid aſtringenda, ff. eo.
et l. fideiuſſores magiſtratuum, §. pro Aurelio,
& l. ſi in pignore, ff. de fideiuſſ. præterea fide-
iuſſor, qui pro certo tēpore intercedit, pro tem
pore prorogato nō tenetur, ex reg. tex. in d. l.
ſi cum hermes, C. locati, cum alijs ſupra relatis
num. 183. vnde ſequitur, quod cùm fideiuſſor
de iudicatum ſoluendo cenſeatur reſpexiſſe tē-
pus illius inſtantiæ, quæ erat triennio duratu-
ra, dum poſtea ex gratia Principis in eadē cau-
ſa inducta fuit alia noua inſtantia, certum eſt,
quòd in ea deficit fideiuſſorum conſenſus, qui
ad terminum prorogatum non extenditur.
205 Quæ concluſio alia etiam fortiſſima ratione
confirmatur, nam regula iuris eſt, quòd reſtitu-
tio, quæ fit ex gratia, nūquam retrotrahitur in
præiudicium iuris alteri quæſiti, vt cōmuniter
affirmant DD. in l. Gallus, §. & quid ſi tātum,
ff. de lib. & poſth. Hinc dicunt, quòd Lazarus
reſuſcitatus, ea tantum bona potuit de iure re-
cuperare, quæ medio tempore non fuerant ter-
tio alienata, vt inquit Bal. in l. iura conſtitui,
in fi. ff. de legib. & in l. 1. nu. 65. C. de ſacroſan.
eccl. & Gul. de Bened. in c. Raynutius, in ver.
mortuo itaque teſtatore, 1. nu. 324. & ſequen.
ſic ergo huiuſmodi inſufflatio, quę ad inſtar re-
ſurrectionis Lazari inſtantiæ mortuę ab huma-
no Principe conceditur, in præiudiciū iurium
fideiuſſoribus quæſitorum retrotrahenda non
eſt, vt in terminis inquit Grammat. in deci-
ſione 103. num. 116. cum ſequent. pulchrè
Minad. in deciſione 5. & Vrſill. in deciſio-
206 ne 331. num. 2. ſemper enim gratia Princi-
pis interpretanda eſt abſque alterius iniuria,
l. nec auus, C. de emancip. lib. & l. 2. §. ne quid
à Principe, ff. ne quid in loco publ. Vnde ſi
207 Princeps indulgeat rebelli, eiq; mādet bona
reſtitui, licèt in hac reſtitutione veniāt omnia
bona penes fiſcum exiſtentia, non tamen com-
prehenduntur ea, quæ medio tempore reperie-
bantur tertio alienata, ſeu aliter quęſita, l. quod
ſi minor, §. Sceuola, ff. de minor. plenè And. in
c. vnico, nu. 4. de vaſi. decr. ætat. & ibi Loffr. in
parafr. & Io. Vinc. de Ann. in rep. eiuſdē cap.
208 nu. 206. cum ſeq. Quod ampliatur nedum in
iuribus tertio quęſitis in re, ſed etiā in ſpe, nam
etiam ea à generali reſtitutione cēſentur exclu-
ſa, vt inquit Crot. in rep. l. Gallus, §. & quid ſi
tantum. nu. 57. ff. de lib. & poſth. & plenè Dec.
in conſ. 525. nu. 8. qui reprobata opinione ali-
quorum, qui contrarium tenuerunt, validiſſi-
mis rationibus affirmat, quod ſi vigore ſtatuti
cautum ſit bona homicidæ deferri hæredibus
occiſi, ſi poſtea Princeps ex ſpeciali gratia ho-
micidam reſtituat, non cenſetur voluiſſe pręiu-
dicare iuribus ſuccedendi illis hæredibus quæ-
ſitis, nam ſemper Principis reſtitutio intelligi-
tur ſine præiudicio tertij, etiam ſi agatur de mi
nimo præiudicio, vt inquit Dec. in cap. quæ in
eccleſiarum, ſub nu. 26. verſ. quartus caſus, de
conſt. & in c. ſuper eo, ſub num. 2. verſ. vltimo
209 ampliatur, de off. deleg. Hinc eſt, quòd ſub
qualibet generali Principis diſpoſitione ſubin-
telligitur clauſula, iuribus alienis ſēper ſaluis,
& ideo non comprehenduntur ea, quę prius al-
teri conceſſerat, etiam ſi diceret, non obſtanti-
bus conceſſionibus alijs factis, nam intelligitur
ſolum de inualidis, vt plenè tradit Dec. in cōſ.
588. nu. 19. & in conſ. 640. nu. 10. et Curt. iun.
in conſ. 158. nu. 30. & 174. num. 23. Vnde ſi
210 Summus Pontifex concedat aliquod benefi-
cium, non cenſetur in dubio derogaſſe iuribus
patronorum, nec vti plenitudine poteſtatis,
quam habet in derogando, etiam ſi prouideat
motu proprio, vt per Rot. Rom. in deciſ. 70. in
antiq. ſub tit. de reſcr. quam refert Rol. à Vall.
in conſ. 46. nu. 7. vol. 1. Prętereа pro huius con-
cluſionis confirmatione conſidero, quòd dum
dubitatur an per inſufflationem ſpiritus reui-
uiſcat fideiuſſio, quæ per inſtantiæ peremptio-
nem erat extincta, duo principaliter ſunt vidē-
da. Primum. An id Princeps facere potuerit?
211 Secundum. An voluerit? Et quoad primum,
certum eſt, quod Princeps etiam de plenitudi-
ne poteſtatis tollere non poteſt ius tertio quæ-
ſitum, vel deferendum abſque legitima cauſa,
vt communiter affirmant DD. in l. ſi teſtamen
tum, C. de teſtam. & cauſa legitima intelligi-
tur fauor publicus, non priuatus, vt probatur
in l. Lucius, ff. de euict. & notant Bal. in l. qui-
cunque, C. de fide inſtr. lib. 10. Peregr. de iure
fiſ. lib. 5. tit. 2. nu. 49. & alij, quos refert Rouit.
in pragm. 1. nu. 14. ſub tit. vbi de deli. quis con-
212 uen. deb. Et quatenus Princeps hoc facere

posset, id tamen de honestate facere non debet,
Auth. inter claras, C. *de summa Trin. & Fide*
Cath. nam posse quod malum est, non dicitur
potentia, sed potius deficientia potestatis, *cap.*
fin. versic. charitas, de pœnit. dist. 2. vt inquit
Fulgos. in cõs. 61. sub nu. 6. & Soc. in cons. 164.
sub nu. 17. vol. 2. nã omnis indecentia in Prin-
cipe dicitur impossibilis, saltim secundum mo-
res, vt inquit *Archid. in cap. super eo, de haeret.*
in 6. cum ergo nullus fauor publicus vrgeat in
casu, de quo agitur, non video quo iure substi-
neri possit, quod fideiussio semel extincta reui-
uiscat, dum ex particulari Principis gratia in-
213 stantia perempta restauratur. Quo verò ad
secundum, indubitèter affirmare audeo, quòd
Princeps insufflando spiritum instãtiæ perem-
ptæ, nullo modo intendit, nec vult alicui præ-
iudicare, quòd patet ad sensum, nam si restau-
ratur instantia ad preces actoris, non aliter au-
ditur, nisi prius refectis expensis in illa causa
per conuentum erogatis, iuxta not. per *Andr.*
in const. sponte volentibus, Affl. in const. sæpè
contingit, nu. 4. Boer. in decis. 247. num. 11. &
Io. Bapt. Asin. in prax. iudic. § 2. c. 16. nu. 10.
quæ expensæ etiam si postea actor in principali
causa obtineat, nõ restituuntur, vt refert *Vinc.*
214 *de Franch. in decis. 331.* Secùs verò est, si spi-
ritus vitæ insufflatur ad instantiam rei, nam ad
huiusmodi expensas nõ tenetur, cum in eo ali-
qua mora considerari non possit, vt affirmat
215 *Gramm. in decis. 91. nu. 5.* Ratio autem præ-
dictorum est, quia perempta instantia, iudicis
officium in eo tantũ superest, vt reum absoluat
ab obseruatione iudicij, & actorem in expensis
condemnet, iuxta not. per *Glos. in l. properan-*
dum, §. illo proculdubio, C. de iudic. Alex. in
cons. 136. sub num. 1. vol. 2. & Io. de Amic. in
216 *cons. 32. nu. 4.* Dum ergo Princeps vitæ spi-
ritum insufflat, neminem lædit, poterat enim
actor, refectis expensis, nouum iudiciũ inchoa-
re, iuxta not. per *Glos. in d. l. properandũ, § fin.*
in ver. vigorem, & Maran. in pract. in 5. par.
principali, in ver. & omnia fiant durante in-
stantia, num. 47. & sic gratia, quam facit Prin-
ceps actori insufflando spiritũ instantię perem
ptæ, nullum infert præiudicium reo, cum ei re-
ficiantur expensæ, quas prætendere potuisset, si
nouum fuisset iudicium inchoatũ, sed releuat
solum ipsum actorem ab onere instruendi no-
uum processum, secus autem esset, si fideiussio
extincta reuiuisceret, nam hoc tenderet in ma-
ximum tertij præiudicium, qui dum semel ab
illius obligationis nexu liberatus fuit, non po-
terat cogi ad iterum se obligandum absque no-
217 uo eius consensu. Et demum pro huius con-
clusionis cõfirmatione cõsiderandum est, quòd
licèt regulariter quando fit alienatio rei affectę
vitio litigiosi, absque noua tela iudicij fiat exe-
quutio contra possessorem, etiam si res ambu-
lauerit per mille manus, prout expresè caue-
tur in *c. Regni, conuentus*, cuius dispositionem
procedere etiam in iudicio moto super actione
hypothecaria, refert *Vinc. de Franch. in decis.*
464. sed illud practicari non posse, quando alie-
natio est facta in personã ecclesiasticam, refert
idem *de Franch. in decis. 545. in 4. par.* penitus
tamen dicti capituli dispositio cessat, quando
res affecta vitio litigiosi alienatur post perem-
ptam instantiam, nam licèt per peremptionem
instantiæ non perimantur acta ordinatoria,
quo ad effectum præscriptionis interruptæ,
ex not. per *DD. in l. 2. C. de eden.* quoad effectũ
tamen impediendi alienationem cessat omne
vitium litigiosi, vt plenè ex cõmuni DD. sen-
tentia affirmant *Io. Vinc. Honded. in cons. 20.*
nu. 35. & seq. lib. 1. Cacher. in decis. 144. nu. 9.
Lancellott. in tract. de attentat. in 2. par. c. 4.
nu. 504. cum plur. seq. & nu. 518. Pereg. de iure
fisc. lib. 4. tit. 6. num. 39. & alij, quos nouissimè
refert *Molfes. in cõs. 47. nu. 23. in 2. par.* nuper
impressa, qui licet contrariã conetur opinio-
nem tueri, asserens, per Sac. Cons. hunc articu-
lum fuisse diuersimodè decisum, nihilominus
ipsemet in fine eiusdem cons. nu. 39. fatetur plu
res Doctores hanc opinionem tenere, & idem
affirmat *Regius Consiliar. Rouit. in comment.*
super pragm. in rub. de instant. can. non restit.
nu. 12. in nouissima editione. Quæ conclusio
procedit etiam si post alienationem insufflatus
sit vitæ spiritus, vt notabiliter refert *Vrsill. in*
218 *decis. 331. nu. 2.* Eademq; ratione si conuẽtus
in aliquo iudicio, efficiatur clericus post perem
ptam instantiam, quamuis actor obtineat insuf-
flari vitæ spiritum illi instantiæ peremptæ,
nihilominus adire debet iudicem ecclesiasticũ,
cum sit noua instantia, vt pulchrè refert *Ioan.*
Vinc. de Ann. in sing. 129. quæ videtur valdè
punctualis doctrina ad hoc propositum; qua ra
tione iudicatum fuit in Sac. Cons. quod si post
peremptam instantiam reus ex priuilegio effi-
citur alterius fori, vt puta quia describitur in
matricula Artis serici, quamuis postea insuffla-
tus sit vitæ spiritus instantiæ peremptæ, & cau
sa reperiatur introducta in Sac. Cons. nihilomi-
nus stante priuilegio nouiter acquisito, post
peremptam instantiam, si opponitur declina-
toria fori, non est deneganda remissio, vt nota-
biliter refert idem *Rouit. in cit. loco, num. 14.*
Et ex his, ni fallor, credo, quòd mea conclusio
remanet vndique tuta, licèt eã non inuenerim
219 ab alio sic plenè discussam. An autem peremp-
ta instantia, sit semel, vel pluties vitæ spiritus
per Principem insufflandus? vide *Capyc. in de-*
cis. 165. Gram. in decis. 69. Io. Vinc. de Ann. in
repe. const. cõst. diuæ memoriæ, n. 291. & plenè
Io. Bapt. Asin. in pract. iudic. § 2. c. 16. nu. 14.
& seq.

220 *et ſeq.* Et quid in cauſis criminalibus? vide
Gram. in voto 31. per tot. et Vinc. de Franch.
221 *in deciſ.* 250. Et an perimatur inſtantia in
cauſis fiſcalibus, ſiue fiſcus ſit actor, ſiue reus?
vide *Petr. Beninten. in deciſ. Bonon. 76. per to
tam, Maran. de ord. iuditior. in 5. par. nu. 20.
verſ. ſexto limita, et Io. Vinc. de Ann. in ſing.*
222 243. Et an reſtauretur inſtantia in cauſa ap-
pellationis? vide *Boer. in deciſ. 247. num. 12. et
Io. Bap. Aſin. in pract. §. 2. cap. 16. num. 11.* Et
223 an currat inſtantia in Conſiſtorio Principis?
& quid in Sacro Conſilio? vide *Affl. in deciſ.
283. nu. 4. et ibidem Vrſill. num. 9. Maran. de
ord. iudic. in 5. par. nu. 15. pulchrè Nat. in cõſi.
383. per tot. lib. 2. Ruin. in conſ. 172. nu. 11. lib.
4. Burſa. in conſ 2. nu. 4. lib. 1. Gramm. in deciſ.
13. per tot. Vinc. de Franch. in deciſ. 643. in 4.
par.* & alios, quos plenè refert *Molfeſ. in conſ.
47. num. 4. et ſequen. in 2. par.* nouiter edita.
224 Et an per citationem ad dicẽdum perpetue-
tur inſtantia, & vſque ad quantum tempus?
vide *Carau. in Rit. 248. nu. 4. Capyc. in deciſ.
109. nu. 4. Muſcatell. in pract. ciu. in 7 par. in
Gloſ. ſententia, num. 54. et ſequen. et Vincen.
de Franchis in dicta deciſio. 643. num. 4. in 4.*
225 *par.* Et an currat inſtantia quando ſtetit
per Iudicem? pulchrè explicat *Burſat. in conſ.*
226 *2. nu. 9. & ſeq. lib. 2.* Et à quo tempore inci-
piat currere inſtantia? vide quæ plenè refert
Franc. Milan. in deciſ. 20. per totam, in 1. lib.
227 Et an currat inſtantia in cauſa dotis? vide
Ioan. Bapt. Aſin. in pract. iudic. in princ. cap. 3.
228 *nu. 69. cum plur. ſeq.* Et an ſententia nulliter
lata poſt peremptam inſtantiam poſsit ex eiſdẽ
actis confirmari, vel reformari? vide *Crau. in*
229 *conſ. 270.* Et an ſub generali iurium ceſsionẽ
cenſeatur etiam ceſſa inſtantia? *vide Io. Franc.
de Pont. in conſ. 7. à nu. 15. vſq; ad fin. et plenè
Mar. Giurb. in deciſ. 107. per tot.* Multos alios
caſus cumulare poſſem, in quibus legis autho-
ritas excuſat à pœna periurij, ſed cum ſint ex-
tra materiam, de qua agimus, & requireret vo-
luminoſum tractatum, ideo aliquos remiſsiue
230 tantum breuiter attingam. Inter cæteros au-
tem caſus, in quibus aliquid promittens cum
iuramento, excuſatur, ſi non adimpleuit, eſt
difficultas adimplendi, iux. not. per *Thom. Par-
pal. in rep. l. ſi quis maior, nu. 36. et nu. 99. in fi.
C. de tranſ. et ibidem per Bolognet. ſub nu. 16.*
231 *verſ. vnde pro reſolutione.* Item ſi ſuperue-
nit aliquod legitimum impedimentum, iuxta
relata per *Plot. in repet. l. ſi quando. C. vnde vi
nu. 795. plenè per Farinac. in tract. de falſit. et
ſimulat. q. 160. num. 222. et Sebaſt. Medic. in
tract. de caſib. fortuit. in 1. par. q. 4. per totam.*
232 Hinc excuſari debitorem pupilli, qui non
ſoluit in tempore promiſſo, ſi non adeſt tutor,
cui poſsit legitimè ſolui, notant *DD. in l. cum
quidam, §. ſi pupillo, ff. de vſur. et Vincen. de
Franch. in deciſ. 16. nu. 1. et ſeq.* pro qua con-
cluſione faciunt, quæ pulchrè tradit *Alex. in*
233 *conſ. 92. nu. 9. et ſeq. vol. 1.* Eademque ratio-
ne multò fortius excuſant à periurio impoſsi-
bilitas, neceſsitas, & paupertas, vt de omnibus
videri poſſunt, quæ plenè refert *Farinac. in d.
q. 160. à nu. 124. vſque ad nu. 133.* ad quem me
234 remitto. An autem teneatur iuramentum
ſeruare is qui ſe obligauit ex contractu fœnera-
titio ad ſolutionem vſurarum? *ad tex. in cap.
debitores, de iur. iur. vide quæ plenè notant
Couar. in rep. cap. quamuis pactum, de pact. in
6. in 2. par. §. 3. per tot. Menoch. de ſucceſſ. crea.
§. 2. nu. 36. et ſeq. et Io. Guttier. in d. tract. de*
235 *contract. iurat. c. 2. per tot.* Et an valeat pro-
miſsio certi intereſſe taxati ab initio ex conuẽ-
tione paratum? vide *Dec. in l. vn. in 2. lect. nu.
74. C. de ſent. quæ pro eo. quod inter. et conſ.
39. et 322. plenè Grau. in conſ. 189. nu. 5. et ſeq.
Soc. in conſ. 179. vol 2. Pariſ. in conſ. 126. vol.
1. et in conſ. 64. volum. 4. Ant. Rub. in conſ. 88.
plenè Peregr. in conſ. 85. vol. 3. et Vrſill. in dec.
20. et pleniſsimè Stefan. Gratian, in 2. lib. di-*
236 *ſceptatio. forenſ. cap. 387. per tot.* Et an inter
mercatores licita ſit pactio intereſſe lucri ceſ-
ſantis? plenè tractat *Bolognett. in conſi. 13. per
tot. latè Burſat. in conſ. 68. vol. 1. qui num. 42.
affirmat deberi etiam intereſſe alterius inte-
reſſe,* cum qua opinione concordant *Rot. Gen.
in deciſ. 134. nu. 4. et Iac. Berrett. in conſi. 25.
per tot.* & alij, quos plenè refert *Menoch. in no
uiſſimis addit. ad trac. de arbitr. iud. ſuper caſ.*
237 *119. nu. 31. cum plur. ſeq.* ſed contrarium ve-
rius eſſe teſtantur eadem *Rot. Gen. in deciſ. 87.
nu. 8. Honded. in conſ. 50. nu. 28. et 40. lib. 1. et
Io. Bapt. Lup. in tract. de vſur. §. 6. num. 120.*
238 Et quid ſi promiſſum ſit intereſse cambiorũ?
vide *Alexã. in conſ. 62. num. 13. vol. 2. Rom. in
conſ. 238. per tot. plenè Lud. Peguer. in deciſio.
33. Bertazol. in conſ. crim. 254. et ibi addit. ad
eum. vol. 2. latè Borgn. Caualc. in deciſ. Fiuiz.
22. ſub nu. 22. et ſeq. in 2. par. Hiero. Gabr. in
conſ. 158. per tot. vol. 2. Io. Lopez. in repet. cap.
per veſtras, de don. inter vir. et vxor. §. 9. num.
13. Cacher. in conſ. 51. per tot. et latiſſimè Lud.
Lopez. in tract. de contract. lib. 2. c. 3. cum plu-
rib. ſeq. quem refert Rouit. in pragm. 1. de lite.*
239 *tab. in fi.* Et an licitum ſit cambium accepto
pignore? vide *Franc. Becc. in conſ. 213. nu. 37.*
240 *lib. 2.* Et an per receptionem ſortis principa-
lis, cenſeatur remiſsa petitio intereſse? vide
*Hier. Magon. in deciſ. Flor. 42. nu. 12. et ſeq.
et Flam. Cartar. in deciſ. Gen. 38. per tot.* Et ſi
241 in ſententia fuit omiſsa condemnatio ad in-
tereſse, an cenſeatur reus abſolutus ab eo? vide
Surd. in deciſ. 69. per tot. Rot. Gen. in deciſ. 87.
242 *et Theſau. in deciſ. 135.* Et an valeat pactum,
quòd

quòd interesse posit taxari solo iuramento creditoris? vide *Lud.Gomes. in §.item si quis postulante, nu.23.inst.de act. Alex. in consi. 47. nu.4.vol.1. Affl.et Vrsill.in decis.91. Menoc. de arbitr.iud.lib.1.q.8.nu.49.Surd. in decisio. 259.nu.7. Seraph. de priuil. iuram. in priuil. 31.nu. 30.plenè Intrigl. in sing.102,in 2.lib. et nouissimè D.Garz. Mastr.in decis.60.per totam.*

Finis Cap.Octaui.

CAPVT NONVM.

Patri permissum est testamentum facere pro filio impubere sub eius potestate existente per pupillarem substitutionem, cuius tria principalia requisita explicantur; & multæ notabiles quæstiones ad hanc materiam pertinentes resoluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Patri permissum est testamentum facere pro filio pupillo per pupillarem substitution.*
2 *Pupillus non dicitur intestatus decedere dum habet substitutum à patre.*
3 *Pupillo magis conuenit nomen intestati, quā intestabilis.*
4 *Pupillaris substitutio etiam pupilli bona obprebendit vndecunque quæsita.*
5 *Pupillaris substitutio quoad ordinem est testamentum patris, & nu.13.*
6 *Pupillaris substitutio aliquando iudicatur, vt testamentū filij, et aliquādo vt testamentum patris, vt magis expedit eius conseruationi.*
7 *Pater per pupillarem substitutionem disponit etiam de legitima filij.*
8 *Pupillaris substitutio non comprehendit bona subiecta Neapolitanis consuetudinibus.*
9 *Fideicommissi onere grauatus, an & quousq; possit alienare bona hæreditaria? & nu.seq. vsq; ad num.12.*
12 *Pupillaris substitutio non impedit alienationem bonorum hæreditariorum.*
13 *Spurius an posit pupillariter substitui filio legitimo et naturali?*
14 *Pupillo si substituantur ij, quibus de iure spectat hæreditas, censentur vocati proximiores testatoris, & quid in alijs substitutionibus.nu. eod.*
15 *Pupillaris substitutio expressa excludit matrem à legitima.*
16 *Sed si mater est inops debentur alimenta à substituto.*
17 *Pupillaris tacita an excludat matrē? distinguuntur aliqui casus, & plures referuntur opiniones vsque ad nu.27.*
27 *Substitutio pupillaris an contineatur sub reciproca?*
28 *Substitutio reciproca sub conditione, si sine filijs, an comprehendat personam sacerdotis?*
29 *Substitutio si sine filijs in pupillari ætate decesserit, an post pubertatem sit fideicommissaria.*
30 *Pupillus an generare posit?*
31 *Pupillaris substitutio, quæ requirat pro forma?*
32 *Pupillaris substitutio expirat post pubertatem, & vltima dies cepta habetur pro completa.*
33 *Annus ceptus aliquando pro completo habetur.*
34 *Pupillum decessisse infra tempus pubertatis, an teneatur probare substitutus?*
35 *Pupillus si decedit infra pubertatem relicto filio, an expiret substitutio?*
36 *Pupillaris substitutio fieri non potest, nisi filijs in potestate existentibus.*
37 *Et ideo non potest fieri filijs naturalibus.*
38 *Pupillaris substitutio si fit a matre, vel à nō habente pupillum sub sua potestate, an valeat in vim fideicommissi?*
39 *Pupillaris substitutio non valet, nisi pater sibi etiam testamentum faciat.*
40 *Substitutio fideicommissaria fieri potest in contractu.*
41 *Sed non pupillaris.*
42 *Pupillaris substitutio si fit posthumo nascituro, an habeat locum, si posthumus non nascatur? & nu.43.& 44.*
45 *Testatoris dispositio an extendatur ad casum similem ex præsumpta eius mente?*
46 *Dispositum præsumitur id, de quo si testator interrogatus fuisset idem verisimiliter respondisset.*

47 Sub-

47 *Subſtitutio ſub conditione ſi ſine filijs quandocunque deceſſerit, habet locum, ſi inſtitutus decedit viuo teſtatore.*

48 *Subſtitutio ſub conditione ſi filius inſtitutus efficiatur clericus, purificatur, ſi decedit ſine filijs.*

49 *Conditio deficiente maſculorum purificatur exiſtentibus maſculis incapacibus ſuccedendi.*

50 *Subſtitutio ſi ſit hæredi poſt eius obitũ, & inſtitutus reperitur ſpurius, ſtatim ſit locus ſubſtituto, non expectata eius morte.*

51 *Teſtator ſi legauit vxori mille, durante eius vita boneſtè viuendo, & poſt eius obitum ſubſtituit alium, ea tranſeunte ad ſecũdas nuptias, ſtatim habet locum ſubſtitutio.*

52 *Subſtitutio agnatorum an comprehendat eũ, qui erat odioſus teſtatori?*

53 *Subſtitutio an deferatur illis, qui tempore cedentis conditionis nati, aut concepti non reperiuntur.*

54 *Subſtitutionum gradus ſi plures fiant, an deficiente primo ſubingrediatur alter?*

55 *Pater, & filius an cenſeantur vocati ordine ſucceſsiuo?*

56 *Subſtituto an ſint reſtituendi fructus a die cedentis conditionis?*

57 *Subſtitutus pluribus inſtitutis ſub conditione mortis ſine filijs, an purificata conditione in vno debeat ad eius portionem admitti, vel potius cenſeatur ſubſtitutus vltimo morienti.*

1 Patriæ poteſtati aſcribendum quoque eſt, quod pro filio pupillo eius genitori permittitur teſtamẽtum facere, *l. 2. cum ibi not. per glo. Bar. & alios ff. de vulga. & pup.* Nam pupillaris ſubſtitutio dicitur teſtamẽtum ipſius pupilli, *l. Papinianus*

2 *§. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſt.* Vnde non dicitur pupillus inteſtatus decedere ſi habeat ſubſtitutum à patre, quamuis moriatur in ea ætate, in qua teſtari non poteſt *§. igitur, inſti. de pupill. ſubſt.* nam illa inhabilitas ſuppletur à lege per hanc poteſtatem patri conceſſam, vt

3 not. *Pariſ. in conſi. 15. nu. 7. & ſeq. lib. 3.* Hinc eſt, quod licet in materia ſtatutaria magna ſit inter Doctores controuerſia, an pupillo magis conueniat nomen inteſtati, vel inteſtabilis, vt in ardua quæſtione plenè cõtendit *Bugen. in conſ. 5 per tot.* Nihilominus ex legali interpretatione, magiſque recepta Doctorum ſententia, inteſtati potius quam inteſtabilis nomen pupillo conuenire aſſerit *Gaſp. Theſ. in q. forẽſ. 18. nu. 7. cum ſeq. lib. 2.* & ita bis per illum Se-

4 natum fuiſſe iudicatum. Ideo autem vocatur teſtamentũ ipſius pupilli, nam etiam eius bona cõprehẽdit, *l. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. & pup.* & ſubſtitutus pupillo ſuccedit ſuper omnibus bonis ipſius vndecunque obuẽtis, vt inquit *Bar. in d. l. 2. n. 30. & ibidem Iaſ. nu. 29. & Rip. nu. 43. & Vaſq. in tract. de ſuc-*

5 *ceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 15. nu. 18.* Verum reſpectu ordinis eſt teſtamentum ipſius patris, qui teſtatur nomine proprio, ſed vigore patriæ poteſtatis diſponit etiam de bonis filij, vt benè animaduertit *Ant. Gomez. in t. thom. variar. reſol. cap. 4. ſub num. 7. verſ. non obſtat etiam ſecundum,* & idem affirmãt *Hier. Magon. in deciſ. Floren. 144. nu. 19. & Borrell. in conſ. 99.*

6 *nu. 18.* & ideo quandoque iudicatur tanquam teſtamentem patris, & quandoque tanquam teſtamentum filij, prout magis expedit ad hoc, vt eius conſeruatio ſubſtineatur, & excludatur impugnatio, vt in ſpetie animaduertit *Dec. in l. in teſtamento 1. nu. 6. C. de teſtam. milit. &*

7 *Hier. Magon. in deciſ. 144. nu. 19.* Vnde licet pater non poſſit grauare filium in legitima, *l. quoniam in prioribus,* cum ibi pleniſſimè notatis per *Roder. Suar. in eius repet. C. de inoff. teſtam.* & ea ſemper excipiatur ab vniuerſali onere fideicommiſſariæ reſtitutionis, iux. plene not. per *Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 81. & ſeq.* etiam ſi eſſet ſubſtituta pia cauſa, ut in ſpetie refert *Franc. Bece. in conſ. 196. nu. 3. lib. 2.* pupillariter tamen ſubſtituendo indifferenter poteſt eum in legitima, & quibuſcunque alijs eius bonis grauare, vt affirmant *Iul. Clar. in §. teſtamentum, q. 72. verſ. in ſecundo caſu, Menoch. de præſump. lib. 4. præſum. 72. nu. 2. & ſeq.* & alij plenè relati per *Mari. Giurb. in deciſ. 11. ſub num. 7.* & ratio eſt, nam pupillus, cui fit ſubſtitutio, non grauatur, cum diſpoſitio quam facit pro eo, cenſeatur facta à ſemetipſo, & ideo ſubſtitutus ſuccedit, in quibuſcunq; ipſius pupilli bonis vndecunque quæſitis, etiã poſt teſtamentum patris, *l. ſed & ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. & pup.* vt notant *Homded. in conſ. 75. nu. 34. lib. 1. & Giurb. in d. de-*

8 *ciſ. 11. nu. 8.* Qua ratione excipiuntur a pupillari ſubſtitutione illa bona quæ non ſunt in libera diſpoſitione defuncti, & proinde ſicut in Ciuitate Neapolis *conſuet. ſi aliquis moriens, & aliam conſuet. et ſi teſtator. ſub tit. de ſucceſſ. ex teſtam.* arctata eſt diſponendi poteſtas quoad medietatem bonorum antiquorum, & per aliam *conſuet. ſi quis, vel ſi qua, ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſt.* cautum eſt, quod proximiores ex parte patris ſuccedant in bonis paternis, & proximiores ex parte matris ſuccedant in maternis. Eadem quoque limitata diſponendi po-

teſtas

estas procedit respectu pupillaris substitutionis, nam in ea non comprehenduntur huiusmodi bona dictis consuetudinibus subiecta, vt vertit Napodan. in d. consuet. si aliquis moriens, in ver. medietate, num. 22. & in consuetud. si qua moriens, in ver. tantum, et in consuetud. filiusfamilias, in ver. possunt, & licet de hac conclusione dubitauerit Ant. de Alex. in d. consuet. si qua moriens. in apost. incip. Imo videtur. Nihilominus proposito per eum hoc dubio in Sacro Consilio, fuit per omnes deliberatè responsum, quod pupillaris substitutio non comprehendit bona subiecta consuetudini, cui sententiæ idem Ant. de Alex. acquieuit, vt refert Affl. in decis. 310. et Vincen. de Franch. in decis. 295. per tot. & idem affirmat in decis. 486 nu. 2. et seq. & nouissimè eandem sententiam iunctis aulis per Sacrum Consilium approbatã fuisse refert Molfes. in add. ad consuet. Neap. in 2. par. in tit. de bonis q. 23. nu. 4. & cum simile statutum vigeat quoque in Ciuitate Messanensi, idem per has regulas in casu simili iudicatum fuisse refert Giurb. in d. decis. 11. per tot. cui conclusioni valde cõferunt, quæ in casu simili ad hoc propositum plenè refert Surd. in
9 cons. 240. per tot. lib. 2. Et hinc etiam est, quod licet grauatus onere fideicõmissi prohibeatur alienare res hæreditarias restitutioni subiectas, excepta quarta Trebellianica, l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. Ita quod si quid vltra dodrantem reperiatur alienatum, adueniente casu restitutionis fideicõmissi, non solũ cõceditur substituto illorum reuocatio, sed si forte bona mobilia fideicommisso subiecta reperiantur dissipata, datur substituto actio hypothecaria super proprijs bonis ipsius hæredis grauati, vt notabiliter plenè probat Gasp. Thes. in q. fo-
10 rens. 84. per tot. lib. 2. præterquam si substitutio facta esset in eo, quod supererit, quo casu liceret hæredi grauato de tribus partibus ad sui libitum disponere tam inter viuos, quam in vltima voluntate, reseruata solum quarta parte pro substituto, vt cautum est per Auth. contra eum rogatus. C. ad Trebell. & notãt in spetie ex communi Doctorum sententia Surd. in
11 consi. 10. nu. 18. et 20. cum seq. Vel nisi data esset hæredi libera disponendi facultas, quo casu omnia liceret alienare, & de tota hæreditate quomodolibet disponere, vt plenè probat Ca-
12 sar Barz. in decis. Bonon. 121. per tot. Secus tamen est in substitutione pupillari, nam per eam non prohibetur pupillus, interuenientibus legitimis sollemnitatibus, & legitima causa cum authoritatè sui tutoris bona hæreditaria alienare in præiuditium substituti, cui nulla datur actio ad ea reuocandum, vt bene probatur in l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tutel. et rat. distr. et in l. qui filium, in fi. ff. vbi pupill. educ. deb. & notat in spetie Bar. in l. si arrogator, in 5. oppo. ff. de adop. Cuius conclusionis ratio est, nã pupillaris substitutio reputatur testamentũ ipsius pupilli, & proinde sicut testatori non interdicitur suorum bonorum alienatio post testamentum, l. cum hic status. §. quod ait oratio. ff. de don. inter vir. & vxor. et l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. Ita etiam non debet esse prohibita ipsi pupillo, prout ex magis communi Doctorum sententia affirmat Ias. in l. si a substituto, num. 3. et seq. ff. de leg. 1. & licet contrarium teneat Io. Crot. in repet. l. filiusfamilias, §. diui. ff. de legat. primo, in fin. num. 175. eius tamen fundamenta sunt valde fragilia, & ideo merito eum reprobat Ant. Gomez. in 1. lib. varia. resol. cap. 4. sub nu. 6. vers quinto facit. Ve-
13 rum quia licet pupillaris substitutio reputetur certo modo testamentum filij, tamen hoc est impropriè, & fictè, cum re vera sit sequela, & accessoria paterni testamenti, vt plenè probat Surd. in consi. 240. num. 3. et seq. lib. 2. Ideo quamuis pupillariter substitutus videatur habere bona pupilli tanquam proprium eius patrimonium, per tex. in l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. et pup. tamen quia vocatus est ex iuditio patris. Ideo si substitutus est incapax succedendi in bonis paternis, vt puta si filius spurius substituitur alteri filio impuberi legitimo, & naturali, eueniente casu substitutionis fit bonorum separatio, & substitutus succedit in bonis proprijs pupilli tantum, non autem in bonis paternis quorum est incapax, iuxta tex. singularem, cum ibi. notatis per glos. et Doctores omnes in l. si is qui ex bonis, ff. de vulg. et pup. vt in spetie not. Bal. in l. eam quam, nu. 50. C. de fideicom. qui respõdendo difficultati, quod dum pupillus se immiscuit paternæ hæreditati, vnicum effectum fuit patrimonium, ac consequenter data hac bonorum separatione, videretur decedere contra iuris regulam pro parte testatus, & pro parte intestatus, dicit hoc non esse inconueniens, nam bona separantur legis potestate, & proinde substitutus capiet tantum bona propria ipsius pupilli, & id, quod superest ex paternis bonis restituet venientibus ab intestato, quorum gratia emanauit prohibitio, qui non succedunt recta via, sed capiũt bona paterna a manibus ipsius substituti, quam Bald. doctrinam refert, & communem esse testatur Didac. Spinol. in spec. testam. glo. 16.
14 num. 38. Et per eandem quoque rationem notabiliter consuluit Anton. Rub. in cons. 126. quod si testator substituat pupillo eos; quibus de iure spectat hæreditas, per huiusmodi substitutionem censentur vocati proximiores ipsius testatoris, qui ei ab intestato successuri essent. quæ conclusio an regulariter procedat in omnibus alijs substitutionibus, vt attenden-

da

da sit potius proximitas testatoris, quam gra-
uati? remitto me ad ea, quæ plenissimè cumu-
lant Thesaur. in decis.64. per totam. Luderch.
in cons.45. Petr. Caball. in cons.60. n. 5. et seq.
Cæsar Barz. in decis.11. nu.8. et seq. et Anto.
15 Gam. in decis. 206. per tot. Et hinc etiam est,
quod licet filius testando non possit priuare
matrem legitima illi debita miserationis causa,
& in solatium liberorum amissorum, ex regula
tex. in l. nam et si parentibus, ff. de inoff. testa.
et in Auth. in testamento, C. ad Tertull. Nihi-
lominus dum pater testatur pro filio per ex-
pressam pupillarem, indistinctè potest de om-
nibus eius bonis disponere, & matrem penitus
excludere, etiam à legitima, vt expresè caue-
tur in cap. si pater, de testam. in 6. Idque etiam
probari in l. precibus, C. de impub. et alijs subst.
& in alijs iuribus plenè docet Ant. Gomez. in
d. cap.4. de pupill. subst. sub nu. 7. vers. sed his
non obstantibus, quam cõclusionem receptis-
simam esse, & in vtroque foro seruandam ex
magis communi Doctorum sententia affirmēt
Couar. in cap. cum esset, num. 11. de testamen.
Surd. in decis.273. nu.3. Crass. in 1. lib. recept.
senten. §. substitutio, q.30. nu.2. Rol. à Voll. in
cons.69. nu.20. lib. 1. & alij, quos plenè refert
Camill. Borrell. in cons.99. num.6. & ratio est.
nam pupillaris substitutio ad hunc effectum re-
putatur testamentum ipsius patris, qui nullo
iure tenetur legitimam relinquere matri ipsius
pupilli, & licet testetur pro filio, disponit tamē
proprio nomine, etiam de bonis filij ex parti-
culari priuilegio, vt notabiliter considerant
Ant. Gomez. in d. c.4. sub n.7. vers. non obstat,
etiã secundum fundamentum, et Camill. Bor-
16 rell. in d. cons. 99. nu. 6. Vnicus tamen casus
ab hac conclusione excipitur, nempe quando
mater esset valde inops, nam tunc saltim præ-
standa ei essent alimenta a substituto, ex regula
tex. in l. si quis a liberis, §. idem rescriptũ. ff. de
lib. agnosc. vt inquit Couar. in d. cap. cum es-
ses, nu.11. in fi. cui opinioni inhærent Crass. in
d. §. substitutio, q.30. nu.2. in fi. Menoch. lib.4.
præsump.38. nu.32. et Thesau. in decis.200. sub
17 nu8. Maxima autem inter Doctores contro-
uersia est, an eadem conclusio procedat in taci-
ta pupillari? qui articulus in duo diuiditur ca-
pita, quædam enim est pupillaris substitutio
omnino tacita, quæ solum a lege subintelligi-
tur sub expressa vulgari, quædam vero sub ge-
neralibus verbis compendiosæ substitutionis
continetur, prout distinguit Bar. in d. l.2. nu.
32. et in l. centurio, num. 5 ff. de vulg. et pup.
18 Quoad primam, magis communis Doctorum
opinio est, quòd per eam mater non excluditur
a successione filij, vt plenè refert Crass. in d. §.
substitutio, q.30. nu.4. Menoch. in 4. lib. præ-
sum. 39. præterquam si adessent coniecturæ in
contrarium, quas considerat idem Crass. in eo-
dem §. substitutio, q.31. et Menoch. in ead. præ-
sump.39. per tot Maior autem difficultas est in
pupillari tacita sub generalibus verbis compē-
diosæ substitutionis comprehensa ob varias do-
ctorum opiniones, adeo enim dubia quæstio
est, quod eam mari Anglico assimilari, & Cæsa-
rea decisione indigere dixit Bursat. in cons. 8.
num.39. vers. sextum dubium, lib.1. et Borgn.
19 Caualc. in decis. Fiuiz.4. nu.1. lib.3. Nam ne-
gatiuam opinionem, scilicet, quod mater non
excludatur à succesione filij impuberis per ta-
citam pupillarem comprehensam sub genera-
libus verbis compendiosæ substitutionis, sed
quod ea censeri debeat omni tempore fideicō-
missaria, ita vt etiam pupillo infra pubertatem
decedente, mater legitimam, & Trebellianicā
retinere possit, tenuerunt nonnulli grauissimi
Doctores, quos plenisime refert Bursat. in
allegato cons.8. nu.39. vers. primam itaque sen
tentiam negatiuam, & secundum eam per Sa-
crum Consilium iudicatum fuisse refert Affl.
in decis.367. & ita etiam sæpissimè iudicatum
fuisse per Senatum Pedemontanum refert The-
saur. in decis.200. sub nu.4. vers. verum in fa-
20 uorem matris. Alij vero ex quadam æquitate
moti affirmant, quod bonus iudex mediam
quandam viam eligendo arbitrari debeat, vt
matri assignetur solum legitima, & reliquum
totius hæreditatis detur substituto absque vl-
la detractione trebellianicæ, cum ea non sit ita
debita matri sicut legitima, nam in quæstioni-
bus valde dubijs, non est inconueniens eas mo-
re rusticorum dirimere, vt docuit glos. in l. Ne-
sennius, ff. de neg. gest. et plenè Soc. in cons.150
nu. 41. lib. 1. prout in hoc tam dubio articulo
hanc mediam viam tenendam esse suadent
Dec. in l. precibus, sub num. 19. C. de impub. et
alijs subst. & ibidem Caccialup. sub num. 79.
plenè Cephal. in cons. 429. num.157. et sequ.
lib.3. Borgn. Caualc. in d. decis.4. nu.33. et seq.
in 3. par. Thes. in d. decisio.200 ante num.5. et
alij relati per Bursat. in d. cons.8. sub num.39.
21 vers. concludit tamen. Magis autem commu-
nis doctorum opinio est, quod per pupillarem
substitutionē sub generalibus verbis cōprehēsā
si pupillus infra pubertatatem decedit, mater
excluditur etiam à legitima, vt affirmant Pau.
de Castr. in d. l. precibus, sub nu.14. vers. ego
non curo, & ibidem Alex. nu.11. & latius in
cons.12. nu.22. lib.3. & alij plene relati per
Crass. in d. §. substitutio, q.30. nu.3. plene Rol.
à Vall. in cons.69. nu.23. lib.1. Petr. Caball.
in cons.89. nu.6. Honded. in cons.75. nu.36.
lib.1. Hier. Gabr. in cons.120. nu.9. & per to-
tum, lib.2. Mantic. de coniect. vltim. volunt.
lib.7. tit.3. sub nu.16. & seq. & alij, quos co-
piosissimè cumulant Surd. in decis.273. nu.2.
et Ca-

22 & *Camill. Borrell. in conf.99.nu.11.* Verùm limitatur hæc communis conclusio quando ex coniecturis appareret testatoris mentem non fuisse pupillariter substituere, sed per fideicommissum omni tempore, quas coniecturas plenè refert *Menoch. lib.4. in præs.54.nu.18. & seq.*
23 Sicut è contra, qui aliam opinionem tenent pro matre eam quoque limitant non procedere quando adsunt coniecturæ contrariæ, quas plene refert *Peregr. de fideicom. art.34. nu.34. & seq. & Bursat. in conf.373. nu.5. &*
24 *seq. lib.4.* Et vna ex probabilioribus coniecturis est, quod semper censetur exclusa mater, quæ transit ad secundas nuptias, nam ex illis anima defuncti contristatur, & filijs infertur iniuria, *Auth. de non elig. secun. nub. §. prospeximus, vers. quoniam, & Auth. de nup. §. soluto*, prout affirmat *Ant. Gomez in d. cap.4.*
25 *nu.11.* Sed hæc limitatio non est ita simpliciter intelligenda, nam regulariter maior pars Doctorum contrariam opinionem tenētium, affirmat, quod tacita pupillaris non excludit matrem transeuntem ad secundas nuptias, vt inquit *Rip. in l. moribus nu.54. ff. de vulg. & pup.* procedit autem hæc limitatio quando idē testator qui substitutionem fecit filio pupillo, aliquid vxori legauit sub conditione si lectum viduale seruauerit, nam ex hac coniectura censetur eundem animum habuisse priuandi eam hereditate filij, in casu quo alteri viro se copularet, vt notabiliter explicat *Honded. in conf.*
26 *675 nu.37. lib.1.* Præterea intelligenda, & limitanda est opinio prædicta pro matre, quod ea forsan procedere posset in casu quo pupillaris esset solum comprehensa sub generalibus verbis compendiose substitutionis, secus vero si testator instituto filio impubere dixisset, & eo in pupillari ętate, vel postea quandocunque sine filijs decedente, substituo talem, nam hoc casu si pupillus infra pubertatem decederet, mater esset omnino exclusa ex vi expresse pupillaris, vt in specie consuluit plenè *Bursat. in*
27 *d. conf.373. per totum, lib.4.* Dubia etiam quæstio est, an sub reciproca substitutione contineatur tacita pupillaris; sed magis recepta Doctorū resolutio est, quod si omnes instituti inter quos facta est reciproca substitutio, sunt impuberes, tunc sine dubio sub reciproca continetur pupillaris substitutio, si vero inter eos est inæqualitas ex quo aliqui sunt pupilli, & aliqui maiores aut extranei, vel emancipati adeo quod non potest inter omnes æqualiter locum habere directa pupillaris, & tunc ea nō continetur sub reciproca substitutione, nam testatoris dispositio non debet inæqualiter iudicari, præterquam si aliud appareret ex coniecturata eius mente, vt post *Glos. & Doct. omnes in l. iam hoc iure, & in l. Lucius, ff. de vulg. & pup.* plenissime probant *Menoch. de præsūpt. lib.4. in præs.60.nu.22. cum plur. seq. & Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.5. tit.*
28 *8. nu.6. & seq.* ad quos me remitto. Cui conclusioni non repugnat *decisio Thesaur.163.* in qua, reprobata opinione *Pau. de Castr. & aliorum in l.1. §. lex Falcid. ff. ad l. Falcid.* cōcludit in substitutione facta pluribus filijs in casu quo sine filijs decederent, comprehendi etiam personam Sacerdotis, nō obstante, quod ipse filios habere non posset, nam in casu dictę decisionis, vt bene idem Thesaurus considerat, non aderat omnino inęqualitas circa spem successionis inter ipsos fratres, nam licet Sacerdos non poterat habere filios legitimos, poterat tamen euenire casus, quod etiam alij fratres decederent sine filijs, quo casu frater Sacerdos, si superuixisset, eis succedere potuisset, sed non sic est, quando reciproca substitutio fit inter plures filios, quorū aliqui sunt impuberes, & aliqui maiores, nam si sub hac substitutione contineretur directa pupillaris, maxima resultaret inæqualitas, siquidem decedentibus pupillis, fratres maiores directè succederent non solum in bonis testatoris, sed etiam in quibuscunque alijs ipsorum pupillorum bonis, sed nō idem esset econuerso, vt patet ad sensum. Sed
29 pone, quòd testator dixit, Si filius meus in pupillari ætate sine filijs decesserit, substituo talē; an hæc substitutio sit directa pupillaris? & magis communis opinio est, quod potius præsumatur compendiosa substitutio, ita vt etiam si post pubertatem grauatus quandocunque decedat sine filijs, fideicommissariæ substitutionis locus sit, vt affirmant *Couarr. in c. Raynutius, de testam. §.9. sub nu.2. vers. duodecimo ex his colligitur*, & alij, quos plenè refert *Menoch.*
30 *in 4. lib. præs.51. nu.12.* Licèt enim possibile sit, quòd etiam infra pubertatem pupillus aliquando generare possit, malitia supplente naturæ defectum, *cap. puberes, & cap. de illis, de desp. impub.* Ita quod semel accidit, quod puer annorum nouem nutricem grauidā reddidit, vt refert *Glos. in c. quod intra, 20. q.2.* Nihilominus testatoris verba intelligenda sunt secundum solitam, & consuetam generandi naturā, quæ regulariter ad procreandū filios apta non est, nisi post pubertatem, & ideo illa conditio, sine filijs, censetur illud tēpus respicere, in quo filij regulariter haberi possunt, vt bene considerant *Pau. de Cast. in conf 42. incip. testes prædicti, sub nu.1. vers. sed in contrarium, lib.2.*
31 *& Surd. in conf.236. nu.27. lib.2.* Multa autē pro forma huius pupillaris substitutionis sunt necessaria, quæ refert *Ant. Gomez in d.1. lib. var. resol. c.4. nu.2.* Sed tria sunt principalia,
32 quorum primum requisitum est, quòd fiat pupillo minori annis quatuordecim, vt expresse cauetur

cauetur *in l.2.ff.de vulg.& pup.* verùm eoipſo
quod vltimum diem annorum quatuordecim
minor attingit, licèt ipſum non compleuerit,
ſtatim hæc ſubſtitutio expirat, ſecundùm *Bar.
in l.in pupillari, nu.4.ff.eodem tit.* cuius opi-
nionem communem eſſe teſtantur *Suarez in
addit. ad Ant. Gomez in d.cap.4. in lit. B. &
Mich.Graſſ. in d.§.ſubſtitutio, q.22. num.2.*
& initium vltimi diei incipere intelligitur à
media nocte, ex regula *tex.in l.more Romano,
ff.de ferijs*, vt notabiliter explicat *Eman. Co-
ſta*, qui hanc concluſionē ab aliquibus contra-
rijs optimè defendit in *repet. c.ſi pater, de te-
ſtam.in 2.par.in ver.defunctis, num.1.& ſeq.*
& plenius *Didac.Spin.in ſpec.teſtam.gloſ.23.*
33 *nu.20.* Pro qua concluſione facit, nam in fauo-
rabilibus aliquando etiam annus cœptus, pro
completo habetur, vt probat *tex.* valde notabi
lis in *l.ad rempublicam, ff.de muner.& honor.*
vbi cauetur, quòd licèt nemo ante vigeſimum
quintum annum ad publicos honores admitti
debeat, nihilominus ibidem Iuriſcōſ. ſubijcit,
quod vigeſimus quintus annus cœptus, pro ple
no habetur, hoc enim in honoribus fauoris cau
ſa conſtitutum eſt: & idē quoque eſt in legatis
pijs, nam ſi teſtator mandat piam aliquā diſpo-
ſitionem ab eius herede adimpleri ſecundo, vel
tertio anno poſt eius obitū, illud in principio
anni adimplendum eſt, vt cautum eſt in *tex.* no
tabiliſſimo *in l.ſi ita fuerit libertas, ff. de ma-
num.teſtam.* quam cōcluſionem valde extollit
*Pet. Bellug.in ſpec.princip.rub.17. in verſic.
videamus, in fi.fol.mihi* 111. regulariter autē
an, & quando annus cœptus haberi debeat pro
completo? vidēda ſunt omnino not. per *Surd.*
34 *in deciſ.178. per tot.* Magna verò inter Do-
ctores controuerſia eſt, an defuncto filio, cui fa-
cta erat pupillaris ſubſtitutio, præſumptio ſit
pro ſubſtituto, quod infra tempus pubertatis
deceſſerit. In quo articulo multi opinati ſunt,
quod fauore ſubſtituti præſumptio iuris ſit pu-
pillum infra pubertatē deceſſiſſe, idq; fundare
nituntur per *tex.notabilem in l.ex facto, §.ſi
quis autem, ff.ad Trebell.* vt poſt alios affirmāt
*Soc.in conſ.89.nu.8.verſ.accedat etiam, lib.1.
Sebaſt.Sapia in repet.l.precibus, num.11.C.de
impub.& alijs ſubſt. & Boer.in dec.38.nu.30.
& ſeq.* Contrariam verò opinionem, ſcilicet,
quod onus ſit ſubſtituti probare, pupillū obijſſe
in ætate pupillari, plenè probant, eamq; magis
communiter receptam eſſe teſtantur *Eman.
Coſt.in rep.d.cap.ſi pater, de teſtam.in ver.de-
functis, num.4.verſ.ego tamen verius*, Couar.
*in 2.lib.var.reſol.c.7.ſub nu.8.ſub verſ.incip.
quintus agitur, Mantic.de coniect.vlt.volun.
lib.5.tit.9.ſub nu.6.verſ.ego autem, & Didac.
Spino.in ſpec.teſtam.glo.23.nu.25.& ſequen.*
qui omnibus contrarijs argumentis optimè re-
35 ſpondēt. An autem ſi fortè pupillus infra tem-
pus pubertatis decedat relicto filio, expiret hęc
ſubſtitutio? remitto me ad notata per *Mantic.*
36 *in d.lib.5.tit.12.nu.2.& ſeq.* Secundum verò
pupillaris ſubſtitutionis neceſſarium, & prin-
cipale requiſitum eſt, quòd filius cui fit, ſit ſub
poteſtate patris, *l.2.ff.de vulg.& pup.& inſt.
de pupill.ſubſt. in princ.* & ideo à matre, quæ
filios in poteſtate non habet, fieri non poteſt, vt
in ſpecie notant *Doct.omnes in eadem l.2.* &
præcipuè *Soc.nu.14.* & plenè *Didac.Spin.in d.
gloſ.23.nu.10.& ſeq.* qui optimè explicat *tex.
in l.ſi mater, ff.de vulg.& pup.* qui huic con-
37 cluſioni repugnare videbatur. Et eadē ratione
non valet, ſi fit naturalibus filijs, quia non ſunt
ſub poteſtate patris, vt benè probat *tex. in l.
Lucius Titius, cum gloſ.in ver.naturalem, ff.
eodem tit.de vulg.& pup* & ex communi Do-
ctorum ſententia affirmāt *Vaſq.de ſucceſſ.pro-
greſ.lib.2.§.14.nu.3.in fi.& Craſſ.in d.§.ſub-*
38 *ſtitutio.q.21.nu.2.* Perdifficilis autem quæſtio
eſt, an ſi pupillaris ſubſtitutio fiat filio emanci-
pato, vel à matre, quæ iure directo valere non
poteſt, ſubſtineatur ſaltim in vim fideicōmiſſi?
hūc articulum plenè examinat ad partes *Ant.
Gomez in 1.tomo var.reſol.c.4.ſub tit.de pup.
ſubſt.nu.6.* & poſt pleniſſimam diſcuſſionem
cōcludit, pupillarem ſubſtitutionem inutiliter
factam à matre, vel ab extraneo, cū iure directo
valere non poſſit, in fideicommiſſariam cōuer-
ti, cum qua opinione concordat *Gul.de Bened.
in rep.c.Raynutius, de teſtam.in ver.ſi abſque
liberis, nu.36.et ſeq.* & eā nouiſſimè confirmat
39 *Lud.Morot.in conſ.56. per tot.* Tertiū deni-
que pupillaris ſubſtitutionis principale requi-
ſitū eſt, quòd pater faciat ſibi quoque teſtamen-
tum, alioquin non valeret ſubſtitutio facta pu-
pillo, vt expreſſis verbis demonſtrat *tex.in l.2.
ff.de vulg.& pup.* quæ talia ſunt, *Quiſquis au-
tem impuberi teſtamentum facit, ſibi quoque
debet facere, cæterum ſoli filio nō poterit, niſi
forte miles ſit*, ex quo tex. ita communiter affir
mant Doct. plenè relati per *Craſſ.in d.§.ſub-*
40 *ſtitutio, q.24.ſub nu.2.* Et hinc eſt, quòd licèt
fideicommiſſaria ſubſtitutio etiam in cōtractu
fieri poſſit, vt expreſsè probat *tex.in l.quoties,
C.de donat. quæ ſub modo*, & ex magis commu
ni Doctorum ſententia affirmant *Surd. in cōſ.
375.nu.21.lib.3.& in deciſ.144.num.6. Fab.
Turrett.in conſ.65.nu.1.lib.1.* & alij plenè re-
lati per *Maſtrill.in deciſ.190.num.8.& ſeq.*
Quamuis enim hæc opinio multos habeat con-
tradictores, quos plenè referunt *Menoch.in
cōſ.85.nu.28. Pereg.de fideicom.art.1.nu.15.
& Fab.de Ann.in conſ.39.nu.59.& ſeq.lib.1.*
omnes tamen conueniūt, quòd ſaltim ex pacto
fieri poteſt, quod res alicui donata poſt eius
obitum, vel aliquod tempus in tertiū transfe-

M ratur,

ratur, vt plenè probat idem *Peregr. in d. art. 1. nu. 16.* & latius *in art. 51. nu. 16. cum sequent.*
41 pupillaris tamen substitutio nullo modo in contractu fieri potest, cum sit sequela testamẽti
paterni, & de iure speciali introductũ sit, quod
pater possit facere testamentum pro filio pupil-
lo, & de eius bonis disponere, sub hac tamen
cõditione, quod eodem contestu suum quoque
testamentũ faciat, vt pũctualiter animaduertit
Pau. de Cast. in cons. 288. num. 2. & seq. lib. 2.
cuius opinionem plenè confirmat, & pro ea
multos alios allegat *Reuer. Pater Melfes. in*
cons. 26. nu. 15. & seq. cuius authoritati ego plu
42 rimum defero. Valde autem dubitabilis quæ-
stio est, an si substitutio fiet posthumo nascitu-
ro, purificata censeatur eius conditio, si posthu
mus non nascatur, seu abortum fieri cõtingat?
cuius resolutio nimis ambigua est ob cõtrarias
Doctorum opiniones, quæ in duas diuisæ sunt
classes, & quælibet ipsarum famosos habet an-
tesignanos, valdeq; coloratas rationes. Prima
enim fuit opinio *Oldrad. in cons. 142. & 177.*
qui intrepidè tenuit, quod substitutio facta post
obitum posthumi nascituri, euanescit, si posthu
mus non nascitur, cui opinioni inhærent *Io.*
Andr. in addit. ad Spec. in tit. de testam. §. 1. in
addit. magna, vers. occurrit etiam nouissimus
casus, Anchar. in cons. 356. per tot. Rom. in l.
quamdiu institutus, ff. de acq. hared. Corn. in
cons. 199. nu. 32. lib. 2. Soc. in cõs. 76. nu. 7. lib. 3.
& alij plenè relati per *Octau. Cacher. in cons.*
74. nu. 20. & seq. & per *Eugen. in cõs. 99. nu. 6.*
& seq. rationes autem, quibus mouentur, mul-
tæ sunt, sed ea est præcipua, quod dum substitu-
tio fuit concepta sub conditione, si posthumus
in pupillari ętate decederet, eo non nato, casus
conditionis euenisse non dicitur, nam qui non
nascitur, mori non potest, cum mors sit priua-
tio vitæ, *§. deinceps, auth. de nupt.* & vbi non
est habitus, non datur priuatio, *l. decem, ff. de*
verb. obligat. vt notat *Glos. in l. qui duos, ff. de*
manum. testam. Et cum hæc sit voluntaria con
ditio, circa eius euentum attenditur modus,
non effectus, iuxta not. per *Bart. in l. Gallus,*
§. & quid si tantum, ff. de lib. & posth. & ideo
non fit extensio de vno casu ad alium, vt inquit
idem *Bart. in l. 1. nu. 29. ff. de vulg. & pup.* &
ibidem *Soc. nu. 34. Ias. nu. 14. & Rip. num. 95.*
alias rationes, quas Doctores pro hac opinione
considerant, non refero, sed remitto me ad ea,
quæ plenissimè animaduertit *Cephal. in cons.*
43 *649. per totum, lib. 5.* Vnde per easdem ratio-
nes notabiliter consuluit *Pau. de Cast. in cons.*
219. incip. visis, & consideratis, quæ supra nar
rantur, lib. 1. quod si testator instituit filium
natum, & posthumum ex vxore pręgnante na-
sciturum hæredes, eisq; in pupillari ætate de-
cedẽtibus alium substituit, & postea contingat
quod posthumus non nascatur, quamuis filius
natus infra pubertatem decedat, nihilominus
substitutio euanescit, nam dum concepta fuit
sub duplici conditione, quæ in vno capite ve-
rificari non potuit, harum conditionum plu-
ralitas non sufficit, quod adimpleatur in vno,
ex regula *tex. in l. legato, §. qui plures, et in l.*
Meuius, §. cum qui. ff. de legat. 2 quam conclu-
sionem in eodem casu plenè confirmant *Natt.*
in cons. 667. per tot. lib. 4. et Ruin. in cons. 172.
44 *nu. 4. lib. 2.* Contrariam verò opinionem, sci-
licet, quòd etiam in casu, quo posthumus non
nascatur, habeat locum substitutio ex vi tacitæ
vulgaris sub expressa pupillari comprehensæ,
& ex verisimili, ac pręsumpta testatoris mẽte,
tenuerunt *Alber. in rub. ff. de vulg. et pup. sub*
num. 25. Alex. in l. 1. ff. eod. tit. nu. 33. & ibidẽ
Ias. nu. 28. Bal. in l. fin. nu. 7. C. de inst. et subst.
plenè *Dec. in cons. 227. per tot.* cum quo in eo-
dem casu consuluit etiam *Soc. iun. in cõs. 181.*
lib. 2. Ias. in cons. 148. per totum, lib. 2. Bero. in
cons. 102. lib. 2. Iacob. Berret. in cõs. 36. nu. 11.
et in cons. 93. nu. 4. Calcan. in cons. 103. nu. 5.
et seq. plenissimè *Decian. in cons. 1. in 1. dub.*
lib. 1. Marzar. in cõs. 1. nu. 1. et seq. et in tract.
de fideicomm. subst. in 2. par. q. 13. plenè *Petr.*
Caball. in cons. eiusli 164. per tot. lib. 1. Pereg.
qui plures alios copiosè refert *in cons. 55. nu.*
18. lib. 2. Surd. in cons. 236. nu. 26. et in dec. 37.
nu. 26. Crass. in §. substitutio, q. 81. nu. 6. Ant.
Gomez in 1. lib. var. resol. c. 3. nu. 10. uers. septi
mo infero, Menoch. de præsump. lib. 4. in præs.
65. nu. 13. & 21. & plenissimè *Mantic. de con-*
iect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6. sub nu. 1. uers.
sed diligenter, qui refert hanc controuersiam
antiquitus secundum hanc secundam opinio-
nem decisam fuisse in centumuirali iudicio in-
ter Lucium Crassum, & Quintum Mutium
Sceuolam, patrocinante Cicerone, & hanc opi
nionem vti veriorem, magisq; communiter re-
ceptam approbauit Sac. Cons. vt refert ocula-
tissimus olim eius Præsidens *Vinc. de Franch.*
in decis. 299. & hanc etiam veriorem, & magis
communem esse testatur *Tiraquel. in repet. l. si*
unquã, C. de reuoc. don. in ver. libertis, nu. 50.
eamq; ab omnibus oppositionibus plenissimè
defendit *Io. Bapt. Ladereb. in cons. 31. per tot.*
qui sub num. 5. & seq. & num. 8. in specie repro
bat etiam opinionem supra relatam *Paul. de*
Cast. in d. cons. 219. lib. 1. & eius sequacium.
45 Huius autem cõclusionis solidissimum funda-
mentum est, quòd testatoris dispositio collata
in vnum casum, verisimiliter consideratur re-
spectu alicuius effectus, quamuis alius casus po-
stea eueniat, ex quo idem sequatur effectus, ex
præsumpta eius mente extenditur ad illum ca-
sum similẽ, ex regula *tex. in l. Gallus, §. & quid*
si tantum, cum ibi not. per *Doct. omnes, ff. de*
lib.

lib. & posth.& plenè per *Peregr. de fideicom.*
46 *art. 11. nu.* 46. Nam pro dispositio habetur id, de quo si testator interrogatus fuisset, idem verisimiliter disposuisset, iux. not. per *glo. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact.* cum ibi plenè cumulatis per Ias. & alios, quos copiosè refert *Menoch. lib. 4. præsum. 65. nu. 5. & seq.* qui ex hac regula multis exemplis, & authoritatibus pbat, quod multoties substitutio facta in vno casu ex verisimili testatoris mente extēditur ad alium; Idq; habere locū etiam in conditionibus voluntarijs, affirmat idem *Menoch. ibid. nu. 16.* Quæ conclusio præcipuè procedit, qñ verisimile est, testatorem potius effectū, quā modū implementi cōsiderasse, vt ex multorū Doctorum sententia refert *Surd. in decis. 37. num. 31. & plenè Rot. Bonon. in consil. vnic. impresso post decis. Cæsar. Barz. num. 129. cum plur. seq. & præcipuè nu. 139. cum seq. & nu.*
47 180. Et hinc est, quod compendiosa substitutio facta hæredi instituto sub conditione si sine filijs quandocunque decesserit, habet locum ex vi tacitè vulgaris, etiam si hæres decedat viuo testatore, vt plenè probat idem *Surd. in eadem decis. 37. per tot. post Bal. in cons. 441. lib. 4. et in cons. 170. lib. 5. & Menoch. in d. præsum. 65*
48 *nu. 11.* Eademque ratione notabiliter consuluit *Alex. in cons.* 100. *lib.* 4. quod si testator grauauit filium onere fideicommissi post eius obitum, in casu quo efficeretur clericus, hæc conditio extenditur etiam ad casum, quo sine filijs decedat, non obstante, quod clericatus ordinem non assumpserit, nam tacita defuncti mens fuisse videtur, filiorum defectum quocunque modo succederet, respicere, quos sacerdotem legitimè procreare non posse considerauit, cui conclusioni inhærent *Hiero. Grat. in cons. 5. nu. 21. lib. 2. Crau. in cons. 59. num. 5. et*
49 *Dec. in cons. 227. sub nu.* 12. Et hinc etiam est; quod substitutio facta in casu non existentiæ masculorum, extenditur etiam ad casum, quo adsunt masculi incapaces succedendi, vt plenè probant *Soc. iun. in cons. 3. nu. 6. et seq. lib. 3. Hier. Gabr. in cons. 104. lib. 1. Iacob. Berrett. in cons. 36. nu. 11. et alij relati per Surd. in d.*
50 *decis. 37. nu. 25.* Et idem est, si fiat substitutio alicui post eius obitum, nam si institutus reperitur spurius, aut aliter incapax succedendi, nō expectata eius morte, statim substitutus admittitur, ut post alios plenißimè probat *Collegiū Bonon. in d. cons. vnic. post decis. Cæsar. Barz.*
51 *nu. 148. & per tot.* cui similis est etiā alia communis conclusio, quod si testator, institutis filijs, legauit vxori mille, durante eius vita honestè viuendo, & post eius obitum substituat alium, ea trāseunte ad secundas nuptias, statim substitutionis conditio cēsetur purificata, nam casus mortis extenditur ex verisimili testatoris mente ad casum nuptiarum, vt disputando ad partes concludit *Io. Andr. in addit. ad Specul. in rub. de secun. nup.* cui opinioni licet contradicat *Iacob. Emilian. in cons.* 143. eam tamen esse communiter approbatam constat ex ijs, quæ refert *Menoch. in d. præsum. 65. num.* 10.
52 An autem in generali substitutione agnatorū censeatur verisimiliter exclusus ille, qui erat odiosus testatori? vide *Surd. in dec. 41. per tot.*
53 Et an censeantur vocati illi, qui tempore cedentis conditionis nati, aut cōcepti non reperiuntur? vide *Natt. in cons. 675. num. 2. et seq. lib. 4. Iac. Mandell. in consi. 106. per tot. Surd. in decisio. 230. num. 6. & per totam, Hieron. Magon. in decis. Floren. 91. nu. 20 et seq. et in decis. 92. num. 36. et seq. plenè Cephal. in cons. 318. per tot. Rol. à Vall. in cons. 70. nu. 47. lib. 3. & Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 72. et seq.*
54 Et si fiant plures substitutionum gradus, an deficiente primo substituto subingrediatur alter? plenè explicant *Thes. in decis. 86. et Surd.*
55 *in decis. 37. per tot.* Et si ad substitutionem vocantur pater, & filius, an censeantur vocati ordine successiuo? & an per viam substitutionis vulgaris, vel fideicommissariæ, ita quòd patre adeunte expiret substitutio filij? vide *Crau. in cons. 22. in 2. & 3. q. & in cons. 131. in 1. dub. et*
56 *Honded. in cons. 65. in princ. lib.* 1. Et an substituto sint restituendi fructus à die cedentis conditionis? vide *Surd. in decis. 25. per tot.* & plenißimè *Mantic. de coniect. vltim. volunt.*
57 *lib. 7. titu. 10. per tot.* Et demum si plures sint hæredes instituti, & eis decedentibus sine filijs sit facta substitutio, an purificata conditione in persona vnius admitti debeat substitutus, vel potius omnium mors expectanda sit, & interim censeatur inducta reciproca substitutio inter ipsos hæredes institutos? ardua quidem est, & quotidiana quæstio, & eam decreueram pleno calamo explanare, sed quia tempus deficit ob varias, quibus quotidie premor, occupationes; Ideo pro nunc me remitto ad notata per Socyn. & alios Doctores, & præcipuè per *Hier. Zanch. in sua plenißima repetitione in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Rolan. à Vall. in cons. 34. nu. 57. et seq. lib. 4. Bursat. in cons. 371. per tot. lib. 4. Menoch. in cons. 85. nu. 41. et seq. et plenius in tract. de præsump. lib. 4. præsump. 62. per tot. & latius in cons. 636. lib. 7. Iacob. Mandell. in cons. 31. per tot. Peregri. omnino videndum in consi. 46. et plenius in consi. 152. per tot. lib. 5. et in tracta. de fideicom. art. 13. per tot. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 5. per tot. Crass. in d. §. substitutio, q. 61. num. 8. cum plurib. seq. Marzar. in tract. de fideicom. subst. in 2. par. q. 11. et plenißimè Cæsar Barz. in decis. Bonon. 1. et in decis. 5. cum duob. alijs seq.*

CAPVT DECIMVM.

Pater habet ius quærelandi pro iniuria facta filio, etiam proprio nomine, eamque remittere potest, etiã eo ignorante, vel inuito, pluribus autem modis declaratur, limitatur, & ampliatur hæc conclusio: Explicatur etiam quæstio, an & quando Vniuersitas puniatur pro delictis Ciuium? Et demum plenè declaratur quot modis inferri potest iniuria?

SVMMARIVM.

1 *Iniuria facta filio censetur facta patri.*

2 *Iniuria filij dat patri actionem pretoriã querelandi etiam proprio nomine.*

Fallit in actione ciuili legis Cornelia, pro qua pater non agit nisi nomine filij, nu. 3.

4 *Iniuria patris nõ prabet filio actionem querelandi.*

5 *Iniuriam factam filio, etiam ipso ignorante, vel inuito pater remittere potest si iniuria sit leuis, & nu. 6.*

Primo limitatur, si iniuria fuerit grauis, vel atrox, quia eam solus pater remittere non potest, nisi etiam concurrat filius, nu. 6.

Secundo limitatur, si filius iniuriatus, fuerit persona honesta, vel titulo decorata, & pater esset vilis, & abiecta conditionis, num. 10.

Tertio limitatur, si pater esset furiosus, vt nec etiam Curator possit remittere, nu. 11.

Quarto limitatur, si pater esset absens, nu. 12.

Quinto limitatur, quando statutum. vel Principis indulgentia parceret delinquenti habita pace ab offenso, nu. 13.

Sexto limitatur, si filius iniuriatus esset emancipatus, nu. 14.

Septimo limitatur, si filius esset sub patria potestate, sed iniuriam credebat eum esse sui iuris, nu. 15.

7 *Iniuria grauis reputatur, quæ fit filio à persona coniuncta, & nu. 8.*

9 *Iniuria violati thori filij grauis est.*

16 *Iniuria facta vni de familia, omnes de illa cognatione offensi videntur, & proinde criminaliter agere possunt.*

Fallit si ciuiliter ageretur, quia non liceret, nisi ei, qui habet iniuriatum in sui potestate, eod. nu. 16.

De quibus consanguineis intelligatur, & vsq; ad quem gradum, Iudicis arbitrio relinquitur, eod. nu. 16.

17 *Iniuria facta seruo transfert Domino actionem nomine proprio, si sit atrox. vel Domini contemplatione facta.*

Primo ampliatur, etiam ad iniuriam factam famulo, vel pastori, nu. 18.

Secundo ampliatur in iniuria facta procuratori, vel negotiorum gestori in contumeliã Domini, vel ipso præsente, vel dum exercet procurationem, nu. 19.

Tertio ampliatur idem esse in discipulo iniuriato in contemptum Præceptoris, nu. 20.

Quarto ampliatur, si iniuria infertur vxori, quia maritus proprio nomine agit, nu. 21.

Quod fallit, si iniuria facta sit marito, nam pro ea vxor non agit, nisi principaliter tangeretur honor vxoris, nu. 26.

Quinto ampliatur, nam inferens iniuriam vxori Magistratus, eadem pœna punitur, ac si eam ipsi Magistratus intulisset, num. 22.

Sexto ampliatur procedere in iniuria facta sponsa, nu. 23.

Septimo ampliatur idem esse in iniuria facta nurui, nu. 24. 25. & 26.

Octauo ampliatur in Episcopo, quando fit iniuria clerico, nu. 27.

Nono ampliatur procedere in Ciuitate, quando infertur iniuria Ciui, nu. 28.

Sic etiam ex iniuria facta Vniuersitati, quilibet eius dicitur lædi, nu. 30.

Decimo ampliatur in vtili Domino, quando fit iniuria eius vassallo, eod. nu. 28.

Vndecimo ampliatur in socio itineris, quando iniuriam socio illatam in animum reuocauit, nu. 35.

29 *Baro habens iurisdictionem ciuilem potest cõparere pro suis vassallis grauatis à domino iurisdictionis criminalis.*

31 *Vniuersitas nõ punitur, quando Ciues delinquunt, siue maior pars illorum.*

Limitatur, si præcedat tractatus, & deliberatum totius vniuersitatis, consilium ad delinquendum, eod. nu. 31.

32 *Vniuersitas denegans militibus hospitium nõ*

tene-

tenetur crimine rebellionis, quando non præceſſit eius collegialis tractatus, & deliberatio.

Primo fallit in crimine rebellionis habente tractum ſucceſsiuum, nu. 34.

Secundo fallit, quando conſiſtit in omittendo, eod. nu. 34.

33 *Vniuerſitas nō amittit eius priuilegia ex delicto ciuium.*

34 *Vniuerſitati non proſunt actus particulariū ad fundandam poſſeſsionem.*

36 *Socius itineris non eſt idoneus teſtis pro iniuria eius ſocio facta, ſi in eius animum reuocauit, quæ concluſio quomodo intelligenda ſit, notabiliter explicatur.*

37 *Iniuria non infertur per generale conuicium ſi non continet aliquam ſpeciem delicti.*

38 *Iniuria non ſit, ſi abeſt animus iniuriandi, & num.* 40.

39 *Iniuria non eſt, ſi alicui dicatur, tu dicis falſum.*

40 *Iniuriandi animus, vt excludatur, verba sūt interpretanda in bonam partem.*

41 *Verba quando ſunt dubia ſtatur iuramento aſſerentis.*

42 *Mentiris, an liceat dicere etiam iniuriā propulſando, & nu.* 43.

Et an poſſit pugno repercuti. nu. 64.

44 *Iniuriarum actione non tenetur, qui vocat meretricem eam, quæ fuerat meretrix, licet nunc ſit emendata.*

45 *Iniuriantis excuſationes, remiſsiuè.*

46 *Famoſos libellos legens, & non lacerans, quomodo excuſetur, remiſsiuè, & nu.* 47.

48 *Veritas conuitij in ſupplicatione prolata, an excuſet à pœna iniuriarum, remiſsiuè, & num.* 49.

50 *Exceptiones contumelioſas opponens contra actorem, vel teſtes an teneantur actione iniuriarum, remiſsiuè.*

51 *Iniuria pluribus modis infertur, videlicet, ſi dicatur, Tu es animal, eod. nu.* 51.

Dicendo, Tu es ſtultus, nu. 52.

Vocando aliquem Vſurarium, nu. 53.

Dicendo, quod deſcendit de proſapia Iudæorum, nu. 54.

Vocando aliquem, Forſante, nu. 56.

Oſtendendo ficas in faciem Iudicis, nu. 57.

Quid ſi quis eleuet duo digita, quaſi cornua deſignans, nu. 58. *remiſsiuè.*

An ſit iniuria aliquem maledicere, nu. 65. *remiſsiuè.*

Et an iniuria prolata cōtra abſentem puniatur, nu. 66. *remiſsiuè.*

55 *A Iudæorum proſapia deſcendens, ad nobilitates non aſpirat.*

59 *Appendere picturas obſcenas ante hoſtium alicuius, quæ ſit pœna, remiſsiuè.*

60 *Habitum religioſi deferens in ludis profanis, an puniatur, remiſsiuè.*

61 *Alapa, an ſit grauis iniuria, & quomodo puniatur.*

62 *Baculi percuſsio qua pœna punitur, & quid ſi clericos percutiatur, nu.* 63. *remiſsiuè.*

64 *Pugno percutere, quæ ſit pœna, remiſsiuè.*

67 *Iniurijs ad inuicē illatis, an admittatur compenſatio. remiſsiuè.*

68 *In Iniurijs verbalibus, an admittatur pœnitentia ad pœnam euitandam, remiſsiuè.*

69 *In iniuriarum accuſatione ciuiliter intentata, an poſsit cumulari condemnatio ad pœnam fiſci, remiſsiuè.*

70 *Iniuriarum actio an praſcribatur anno, & num.* 71.

1 
Imis quidem vulgare eſt illud commune axioma, quòd iniuria facta filio cenſetur facta patri, *l. in perſonā cum ibi not. per Doct. ff. de pact. Plaz. in epith. delict. cap.* 6. *n.* 16. *& Anto. Gomez. in* 3. *tom. var. reſol.*
2 *cap.* 6. *de iniur. nu.* 5. Hinc eſt, quòd pro iniuria filij competit patri actio quærelandi etiam proprio nomine, *l. iniuriarum actio, & ibi gl. & Doct. omnes. C. de iniur, & §. petitur, cum ibi not. per Doct. inſt. eod. & refert Plaz. in d.*
3 *cap.* 6. *nu.* 19. Sed hoc intelligitur de actione iniuriarum prætoria, pro qua patri permittitur agere proprio nomine, non autem de ciuili, quæ oritur ex lege Cornelia, nam pro ea pater non agit, niſi nomine filij, vt dicit expreſsè *tex. in l. lex Cornelia, verſ. item quæritur, &*
4 *in l. pater. ff. de iniur.* Hoc autē ius quærelandi nō cōuertitur, filio. n. non cōpetit actio quærelādi pro iniuria facta patri, vt benè animaduer-
5 tit *Surd. in deciſ.* 89. *ſub nu.* 12 Hinc etiam eſt, quòd pater poteſt remittere iniuriam factam filio etiam ipſo ignorante, vel inuito, vt ex cōmuni Doctorum ſententia refert *Ant. Gomez. in d. cap.* 6. *num.* 6. *Boſſ. in tit. de pace num.* 16. *Franc. Marc. in deciſio. Delfin.* 672. *in* 1. *par. Arius Pinel. in l.* 1. *C. de bon. mater. in* 3. *par.*
6 *nu.* 105. *& Surd. in d. deciſ.* 89. *nu.* 12. Sed hæc concluſio eſt etiam intelligenda cum eadem diſtinctione, vt ſcilicet ſi iniuria ſit leuis, ex qua oriatur actio prætoria, liceat eam ſoli patri remittere, ſi verò iniuria ſit grauis, & atrox ex lege Cornelia, vel publico crimine deſcēdens, tunc eam non poſſit ſolus pater remittere, niſi concurrat etiam remiſſio filij, qui eſt principaliter offenſus, vt inquit *Alber. in d. l. lex Cornelia, §. illud, ff. de iniur. plenè Octau. Vulpell.*

in tract. de pace,q.8.& Pras. de Franch.in de-
7 cis.7 5.in 4.par.per tot. Qua in re notandum
est, quod inter graues iniurias reputatur ea,
quæ fit filio a persona coniuncta, & ideo eius
remissio soli patri non permittitur, vt dixit no
tabiliter Bar.in l.Lutius nu.3. ff. sol. matrim.
quod dictum pro singulari referunt Hippol. in
sing.573.Rom.in sing.93.Bero.in q.75.num.2.
& Ioseph.Lud.in comm.opin.lib. 1.concl.41.
8 in 1.limit. Grauior enim reputatur iniuria,
quæ infertur a persona coniuncta, quàm ab ex-
traneo,vt inquit Crauet.in cons.168.num.11.
9 Ex qua ratione infertur,quòd iniuriam violati
thori, quæ filij personam grauiter tangit, pa-
ter remittere non potest, l.inter liberas.§. fi-
liusfamilias.cum ibi not.per Doct.ff. ad l. Iul.
de adulter.Plaz.in d.c.6.sub nu.22.vers.alius
etiam subijcitur casus.Boer.in decis. 338.sub
nu.12.& Ioseph.Lud.in d.concl.41.in 4.limi.
10 Declaratur autem principalis conclusio,quod
non procedit in patre vili,& abiectæ conditio-
nis,si è contra filius est persona honesta,vel ali-
quo titulo decorata,cessante enim ratione,quā
lex considerat, quod pater sit prudentius pacē
facturus,cessat quoque eius dispositio, vt inquit
Plaz.in eod.c.6.nu.22. Bero.in d.q.75.num.3.
Ioseph.Lud.in eadem concl.41.in 3.limit. Qui
11 omnes ex eadem ratione inferunt idem esse in
patre furioso, vt mediante persona sui curato-
ris nullo modo valeat pro filio sanæ mentis pa-
12 cem facere; Eademq; ratio, & iuris dispositio
procedit, si pater sit absens, ex reg. tex. in l.si
longius,§.1.cum ibi not. per Iacobin. nu. 2. ff.
de iudic.vt in specie dicit Plaz. in eod.c. 6. nu.
13 22.vers.quartus subijcitur casus. Declaratur
etiam principalis conclusio, quod non proce-
dit,quando statutum, vel aliqua Principis in-
dulgentia delictum minueret, vel delinquenti
parceret habita pace ab offenso, tunc enim,
quia verba intelligi debent in proprio signifi-
catu,pax a patre obtenta non prodesset ei, qui
filio iniuriam intulit,ex not.per Ang. in l. sed
si vnius,§.filiusfamilias,ff.de iniur.Petr.Bel-
lin.in tract.de re milit.in 10.par.tit.2.nu. 59.
Vulpell.in tract.de treug.& pac.q.8.nu. 5. &
14 Fras.de Franch.in decis.715.in fi. Et demum
declaratur,quòd prædicta conclusio non pro-
cedit,nisi in patre filium sub eius potestate ha-
bente,secus verò si filius esset emancipatus, vt
inquit Aret.in d.§.patitur sub num.3. inst.de
iniur.et ibidem Io.Fab.num.1.& in l.2.nu.2.
C.eo.& ita conclusum fuisse in Senatu Medio-
lanensi refert Iul. Clar. in q. 58. vers. quaro
15 nunquid, in fin. Immo etiam si filius esset sub
patria potestate,& is qui iniuriam intulit, cre-
deret eum esse sui iuris, ita quòd non habuerit
animum offendendi patrem,videretur quoque
denegandam esse patri iniuriarum actionem
proprio nomine,vt notabiliter dixit Aret. in
d.§.patitur,n.2.& Iz. in summ.C.de iniur.
16 nu.9.vers.huc ita. Hinc autem infertur,quod
licet pro iniuria facta vni de familia,videantur
offensi omnes de eadem cognatione, ita quòd
repelluntur a testimonio contra offendentem,
& pro ea possunt criminaliter accusare; Nihi-
lominus nemini licet pro iniuria alteri illata
ciuiliter agere ad priuatum commodum,vel vt
aliqua pœna sibi applicetur, nisi habeat eum,
qui iniuria afficitur in sua potestate, prout be-
nè animaduertit Bart.in d.l.lex Cornelia, sub
nu.1.ff.de iniur.et Bald. in l.1.nu.6. C.si qua-
cunque præd.dign.qui subdit,quoad animi af-
fectum,offensionem omnes tangere,sed nō quo
ad alia,& hæc declaratio est communiter rece-
pta,vt testantur Gramm.in consi. 12. num.27.
Surd.in decis.89.num.11. & seq. Menoch.de
arbitr.iud.cas.262.nu. 4. & Batard. in addit.
ad Iulium Clar.in §.iniuria,sub num. 37. &
seq.qui etiam explicat de quibus cōsanguineis
hoc intelligendum sit,& vsque ad quem gradū,
quod totum Iudicis arbitrio remittendum
esse,finaliter concludit Menoch. in eodem cas.
17 262. num. 2. Et ex hac distinctione sequitur,
quòd etiam pro iniuria facta seruo, dominus
agit proprio nomine,si iniuria sit atrox, vel fa-
cta contemplatione Domini, §. seruis autem,
cum ibi not.per Aret. num. 1. instit. de iniur.
18 Quod extenditur etiam ad iniuriam factam
famulo, & pastori, vt inquit Bald. in l. si quis
homicidij, in fin.C.de accus. Alex. in addit.ad
Bar.in l.item apud Labeonem,§.si quis seruo,
ff.de iniur. Ant.Gomez.in 3.thom. variar.re-
solut.cap.6.in tit.de iniur.nu.6. Guid. Pap. in
decis.557.et Batar.in addit.ad Iul. Clar. in §.
19 iniuria, nu. 39. Ex eademque ratione infer-
tur,vt idem sit,quando infertur iniuria procu-
ratori,seu negotiorum gestori in contumeliam
Domini,vel ipso præsente, vel si inferatur in-
iuria tempore quo procurator, siue alius mini-
ster erant in exercitio representātes personam
Domini,vt considerant Cyn.in eadem l.si non
conuicij.sub nu.7.Salyc.in d.l.1.sub num.2.et
Io.Fab.in d.§.sed si libero homini,nu.1.instit.
20 eod. Et idem est in discipulo,cui fit iniuria in
contemptum præceptoris, vt inquit Nicas. in
§.seruis autem num.4.instit.eod. et Iodoch.in
21 pract.crim.cap.137.sub nu.10. Eademq; con-
clusio ampliatur etiam in marito, qui similiter
proprio nomine agit pro iniuria facta vxori,
l.1.§.item ait.ff.de iniur.Natt.in cons.66.nu.
1.vol.1.plenè Plaz.in epith.delict.c.6.nu.23.
22 et seq. Qui post longam disputationem ex ea-
dem ratione cōcludit, quòd inferens iniuriam
vxori magistratus, eadem pœna puniri debet,
ac si eam ipsi magistratui intulisset, pro qua cō-
clusione adeò receptam esse vtriusque classis
Do-

Doctorum sententiam, vt ea amplius in controuersiam deduci non possit, refert *Iul.Clar. in d.§.iniuria, vers. item iniuria facta vxori.*
23 Eademq; dispositio procedit in iniuria facta sponsæ, vt apertissimis verbis suadet *tex.in d.l. apud Labeonem, §.sponsum*, & testatur *Salyc.*
24 *in d.l.2.in fi.C.de iniur.* Et idem est in iniuria facta nurui, pro qua similiter competit actio socero, cùm loco patris habeatur, *l.1.§.item aut*, cum ibi not.per *Doct.ff.eod. & Doct.omnes in*
25 *d.§.patitur.* Verùm si concurrant pater mulieris, & socer, tunc pater præfertur, vt inquit *Io. Fab.in d.§.patitur, nu.4.* sed *Aret.ibidem* hoc intelligit, quando agerent nomine mulieris, secus si proprio nomine, tanquam particulariter offensi ex illa iniuria, nam tunc vnus alium nõ impediret, & æqualiter in agendo concurrerẽt.
26 Secus autem est in iniuria facta marito, nã pro ea mulier non agit, cùm ipsa sit in potestate viri, non è contra, vt dicitur in eodem *§.patitur, & in l.2.ff.de iniur.* nisi iniuria esset talis, quæ æquè principaliter tangeret honorem vxoris, vt si quis vocasset virum cornutum, vel maritum meretricis, vt benè considerat *Aret. in dicto §. patitur, & Baiard. ad Iulium* Clar.
27 *in dicto §.iniuria, num.39.* Et eadem quoque conclusio procedit in Episcopo, quando fit iniuria clerico, & in quolibet Prælato, quando eius subditus contumelia afficitur, vt notat *Boss. in tit. de iniur. num.33. Anton.Gomez in dicto cap.6. num.6. vers. item etiam est dubium, & plenè Carau.in rit.275.nu.27.cum*
28 *plur.seq.* Et idem est in ciuitate, quando infertur iniuria alicui ciui, & in vtili domino, quando fit iniuria eius vassallo, & alijs similibus, vt benè explicant *Aret. & alij in d.§.seruis autem, & Boss.in d.tit.de iniur.nu.33.post Bart. in d.l.1.§.idẽ ait, & adden.ad eum, ff.de iniur. Oldr.in cons.66.nu.1.et Foller.in pract.crim. in ver. audiantur exceptiones, nu.70.* Hinc
29 est, quòd Baro habens iurisdictionem ciuilem, potest legitimè comparere pro suis vassallis ad proponendum grauamina eis illata per dominũ iurisdictionis criminalis, vt pulchrè refert
30 *Io.Vinc.de Anna in sing.61.* Et ex eadẽ quoque ratione procedit, quòd quilibet ciuis dicitur particulariter lædi ex iniuria, quæ fit vniuersitati, & eam prosequitur tãquã propriam, vt inquit *Bart.in l.1.§.fin.ff.de iust. & iure.* Vnde infertur, quòd si quis committat vsuram cum vniuersitate, & sindicus renuit querelam proponere, sine qua non posset ex officio procedi, quilibet ciuis posset eam proponere pro suo particulari interesse, vt notabiliter testatur *Ca-*
31 *rau.in rit.191.nu.16.& seq.* Non autem idem est econuerso, quando particulares delinquũt, nam tunc nõ punitur vniuersitas, etiã si maior pars ciuium in delinquendo conueniret, nisi præcedat tractatus, & deliberatum totius vniuersitatis consilium ad delinquendum, vt pulchrè refert *Curt.iun.in cons.vlt.in fi. num.9. vol.2. plenè Cacher.in decis.Pedem.138.nu.27. & seq. & alij relati per Vrsill. in decis.376. nu.1. & seq. & per Hippol.de Mars.in tract. de bannit.in ver.ciuitate, nu.8.cum plur.seq. & in pract.crim.§.constante, nu.47.* Ad hoc enim vt vniuersitas puniri possit, non sufficit, quòd omnes ciues, seu totus populus delinquat, sed opus est, quòd præcedat publici concilij ad id faciendum cõuocatio, & deliberatio, vt in specie inquit *Bart.in l.aut facta, §.fin.nu.9.ff.de pœn.* cuius opinionem communẽ esse testantur *Iul.Clar.in q.16.vers.vlterius quæro*, & alij quos plenissimè cumulãt *Mascard. de probat. in concl.1420. incip.vniuersitas, nu.1. & Farinac.in tit. de delict. & pœn. q.24. num.129. vers.quarta sit conclusio*, qui multipliciter ampliant, & declarant hanc conclusionem, & in specie notandum est, eam procedere etiam si totus populus delinqueret, vel maior eius pars ad sonum tubæ, vel campanę, ac vexillo leuato, & acclamationibus, iuxta plenè not.per *Corn.in cons.224.vol.4.* Et idem est, si in eo delicto interuenerũt homines de regimine vniuersitatis, qui acclamando populi seditionẽ concitassent, nam ex Administratorum crimine vniuersitas puniri non debet, si illa tria copulatiuè nõ concurrunt, scilicet consilij conuocatio, congregatio, & deliberatio, vt ex communi Doctorum sententia testantur *Mascard. in d.concl.1420. nu.7. & seq. & Farinac.in d.q.24.nu.130. in*
32 *1.& 2.ampl.* Hinc notabiliter *Natt. in cons. 83.vol.1.* strenuè defendit vniuersitatem, quæ rebellionis crimine imputabatur, ex eo quòd militibus denegauerat hospitium, tenendo ianuas ciuitatis clausas, idque pluribus rationibus, & pręcisè quia non præcedebat collegialis tractatus, & deliberatio vniuersitatis, vt legi-
33 tur *in d.cons.nu.9.& per totum.* Similiq; modo nec ex particularium delicto vniuersitas punitur, quoad amissionem priuilegiorum, prout in pulchro casu consuluit *Crau.in cõs.21.nu.8.*
34 Sicut nec actus particularium prosunt vniuersitati ad fundandũ possessionem, iuxta not.per *Surd.in cons.28.nu.3.vol.1.* nisi agatur de exequutione facti collegialiter ordinati, vt egregiè explicat idem *Surd.in eodem cons.num.38. plenè Io.Ant.de Nigr.in cap.reg.271.nu.12. Anna in sing.585. Mascard. de probat. concl. 1195.num.10. & seq. Rot. Bonon.in decis.70. Vrsill.in decis.376.nu.2. & Marcellus Calà in tract.de modo articul.nu.183.* Multis autẽ modis limitatur supradicta conclusio, primò enim eam communiter Doctores procedere intelligunt, quando delictum est momentaneũ, secus verò quando ageretur de crimine rebel-

lionis

lionis habente tractum successiuum, nam tunc ex tolerantia præsumeretur vniuersitatis ratificatio, præsertim si aliquod publicum commodum ad eam perueniret, vt ex communi Doctorum sententia affirmant in eisdem locis supra citatis, *Mascar.nu.16.et seq.et Farin.nu.131.* Secunda notabilior eiusdem conclusionis limitatio est, quòd ea procedit quando delictū consistit in committendo, secus verò si in omittendo, vt puta si dominus, vel officialis alicuius loci offenditur, & ciues negligunt ei auxilium præstare, iuxta plenè not. per *Capyc. in decis.* 149. & alios relatos per *Mascar. in ead.concl.* 1420.*nu.20. & seq. & Farinac.in d.q.24.nu.* 132.*cum plur. seq.* qui eam optimè explicant quomodo hæc limitatio intelligenda sit, ideo

35 ad eos me remitto. Potest etiā principalis conclusio ampliari, vt procedat quoque in socio itineris, quando iniuriam socio illatam in animum reuocauit, ex not.per *Bal.in l.quoniam, C.de testib.* quem refert *Alex.in addit.ad Bar. in d.l.apud Labeonem, §.si quis seruo, ff.de iniur.* pro quo faciunt not.per *Herculan.in tractatu de caut.de non offend.cap.18.sub nu.1.et Vulpell. in tract.de pace, q.41.num.1. & seq.*

36 Hinc est, quòd socius itineris non est idoneus testis contra inferentem iniuriam eius socio, dum semel ibant, vt refert *Arnon.in problem.* 59. *& Rot. Lucens. in decis.35. in nouissimis trium Auditorum.* Sed hoc etiam intelligitur cum eadem declaratione, quando iniuriam socio illatam, ad animum reuocauit, quòd ex verbis, signis, & coniecturis arguitur, iux. not.per *Bal.& Salyc.in l.quoniam liberi, C.de testib. et per Farinac.in tract.de testib.q.60.nu.403. & seq.* Ad quam conclusionem notandæ etiam sunt duæ aliæ singulares declarationes, quas refert *Vulpell. in cons.* 87. Quarum prima est, quòd exceptio hæc quæ ad diminuēdam fidem socij itineris obijci solet, non procedit in eo, qui est socius itineris per accidens, nam hic est integer testis, & omni exceptione maior. Altera notabilis declaratio est, quòd tunc socius itineris repellitur, quando inquisitus fatetur delictum, sed dubitatur de modo, & circūstantijs ipsius, tunc enim quicquid socius offensi deponit ad aggrauādum inquisitum de insultu contra eius socium, videtur esse suspectum, ob participationem iniuriæ: secus autem est, quando inquisitus omnino negat totum factum, tunc enim creditur socio itineris, alioquin si inquisitus allegat, ei non esse credendum ex quo erat socius offensi, videretur quodāmodo fateri delictum, quæ summopere notanda sunt, nam penes alium Doctorem ea vidisse non memini.

Postquam autem vidimus de personis, quę tam proprio, quàm alieno nomine iniuriarum querelas prosequi possunt, non incongruè etiam videndum est an omnis iniuria sit semper punibilis? Et ideo primò notandum est, quòd per generale conuicium non infertur iniuria, si nō continet aliquam speciem delicti, vt pulchrè considerant *Natt.in cons.671.nu.1. & Ruin.*

38 *in cons.162. in princ.vol.4.* præsertim si absit animus iniuriandi, iuxta not.per *Rom.in cons.* 96.*nu.5.& Gramm.in decis.37.nu.9.* Et pro-

39 inde non est inferre iniuriam, si alicui dicatur, Tu dicis falsum, seu mendacium, quia non ex hoc sequitur necessariò, quòd scienter falsum dicat, vt notabiliter dixit *Alex.in l.de tutela. nu.4. C.de integ.rest.minor.* quem refert *Bertazol.in cons.crim.88.nu.3.vol.1.*& licèt contrarium affirmet idē *Bertaz.in cōs.152.nu.13.* nihilominus hanc esse veriorem opinionem, plenè probat *Steph.Gratian.in 1.tom.discept. forens.c.81.nu.2.* Verba enim semper sunt interpretanda in bonam partem, quando fieri potest, vt iniuriandi animus excludatur, iuxta plenè not.per *Grauet.in cons.9.per tot.* Et quan-

41 do verba sunt dubia, statur iuramento asserentis non habuisse animum iniuriādi ex not. per *Guid.Pap.in cons.225.nu.3.relatum per Ber-*

42 *tazol.in d.cons.88.in fi.nu.7.* Aliud autem est dicere, Mentiris, nam hoc non licet etiam iniuriam propulsando, quia est excedere defensionis terminos, hoc enim verbum, Tu mentiris, duo facit, primo illatam iniuriam repellit, secundo nouam infert, cùm idem importet ac si dicatur, Tu sciēter falsum dicis, vt pulchrè animaduertit *Soc.iun.in cons.123.nu.27.vol.2.et*

43 *Menoch. in cons.41. nu. 4.* Verùm quia hæc conclusio multos habet contradictores, & *Iul. Clar.in §.iniuria, versf.quæro etiam nunquid in fine*, refert, Senatum absoluisse quendam, qui prouocatus dixerat, Tu mentiris. Ideo pro veritate huius decisionis, vide omnino *Bolognet.* qui eam optimè explicat *in l.vt vim, nu. 94. & seq.ff.de iust.& iure.* & quæ nouissimè tradit *Pet.Caball.in resol.crimin. cent.2. cas.* 154.*per tot. Apost.ad Farinac. in cons.38. in lit.I. & Paul.Granut.in theorem.5 per totū.* In iudicio verò licitum esse dicere aduersario, quod mentitur, probat *solemnis tex.in l.quæ omnia, §.1.ff.de procur.* quem ad hoc pōderat *Rouit.in commen.super prag.in rub.de iniur. nu. 3.* Item non tenetur actione iniuriarum, is, qui meretricem illam vocat, quę olim fuerat meretrix, quāuis nunc esset emendata, vt refert *Farin.in tit.de var. & extraord. crim.q.105. nu.221.& Baiard.ad Iul.Clar.in d.§.iniuria*

45 *nu. 41.* Multa etiam alia ad excusationem iniuriantis ponderat notabiliter *Bertaz. in cōs.* 176.*per tot. & addit. ad eundem in cons.*108.

46 *lit.A.& in cons.115.lit.B.* Et multa etiam ad excusationem legentis, & non lacerantis famosum libellum, tradit *Bursat.in cons.94.per tot.*

in

in 1. *vol.* Ad quam materiam pro vera tex. in-
telligentia in *l.vn.C.de famos.libell.* nonnulla
valde notabilia refert C*ephal.in cons.*341.*vol.*
3.& nouissimè *Præs.de Franch.in decis.*533.*in*
4.*par.* & qualiter puniatur is, qui scribit lite-
ras famosas, & eas alicui secrete mittit? vide
*Marcobrum.in cons.*38. quem refert *Rouit.in*
48 *d.rub.de iniur.nu.*6. An autem veritas con-
uitij prolata in iuditio, vel in supplicatione
Principi oblata excuset à pœna iniuriarum?
pulchrè explicat *Hier. Magon. in decis. Flor.*
25.*per tot.* plenissimè *Farinac.in tit.de var.&*
*extraord.crim.q.*105.*inspect.* 5. *& Apost. ad*
*eundem in cons.*30. *in lit. V.* & vide omnino
quæ post eundem *Farinac.in d.cons.*30.copio-
sissimè tradunt plures famosi Doct.tam pro fi-
sco,qnam contra fiscum in casu notabili ibidē
49 relato. Et quid si non fuit probata? plenissimè
declarant *Io. Vinc. Honded. in cons.* 112.*per*
*tot.vol.*1.*Purpur.in cons.*514. *nu.*6. *& Fari-*
nac.in tit.de var.& diuers.crimin. q. 105. *in-*
50 *spect.*18.*per totam.* Et an teneatur actione
iniuriarum,qui opponit exceptiones contume
liosas contra actorem,vel testes? vide *Rip. in*
cap.cum M.Ferrariensis,num. 90. *de constit.*
*Soc.in cons.*118.*vol.* 1. *Boer. in decis.* 245.*sub*
*nu.*7.*& seq.Hier. Magon.in decis. Lucen.* 26.
per totam,& Honded. in consi. 96.*per totum,*
*vol.*1.*et plenè Gratia.in d.c.*81.*nu.*5. *cum plu-*
51 *rib.seq.* Pluribus autem modis infertur verba-
lis iniuria, vt si dicatur alicui, tu es animal,
prout not. *Card.Zabar.in cap.scriptum, §.sa-*
52 *nè,nu.*1.*de elect.* Item si cui dicatur, tu es stul-
tus, prout in casu, quem refert *Curt.iun.in cōs.*
53 148.*vol.*2. Item vocando aliquem vsurarium,
vt in casu *Crau.in cons.*145.*nu.*1.*et seq.* Item
54 magna est iniuria alicui dicere, quòd descendit
de prosapia Iudæorum, iuxta not.per *Lud. Pe-*
55 *guer.in q.crim.*13.*per tot.* Ab huiusmodi enim
prosapia descendentes adeo sunt exosi, quòd
eos ad nobilitatis iura nunquam aspirare posse
pluribus rationibus, notabiliter probat *Ioan.*
Arz.ab Otalora in tract.de nobilit. hispan. in
56 2.*par.*3.*par.c.*7. Iniuriosum quoque verbum
est alicui dicere, furfante, prout in casu relato
per *Marc. Mant.in cons.*325. *nu.* 18. vbi dicit
idem esse, ac si eum furem nuncupasset, nam
furfantes dicti sunt, quasi furantes fundo; An
autē sit iniuria dicere alicui; Ego sum nobilis,
seu bonus sicut tu, & plus? dic quod non, vt ex
multorum Doctorum sententia refert *Baiard.*
*in addit.ad Iul.Clar.in §.iniuria,nu.*28. Nec
iniuriarum actione teneri eum, qui dicit alicui,
tu es impudens, refert idem Baiard. *ibid. n.*30.
57 Qualiter autem puniatur, qui ostendit ficas in
faciem Iudicis? vide *Anto.Thesaur. in decisio.*
58 229. *per totam.* Et quid si quis eleuauit duo
digita quasi cornua designans? vide *Gasp.The-*
59 *saur.in addit.ad eandem decis.nu.*5. Et quam
pœnam incurrat appendens picturas obscenas
ante hostium alicuius? vide *BertazZol.in cons.*
265.*vol.*1.*et Petr.*Caball.*in* 1.*lib.resolut.cri-*
60 *minal.cas.*71.*per tot.* Et an deferens habitum
religiosi in ludis profanis puniri debeat tan-
quam inferens religioni iniuriam? vide *Ioan.*
Fabr.in §. iniuria,in fi.inst.de iniur. et Frāc.
61 *Marc.in decis. Delphin.*123.*in* 2.*par.* Et an
percussio cum alapa sit grauis iniuria, & quo-
modo punienda? vide omnino *Viu. in decisio.*
46.in qua conatur defendere, quòd pro ea non
potest alia pœna iniungi, quam pecuniaria, vel
exilij, sed quod ea inter graues reputetur iniu-
rias, pluribus authoritatibus probat *Farinac.*
62 *in d.q.*105.*nu.*207.*& seq.* Qualiter autem pu
niatur percussio cum baculo? vide *Gramm. in*
*vot.*15.*& in decis.*17.*Carau.in Rit.* 68. *nu.*2.
63 *& Crau.in cons.*224.*nu.*3. Et quid si percutia-
tur clericus? *vide Anto. Thesau. in decis.* 224.
64 *nu.*2.*& per tot.* Et an puniendus sit is qui pu-
gno percussit eum, qui dixerat, quicunque vult
dicere hoc mentitur? vide *Soc.iun. in cons.* 38.
65 *vol.* 3. Et an sit iniuria aliquem maledicere?
vide *Ant.Gomez.in d.lib.*3.*varia.resol. cap.*6.
66 *sub nu.*2. *vers. item adde.* Et an puniatur in-
iuria prolata contra absentem? vide *in l. item*
apud Labeonem,§.conuitium.ff.de iniur. Boss.
*sub tit.de iniur.nu.*35.*& Magon.in decis.Flo*
67 *ren.*25.*nu.*1. Et an in iniurijs ad inuicem di-
ctis admittatur compensatio? vide *Thom. Fer-*
*rat.in caut.*39.*Capyc.in decis.*58.*n.* 1. *& Viu.*
68 *in commu.opin.*6.*nu* 4.*in* 1.*par.* Et an in ver-
balibus iniurijs admittatur pœnitentia ad pœ-
nam euitandam? vide *Natt.in cons.*671.*nu.*3.
& pulchrè *NeuiZ in cons.* 76. *num.* 1. *& seq.*
69 Et an in accusatione iniuriarum ciuiliter in-
tentata possit cumulari condemnatio ad pœnā
fisci? vide *Thesau.in decis.*18.*& Lud. Peguer.*
70 *in quæst.crim.*13.*per tot.* Et an iniuriarum
actio præscribatur anno? vide omnino *Anton.*
*Gomez.in d.c.*6.*nu.* 15. *Plot. inter cons. crim.*
*diuers.cons.*131. *nu.* 19. *vol.* 1. *Plaz. in epith.*
*delict.c.*6.*in fi.& Farinac. in tit. de inquisit.*
71 *q.*10.*nu.*21. *& seq.* Et quod intelligitur de
anno continuo, qui currit a die latæ iniuriæ,
tradit *Cuman.in cons.*74.*sub nu.*5. *& Cepoll.*
*in cons.crim.*70.*nu.* 4.

Finis Cap. Decimi.

PARS SECVNDA.

DE NATVRALI OBLIGATIONE, QVA PARENTES erga liberos, & econuerſo iure ſanguinis obſtringuntur.

CAPVT PRIMVM.

Filij omnibus præferuntur in accuſando, & remittendo patris interfecti necem, etiam ſi non ſint eius hæredes, hinc plenè explicatur quo ordine admittantur proximiores defuncti in iure quærelandi, & remittendi? & an & quando ab hoc iure excludantur filij ſpurij? Et an tutor poſsit remiſsionem facere pro pupillo ſine Iudicis decreto? Et an & quando contractus minoris iuramenti vinculo roboretur? Et demum multa alia notabilia ad hanc materiam remiſsionum ſpectantia ſubijciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Accuſandi, & remittendi ius necem aliis niſi defertur proximioribus iure ſanguinis, & nu. 4. & 5.*

Et qui præferuntur in accuſando, præferuntur etiam in remittendo, nu. 2.

3 *Filij etiam emancipati, quamuis patris interfecti hæredes non ſint, primum obtinent locum in accuſando, & remittendo.*

Et recipiendo aliquid ab interfectore pro facienda pace, non cenſentur hæreditatē adire, nu. 6.

An filijs maſculis, & fœminis competat æqualiter ius accuſandi, & remittendi, nu. 7. 8. & 9. & concluditur de iure Regni fœminas excludi.

Vxore tamen interfecta, an filij præferantur alijs conſanguineis remotioribus, nu. 10.

11 *Monaco interfecto habente patrem, vel filiū ante monacatum, an Abbas præferatur illis in accuſando, & remittēdo, ubi etiam quid in Monaco non profeſſo.*

12 *Vxor ſecundum communem opinionem præfertur filijs in accuſando, & remittēdo mortem mariti, & num. 13. Etiam ſi ſit ſponſa tantum, nu. 14. & non mariti hæres, n. 15. Sed contrarium in Regno fuit deciſum, num. 16.*

17 *Vxor in accuſando ſimul cōcurrit cum patre, & filijs ſecundum aliquos.*

18 *Maritus præfertur filijs in remittenda vxoris nece.*

19 *Filijs adoptiuis ius accuſandi, & remittendi non competit.*

20 *Filijs poſthumis in vtero exiſtentibus curator ventris datus, neque accuſare, neque pacem facere poteſt.*

21 *Filij naturales tantum, vel ſpurij, an ius accuſandi, & remittendi habeant, & nu. 32. 36. 37. 40. & 54.*

22 *Filiorum plures ſunt ſpecies.*

23 *Filij vulgo concepti, & ſpurij, qui ſunt, & num. 24.*

25 *Filij naturales tantum, qui ſunt, & nu. 26. 27. 28. 29. & 31.*

28 *Natus ex virgine ſtuprata humilis conditionis dicitur naturalis, quia coitus cum tali fœmina humilis conditionis non eſt accuſabilis, nec punibilis, & quid in nato ex coniugato, & ſoluta, nu. 29.*

Secus tamen ſi natus eſſet ex Virgine ſtuprata per vim, nu. 30.

Et quid in nato ex coniugato, & vidua, vel concubina, eo. nu. 30.

33 *Pater putatiuus non admittitur ad accuſandum, neque ad remittendum.*

34 *Filius filij ſpurij etiam excluditur ab accuſando, & remittendo.*

35 *Nepos ex filio ſpurio an admittatur ad ſucceſſionem aui, & nu. 47. & 48.*

38 *Filius ſpurius eſt incapax hæreditatis paternæ tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, & nu. 41.*

Et quæ ſit cautela, vt ſpurijs aliquid relinquatur, nu. 51.

Fallit

pturis, remissiuè.

Quid in Episcopo, et clerico, num. 112. *remissiuè.*

Et an sit opus, quod praestetur super euangelijs, nu. 113. *remissiuè.*

An autem valeat iuramentum in scriptura priuata praestitum. nu. 114. *remissiuè.*

115 *Tutor faciens pacem pro pupillo non potest illum ad poenam conuentionalem obligare.*

116 *Consanguineis pluribus existentibus interfecti, an ab omnibus sit obtinenda remissio.*

Si tamen vnus in eodem gradu quaerelauit, et litem contestatus fuit, alter superueniës non admittitur, nu. 117.

118 *Frater vtrinque coniunctus praefertur vterino in quaerelando.*

Et praefertur etiam fratri consanguineo tātum, nu. 119.

120 *Nepos ex fratre an praeferatur patruo illius, de cuius successione agitur, remissiuè.*

121 *Remissio sufficit, si fiat à patre occisi, quamuis nasceatur deinde posthumus interfecti.*

122 *Remissio principalis vulnerati an sufficiat, si postea sequatur mors, remissiuè.*

123 *Exculpatio interfecti in articulo mortis, an prosit inquisito ad collenda, vel minoranda indicia, remissiuè.*

124 *Remissioni si adijciatur pactum, vt inquisitus non accedat per tot annos ad patriam offensi sub poena, an valeat tale pactum, remissiuè.*

125 *Remissio obtenta propter pecuniam, arguit delicti confessionem contra inquisitum.*

Limitatur si fiat transactio à patre pro filio inquisito, nu. 126.

127 *Inquisitus si soluat aliquid Curiae per viam compositionis, an censeatur fateri delictum, remissiuè.*

Quid si remittat se gratijs Curiae, et Curia illum nimis componat, an possit appellare, nu. 128. *remissiuè.*

129 *Offensus quaerente pro remissione summam immodicam, an Iudex possit illam taxare pro eius arbitrio, remissiuè.*

1 ICET autem ius querulandi pro iniuria filio viuenti illata inter effectus patriae potestatis tantùm connumeretur, ius tamen accusandi, & remittẽdi necem defuncti naturalem obligationem magis respicit, & iure sãguinis, ꝓximioribus defert, ita vt semper magis coniuncti remotioribus praeferantur, *l. si plures, ff. de accus. & l. 2. §. si simul, cum ibi not. per Bar. & Ang. ff. de adult.* etiam si remotiores magis diligentes fuissent in accusando, iux. not. per *Plaz. in epith. delic.*
2 *cap.* 39. *nu.* 18. Et qui praeferuntur in accusando, praeferuntur quoque in remittendo, vt inquit *Ant. Gomez. in 3. thom. var. resol. cap. 3. de homicid. sub nu. 65. & Plaz. in d. c. 39. n.* 17.
3 Primũ aũt locũ in accusando, & remittẽdo defuncti necẽ obtinent filij, etiã si sint emãcipati, & nõ sint interfecti patris haeredes, prout optime ex communi Doctorum sententia refert
4 *Plaz. in c. 45. nu. 2.* Ea quidem potissimum ratione, nam hoc ius quaerelandi non competit filijs vti successoribus paternae substantiae, sed iure sanguinis, ita vt etiam si alius esset patris haeres, nihilominus non illi haeredi extraneo, sed filio ius quaerelandi, & remittendi competeret, non obstante, quòd non esset haeres patris, quamuis tutius esset ab vtroque pacem habere, vt plenè testantur *Iul. Clar. in q. 58. vers. quaero nunc, Ant. de Padill. in repet. l. transigere. nu. 62. C. de transact. Plaz. in d. c. 45. nu. 3. Boer. in decis. 121. & V. ne. de Franch. in de-*
5 *cis. 611. in 4. par.* Quae conclusio est adeo vera, & communis, quòd etiam si statutum dicat, ꝙ non remittatur delictum, nisi obtenta pace ab haeredibus occisi, nihilominus intelligi debet de haeredibus sanguinis, non bonorum, vt in spetie dixit *Bar. in l. si filius qui patri, num. 8. ff. de vulg. & pupill.* cuius doctrinam omnes Doctores communiter sequũtur praeter *Nell. in tract. de bannit. in 3. par. 2. temp. quaest. 35.* prout refert *Vulpell. in tract. de pace q. 11. per tot.* eandemque opinionem confirmat idem
6 *Praes. de Franc. in d. decis. 611. n. 3.* Imò si filius aliquid recipiat ab interfectore pro facienda pace, non per hoc censetur paternam haereditatem adire, cùm illud non habeat haereditario iure, vt affirmant *Iul. Clar. in d. q. 58. vers. sed incidenter quaero, Ant. de Padill. in d. l. transigere, nu. 63. Petr. Belin. in tract. de re milit. par. 10. tit. 2. nu. 57. & seq. & Vrsill. in decis.*
7 *372. nu. 8.* Sed pone, quod quis interfectus fuit relictis filijs masculis, & foeminis, an omnibus aequaliter competat ius accusandi, & remittendi? & breuiter distinguendo respondeo, quòd de iure communi aequalis est masculorum, & foeminarum conditio in accusando, & remittendo, sicut aequales sunt in succedendo, verũ si aliqua inter eos oriatur differentia, masculorum voluntas praefertur voluntati foeminarũ, etiam si illae essent maiores numero, vt concludit *Plaz. in d. c. 46. nu. 8. & seq. & num. 11. & Stefan. Lamberteng. in tract. de contract. cor.*
8 *qui sine cert. sollemn. in glo. 1. nu. 340.* De iure verò statutario huius Regni, quo fęminae a masculis excluduntur à paterna successione, etiam in accusando, & remittendo masculi eis praeferuntur,

runtur, vt refert *Iul. Clar. in d. q. 58. ſub verſ. ſed quid ſi inter hæredes*, qui inquit ita etiam ſuiſſe obſeruatum, quando fœmina non fuit instituta hæres, ſed ei tantùm relictum legatum particulare, & ratio eſt ſecundum eum, quia in hac materia validum eſt argumentum de ſucceſſione ad accuſationem, ita vt proximiores in ſuccedendo ſemper potiora iura habeât etiam in accuſando, ex not. per *Alex. & Imol. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell.*

9 Hæc autem concluſio etiam in caſu, quo filia per ſuperexiſtentiam maſculorum a paterna ſucceſſione excluditur, contra Iul. Clar. expreſsè reprobatur à *Nant. Tartag. in comment. ſuper regia pragm. ſi. de compoſ. in 1. cap. nu. 20.* Ea quidem ratione, quia, cùm ius quærelandi, & remittendi iure ſanguinis deferatur, id nullo iure per ſtatutum tolli poteſt, *l. iura ſanguinis, ff. de reg. iur.* Et ideò quamuis fœmina non poſſit leuare faydam, ideſt inimicitiam ob ſexus imbecillitatem, quæ prohibet eam ſumere vindictam cum armis, nihilominus quoad vindictam iudicialem nulla videtur conſtituenda differentia inter mares, & fœminas in eodem gradu exiſtentes, vt dixit *Ang. in conſ. 289. in princ. plenè Rip. in l. 4. §. cato, num. 105. ff. de verb. oblig. Petr. Belin. in d. tract. de re milit. par. 10. cap. 2. nu. 58. Boer. in deciſ. 121. Anto. Gomez. in d. c. 3. de homicid. nu. 65. Boſſ. in tit. de pace num. 8. et Foller. in pract. crim in ver. audiantur exceptiones, nu. 23.* Sed hæc opinio ſtante dicta Regia Pragmatica, qua cautum eſt illis tantùm ius remittendi competere, quibus ius ſucceſſionis defertur, non procedit in hoc Regno, nam miſterioſè in illa pragmatica conſiderata fuit qualitas ſucceſſionis, & ideò cùm ſtantibus maſculis fœminæ à paterna ſucceſſione ſint excluſæ vigore cõſtitutionis Regni, in aliquibus, ex eadem rationis paritate ab ijs non eſt opus remiſſionem haberi, prout plenè probat peritiſſimus *Reg. de Pont. in tracta. de poteſt. Proreg. ſub tit. de prouiſio. ſier. ſolit. §. 4. à nu. 17. vſque ad nu. 32. fol. 27.* cum qua opinione concordat quoque *Reg. Carol. Tap. in ead. pragm ſi. de compoſit.* vbi teſtatur hunc articulum fuiſſe plenè diſcuſſum in Collaterali Conſilio, & tandem ita iudicatum. Et eandem opinionem nouiſſimè plenè defendit *D. Andreas Molfeſ. in conſ. 10. impreſſo poſt eius cõmentar. ad conſuet. Neap. num. 17. & ſeq. per tot.*

10 Inſuper pone, quòd quis occidit vxorem, ex qua ſuperſunt communes filij, & adſunt alij conſanguinei remotiores, an filij tàm in accuſando, quàm in remittendo ſint alijs præferendi? hanc quæſtionem mouet *Anto. de Padill. in d. l. transfigere nu. 57. C. de tranſ.* & reſpondet filium ad accuſandum patrem admittendum non eſſe cùm reperiatur expreſsè prohibitus, per *tex. in l. ſi adulterium §. imperatores. ff. de adulter.* Verum ſi filius patris occiſori iniuriam remiſerit, cæteris conſanguineis via accuſandi præcluditur, poſtquam proximior remiſit, & ſic concludit, quòd filius patrem actuſare de matricidio non poteſt, ex quo iuris prohibitio obſtat, ſed remittendo poteſt alijs viam præcludere. Verùm in eadem facti ſpetie *Boſſ. in tit. de pace, nu. 21.* dicit hãc quæſtionem de facto eueniſſe, & quòd Senatus Mediolani reddebat ſe valdè difficilem in admittendo huiuſmodi remiſſionem a filijs factam, ſed quòd omnis difficultas ceſſaret, ſi etiam alij matris interfectę conſanguinei conſentirẽt, & in hac eadem quæſtione *Iul. Clar. in quæſt. 58. verſ. cõtingit etiam aliquando*, refert, quòd in facti contingentia Senatus expreſsè reiecit remiſsionem, quam quidam vxoricida obtinuerat à communibus filijs, eorumque tutoribus, & econtra approbatam fuiſſe aliam remiſsionem obtentam à filijs per quandam mulierem, quæ virum in rixa interfecerat, fortè quia non militat eadem ratio metus reuerentialis in matre, ſicut in patre, per quam rationem non valere huiuſmodi remiſſionem, cùm præſumatur metu reuerentiali extorta, tenet etiam *Vulpel. in d. tract. de pace, q. 25.* & nouiſſimè *Petr. Caball. in 1. lib. reſol. criminal. cap. 58. num. 6. et ſeq.* plenè diſcuſſo hoc articulo, tandem in eandem opinionem inclinat, eamque veriorem eſſe quoque teſtantur *Maſtril. in commentar. pragmatica edita ſuper generali indultu in cap. 24. num. 79. et Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in quæſt. 58. num. 53. et ſeq.* qui tamen hanc concluſionem limitat non habere locum, quando filij eſſent maiores, aut emancipati, vel eorum mater pro adulterio interfecta fuiſſet, contrariam vero opinionem, quòd ſcilicet patri, qui vxorem occidit prodeſt pax, ſiue remiſſio obtenta à communibus filijs, indiſtinctè tenet *Farinac. in tit. de accuſat. quæſt. 14. nu. 14.* dicens in dubio metum reuerentialem paternum non præſumi, niſi præcedant minę, vel verbera, pro qua concluſione fundanda plura allegat, ſed re vera recedendum non eſt à ſupradicta prima opinione, quæ communis eſt, & melioribus rationibus fundata.

11 Sed non minus dubitabilis quæſtio eſt, ſi interficiatur Monacus, qui habeat patrem in ſæculo, vel filium ante monacatum ſuſceptũ, quis præferatur in accuſando, vel remittẽdo, pater ſcilicet, ſiue filius ipſius, vel Abbas? in qua q̃ſtione reperio, q̃ eã pleniſsimè tractat *Plaz. in epith. de delict. cap. 42. nu. 15. cum plur. ſeq.* & demùm pluribus rationibus concludit proximiores Monaci, nempè patrem, ſiue filium ipſius, ſeruata gradus prærogatiua præferendos eſſe Abbati, & Monaſterio, Imo ſi aliquod prædium ind-

perueniat, eisdem applicari debere, & in eandē
sententiam concurrit Boer. in decis. 121. nu. 9.
post Feder. de Sen. in cons. 174. sed hanc opi-
nionem strenuè impugnāt Alciat. in l. 4. §. Ca-
to, nu. 175. ff. de verb. obligat. Padill. in d. l.
transigere, nu. 39. & Arius Pinell. in l. 1. in 1.
par. nu. 46. C. de bon. matern. Vnde pro con-
cordia Iul. Cla. in d. q. 58. vers. vlterius quęro,
dicit quod si constat cuius intuitu facta fuit of-
fensa, ille præferendus est in accusando, si verò
sumus in dubio, tunc vtrique quæritur actio,
scilicet monasterio, & proximioribus Monaci,
& proinde concludit tutius esse ab vtrisque pa-
cem habere, & cum hac quoque distinctione
concurrit Carauit. in tit. 275. nu. 34. licet ali-
ter distinguant Vulpell. in d. tract. de pace, q.
13. & plenissimè Farin. in tit. de accusat. q. 13.
nu. 19. cum plur. seq. quos videas si placet, &
nouissime hunc articulū optimè explicat Fer-
dinandus Rouitus, meritissimus Regij Consi-
liarij Scipionis Rouiti filius, doctrina, omniq;
alio virtutū genere tanto genitori nō inferior,
in allegationibus impressis in commen. sui geni-
toris super pragm. 8. de composit. nu. 18. vsque
ad fin. Limitatur autem hæc conclusio in Mo-
naco non professo, quia tunc nullo modo re-
missionem facere spectat ad Monasterium, sed
ad eius proximiores, vt inquit Plaz. in d. c. 42.
nu. 23. & seq. Farinac. in d. q. 13. nu. 23. &
Tartagl. in citato loco nu. 50. cum seq. Verum
si Monacus professus interfectus habeat filium,
tunc si monasterium vult remittere, & filius
negat, vel è contra, ille præfertur qui vult re-
missionē facere, fauore pacis, vt refert Baiard.
12 ad Iul. Clar. in d. q. 58. nu. 38. Dubia autem
quæstio est, si quis interfectus sit relicta vxore,
& filijs, quis præferatur in accusando? in qua
quęstione reperio, quod Plaz. in c. 45. in princ.
ausus fuit acerrimè defendere vxorem filijs es-
se præferendam donec tamen ad secundas nu-
ptias transeat, quo casu dicit eam ius prælatio-
nis amittere quo ad filios tantum, non quo ad
alios consanguineos, præterquam si nuberet
cum eorundem filiorum consensu, vel cum li-
centia primi viri, iux. not. per Rol. à Vall. in
cons. 81. nu. 10. & seq. vol. 3. & in cons. 62. nu.
13 26. & seq. vol. 1. Sed certè licet hæc opinio sit
communiter approbata quo ad hoc vt vxor ad-
mittatur ad accusandum viri homicidam, om-
nibusq; alijs consanguineis præferatur, ex not.
per Bart. in l. 2. nu. 2. ff. de accusat. plenè Boer.
in decis. 233. Ant. Gomez in 3. tom. variar.
resol. cap. 1. nu. 32. Vulpell. in d. tract. de pace
q. 15. & alios relatos per Farinac. in tit. de ac-
14 cus. q. 13. nu. 15. Idq; procedit etiam in sponsa
de præsenti, vt testatur Decian. in tract. crim.
15 par. 1. lib. 3. c. 7. nu. 10. Etiam si non sit mariti
hæres, secundum Boer. in d. decis. 233. sub nu. 2.
16 Nihilominus quo ad hoc vt filijs in accusando
præferatur, contrarium reperio decisum fuisse
per Sacrum Consilium, licet nulla facta men-
tione de supradictis, vt refert Pręs. de Franch.
17 in dec. 382. in fi. Licet alij teneant, quod vxor
in accusando simul concurrit cum patre, & fi-
lijs, vt inquit Nunt. Tartagl. in comment. su-
18 per pragm. fin. de composit. in 2. c. nu. 30. Mari-
tum autem etiam communibus filijs præferri
in remittenda vxoris nece, consuluit Tiber.
Decian. in cons. 35. nu. 27. vol. 1. quem refert
Ioseph Ludouic. in commun. opin. lib. 1. concl.
41. in 3. ampliat. Sed Vulpell. in d. tract. de pa-
ce, q. 24. dicit pacem copulatiue requiri a pa-
19 tre, marito, & filijs. Sciendum est insuper an-
tequam ad vlteriores gradus progrediamur,
quod cum hoc ius filijs tanquam successoribus
sanguinis deferatur, ideo non competit filijs
adoptiuis, cum re vera non sint sanguine con-
iuncti, sed per fictionem iuris ciuilis, vt post lō-
gam disputationem optimè concludit Plaz. in
20 c. 40. nu. 3. cum plur. seq Et idem est in filio
posthumo, dum est in vtero, curator enim ven-
tri datus nec accusare, nec pacem facere potest,
vt benè affirmat idem Plaz. in d. c. 42. nu. 6. &
seq. & plenè idem confirmant Nunt. Tartagl.
in d. prag. fin. de compos. c. 1. nu. 29. & Farin.
21 in d. q. 13. nu. 48. & seq. Sed quid in filijs natu-
ralibus ex spurijs? hanc quæstionem plenè di-
sputat Plaz. in c. 41. per totum, sed pro vera
22 eius resolutione animaduertendum est, quòd
illegitimorum filiorum species plures sunt, ali-
qui enim vocantur spurij, aliqui nothi, aliqui
bastardi, aliqui manseres, & aliqui naturales,
prout plenè docuit Card. Paleot. in eius solēni
tract. de noth. & spur. cap. 16. nu. 3. & per tot.
23 Sed duæ sunt principaliores, quæ omnes alias
comprehendunt, omnes enim qui patrem cer-
tum non cognoscunt, quos propriè vulgò con-
ceptos appellant, nempe orti ex publica mere-
trice, ad quam pluribus patebat accessus, hi spu
rij nuncupantur, vt inquit Catell. Cott. in me-
morab. in ver. spurij, & idem Plaz. in d. c. 41.
24 nu. 1. Item spurij quoque vocantur omnes ij,
qui ex damnato coitu, scilicet adulterino, vel
incestuoso nati sunt, qui licèt patrem certum
aliquādo habeant, cum tamen propter infamiā
nominare non audent, iuxta not. per Aret. in
§. nouissimè, num. 1. instit. de Senatusc. orfic.
Et inter adulterinos filios connumerātur etiā
ij, qui orti sunt ex muliere coniugata, tempore
quo, iudicio Ecclesiæ, seorsum à viro viuebat,
& per sententiam Episcopalis Curiæ facta erat
inter eos separatio thori, vt notabiliter affir-
25 mat Surd. in decis. 249. nu. 21. & seq. Alij verò
dicuntur naturales, quos sola natura genuit, nō
honestas coniugij, cap. fin. 34. q. 4. & propriè
sunt ij, qui ex parētibus solutis orti sunt, inter
quos

quos iuſtæ nuptiæ contrahi potuiſſent, c. tan-
ta, qui fil. ſint legit. & licèt in hoc ius ciuile
ſtrictius procedat, cùm eos tantùm naturales
intelligat, qui nati ſunt ex vnica concubina do
mi retenta, affectione maritali, exiſtente vtro-
que ſoluto, vt in §. ſi quis autẽ defunctus, auth.
26 quib. mod. nat. effic. legit. Ita quòd non ſuffice-
ret, ſi ea domi retenta fuiſſet, loco famulæ, vt
inquit Bart. in l. fin. ff. de concubin. & in l. fin.
ff. de his, quib. vt indig. & Bald. in l. fin. C. de
27 natur. lib. De æquitate tamen canonica ſuffi-
cit, quòd inter parentes legitimum coniugium
eſſe potuiſſet, nec curatur, quòd concubina nõ
fuerit domi retenta, vt teſtatur Crau. in conſ.
166. ſub nu. 8. plenè Iaſ. in conſ. 51. per totum,
vol. 3. & pleniſſimè Io. Vinc. Honded in conſ.
28 68. nu. 6. & ſeq. vol. 1. Imò etiam natus ex vir-
gine ſtuprata, & humilis conditionis, naturalis
dicitur, nã coitus cum huiuſmodi perſonis non
eſt accuſabilis, neque punibilis, l. quæ adulte-
rium, C. de adult. & l. ſi vxor, cum ibi not. per
Bart. & Ang. ff. eod. ita in ſpecie dicit notabi-
liter Crau. in d. conſ. 166. nu. 6. contra quem
licèt in eodem caſu conſuluerit Natt. in conſ.
421. vol. 2. Et in puncto iuris, contrariam opi-
nionem veriorem eſſe, plenè contendat Farin.
in conſ. 90. nu. 10. & ſeq. vſque ad fin. nihilo-
minus hæc eſt magis communiter recepta con-
cluſio, vt patet ex ijs, quæ pleniſſimè tradit
Honded. in d. conſ. 68. per tot. vol. 1. & nouiſſi-
mè Garz. Maſtrill. in deciſ. 152. in 2. volum.
29 Et quod etiam natus ex coniugato, & ſoluta
naturalis dicatur, tanquam non ortus ex coitu
damnato, & punibili, affirmant idem Crau. in
d. conſ. 166. nu. 2. poſt Alex. in conſ. 139. in fi.
vol. 1. & Soc. in conſ. 148. nu. 3. vol. 1. Gozad. in
conſ. 21. nu. 5. & ſeq. Surd. in conſ. 337. num. 1.
vol. 3. Vrſill. in deciſ. 96. nu. 2. pulchrè Dec. in
conſ. 306. & 311. per tot. & Aluar. Velaſq. in
1. tom. conſultat. Reg. Luſit. conſult. 29. nu. 6.
Et licèt non deſint, qui contrariam tenent opi
nionem, quos plenè refert Surd. in dicta deciſ.
Mant. 249. nu. 19. tamen hanc eſſe magis com-
muniter receptam copioſiſſimè probat Steph.
Gratian. in 1. tom. diſceptation. foren. cap. 35.
30 num. 26. cum plur. ſeq. Secus verò ſi quis ortus
eſſet ex coniugato, & virgine ſtuprata per vim,
nam ille coitus eſſet punibilis, vt patet ex not.
per eũdem Aluar. Velaſ. in d. conſult. 29. nu. 4.
& Pet. Duen. in reg. 366. in 8. limit. Et idem
eſt ſi ortus ſit ex viro coniugato, & muliere vi-
dua, nam etiam huiuſmodi coitus eſt punibilis,
& cõſequenter filij tanquam orti ex damnato
coitu, matri non ſuccedunt, vt plenè tradit Pe-
regr. in conſ. 62. per tot. vol. 5. et Pet. Caball. in
1. cent. reſol. crim. caſ. 32. nu. 5. Et idem eſt, ſi
quis ortus ſit ex coniugato, & concubina, vt no
tabiliter inquit Dec. in conſ. 306. num. 6. quem
31 refert Gratian. in d. c. 35. nu. 27. In dubio autẽ
ſemper præſumitur, quòd quis ſit naturalis po-
tius, quam ſpurius, vt plenè tradit Iac. Berrett.
32 in conſ. 117. per tot. His iactis fundamentis,
pro explicatione quæſtionis propoſitæ, dico,
hanc eſſe faciendam diſtinctionem, videlicet,
quòd ſi loquimur de illis ſpurijs, qui patrẽ igno
rant, certò certius eſt, quòd hi ius accuſandi pa-
tris necem fruſtra deſiderant, vt teſtatur Plaz.
in d. c. 41. num. 10. & 26. & Iul. Clar. in q. 14.
verſ. quæro an filij, & ab hac opinione nemo
33 diſſentit. Eademq; concluſio procedit etiam
econtra, nam nec putatiuus pater admittitur
tanquam incertus ad querelandum, nec remit-
tendum pro huiuſmodi filijs, vt inquit Octau.
34 Vulpell. in d. tract. de pace, q. 17. Et eadem ra-
tione, qua excluduntur filij ſpurij a iure quere-
landi patris incerti necem, excluduntur etiam
eorum filij, vt refert Plaz. in eod. c. 41. nu. 27.
35 Nepos enim ex filio ſpurio etiã quoad ſucceſ-
ſionem in bonis aui non eſt melioris conditio-
nis, quam pater, quamuis ipſe ſit ex legitimo
matrimonio procreatus, vt teſtatur pleniſſimè
36 Surd. in conſ. 177. nu. 23. vol. 2. Verum tamen
eſt, quòd ſi ſpurius accuſaret patris homicidam
tanquam vnus de populo, tunc nedũ admitten-
dus eſſet, ſed omnibus alijs præferẽdus, ratione
maioris affectionis, poſtquam ſaltim ex tracta-
tu filiationis maior dolor eum mouere præſu-
mitur, arg. tex. in l. quamuis, C. de adult. & in
l. amiciſſimos. §. Lucius, ff. de excuſ. tut. vt in-
quit Plaz. in eodem loco ſupra cit. Hæc autem
opinio fortè procedere poſſet de iure cõmuni,
ſecus verò in Regno, in quo per ritũ Mag. Cur.
Vicar. omnes actiones populares ſunt ſublatæ,
nec vllus ad accuſandum admittitur, niſi ſuam,
vel ſuorum proſequatur iniuriam, vt inquit
Foller. in 1. par. 2. par. in ver. audiantur exce-
37 ptiones proponendæ per reos, nu. 36. Licèt autẽ
huiuſmodi ſpurijs prohibita ſit accuſatio homi
cidij commiſſi in perſonam incerti patris, non
tamen eis prohibetur querelam exponere de
homicidio matris, quãuis enim ſint vulgò quæ-
ſiti, mater tamen ſemper eſt certa, vt inquit
Plaz. in eod. cap. 41. num. 29. & Vulpell. in d.
tract. de pace, q. 16. & hæc eſt cõmunis opinio,
38 vt teſtatur Iul. Clar. in d. q. 14. in fi. Hinc eſt,
quòd licèt filius ſpurius ſit incapax paternę ſuc
ceſſionis, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamẽto,
auth. licet, C. de nat. lib. & auth. ex complexu,
C. de inceſt. nupt. vt plenè tradit Duen. in reg
39 366. per tot. Nihilominus ſecus eſt quoad ma-
ternam ſucceſſionem, nam non extante alia le-
gitima prole, filius ſpurius matri ſuccedit, tam
ab inteſtato, quàm ex teſtamento, & è cõuerſo,
& inter eos cõſeruantur omnia iura ſanguinis,
& agnationis, l. hac parte, & l. ſi ſpurius, ff. vn-
de cogn. & l. 1. §. ſed vulgò, ff. ad Tertull.

& §.nouissimè, inst.eod.tit. prout refert idem
Duen.in d.regula 366. in 8.limit. & Pras.de
40 *Frãch.in decis.47.per tot.* Aut verò loquimur
de spurijs, qui certum patrem habent, sed orti
sunt ex parentibus, inter quos legitimũ coniu-
gium esse non poterat, & hos admittendos esse
tam ad accusandum homicidium in personam
patris commissum, quàm ad eius remissionem
faciendam, tenet *Plaz.in d.cap.41.sub num.7.*
vers.hos tamen, cum qua opinione concordát
Pet.Belin.in d.tract.de re milit.par.10.tit.2.
nu.64. Ant.Gomez in 3.tom. var.resol.c.3.de
homic.sub nu.66.vers.sed his nõ obstantibus,
& Iul.Clar.in d.q.14. vers. quaro an filij ille-
gitimi, in fi. qui licèt loquatur per verbũ fortè,
& rursus in *quast.58. vers.sciat autem*, dicat,
ex obseruantia illius Senatus, non fuisse admis-
sas remissiones spuriorum natorum ex damna-
to coitu, nihilominus idem affirmat, quòd cir-
cumscripta illius Senatus obseruantia, hęc opi-
nio est de iure verior, nam cessante ratione in-
certitudinis patris, negari non potest, quòd in
his, quæ concernunt iura sanguinis, sine tamen
commodo successionis etiam spurius filius est,
& habilis reputatur, vt inquit *Bart.in l.2.nu.*
3.ff.de accus.& Ang.in l.1.nu.2.ff.eod.& Bal.
in l.1. nu.50. C.qui accus. non poss. & ita per
Magnam Curiam obseruatum fuisse testatur
Vrsill. in addit. ad Affl. in decis.96. num. 17.
41 Benè autem dixi, sine commodo successionis,
nam huiusmodi spurij nati ex damnato, & pu-
nibili coitu, à paternæ successionis beneficio
sunt omni iure penitus exclusi, tã inter viuos,
quàm in vltima voluntate, vt plenè tradit *Pa-*
leot.in d.tract.de noth.& spur.cap.43. per tot.
Duen.in d.reg.366. & plenissimè *Io. de Rosis*
in epitom.success.cap.20.nu.1.cum plur.seq.
qui reperitur inter volumina tractatuum mo
dernorum in 1.par.tom.8. adeò quòd si succes-
sores ab intestato infra duos menses non agunt
pro reuocatione institutionis filij spurij, admit
titur fiscus per *tex.in l.1.§.fin.C.de nat.liber.*
vt ex cõmuni Doctorum sentẽtia refert *Anna*
in sing.17.et Duen.in d.reg.366.in 3.ampliat.
nec eo termino elapso admittitur purgatio mo
ræ, ex not. per *Crauett.in cons.166. num. 15.*
42 Imò nec matri eos succedere dicit expressè
Glos.in d.auth.ex complexu, in ver. indigni,
Capr.in cons.108. & Paleot.in d.c.43.num.2.
43 Sicut è conuerso, nec mater succedit eis, vt no-
uissimè testatur *Pras.de Franch. in decis.645.*
in 4.par. Quamuis enim ex his, quæ supra dixi-
mus num. 39. pateat, filium, vulgo conceptum,
44 posse succedere matri, illud tamen intelligi de-
bet, & declaratur procedere, quando non est
ortus ex coitu damnato, & punibili, vt puta ex
adulterio, stupro, vel incestu, vt benè declarant
Aluar. Velasq. in d.consult.29.nu.10. Vrsill.
in decis.96. Duen.in d.reg.366. versic. octauò
fallit, Paleot.in d.c.43.nu.2.& seq. & plenissi-
mè *Surd.in d.decis.Mant.249.per tot.* qui in
fine dicit, quòd etiam consentientibus filijs le-
gitimis, nihil huiusmodi natis ex dãnato coitu
a parentibus relinqui potest, ex not. per *Alex.*
45 *in cons.129.nu.15.& seq.vol.6.* Et inter ince-
stuosos, secundùm aliquos, numeratur etiam
filius natus ex clerico in sacris cõstituto, vt sen-
sit *Glos. in l.2. C.de Episc.& cler.& ibi Bald.*
nu.2. sed in contrarium est communis opinio,
pro qua Sac.Cons. iudicauit, vt refert *Pras.de*
46 *Franch.in decis.27.nu.3.& seq.* Secus verò est
in nato ex milite Hierosolimitano professo, nã
is incestuosus est, vt refert idem *de Franch. in*
decis.28.per tot. An autem idem sit in filijs Mi-
litum Alcantarensium, Sancti Iacobi de Spada,
& Calatraue, si nati sint ex muliere soluta? ple-
nè explicat *Io.Guttierez in 2.lib.pract.quast.*
47 *cap.111.per tot.* Et cum eadem distinctione
intelligendum est id, quod supra dixi num. 35.
quòd nepos ex filio spurio non est melioris con
ditionis, quam pater quoad successionem in bo
nis aui; nam aut pater ipsius est spurius natus ex
coitu damnato, & punibili, & quamuis nepos
ex eo ortus sit ex legitimo matrimonio, nihilo-
minus nihil ei potest sub quouis colore ab auo
relinqui, vt per Sac.Cõs. decisum fuisse testatur
48 *Pras.de Franch.in d.decis.28.* Aut verò spu-
rius non est ortus ex damnato coitu, & ipse ha-
bet filios ex legitimo matrimonio procreatos,
& huiusmodi nepotibus non prohibetur auus
relinquere, eosq; etiam hæredes instituere, se-
cundùm veriorem, magisq; receptam opinio-
nem, pro qua Sac.Cons. iudicasse refert idem
de Franch.in d.decis.27.per tot. quam conclu-
sionem pluribus rationibus plenè confirmat
Io. de Rosis in d.tract. seu epitom.de succession.
cap.20.nu.22.cum plur.seq. eamq; *nu.30.* am-
pliat procedere etiam in nepote spurio orto ex
filio spurio, dũmodo tamen auus eum instituat
cum expressa prohibitione, quod vsusfructus,
& proprietas nullo modo quærantur patri ip-
sius nepotis instituti, & quod omnis suspitio
49 fraudis absit. An autem inter spurios detur
transuersalis successio? & an ipsi succedant fra-
tribus legitimis? & quid è conuerso? vide *Affl.*
& Vrsill.in decis.96. Capyc.in dec.181. Vinc.
de Franch.in decis.238. per tot. Crau.in cons.
138.per tot. Ant.Gam.in decis.Lusit.3. & ple-
nissimè *Gasp.Thesau.in quast.foren.22.nu.9.*
50 *& seq.& nu 23.* Et an spurius possidendo bo-
na paterna, possit ea vnquam præscribere? vide
51 *Aluar.Velasq. in consult.19.per tot.* Et quæ
cautelæ adhiberi possint, vt filijs spurijs ali-
quid relinquatur? vide *Cepoll. in cautel. 38.*
Thom.Ferrat.in caut.41. Io.Dilect.de art.te-
stan. in tit. de his, qui non habent testa.fac.
caut.

caut. 14. plenè *Neuiz. in conſ.* 34. *per totum, et Paleot. in d. tract. de noth. & ſpur. c.* 45. Vnum
52 tamen in hac materia eſt perpetuò notandum, quòd ſi mulier ſpuria nubit viro legitimo, & naturali, omnis eius macula ſpurietatis purgatur, & efficitur legitima, ac cuiuſuis ſucceſſionis capax, vt mirabiliter refert *Arnon. in ſoliloq.* 25. *poſt Dec. in l. fœmina, num.* 9. *ff. de reg. iur. & Hippol. in ſing.* 501. & quod idem ſit ſi ingrediatur religionem, poſt *Guliel. de Cun. in l.* 1. *C. de ſacroſan. eccl.* tenent communiter Doct. quos refert, & ſequitur *Tiraq. de priuil. piæ cauſæ, priuileg.* 29. *Surd. de alim. tit.* 7. *q.* 1.
53 *nu.* 42. *Regens de Ponte conſ.* 16. & 17. An autē idem ſit è conuerſo, quod maritus induatur radijs vxoris, ita vt ſi nubat Comitiſſæ, vel Duciſſæ, efficiatur Comes, vel Dux? vide *Io. Guttier. in tract. de tutel. in* 1. *par. cap.* 18. *nu.* 40.
54 Aut denique (vt reuertamur vnde digreſſi ſumus) agitur de filijs naturalibus ortis ex vtroque parente ſoluto, inter quos legitimum matrimonium eſſe poterat, & nedum his cōpetit ius querelandi, & faciēdi remiſſionem de morte patris, ſed etiam eos eſſe omnibus conſanguineis præferendos, teſtantur *Plaz. in d. cap.* 41. *nu.* 5. & *ſeq. Iul. Clar. in d. q.* 14. *verſ. quæro an filij illegitimi, & Petr. Belin. in d. tract. de re*
55 *milit. par.* 10. *tit.* 2. *nu.* 64. Cùm & hi quoque, non exiſtente alia legitima prole, nec vxore defuncti ab inteſtato in duabus vncijs, & ex teſtamento in totum ſuccedere poſſint, alijs verò legitimis exiſtentibus, ex teſtamento vnam vnciam, contra teſtamentum verò nihil capere poſſint, iux. not. per *pract. Papien. in for. libel. pro bar. ab inteſt. in ver. nullijq; ſuperſtitib. nu.* 10. & *ſeq. & ibi per adden. Rol. à Valle in conſ.* 67. *num.* 76. & *ſeq. vol.* 3. pulchrè *Lud. Morot. in conſ.* 94. *per tot. Vinc. de Franch. in deciſ.* 291. & *Couar. in epith. de ſponſal. par.* 2. *cap.* 8. §. 4. *nu.* 9. & vltra has vncias, quas ex teſtamento, & ab inteſtato capere poſſunt, debēt etiam habere alimenta ex bonis paternis, vt pulchrè inquit *Rol. à Vall. in conſ.* 54. *nu.* 72.
56 *vol.* 2. Mater etiam admittitur ad querelandū de morte filij, ſed ſi pater concurrit, præferendus eſt, ratione patriæ poteſtatis, verùm ſi ipſe remittit, mater ſubingreditur, vt inquit *Salyc. in l. vxor, C. qui accuſ. non poſ.* quem refert *Affl. in conſt. ſummo periculo, in* 9. *not. nu.* 10. & *Foller. in uer. audiatur exceptiones, nu.* 19.
57 & *ſeq.* Soror etiam non prohibetur accuſare fratris homicidas, etiam ſi obtenta eſſet pax à fratre, vt pulchrè inquit *Affl. in conſtit. Iuſtitiarij non per Calendas, ſub nu.* 15. *verſ. & per illam gloſ.* quem refert, & ſequitur *Foll. in citato loco, nu.* 22. An autem ſi mater repellatur
58 à ſucceſſione filij interfecti, fortè quia tranſiuit ad ſecunda vota, & ei tutorem non petijt infra annū, iuxta *tex. in l.* 2. §. *ſi mater, ff. ad Tertull. & in* §. *fin. inſtit. eod.* admittatur nihilominus ad querelandū? hanc quæſtionē tangit *Tartag. in d. prag. fin. de compoſ. in* 2. *cap. nu.* 6. & concludit, quòd nō obſtante, quòd amiſerit ius ſuccedendi, non tamen amiſit ius querelandi, nam hoc ei iure ſanguinis defertur, quod ſemper re-
59 manet in ſuo robore. Sed an mater præferatur auo paterno? hanc quæſtionem non reperio in ſpecie tactam, ſed puto, quòd mater præferēda ſit, ſicut præfertur in ſucceſſione, iuxta *tex. cū gloſ. in auth. defuncto, C. ad Tertull.* & notata per *Matheſillan. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in* 2. *art. principali, nu.* 4. & *ſeq. & Couarr. in epit. de ſucceſſ. ab inteſt. num.* 3. *verſ. quarta aſſertio.* Licèt quoad tutelæ delationem aliud videatur ſenſiſſe *Maran. in conſ.* 51. in quo defendit partes aui paterni contra matrem, non obſtante, quòd etiam tutelæ munus deferatur ſecundum ordinem ſucceſſionum, vt in *auth. ſicut, C. de legit. tutel. & in* §. *fin. inſt. de legit. patron. tut.* nā ratio, in qua ſe fundat, eſt, quia cùm auus paternus habeat nepotes in poteſtate per obitum eorū patris, ideo remanent ſub eius cura, excluſa matre, ex not. per *Corn. in conſ.* 129. *nu.* 11. *et ſeq. lib.* 1. qua ratione ceſſante, aliud in filio emancipato deciſum fuiſſe conſtat per Sac. Cōſ. vt refert *Præſ. de Frāch. in dec.* 10.
60 Et ex eadem quoque ratione credo dubitari non poſſe, quod auus maternus præferendus ſit patruo, per ea, quæ circa prælationem ſucceſſionis, & tutelæ tradit plenè *Dec. in conſ.* 188. *et Ant. Theſ. in deciſ.* 5. *per tot.* Eademq; ratione auiam præferendam eſſe arbitror fratri conſanguineo tantum, iuxta not. per *Vincent. de*
61 *Frāch. in deciſ.* 682. *in* 4. *par.* Poſt deſcendētes verò, & aſcendentes admittuntur conſanguinei collaterales ſeruata gradus prærogatiua vſque ad quartum, ſecundùm aliquos, vel ſecundùm alios, vſque ad decimū gradum, vt refert *Ant. de Padill. in d. l. transſigere, num.* 56. *C. de transact.* Circa quòd alias etiam opiniones refert *Ant. Gomez in* 3. *tom. var. reſol. c.* 1. *nu.* 34. & plenè *Decian. in tract. crim. in* 1. *par. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 10. & demum *Iul. Clar. in q.* 14. *verſ. volo etiam,* concludit, quòd appellatione ſuorū, in hac materia veniunt parentes, & deſcendētes omnes uſque in infinitum, item patroni, & eorū liberi, frater, ſoror, vxor, ſocer, ſocrus, gener, nurus, uitricus, nouerca, & priuignus; communior uerò ea uidetur opinio, quòd ſicut ius ſuccedendi, ita etiam & querelandi uſque ad decimum gradum porrigitur, ut affirmat *Plaz. in cap.* 39. *num.* 13. licèt poſtea referendo opinionem aliorum, qui dixerunt non extendi ultra ſeptimum gradum, concludat, huic ſecundæ opinioni ſe ſubſcribere, ſed primam ex noſtris Regnicolis tenet *Tartagl. in d. prag.*

fin.de compos.cap.2.num.22. Post omnes vero consanguineos in iure succedendi venit vxor, *ex regu.tex.in l.1.C.vnde vir, & vxor,* quam licet aliqui teneant esse correctam in hoc Regno, per *Cōst.Regni Dobana*, in qua enumerantur omnes personæ fiscum excludentes, & inter eas non numeratur vxor, & ideò ibi *glo.in fi.*tenet, quod vir,& vxor non succedūt, sed excluduntur à fisco, nihilominus contraria opinio est verior, & magis communiter recepta ab omnibus regnicolis, & præcipuè ab *Andr.in ead. constit.* cum quo concordat etiā *Affl.in 4.q.n.9.* qui optimis rationibus respōdet supradictæ obiectioni,& eandem opinionē confirmant *Garz. Mastrill.in decis.123.in fi.* & nouissimè *Camill.Borrell.inter nostra ætatis scribentes nemini secundus in suo aureo tract.de Regis cathol.præstant.c.14.num.19. cum plurib.seq.* sed in iure quærelandi primas partes vxor obtinet, vt supra demonstratum

63 fuit. Deficientibus autem omnibus consanguineis succedit fiscus.*l.vacātia C.de bon.vacan. lib.10.& l.2.§.fi.ff.ad Tertull.* præterquàm in octo casibus, quos colligit *Tartagl. in eadem pragma.fin.de compos. cap. 2. num. 31. & seq.*

64 Quorum primus est, quando occiditur nauicularius nullo hærede relicto, nam tunc ei non fiscus, sed nauiculariorum corpus succedit, & consequenter ab eodem corpore nauiculariorum est obtinenda remissio,*l.1. C.de hæred.de-*

65 *curion.*Secundus casus est, quando miles occiditur, qui sine hærede decedit, nam ei succedit vexillatio, in qua militauit,*l.2.C.eod. tit. & l. si quis filio.§.eius.ff.de iniusto rupto testam.*

66 Tertius casus est in cohortali sine legitimis hæredibus defuncto, cui non fiscus, sed cohorta-

67 les succedunt,*l.3.C.de hæred. decur.* Quartus casus est in curialibus, quorum successio cohor

68 talibus patriæ acquiritur.*l.4.C.eod.tit.* Quintus casus est in fabricensibus, quorum hæreditas etiam fabricensibus quæritur; excluso fisco,

69 *l.fi.C.eo.*Sextus casus est in præfectiario, cuius hæreditas non fisco, sed arcæ sui præfecti defertur,*l.3.§.huic sanctioni, C.de apparitor. præ-*

70 *fect.prætor.lib.11.* Septimus casus est, quando decedit consocius imperialis munificētiæ, quo sine hærede decedente alter consocius succedit

71 *l.vn.C.si liber.imper.soc.lib.10.*Octauus casus est, quando interficitur peregrinus, vel expositus, quorum successio ab intestato Hospitali acquiritur, nam vt inquit *Bald. in l. si qua illustris, C.ad orfictan.* his succedit Christus non fiscus, pro qua conclusione est etiam *glo.not. in l.nutritoribus,C.commu.de success.* & faciunt

72 not.per *Doct.in l.peregrini,C.eod.* In quibus octo casibus concludit *Tartagl.in eit.loco*, nō valere gratiam à Principe obtentam absque remissione illorum, ad quos spectat ius succedendi, & refert exemplum, quòd in causa cuiusdā inquisiti in Magna Curia Vicariæ de stupro puellæ expositæ in Hospitali Diuę Mariæ Annuntiatæ Ciuitatis Neapolis opus fuit obtinere remissionem ab Oeconomis ipsius Hospita-

73 lis. Aduerte tamen, quòd quicquid dicat præfatus author circa præcedentem octauum casū, cùm nullo iure cautum reperiatur, quòd hospitalia succedant expositis, & peregrinis, conclusio per eum fundata nullo modo sustineri potest, vt patet ex ijs, quæ circa hunc articulum scripserunt *Guliel.de Benedic.in c.Raynutius de testam.in ver. & vxorem nomine Adelasiam,in 5.decis.nu.256. & seq.pulchrè Nicol. de V bald.in tract.de success.ab intest.in 5.par. nu.3. Ant.Gomez.in l.8.taur.nu.24. & Gasp. Beat.in tract.de decim.tutor.cap.33.nu.14.& seq.*& ideo hunc articulum indecisum reliquit

74 *Præs.de Franch.in decis.198.* Imò quòd nutritoribus,& alumnis, quibus huiusmodi hospitalia æquiparantur, ius quærelandi non competat post longam disputationem in specie concludit *Plaz.in epith.delict.cap.42. num. 6. &*

75 *seq.& Farinac.in d.q.14.in fi.nu.49.* An autem si decedat miles, vel scolaris de longinquis partibus, qui non habeant certum hæredem, eis succedat fiscus, vel Ecclesia? *Corn.in l.omnes peregrini C. commu. de success.* per illum tex.affirmat, quòd Episcopus eorum bona distribuet ad pias causas excluso fisco, & idem quoque confirmat *Nicol.de V bald.in tract.de success.ab intest.in 5.par.nu.3.* Et an si decedat aliquis nobilis de vno Sedili, nullis relictis legitimis successoribus succedant alij nobiles eiusdem Sedilis, excluso fisco? *Affl.in c.1.§.bona vacantia nu.5.quæ sint regal.* tenuit quòd sic, per not.per *Bald. in l.1. C. de hæred. decur.* Sed hanc conclusionem impugnat *Camill.Bor*

76 *rell.in d.cap.14.nu.57.& seq.* quem vide. Sed an in casu quo occiditur homo incognitus nō habens certum hæredem, ita quod ignoratur, à quo sit obtinenda remissio, possit Iudex absque partis remissione inquisitum componere? vel ei fieri gratia à Principe? hanc quæstionem tangit *Iul.Clar.in sua pract.crim.q.58.vers. quid si nullus adsit hæres*, & dicit, quòd ille Senatus consueuit approbare literas gratiæ, adiecta conditione, quòd quandocunque apparuerit certus hæres, teneatur ille, qui gratiam obtinuit infra certum tempus ab eo remissionem habere, pro qua conclusione alios concordantes refert *Marchio de Pont.in tract.de potest.Proreg.sub titu.de prouision.fieri solit.§. 4.nu.32.* Sed huic opinioni repugnat *Carauit. in Rit.272.nu.29.* qui dicit nullo pacto inquisitum componi posse absque partis remissione, fatetur tamen, quòd si causa esset talis, quæ ex multis animum Iudicis moueret ad inquisitum

com-

componendum, & esset quasi certum, quòd nũquam esset superuenturus certus hæres, tunc posset reum componere pro pœna fisci, & ab eo cautionem recipere pro interesse partis de stando iuri, quandocunque pars superuenerit, & ita testatur multoties obseruari vidisse, consulit tamen Iudices, quòd nunquam huiusmodi compositiones faciant absque Proregis licen-
77 tia. Sed quid si pars sit certa, sed non vult quærelare, neque remissionem facere, an possit obtineri gratia, vel fieri compositio? hanc quæstionem mouet *Luc. de Penn. in l. 1. C. de deser tor. lib. 10. in 4. q. num. 64. vers. hoc autem*, qui concludit, quòd in hoc casu Iudex debet partẽ requirere, quòd infra certum terminum compareat ad porrigendum quærelam si vult, & eo termino elapso, si nemo comparet, poterit inquisitum componere, & pars vlterius ad accusandum non admittitur, quam opinionem confirmat *Paris de Put. in tract. de sindic. in ver. compositio. §. an si cõpositio*. Sed hanc conclusionem latè impugnat *Caran. in d. rit. 272. num. 10. & sequen.* dicens actorem cogi nullo modo posse ad quærelandum, nisi præcedat diffamatio, iuxta formam traditã *in l. diffamari C. de ingen. & manum.* quam etiam in criminalibus locũ habere testatur *Andr. Gail. in pract. obseruat. lib. 1. obser. 9.* & deficiente diffamatione non esse recedendum ab expressa iuris dispositione, qua cautum est, quod nemo inuitus agere, neque accusare compellitur, *l. 1. C. vt nemo inuit.* & multò magis dicit hanc opinionem practicari non posse in hoc Regno, in quo per dictum Ritum expressè cautum est compositiones fieri non posse, nisi parte concordata, & præuia eius remissione in scriptis, & hanc conclusionem cõfirmat etiam *Marcb. de Pont. in d. §. 4. sub tit. de prouis. fieri solit. nu. 33. & seq. fol. 29.* Verùm num. 37. testatur, quòd inter nobiles practicatur sufficere pacem inter eos factam, quæ in iuditio habetur loco
78 plenissimæ remissionis. Deficientibus verò agnatis, & cognatis, an ius quærelandi competat compatri pro homicidio commisso in personam filij spiritualis, & è contra?, *Bal. in l. 1. nu. 36. C qui accus. non poss.* videtur inclinare in partem affirmatiuam, licet dicat de hoc legem aliquam non reperiri, & eandem opinionem tenet *Iul. Clar. in quæst. 14. vers. quæro an compater*, & pro ea multa allegant *Catel. Cot. in memorab. in ver. cõmater, & Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 3. cap. 7. nu. 11. & seq.* & licet pro cõtraria parte multa referat *Plaz. in epith. delict. cap. 41. à num. 11. vsque ad fin.* qui demum in neutra figit pedes, negari tamen non potest, quòd hæc est communis conclusio, & eam quoque approbant *Caran. in rit. 191. nu. 3 & Boer. in decis. 233. nu. 4.* Sed an
79 tutor deficientibus agnatis, & cognatis succedat pupillo, & consequenter ei competat ius quærelandi, & remittendi pro eius nece, exclu so fisco? in hoc articulo vide *glo. in l. quo tutela, ff. de reg. iur. & ibi plenè Cagnol. num. 4. Corn. in l. nutritoribus, C. commu. de success. Io. Roias in epith. de success. cap. 34. num. 19. Ant. Gomez. in l. 8. taur. sub nu. 24. vers. item adde, Camill. Borrell. in d. tract. de catbol. reg. præstan. cap. 14. n. 37. cum plur. seq. & Borgn. Caualc. in tract. de tutor. & curat. num.* 336. qui dicit hunc articulum esse adeò dubium, quod si causa esset ab ipso decidenda iudicaret hæreditatem diuidi inter tutorem, & fiscum, & ita refert iudicatũ fuisse in Ciuitate Ianuæ, sed *Peregr. in tracta. de iur. fisci, lib. 4. titu. 3. num.* 18. dicit, quòd sibi magis placet opinio,
80 quod tutor non succedit. Et demùm pro huius capit. complemento videndum est, an tutor pupilli nomine possit quærelam remittere, etiam sine iudicis decreto, & absque causæ cognitione? in quo articulo prò vera eius decisio-
81 ne distinguendi sunt aliqui casus. Quorum primus est, quòd si pupillus est infans, tunc nullo modo potest ab eo fieri remissio, etiam cum consensu ipsius tutoris, sed ipse tutor solus præuia causæ cognitione, quòd expedit, cum consilio propinquorum, & Iudicis decreto potest remissionem facere absque ipsius infantis interuentu, vt inquit *Carau. in rit. 275. num. 19.* cum quo concordant *Iul. Clar. in d. q. 58. sub vers. quæro an tutor, Io. Guttier. in tracta. de tutel. in 2. par. cap 6. nu. 2. & Octan. Simoncel. in tract. de decret. in contract. minor. lib. 2. tit.*
82 *6. nu. 135.* Secundus casus est, quòd si pupillus est maior infante, tunc tàm ipse tutor solus, quàm pupillus cum eius authoritate, & adultus cum authoritate Curatoris indistinctè possunt quærelam remittere, & pacem facere, aduersus quam postea maior factus amplius non restituitur, *l. pactum curatoris, cum ibi not. per Bal. Salyc. Dec. & Ias. C. de pact. Anto. de Padill. in d. l. transigere, num. 64. C. de transact. Plaz. in d. cap. 45. nu. 6. Iul. Clar. in d. quæstio. 58. vers. quæro an tutor, Io. de Amic. in cõs. 88.*
83 *& Ant. Gomez. in d. cap. 3. nu. 66.* Sed difficultas est, an in huiusmodi remissionibus sola tutoris, vel curatoris authoritas sufficiat absque Iudicis decreto? In quo articulo multi affirmant, quòd Iudicis decretum non requiritur, prout tenuerunt *Ant. Gomez. in d. cap. 3. num. 66. Ioan. de Amic. in d. cons. 88. in princ.* & alij plenè relati per *Stefan. Lamberteng. in tracta. de contract. eor. qui sine cer. solemn. in glos. 1. nu. 347. in fi. & Farinac. in titu. de accusat. q.*
84 *15. nu. 9. cum plur. seq.* Contrariam verò opinionem tenent nonnulli alij Doctores plenè relati per *Octau. Simoncell. in tract. de decret.*
in

in contract.min or.lib.2.tit.6.inspect.16.num.
139.qui dicit,quòd quicquid Doctores in hoc
articulo intricatè loquantur, hæc opinio ve-
rior,& rationabilior est ,& eam quoque veris-
simam esse affirmant Io.Guttier. in tracta. de
tutel.in 2.par.cap.7.nu.6.& seq. Tartagl. in
d.pragm.fin.de compos.cap.1.nu. 30.& Præs.
de Franch. in decis.535.in 4.par. Et qui hanc
tuentur opinionem duobus mouentur princi-
85 palibus fundamentis. Quorum primum est,
nam nemo ferè dissentit,eatenus tutorem, seu
pupillum cum eius authoritate posse pacem fa-
cere,& quærelam remittere, quatenus sit vtile
& expediens ipsi pupillo, & non aliter,quod
exemplificant,quandoob aduersarij potentiã
inimicitia esset nimis periculosa,vel delictum
esset valdè dubium,vt patet ex not.in d.l.pactũ
curatoris.per Alber.nu.1.Dec.nu. 7.& Iaco-
bin.nu.10.Vulpell.in d.tract. de pace, quæst.
18.nu.4.& Sforz.Odd.in tract.de restit.in in-
tegr.par.2.q.85.art.7.nu.44. Hinc ergo infe-
rũt,ꝙ cùm nõ simpliciter tutor posit pacẽ, &
remissionẽ facere,nisi quatenus pupillo expe-
dit, necessariò sequitur, ꝙ hęc qualitas, qđ ex-
pedit debet prius apparere,ad hoc, vt fundata
sit eius potestas,l.fulcinius.§.cum hoc,cum ibi
not.per Bar.ff.quib.ex caus.in possess.eat. nàm
semper qualitas,quæ fundat, vel priuat, debet
ante omnia probari,vt inquit Gramm.in cons.
86 impresso post suas decis.nu.51.& seq. Aliud
præcipuum eorum fundamentum est, quòd mi
nor etiam vilissimum prædium absque causæ
cognitione,& decreto alienare non potest, l.
magis puto.§.si æs alienum,ex l.si fundus.ff.de
reb.eor. etiam si alienatio esset vtilis pupillo,
prout ex magis communi Doctorum sententia
affirmant Natt.in cons.631.nu.35.lib.3. Rol.
à Vall.in cons.54.nu. 42.vol. 2. & in consi. 7.
nu.26.vol.3.plenè Menoch.de arbitr.iud.cas.
171.num.60.& seq.& Octau.Simoncell. in d.
tract.de decret.in contract.minor.lib.3.tit.8.
87 inspect.17.num.125. Quæ conclusio procedit
etiam in transactione,quæ similiter sub aliena-
tionis nomine continetur, vt notant commu-
niter Doct.in l.1. C.si aduers. transact. Anto.
Gomez.in 2.thom.var.resol.cap.14.sub num.
14.in fi.& Menoch.in d.cas.171.n.40.& seq.
Hinc ergò sequitur,quòd multò minus conce-
dendum est, quòd minor sine decreto posit
quærelam remittere de homicidio commisso
in personam patris, cùm in ea tractetur de ho-
nore,quem non solum bonis, sed etiã propriæ
vitæ anteponendum esse suadet tex. in l. isti
quidem,ff.de eo,quod met. cau. Nam crudelis
dicitur,qui suam famam negligit,cap.nolo, 12.
quæst.1.cum alijs similibus,quę ad hoc propo-
situm refert Gerar. de Petrasan. in singu. 82.
quod autem iniuriam inultam relinquere de-
decus sit,apertè dicit tex.in l.miles.§.socer ,ff.
ad l.Iul.de adulter.& ibi Pau.de Cast. nu. 1.
& Crot.in l.4.§.cato nu.109.ff.de verb.oblig.
88 Tantò magis quia agitur de remittendo etiam
interesse,quod minor propter homicidium pa
tris prætendere,& consequi posset,iuxta plenè
tradita per Rol.à Vall.in cons. 39.per tot.vol.
2. Iul.Clar.in §.homicidium, vers. tenetur
etiam, Plot.in repet.l.si quando, C.unde vi,
nu.694.cum plur.seq. Ant. Gomez. var.resol.
lib.3,in tit.de homicid.nu.37.& seq.Plaz. in
epith.delict.cap.6.num.32.& seq.Pute.in de-
cis.280.lib.3.Ioseph Lud.in decis.Lucen.62.in
1.par.& late Farinac. in titu. de homicid.sub
89 quæst.119.nu.93.cum plur.seq. Ita quòd etiã
si committens homicidiũ restitueretur ex gra-
tia Principis,nihilominus teneretur dotare fi-
lias occisi, vt pulchtè consuluit Fab.Turrett.
in cons.14.volum.3. Si ergo minor non potest
alienare, neque transigere sine decreto, multò
minus poterit huiusmodi interesse remittere,
vt in spetie dicit Stefan.Lamberteng.in d.tra-
cta.de contrac.eor.qui sine cer.solemnit.in gl.
90 1.nu.348. Verùm nec ijs,qui contrariam par-
tem tuentur validissimæ quoque rationes de-
sunt, quibus strenuè probant,tutorem,siue pu-
pillum cum eius authoritate absolutè posse
absque Iudicis decreto pacem facere,& quære-
91 lam remittere. Primò enim dicunt, quòd inte-
rest minoris nõ habere rixas,& discordias, nec
litibus,& sumptibus vexari,l.minoribus 25.an
norum,ff.de minor. & qui iniuriam remittit,
est summa laude, & commendatione dignus,
cùm pareat diuino præcepto dicenti,[Diligite
inimicos vestros,& benefacite ijs, qui oderunt
vos,] vt benè considerat Ant.Gomez.in d.cap.
3.sub nu.66.& Collegium Aduocatorum pro-
uintiæ Marrb.Anchon.inter consi.crimin.di-
uers.in cons.150.num.32.lib.1.& Ludou.Al-
92 fer.in cons.seq.nu.41.Secundò dicunt Iudicis
decretum tunc requiri, quando minor aliquid
distrahit,vel remittit, secus verò quando nihil
ab eius patrimonio aufertur, iuxta ea, quæ ad
hoc propositum refert Menoch. in d. cas. 171.
nu. 64.& Ioseph. Ludou. in decis. Perus. 35.
nu.8.Sed minor faciẽdo pacem nihil distrahit,
sed potius videtur lucrari euitando incommo-
da,damna,& pericula,quæ ex inimicitijs oriri
solent,& facit id, quod faceret quilibet bonus,
& prudẽs paterfamilias,vt inquit Io.de Amic.
in d.cons.88.nu.2.& seq.post Bald. in d.l.pa-
ctum curatoris,nu.3.& Abb.in cons. 108.sub
93 nu.2.& seq.in 2.par. Ideoque in Senatu Me-
diolani indistinctè admitti pacem,& remissio-
nem factam a tutore pro pupillo absque aliqua
causæ cognitione,testantur Boss.in tit.de pace,
nu.14.& Iul.Clar.in d.q.58.sub vers. quæro
94 an tutor. Contrarijs verò pro alia opinione
alle-

allegatis respondent, quòd prima ratio non militat, nam semper præsumitur expedire pupillo inimicitiarum incommoda euitare, & ideo alia causæ cognitio nō requiritur, vt post alios inquit *Stefan. Lamberteng. in loco supra*
95 *citato nu.* 348. Neque obstare dicunt, quod secundo loco dicebatur arguendo ab alienatione rei minoris ad remissionem delicti, nam ratio est valdè diuersa, siquidem minor pacem faciendo nihil distrahit, imo lucratur reconci-
96 liando se cum inimico. Nec est verum, quòd remittendo quærelam, censeatur etiam remissa actio petendi ciuiliter damna, & interesse, sed ea iura remanent sibi salua, & illæsa, vt notabiliter affirmant *Boss. in d. tit. de pace, nu.* 11. *Ant. Gomez. in d. 3. lib. var. resol. in titu. de iniur. nu.* 13. *& Iul. Clar. in d. q.* 58. *vers. quaero*
97 *modo.* Inter has contrarias opiniones *Carau. in Rit.* 275. *sub nu.* 20. hac vtitur distinctione, cum qua conatur eas concordare, quòd aut solus tutor quærelam remittit, & pacem facit pro pupillo, & tunc necessariam esse dicit causæ cognitionem, & Iudicis decretum; Aut remissio fit ab ipso pupillo iam pubere, & doli capace cum authoritate tutoris, & iuramento, & tunc affirmat remissionem validam esse sine decreto, & eam sustineri saltem ratione iuramenti, *ex reg. tex. in auth. sacramenta puberū C. si aduers. vendit.* prout etiā tenuerunt *Abb. in d. cons.* 108. *Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap.* 38. *nu.* 6. *Simonccl. in d. inspect.* 16. *nu.* 140. *& Sforz. Odd. in d. q.* 85. *art.* 7. *nu.* 59. cui distinctioni ego quoque libenter inhæreo, nam valdè rationabilis est, & non contradicit supradictæ decisioni Sacri Consilij relatæ per *Vinc. de Franch. in d. decis.* 535. nam ex facti serie ibi narrata apparet, quòd solus tutor remissionem fecerat, & dum idem num. 5. allegat *Carau. in d. rit.* 275. nedum non videtur hanc
98 distinctionem respuere, sed confirmare. Dum enim pupillus doli capax contrahit cum iuramento, tunc certam legem habemus, quòd non opus est decreto Iudicis, nec vlla causæ cognitione, postquàm iuramentum supplet ætatis defectum, & contractum ab eo factum confirmat, ac si esset factus à maiori, vt communiter affirmant omnes Docto. *in d. auth. sacramenta puberum, & in cap. cum contingat, de iniur. Natt. in cons.* 631. *nu.* 8. *lib.* 3. *Cephal. in consi.* 207. *nu.* 7. *vol.* 2. *Hier. Gabr. in cons.* 127. *nu.* 2. *& n.* 16. *vol.* 1. *Ant. Gomez. in* 2. *lib. var. resol. c.* 14. *nu.* 18. *plenè Nicol. Euer. in lib. quem vocat, centum modi argumentandi, in loco, à vi, & efficac. iuram. nu.* 3. *&* 7. *Seraf. in tracta. de priuil. iur. in* 83. *priuileg. nu.* 2. *& Ant. Gabr. in* 2. *lib. commu. conclus. in tit. de minor. concl.*
99 5. *per tot.* Quæ conclusio procedit non solùm in minore decem, & octo annis, sed etiam in impubere pubertati proximo, vt in eadem authen. sacramenta puberum, notant *Bart. nu.* 9. *Salyc. nu.* 8. *Paul. de Castr. nu.* 6. *Ias. nu.* 15. *& plenè* Curt. *iun. nu.* 17. *cum plur. seq. Ant. Gomez. in d. cap.* 14. *sub nu.* 18. *Affl. & Vrsill. in decis.* 322. & alij, quos plenè cumulant *Octau. Simoncel. in d. tract. de decret. & alijs solemn. in contract. minor. lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 18. *nu.* 139. *cum plur. seq. & Surd. omnino videndus*
100 *in cons.* 25. *per tot. lib.* 1. Et licet regulariter quando iuramentum interponitur super contractu nullo, obtenta eius absolutione, non obliget amplius iurantem ad eius obseruantiam, iuxta not. per *Corn. in cons.* 288. *nu.* 17. *vol.* 3. & alios relatos per *Rol. à Vall. in cons.* 7. *num.*
101 57. *& seq. vol.* 3. Tamen secus est in contractu iurato facto per minorem, nam non potest ab eo amplius impugnari, etiam petita, & obtenta absolutione à iuramenti vinculo, vt ex magis communi Doctorum sententia testantur *Crau. in cons.* 7. *nu.* 6. *& seq.* & plenè *Franc.*
102 *Becc. in cons.* 63. *per tot. lib.* 1. Et ratio est, nā supradicta conclusio procedit, quando contractus, super quo iuramentum interponitur, est omninò nullus, & solo periurij metu obseruatur, vt in *cap. debitores, de iureiur.* tunc enim sublato iuramenti vinculo per absolutionem ab eo, cessat causa prohibitionis, ob quam non poterat impugnari, quando verò contractus est per se validus, sed aduersus eum competunt remedia rescissoria, quæ tolluntur ex vi iuramenti, tunc obtenta eius absolutione remanet contractus validus, sed competunt aduersus eum illa remedia rescissoria, quæ prius competebāt, prout est, quando maior læsus est in venditione vltra dimidiam iusti pretij, iuxt. not. per *Docto. in l.* 2. *C. de rescind. vend.* & idem est, quando contractus, qui alias erat inualidus, cōfirmatur à iuramento, vt est contractus minoris, quem iuramenti virtus confirmat, ac si esset factus à maiori, nam cùm sit iuramenti vis iam impressa contractui, quamuis sequatur absolutio ab eo, remanet nihilominus contractus validus, nam absolutio censetur concessa ad finē agendi, vel excipiendi tantum, & remouet solùm reatum periurij, non autem vires contractus, præterquàm si cum minori ætate concurreret etiam dolus aduersarij, vel enormissima læsio, nam tunc competeret remedia rescissoria, prout notabiliter explicant *Corn. in cons.* 6. *n.* 13. *& seq. lib.* 1. *Neuiz. in cons.* 22. *per tot. plenè Franc. Becc. in d. cons.* 63. *nu.* 2. *Crau. in d. cons.* 7. *nu.* 6. *& Vrsill. in decis.* 322. *num.* 1. Stante autem supradicta conclusione, quòd remissio facta à minore cum iuramento valida est, etiam sine decreto, aliqua sunt animaduertenda, quæ dum casus eueniet, magnam pos-
103 sunt vtilitatem afferre. Et primo consideran-

dum

dum est, quòd si contingat huiusmodi remissionem fieri à minore in die feriata, erit penitus nulla, nõ obstante iuramẽti vinculo; licèt enim regulariter contractus in die feriata celebratus, validus sit, sed notarius, & contrahentes grauiter peccent, iuxta not. per *Nicol. Euer. in cent. argum. legal. in loco de temp. ad locũ, vers. hinc. etiam*, iuramentum tamen in eo contractu præstitum nullius roboris est, nam in die feriata præstari non potest, *cap. 1. de fer.* & ideo si contractus est talis, quòd eius vis à iuramenti robore dependeat, omni carebit efficacia, cùm remaneat spoliatus iuramenti vinculo, prout notabiliter animaduertunt *Lanfranc. de Oriano in c. quoniam contra, de probat. in princ. num. 50. & seq. Plot. in repet. l. si quando, C. vnde vi, num. 755. Thom. Ferrat. in caut. 3. Hippol. in sing. 624. Surd. in cons. 87. nu. 14. & seq. lib. 1. Carau. in rit. 128. sub nu. 14. et Borgn. Caualc. in decis. Fiuiz. 9. nu. 31. in 1. par.* Vnde cùm remissio facta à minore eatenus valeat sine decreto, secundùm supradictam distinctionem, quatenus sit roborata iuramẽti vinculo, quod operatur, vt videatur facta à maiori. Ideo cessante iuramenti efficacia, si præstatur in die feriata, remanet penitus nulla, quia caret fundamẽto,
104 ex quo poterat sustineri. Circa quam conclusionem animaduertendum quoque est, ꝙ inter dies feriatos connumerantur dies Letaniæ Veneris Martij, & Hebdomadæ sanctæ, ac eius octauæ, vt refert *Borgn. Caualc. in d. decis. 9. sub num. 31.* Nec omittenda sunt, quæ ad hoc propositum circa materiam feriarum plenè refert *Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 30. per totam,*
105 *& Viu. in decis. 35.* Item perpetuò notandum est in hac materia, quòd licèt statutum possit restringere tempus minoris ætatis, ita vt maior decem & octo annis habeatur pro maiore, tempus tamen restitutionis in integrum, quod minoribus de iure communi conceditur vsque ad vigesimumquintum, non censetur restrictum, vt notabiliter refert *Borgn. Caualc. in decis. 65. in 2. par. nu. 91. et in tract. de tutor. & curat. nu. 99.* idem etiam post alios tenet *Bernard. Pand. de præsent. instr. par. 2. nu. 28.* Quæ conclusio fundatur ex regula *tex. in l. ea qua, C. de tempor. in integr. restitut.* vbi expresse cauetur, quòd quamuis minor veniã ætatis impetrauerit, tempus tamen petendi restitutionem in integrum vsque ad vigesimũ quintum annum semper extenditur, vt in specie notat *Bernard. Diaz in reg. 653. in 5. lim.* & infra illud tempus nunquam censetur habilitatus ad alienandum bona immobilia sine iudicis decreto, vt notabiliter affirmant *Socin. iun. in cons. 59. nu. 56. & in cons. 63. nu. 50. lib. 3. Rolan. à Vall. in cons. 7. nu. 17. & seq. lib. 3.* & alij relati per *Mastrill. in decis. 13. nu. 28. in 1. par.* Animaduertendum autem est, quod hæc conclusio non est ita simpliciter intelligenda, sed amplectenda est distinctio relata per *Bal. in auth. si captiui, nu. 4. C. de Episc. et cler.* qui dicit, quòd aut lex, vel statutum disponit super ætate fingendo, & tunc cessat restitutio, *vt in auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit.* in qua minor fingitur maior ratione iuramenti, aut disponit limitando ætatem, vt *in l. Longobarda, approbata per const. reg. minorum iura*, & cessat etiam restitutio. Nam sicut ius ciuile regulariter denegat restitutionis beneficium maioribus vigintiquinque annis, pari ratione deneganda est ijs, qui ex dispositione statutaria efficiuntur maiores in anno decimo octauo, nam illa est ætas legitima, & perfecta; aut vero lex seu statutũ procedit permittendo, quòd contractus qui fiunt a minoribus in decimo octauo anno sint validi, & tunc habet locum beneficium restitutionis in integrum, nam statutum aliud non efficit, nisi vt contractus factus a minore, qui esset ipso iure inualidus, sit validus, sed non tollit restitutionis beneficium, quatenus læsus sit, vt notabiliter affirmat etiam *Grammat. in d. constit. minorum iura, nu. 2. & seq. & Ruin. in cons. 126. nu. 4. vol. 5.* & eandem distinctionem refert, ac egregiè explicat doctissimus *Consiliarius Io. And. de Georg. in alleg. 16. nu. 7. cum plur. seq.* Et in hoc tertio casu procedere potest supradicta conclusio. In terminis verò dictæ constit. Minorum iura, quæ disponit limitando minorem ætatem in 18. anno, non est locus restitutioni, nisi aduersus ea, in quibus minor infra illam ætatem læsus fuit, cuius beneficiũ peti debet infra quadriennium immediatè decurrendum post completos annos decem & octo, vt plenè discusso articulo cõcludit *Præs. de Frãch. in decis. 650. per totam.* Et super hoc artic. videndi sunt Doct. allegati per eundem *Præs. de*
106 *Franch. in decis. 167. nu. 15.* Quod tamen an procedat in feudatarijs, qui secundum iura huius regni reputantur maiores in decimo quarto anno, ita vt nõ possint facere actus eis præiudiciales, videnda sunt quę pulchrè tradit idem *Mastrill. in d. decis. 13. per totam, & Vinc. de*
107 *Franch. in d. decis. 650. in 4. par.* Et demum omittendum non est pro ornatu supradictæ cõclusionis, quod ad hoc vt contractus minoris firmetur iuramenti robore, opus est, quòd ipse minor asserat se minorem, & scienter renunciet cum iuramento beneficio minoris ætatis, alias enim si contrahit tanquam maior præsumitur errasse, vt notabiliter considerat *Io. Vinc. Honded. in cons. 42. nu. 21. vol. 1.* ita intelligendo *not. per Cefal. in cons. 466. nu. 31. lib. 4.* Imò secundum aliquos opus est etiam, quod minor specifice certioretur de beneficio mino-

minoris ætatis, & reſtitutionis in integrum,
quod ſibi competit, aliàs enim iuribus per eũ
ignoratis nunquam renuntiatum fuiſſe cenſe-
tur, vt notabiliter affirmat *Bellug. in ſpecul.*
princ. rub. 12. in §. quadam, nu. 90. & ſeq. pro
qua opinione multos alios concordantes re-
fert *Tiraq. in l. ſi vnquam C. de reuocan. donat.*
in præfat. nu. 151. Sed re vera magis commu-
nis eſt opinio contraria, vt teſtatur *Octau. Si-*
moncell. in tract. de decret. in contract. minor.
tit. 8. in ſpect. 8. nu. 159. & pulchrè *Hier. Gab.*
108 *in conſ. 127. nu. 12. vol. 2.* Verùm ſi ſciens ſe
eſſe minorem, aſſerat ſe adultum, & nunquàm
contrauenturum iuret, tunc etiam eum aſtrin-
gi iuramenti vinculo ex communi Doctorum
ſententia affirmat *Stephan. Lamberteng. in d.*
tract. de contract. eor. qui ſine certa ſolemnit.
in fine, num. 43. & ſeq. qui hanc concluſio-
nem limitat non procedere, quando minor
aſſerens ſe maiorem, contraheret cum perſona
coniuncta, quæ veriſimiliter eius ætatem ſcire
109 poſſet. An autem iuramentum faciat valere
contractum à minore factum ſine authoritate
ſui Curatoris? vide *Bald. in c. 1. §. item Sacra-*
menta nu. 6. de pace iur. firm. Crauett. in d. cõſ.
7. nu. 16. Honded. in d. conſ. 42. nu. 13. lib. 1.
Eugen. in cõſ. 3. per totum. & pleniſſimè *Octa.*
Simoncell. in d. tract. de decret. minor. tit. 8. in-
ſpect. 18. nu. 215. & ſeq. & alios quos pro vtra-
que parte refert *Regius Conſiliarius Rouit. in*
comment. ſuper pragm. 1. de minor. nu. 32. in
110 *nouiſſima editione.* Et an in iudicijs ſi mi-
nor conſtituit procuratorem cum iuramento
ſine authoritate ſui Curatoris, amittat benefi-
cia reſtitutionis in integrum? vide *Guid. Pap.*
in deciſ. 35. Boer. in deciſ. 92. Vrſill. in dec. 114.
Vinc. de Franch. in deciſ. 448. per totam, &
111 *Garz. Maſtrill. in deciſ. 54.* Et an iuramen-
tum præſtandum ſit tactis ſcripturis? plenè ex-
112 plicat *Theſaur. in deciſ. 47. per totam.* Et quid
in Epiſcopo, & Clerico? videnda ſunt not. per
Couarr. in cap. quamuis pactum, de pact. in 1.
113 *par. §. 1. nu. 3.* Et an opus ſit, quòd præſtetur
ſuper Euangelijs? vide *Caſſan. in conſ. 7. num.*
18. & Hier. Gabr. in conſ. 127. nu. 9. lib. 1. Et
114 an valeat iuramentum præſtitum in ſcriptura
priuata? vide *Soc. in l. 2. in ſi. ff. de iureiur.* Et
115 denique pro huius cap. complemento notan-
dum eſt, quod in caſu quo tutor facit pacem
pro pupillo, non poteſt eum ad pœnam conuen-
tionalem obligare, vt ex communi Doctorum
opinione affirmant *Steph. Lamberteng. in d.*
tract. de contract. eor. qui ſine cer. ſolemnit. in
gl. 1. nu. 345. & Octau. Simoncell. in d. inſpect.
16. nu. 346. qui dicit, quod hæc limitatio di-
ſplicuit Aduocatis, & Curialibus Marchiæ,
qui conati fuerant contrarium defendere pro
fiſco, *inter conſil. diuerſor. in conſil. 150.*
116 *nu. 33. lib. 1.* An autem ſi poſt obitum inter-
fecti plures ſuperſunt conſanguinei, ab omni-
bus ſit obtinenda remiſſio? hunc articulum op-
timè explicat *Ant. Gomez in tit. de homicid.*
c. 3. nu. 61. qui reſolutiuè concludit, quod ſi plu-
res ſunt in eodem gradu, omnes æqualiter con-
currunt in accuſando, & remittentibus proxi-
mioribus in eodem gradu exiſtentibus præclu-
ditur via cæteris remotioribus, & hæc eſt veri-
tas confirmata *per d. pragm. fin. de compoſ.* Ve-
117 rum ſi ex pluribus in eodem gradu exiſtenti-
bus vnus tantum querelauit, & litem conteſta-
tus fuit, alter poſtea ſuperueniens non admit-
titur, vt inquit *Sal. in l. qui de crimine, in 7. op*
poſ. C. de accuſat. quem refert *Ant. Gomez in*
eod. tom. 3. var. reſol. c. 1. nu. 35. propè finem.
118 Et ſi cum fratre utrinque coniuncto concur-
rit vterinus, præfertur vtrinque coniunctus,
cùm in eo concurrat duplex vinculum, vt te-
119 ſtatur *Plaz. in c. 45. nu. 4.* Et idem eſt ſi frater
vtrinque coniunctus concurrit cum conſangui
neo tantùm, ut ex magis communi Doctorum
ſententia concludunt *Ceſal. in conſ. 323. lib. 3.*
& in conſ. 623. lib. 5. Bertazol. in conſ. ciu. 22.
Rimin. iun. in conſ. 401. lib. 4. Vinc. de Franch.
in deciſ. 26. nu. 4. & alij relati per *Fab. Turret.*
120 *in conſ. 89. num. 4. lib. 2.* An autem nepos ex
fratre præferatur patruo illius, de cuius ſucceſ-
ſione agitur? uide infra in 4. par. c. 9. num. 18.
121 Sed an ſufficiat obtinere remiſſionẽ ab eo, qui
tũc reperiebatur ꝓximior, ſi ſperatur natiuitas
alterius in eodẽ gradu, uel proximiori? vt puta
ſi interfecto ſuperſint pater, & vxor prægnãs,
an ſufficiat remiſſio facta per patrẽ, qui tũc erat
proximior, ſi poſtea naſcatur poſthumus? dic,
quòd ſufficit remiſſio proximioris, & quamuis
poſtea naſcatur alter in eodem gradu, non eſt
opus alia remiſſione, vt pulchrè dixit *Ant. Go-*
mez in d. tit. de homicid. nu. 61. in ſi. ubi plures
122 alios concordantes allegat. An autem ſuffi-
ciat remiſſio principalis uulnerati, ſi poſtea ſe-
quatur mors? uide eundem *Ant. Gomez in eod.*
cap. nu. 68. Plaz. in c. 12. nu. 16. Ant. de Padill.
in d. l. transfigere, num. 28. C. de tranſact. Iul.
Clar. in d. q. 58. verſ. quæro pone, & in verſic.
vnum tamen, & Vulpell. in tract. de pace, q. 5.
123 *& 22.* Et an excuſpatio ipſius interfecti in
mortis articulo proſit inquiſito ad tollendum,
vel minorandum indicia? vide *Plaz. in cap. 13.*
num. 17. & ſeq. Iul. Clar. in q. 52. verſ. poteſt
etiam, Decian. in cõſ. 96. nu. 29. vol. 3. Bertaz.
in conſ. 246. nu. 9. vol. 1. et ibi Claud. in addit.
ad eum, Burſat. in conſ. 20. nu. 38. & ſeq. lib. 1.
Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 90. Maſcard. de
probat. in concl. 1130. nu. 1. et 6. cum plur. ſeq.
lib. 3. Viu. in deciſ. 101. & pleniſſimè *Farinac.*
in tit. de indic. q. 46. nu. 72. cum ſeq. et nu. 104.
124 *cũ plur. ſeq.* Et an valeat pactũ in remiſſione

appositum, quòd inquisitus per tot annos non accedat ad patriam offensi sub certa pœna? hûc articulum plenè explicant *Carau. in rit.* 275. *nu.*22. *& seq. Vin. in com. opin.* 574. *Farinac. in tit. de var. & diuers. crimi. q.* 107. *in* 2. *par. art.* 20. *nu.* 262. *cum seq. Amasc. in tract. de potest. in seips. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 19. *& seq. Regius Consiliar. Rouit. super pragm.* 8. *de compos. nu.* 8. *& plenius in nouiss. comment. super eadem pragm. nu.* 16. *& seq. & Garz. Mastrill. in comment. sup. pragm. de indult. c.* 24. *nu.* 18. *& seq.*
125 *& latius idem in decis.* 38. *per tot.* Nec longe alienum est ab hac materia, quòd remissio obtenta propter pecuniam arguit delicti confessionem contra inquisitum, vt inquit *Aret. in §. ex quibusdam, vers. ex quo Bal. infert, instit. de pœn. temer. litig.* cum qua conclusione concordant *Cepoll. in caut.* 138. *Blanc. in tract. de indit. nu.* 386. *& Lud. Cam. in pract. crim. in princ. nu.* 125. licet contrarium teneat *Bal. de Vbald. inter cons. crimin. diuers. in consi.* 22.
126 Sed posita prima opinione pro vera, ea limitatur non habere locum, si transactio fit a patre pro filio inquisito, vt consuluit *Corn. in cons.* 309. *nu.* 2. *vol.* 3. *& Ant. de Padill. in d. l.*
127 *transfigere, nu.* 23. An autem si inquisitus soluat aliquid Curiæ per viam compositionis, censeatur fateri delictum? vide *Bal. in l. ea quæ, C. de condit. indeb. Par. de Put. in tract. de sindic. in verb. compositio, vers. an officialis Episcop. & Paul. Grillan. in tracta. de relaxa. carcer.*
128 *in* 4. *quæst.* Et quid si quis remittat se gratijs Curiæ, & Iudex, vel Baro cũ nimis componat, an possit appellare? vide *Io. Vinc. de Anna in repet. cap.* 1. *de vassall. decrep. æta. nu.* 57. *& in*
129 *sing.* 226. Et quid si pars offensa pro remissione quærat immodicã summam, an Iudex eam taxare possit pro eius arbitrio? vide *Thesau. in decis.* 21. *nu.* 3. *Rouit. in d. pragm.* 8. *de compos. nu.* 2. *& not. per Pyguer. in decis.* 6. *nu.* 13.

Finis Cap. Primi.

CAPVT SECVNDVM.

Pater tenetur filio secum litiganti alimenta præstare, & subministrare litis expensas, quatuor autem requisita concurrere debent, quæ singula plenè explicantur, & hinc latè declaratur quomodo sit probanda filiatio tam in iuditio ordinario, quàm in possessorio? Et si mater sit adultera, an & quando filius præsumatur legitimus, vel adulterinus? Et quæ aliæ personæ teneantur præstare alimenta lite pendente eorum aduersarijs? Et quæ sint personæ miserabiles à iure reputatæ? Et demum multa notabilia referuntur ad materiam l. vn. C. quan. Imper. inter pupillũ, & vid.

SVMMARIVM.

1 *Filio litiganti cum patre, alimenta ab eo sunt subministranda lite pendẽte, si est in quasi possessione filiationis, aliàs secus, & num.* 7. *&* 8.
Et quæ probationes sufficiant, à nu. 22. *vsque ad* 26.
Ampliatur, & limitatur pluribus modis, remissiuè nu. 2.
Quatuor tũ requirũtur, videlicet q̃d sit filius, quod sit pupillus, quod obtinuerit in prima instantia, & quod aliunde nõ possit ali, nu. 3. *Secundum vero, & tertium requisitũ non practicantur, nu.* 58. 59. *&* 60.
4 *Filiationis sola allegatio non est sufficiens, vt dentur alimenta, si à patre hæc qualitas negatur, & filius non reperitur in eius quasi possessione, & nu.* 6.
5 *Filius ali non debet lite pendente, vltra quam alebatur ante litem motam.*
9 *Filiationis probatio respectu patris, nedum est difficillima, sed fere impossibilis.*
Et quomodo probetur. nu. 11.
Et vt plurimum ad coniecturas recurritur, num. 12.
10 *Filius Regis, aut frater non succedit in Regno apud Indos, sed sororis filius.*
13 *Filiationis quasi possessio, ex quibus actibus inducatur ad filij fauorem, & nume.* 14. *vsque*

O 83 *Ali-*

83 *Alimenta debentur lite pendente agenti iudicio vniuersali pro hæreditate, vel eius quota.*

84 *Alimenta lite pendente debentur litiganti super bonis, quæ prætendit communia, vel ad se pertinere, & habet præsumptionem pro se.*

85 *Pauperi actori sunt à reo lite pendente alimenta præstanda, & litis expensæ, dummodo ius foueat, & nu. 86.*

87 *Fiscus tenetur aduersario inopi secum litiganti alimenta præstare.*

88 *Aduocatus, & Procurator pauperum salariantur à Regi, alijsque prærogatiuis decorantur.*

89 *Ecclesia connumeratur inter personas miserabiles.*

90 *Clericus criminaliter agens pro offensa sibi illata habet fori electionem.*

91 *Miserabiles personæ quæ sint, foriq; electionem habent, si iurant perhorrescere potentiam aduersariorum, & an gaudeant hoc priuilegio, si agunt iure cesso?*

92 *Pupillus quis propriè dicatur, & an maior quatuordecim annis, minor autem decem et octo gaudeant priuilegio fori?*

93 *Vidua quæ sit.*

94 *Virgo habet fori electionem, etiam contra stupratorem. nu. 95.*

96 *Vidua diues gaudet priuilegio fori.*

97 *Pupillus diues habet fori electionem, sed non quo ad patrocinium gratis præstandum per Aduocatum pauperum, nu. 98.*

99 *Vidua luxuriosè viuens amittit priuilegia.*
Ampliatur etiam in vidua, quæ suo dolo viduata fuit, eod. nu. 99.
Meretrices inter miserabiles personas connumerantur, eod. nu. 99. in fi.

100 *Vidua si forum elegit, & postea virum ducit, remanet ius Fisco quæsitum.*
Idem est in pupillo effecto maiore lite pendente, nu. 101.

102 *Studentes, qui absunt ab eorum patria reputantur vt personæ miserabiles.*

103 *Vniuersitas gaudet priuilegio fori.*

104 *Senes dicuntur etiam personæ miserabiles.*
Fallit in sene sagaci, eod. nu. 104.


105 *Priuilegiatus contra priuilegiatum nō gaudet priuilegio fori.*

106 *Priuilegio l. vnica* C. *quando Imp. non censetur derogatum per clausulas generales priuilegij* Baronis.

107 Baro *habens priuilegium cum specifica derogatione l. vnicæ, C. quando Imper. non potest ei renunciare in præiudicium vassalli.*

108 *Vassallus non potest præiudicare domino prorogando iurisdictionem.*

109 *Priuilegium l. vn. C. quan. Imper. inter pup. & vid. non operatur cōtra tutores, & alios administratores ad finem eos trahendi ad reddendam rationem extra locum administrationis gestæ.*

1 
Icet regulariter nulla lis inter patrem, & filium esse possit. Nihilominus in casibus, in quibus filijs cum parentibus litē habere permittitur, alimenta lite pendēte subministranda sunt ex reg. *tex. in l. si neget, cum ibi not. per* DD. *ff. de lib. agnosc. & in l. qui de inofficioso, & in l. si instituta. §.*
2 *de inofficioso, ff. de inoff. testam.* Hæc autem conclusio ponitur pro regula, quam pluribus ampliationibus, limitationibus, & declarationibus exornant *Duen. in reg. 365. per tot. Menoch. in tract. de præsump. lib. 1. præsump. 35. Surd. in tracta de alim. tit. 1. q. 111. Molin. de primog. hisp. lib. 2. cap. 16. nu. 30.* Couar. *in lib. practic. quæst cap. 6. sub n. 5. & seq. & Franc. Milan. in decis. 16. & seq. lib. 1.* quas hic non repeto, cum nil aliud esset, quam eorundem Doctorum scripta transcribere, sed tantum
3 aliqua vtiliora breuiter reassumam. Primò autem prænotandum est, quòd ad hoc, vt filius lite pendente, huiusmodi alimenta obtineat, quatuor sunt necessaria, videlicet, quòd sit filius, quòd sit pupillus, quod obtinuerit in prima instantia, & quòd aliunde non possit ali, prout dixit *Pau. de Castr. in d. l. si instituta. §. de inofficioso, ff. de inoff. testa.* cum quo plures alios concordantes refert *Surd. in d. tracta. de alim. tit. 1. q. 112. in princ.* Verum quia in his requisitis non omnes Doctores conueniunt, vt simul omnia sint necessaria. Ideo vt veritas exquiratur, opus est, quòd singula discutiantur.
4 Et quo ad primū, quòd sit filius, est animaduertendum, quòd sola filiationis allegatio, si per patrem hæc qualitas negetur, & in eius quasi possessione filius non reperiatur, non est sufficiens, vt ei statim decernantur alimenta, nam si hoc solū sufficeret, aperiretur via fraudibus; quilibet enim posset se alicuius filium effingere, eique litem mouere, ad hoc, vt ea pendente alimenta haberet, vt benè considerat *Bar. in d. l. si neget, num. 2. ff. de lib. agnosc.* quod verissimum esse affirmant *Menoch. in d. præs. 35. nu. 2. Decian. in cons. 66. num. 1. vol. 2. Soc. iun. in cons. 8 in 3. vol. plenè Hier. Gabr. in cons. 25.*
5 *vol. 1. & Duen. in d. reg. 365. in 1. limit.* Non enim is, qui vt filius agit, alendus est lite pendente, vltra quam alebatur ante litem motam, sed manere debet in eo statu, in quo erat tempore

pore

pore litis motæ, adeò quòd si eo tempore in huiusmodi quasi possessione non erat, nec eam acquiret per litem motam, cùm ea pendente nihil fit innouandum, *vt toto tit. extra, vt lite pend. nihil innou.* vt benè animaduertit *Soc.*
6 *iun. in d. cons. 8. nu. 5.* Verum dum filius in huiusmodi quasi possessione non reperitur, & pater negat eum esse filium, tunc ad finem prouidendi; An sint decernenda alimenta lite pendente super causa principali, Iudex præmittere debet summariam causæ cognitionem, in qua saltim præsumptiuè videbit, an ille sit in aliqua filiationis quasi possessione, qua summaria cognitione pendente actor alendus non est, sed si in ea vrgentes aliquas pro se præsumptiones deduxerit, tunc ei alimenta decernentur in iuditio ordinario, hæc praxis deducitur ex traditis per *Molin. in tract. de primog. hisp. c. 16. lib. 2. num. 39. Surd. in d. tract. de alim. tit. 1. q. 110. num. 10. & seq.* pro qua facit *tex. cum ibi not. per Saly. in l. fi. nu. 2. C. de alen. lib.* vbi hoc etiam tradidit *Cyn. reprobata Glos. opinione*
7 *in ead. l. fi.* Est igitur concludendum, quòd aut filius est in quasi possessione filiationis, & decernenda sunt ei alimenta lite pendente absq; aliqua causæ cognitione, aut non est in ea quasi possessione, & non sunt ei alimenta decernenda, nisi præuia summaria causæ cognitione, & vrgentibus præsumptionibus pro eo, prout etiam testatur *Menoch. in d. præs. 35. nu. 2. &*
8 *seq.* & hæc est ipsa veritas. Est etiam diligenter animaduertendum, quòd quando filius non est in quasi possessione filiationis, & præsumptionibus tantummodo nititur, opus est, quòd non sint leues, sed vrgẽtes præsũptiones, alioquin si pater ex aduerso validiores præsũptiones afferat, non tenebitur interim alimenta præstare, ex not. per *Menoch. in ead. præs. 35. n. 6. Hier. Gabr. in cons. 25. nu. 6. vol. 1. & Surd. in d. q.*
9 *112. num. 28.* Insuper animaduertendum est, quòd filiationis probatio nedum difficillima; sed ferè impossibilis est respectu patris, *l. Lucius. ff. de cond. & demonst. Cin. in l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Bertran. in cons. 26. nu. 1. vol. 2. Surd. in cons. 1. nu. 28. vol. 1.* & alij, quos plenè cumulant *Io. Bapt. Asin. in prax. iuditiar. in 2. par. de modo proban. filiat. §. 1. cap. 5. per tot. & Mascard. in tract. de probat. concl. 787. nu. 5. & seq. Hinc Homer. in odiss. lib. 1.* sic Thelemacum loquentem inducit,

Ex illo natum mater me dicit, at ipse
Nescio, nam certum quis posset ferre parentem?

10 Vnde apud Indos non succedit in Regno Regis filius, aut frater, sed sororis filius, Idemq; seruari apud noui Orbis Incolas, testatur *Constant. Capriol. in pract. success. ab intest. n. 31.*
11 Modum autem probandi directè filiationem ponit *Bar. in l. 1. nu. 2. C. quor. bon. & Bald. in l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur.* dicentes, quòd tunc dicitur verè probata filiatio, si constet mulierem repertam esse prægnantem ex viro in carcere cum ea detento, tempore quo ibi ad eã nulli alij patuisset accessus, prout etiam refert *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 89. nu. 18. plenè Marcell. Calà in tract. de modo articulan. num. 270. cum plur. seqq. & Capreol. in prax. de success. ab intest. num. 28. &*
12 *seq. fol. mihi 301.* Hinc cum filiatio non possit liquidis, & indubitatis probationibus regulariter verificari, vt plurimum ad coniecturas, & præsumptiones recurritur, ideo vt in hac materia tam dubia aliquam certam regulam exquiramus, tres casus cõsiderãdos esse arbitror, quorum primus est. Quomodo sit intelligenda quasi possessio filiationis, ad finem obtinendi alimenta lite pendente? Secundus. Quæ probationes sufficiant ad hoc, vt filius per viam summariæ cognitionis huiusmodi alimenta obtineat pendente iuditio ordinario? Tertius, quæ probationes requirantur ad probandam filia-
13 tionem in ordinario iuditio? Et quoad primum respondeo. Quòd in quasi possessione filiationis constituitur is, quem pater in eius testamẽto exhæredauit, nam cum omnis exhæredatio hodie præsumatur iniusta, non probata causa per hæredem, *l. omnimodo. C. de inoff. testam. & §. aliud quoque capitulum, Auth. vt cum de appell. cognosc.* & pater in actu exhæredationis videatur fateri illum esse filium, cum priuatio præsupponat habitum, *l. decem, ff. de verb. oblig.* meritò pendente iuditio cum hærede super verificatione causæ exhæredationis, interim vti filius alẽdus est, vt inquit *Menoch. in d. præsump. 35. num. 5.* cum quo concordat
14 *Surd. in d. q. 112. nu. 4. & seq.* Item ex tractatu paterno inducitur filius in quasi possessione, & transfertur onus probandi contrarium in aduersarium, vt tenent communiter *DD. in cap. per tuas, de probat. Alex. in cons. 88. nu. 3. vol. 7. Rol. à Vall. in cons. 49, n. 13. vol. 4. Menoch. de arbitr. iud. cas. 89. nu. 69. & in d. præsump. 35. nu. 33. & plenè Surd. in cons. 1. n. 46. vol. 1.*
15 Actus autem, per quos dicitur quis vt filius tractari, docent *Bald. in d. cap. per tuas, num. 5. &*
16 *Paris. in cons. 10. nu. 62. & seq. vol. 2.* Nominatio quoq; parentum inducit filium in quasi possessionem filiationis, secundum *Bart. in l. 2. §. idem rescripsit. ff. de lib. agnosc. & Dec. in d. cap. per tuas, num. 7. vers. limitatur primo.* Sed hoc non est ita simpliciter intelligendum, cum huiusmodi nominatio sæpè fieri soleat blandiendi causa etiam extraneis. Ideo hæc cõclusio procedit solum quando talis nominatio fit principaliter in actu, qui soli filio conuenire

potest,vt benè explicant *Menoch. in d.cas.*89. *num.*87.*cum plur.seq. Rol.à Vall.in cons.*22. *num.*26.*vol.*3.*& in cons.*49.*vol.*2.*& Surd.in d.q.*112.*nu.*9.*& seq.& in d.cōs.*1.*nu.*49.*vol.*1.
17 Itē si in libro baptismatis reperitur descriptus tanquam filius talis, vt inquit idem *Surd.in d.*
18 *cons.*1.*nu.*45. Item si fuit a patte legitimatus, iuxta not. per *Rol.à Vall.in cons.*96. *num.*47. *vol.*3. *Paris.in cons.*10.*nu.*67.*vol.*2.*& Surd.*
19 *in eodem cons.*1.*nu.*49. Item si fuit à patre institutus hæres,vt tradit idē *Surd.in eod.cons.*1.
20 *nu.*50.Itē si in libro patris reperitur descripta natiuitas filij,iuxta not.per *Bal.in l.neque natales,sub nu.*2. *C.de probat. & Menoch.in d.*
21 *cas.*89.*nu.*80. Alijs etiam modis,& coniecturis filius in huiusmodi quasi possessione constituitur, quos plenè cumulant *Io.Bapt. Asin.in d.prax.iudiciar.de modo prob.filiat. Menoch. in d.cas.*89.*per tot.& Surd.in d.cons.*1.*nu.*38.
22 *cum plur.seq.* ad quos me remitto. Quoad secundum, breuiter dico, quòd qualis probatio esse debeat,ex qua iudex inducatur ad decernēda filio alimenta, certa determinatio dari non potest,vt inquit *Surd.in d.q.*112.*sub num.*20. sed saltim talis præsumptio requiritur, ex qua inducatur semiplena probatio,vt inquit *Hier. Gab.in cons.*25.*nu.*2.*vol.*1.*ex doctrina Bar.in l.*3.*§.causa,in fi.ff.de carb.edic.* qui tradit pro regula, quòd in causis sūmarijs probatio debet esse semiplena,prout etiam in hoc articulo voluerunt *Iac.de Aren. & Alber.in d.l.si neget,*
23 *& Aret.in cons.*66.*nu.*10. Hinc *Couarr. in d.c.*6.*pract.quæst.nu.*8. dixit, vnicum testem sufficere, cum regulare sit, quod in causis summarijs, in quibus agitur de modico præiudicio, vnicus testis sufficit,secundum *Dec.in cons.*56. *nu.*1. quam cōclusionem in his terminis refert quoque *Decian.in cons* 66.*nu.*3.*vol.*3.*& Mo-*
24 *lin.in d.c.*16.*nu.*40. Verum ille vnicus testis oportet, quòd sit omni exceptione maior, vt inquit *Menoch.in d præsumpt.*35.*nu.*32. qui pro hac conclusione allegat *Zuccard. in rep. l.fin.num.*101. *C.de edi.Diui Adr.toll. & Be-*
25 *ninten in decis.*62.*nu.*14. qui regulam constituunt, quòd quādo a iure admittitur probatio per vnicū testem,ille debet esse omni exceptione maior,& quòd sit talis,debet articulari, & probari,iux.not.per *Bar.in l.*1.*§.si quis neget, ff.quemad.test.aper.* licèt enim regulariter quilibet præsumatur bonus, non tamen præsumitur optimus,& omni exceptione maior, vt inquit *Soc. in cons.*273.*vol.*2.*& Crau. in tract. de antiq.temp.in*1.*par.in verb.quæritur etiā,*
26 *nu.*39.An autem in hoc casu sufficiat præsumptio,quæ oritur per famam? vide *Mascard.de*
27 *probat.in concl.*791.*per tot.* Quo verò ad tertium,maior est difficultas,nam quando quis tāquā filius in iudicio ordinario agit ad alicuius hæreditatem vendicandam, certum est, quod audito possessore,opus est,quòd filiatio is qualitatem, quæ est suæ intentionis fundamētum plenè probet,alias enim succūberet,vt pulchrè inquit *Glos.notab.in l.*1.*C.quor.bon.* quā conclusionem veram, & communem esse testatur *Mascard.in concl.*786. *nu.*1. *Bursat. in cons.* 88.*nu.*5.*vol.*1. *Ruin.in cons.*52.*num.*3.*vol.*1. *Soc.iun.in cons.*86. *nu.*34. *vol.*2. *Ioseph Lud. in decis.Perus.*15.*nu.*13.*Decian.in cons.*1.*nu.* 5. *vol.*3. *& Io.Bapt. Asin. in d.prax.iudic. de mod.prob.filiat.§.*1.*c.*2.& melius in *cap.*87.*&*
28 *in c.seq.per tot.* qui dicunt, hanc conclusionē procedere etiam si filius sit in quasi possessione filiationis,si filiatio negetur,& de ea contingat principaliter dubitari in iudicio ordinario, prout in specie refert *Mascar.in d.concl.*786.
29 *nu.* 3. *& seq.* Licèt autem sola quasi possessio non sufficiat ad plenè probandam filiationem in iudicio ordinario,nihilominus quando plures præsumptiones concurrerent,eam concludenter probarent,plures enim imperfectę probationes coniunguntur ad plenam probationē faciendam,iuxta not.per *Menoch.in d.cas.*89. *nu.*66.& plenè per *Surd.in d.cons.*1.*nu.*53.*&*
30 *seq.* Imò,quòd ex sola quasi possessione oriatur filiationis præsumptio,quæ sufficit ad obtinendum in petitorio, cum ex ea transferatur onus probandi contrarium in aduersarium, plenè fundat in eodem *cons.*1. *Surd.num.*62.*& seq.* & in eādem opinionem concurrunt *Menoch. in d.cas.*89.*num.*70. *& seq.& Rol.à Valle in*
31 *cons.*22.*nu.*28.*vol.*3. Potior autem probandæ filiationis præsumptio reputatur ea, quando in cōstantia legitimi matrimonij in domo coniugum simul cohabitantium scientibus vicinis puerum natum esse constat, iuxta not.in *l.filiū definimus,ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur. et in l.si vicinis,C.de nupt.* Ille enim est pater, quem nuptię demonstrant,*l.quia semper,ff.de*
32 *in ius voc.* Quæ præsumptio tantæ potentiæ est, quòd etiam si probetur, mulierem ex qua puer ortus est, alijs præter virum sui copiam fecisse, nihilominus filius præsumitur à legitimo viro procreatus, vt latè ex cōmuni Doctorum sententia testantur *Menoch.in d.cas.*89. *nu.*20.*cum plur.seq.& in tract.de præsumpt. lib.*6.*præsumpt.*53.*nu.*3. *Duen.in reg.*344.*in* 1.*ampliat. Ant.Gab.in* 1.*lib. commun.concl. in tit.de præsumpt.concl.*14.*Mascar.de prob. in concl.*788.*per tot. Io.Bapt. Asin.in d.prax. iudic.de mod prob. filiat. §.*1. *cap.*67. *cum seq. constant. Capriol.in tract.de success.ab intest. sub prax.de mod.succed.num.*74. & alij plenè relati per *Mart.in voto* 26.*nu.*4.*& seq.* Verū
33 hęc conclusio multipliciter declaratur. Et pri-
34 mò, quòd tunc procedit, quando probata est cohabitatio viri,& vxoris, alias secus, vt plenè tradit

tradit Ias.in cõs.125.col.2.in vers.sed præmissis non obstantibus, vol.4. Neuiz.in cons.34. sub nu.39.& seq. & Soc.iun.in cõs.86.nu.44. & seq.vol.2. Pro qua declaratione ponderãda sunt verba eiusdẽ l.filium definimus, ibi, cum
34 vxore sua assiduè moratus. Vel saltim probari debet, quòd tempore conceptionis cohabitabant, ex mente Salyc.in l.fin.§.1.ff.de probat.
35 Vel ꝙ sit in domo mariti natus, aut cõceptus, vt refert Alex.in cons.88.sub num.14.vol.7.
36 Et cum id tempus sit fundamentum intẽtionis agentis, specificè probari debet, per ea, quæ docet Cefal.in cons.82.nu.51.& seq.vol.1. & in specie Menoch.in d.tract.de præsumpt.lib.6. præs.53.ante num.20.vers.declaratur sexto.
37 Pro qua declaratione facit doctr.Bal.in d.cap. per tuas,nu.4.de probat. qui dicit hæc notabilia verba, Nota, quòd tex.noster ponderat natiuitatem in domo habitationis communis, potius quàm conceptionem, & est ratio, quia dies natiuitatis certa est, & dies conceptionis incerta, & certum trahit ad se incertum: ponderãda sunt etiam verba Bar.in d.l.filium definimus, vbi ita summat illum tex. Ille dicitur filius legitimus, qui ex viro, & vxore ad matrimoniũ habilibus, simul cohabitantibus, constante matrimonio nascitur, & mox subdit, ꝙ ad proban
38 dam filiationem hęc sunt adducenda, Nempe, quòd inter tales fuit legitimè contractum matrimonium, & quòd erant habiles ad matrimonium cõtrahendum; item quod vt vir, & vxor simul cohabitabant, & sic ad inuicem se tractabant, & quòd talis natus fuit ex dicta vxore, & dicti coniuges eum tractauerunt vt filium, & ita tenetur, & reputatur ab alijs eũ cognoscentibus, & hæc etiam probanda esse docet Ang. in d.l.si vicinis,nu.1.C.de nupt.& in l.1.nu.4.
39 ff.de probat. Et licèt nõ omnia simul sint præcisè necessaria, nihilominus ad minus requiri cum matrimonio cohabitationẽ tempore conceptionis, & quòd fuerit tractatus pro filio, testatur Soc.iun.in d.cons.86.sub num.40.vol.2.
40 Secundò declaratur conclusio prædicta, quòd præsumptio, quæ sumitur ex d.l.miles,§.defuncto,ff.de adulter. non habet locum, quãdo agitur de bonis defuncti à manibus possessoris auferendis, vt pulchrè animaduertit idẽ Soc.iun. in alleg.cons.86.nu.43. cum quo concordant Bursat.in cons.88.nu.17.vol.1. Asin.in allegata praxi,cap.83.per totũ, Ant.Gab.in 1.lib. commun.conclus.in tit.de præsump.concl.14. nu.21.& Mascard.in d.concl.788.num.48.in
41 5.limit. Tertiò declaratur, quòd secundum veriorem, magisq; communem Doctorum sententiam, præsumptio, quæ oritur ex d.l.miles, est iuris tantum, & proinde per alias coniecturas potest probari contrariũ, ita quòd non obstante, quòd quis nascatur in domo viri, & probetur matrimonium legitimè contractum, vrgentibus tamen alijs coniecturis in contrarium, præsumitur potius filius adulteri, vt affirmãt Paris.in cons.10.nu.42.& 80.vol.2.& in cõs. 29.num.76.& seq.vol.eod. Alciat.in tract.de præsumpt.reg.3.præsumpt.37.num.3. Bursat. qui plures alios cumulat in cõs.81.nu.1.& seq. vol.1. Surd.in decis.83.nu.20. & plenius in d. cons.1.nu.59.& seq.vol.1. Asin.in citato loco, c.82.per tot. Menoch.in d.cas.89.nu.65.et seq. & Marc.Ant.Eugen.in cons.52.nu.31. cum
42 plur.seq. Plures autem coniecturas, iuxta casuum contingentiam ad inducendam præsumptionem, quòd filius sit potius ex adultero, quã ex legitimo viro procreatus, cumulant Paris. in d.cons.10.et 29.vol.2. Surd.in alleg.cons.1. nu.55.cum plur.seq.& Bursat.in cons.88.et 89.
43 vol.1. Et inter cæteras coniecturas valdè considerabilis est assertio ipsorum coniugum, quæ licèt sola non sufficiat ad filium excludendum, per ea quæ tradit plenè Menoch.in d.cas.89. nu.27. Inducit tamen præsumptionem contra eum, vt punctualiter dicit Inn.in c.trãsmissa, qui fil.sint legit. Et quòd huiusmodi confessio multum operatur cõtra filium, affirmat Corn. in cons.1.num.22.vers.item concurrit, vol.3.
44 Imò, quòd sola patris negatio transfert onus probandi contrarium in eum, qui se eius filium asserit, ex plurimorum Doctorum authoritate probat Paris.in d.cons.10.nu.54.vol.2. præsertim si cũ huiusmodi assertione aliæ præsumptiones concurrant, vt puta, fama, & vicinorũ communis opinio, iuxta not.per Bal.in d.l.filium definimus,in 1.lect.nu.11. Alex.in cons. 88.nu.13.vol.7. Gozad.in cons.13.num.30.& seq. Ancbar.in cons.225.sub nu.6. Decian.in cons.1.nu.101.vol.3. & Io.Bapt.Asin.in loco
45 supra cit.§.1.cap.77.per tot. Item si parentum negatio trãsijt in longæuum tractatum, vt quia diu eum tractauerunt vt non filium, præsertim si accessit eius præteritio in testamento, vt benè docet Ruin.in cons.52.ante nu.8.et seq.vol.5. post Alex.in cons.88.sub nu.11.& seq.vol.3. qui dicit præteritionem in testamento maximę considerationis esse ad præsumendum, ꝙ non sit filius, prout etiam affirmat Soc.iun.in d.cõs.
46 86.nu.41.vol.2. Item magna pręsumptio contra assertum filium est, si putatiuus pater ei alimenta non præstitit, nec in testamẽto reliquit, vt notat Asin.in citato loco, cap.19.in fine.
47 Item si frequentius cum adultero mater coibat, iuxta not.per Surd.in decis.83.num.19. Alciat.de præsumpt.in 3.reg.præsumpt.37. nu.14. Bursat.in cons.88.nu.15.vol.1.& Mascard.de probat.in concl.788.nu.11.in 2.lim.
48 1.ampl.& nu.47.in 4.limit. Præsumitur etiã filius ex adultero conceptus, quando maritus per plures annos filios nõ generauit, vt inquit

49 *Bursat. in d. conf.* 88. *nu.* 13. Item ex communi reputatione vicinorum probatur, aliquem nō esse filium mariti, sed adulteri, ex not. per eun-
50 dem *Bursat. in eod. conf.* 88. *nu.* 14. An autem similitudo probet filiationem præsumptiuè? vide quæ cōsiderant *Paris. in d. conf.* 10. *nu.* 59.
51 *vol.* 2. & *Decian. in conf.* 1. *nu.* 117. *volum.* 3. Et an mater cogi possit ad deponendum cum iuramento, ex cuius semine filius generatus sit? vide eundem *Paris. in conf.* 11. *num.* 41. & *seq.*
52 *vol.* 2. Et an hoc casu liceat Sacerdoti impunè reuelare confessionē matris? vide *Lap. in alleg.* 94. *per tot.* & *Ias. in l. patre furioso, nu.* 7. *ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur.* plenè *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 95. *et in nouissimis addit. ad tract. de arbit. iud. in cas.* 414. *per tot.*
53 Et an credatur Sacerdoti dicenti habuisse licētiam à confitente reuelandi eius confessionem? plenè explicat *Rip. in tract. de pest. sub tit. de remed. ad curan. pest. cap.* 8. *num.* 108. *cum seq.*
54 pulchrè *Aug. Bero. in q.* 12. *per tot.* Alia verò circa modum probandi filiationem docent notabiliter *Alex. in conf.* 51. *num.* 2. & *seq. vol.* 1. & *in conf.* 90. *vol.* 6. & *Dec. in conf.* 54. *per tot.*
55 Et quomodo probetur consanguinitas? plenè tradit *Surd. in decis.* 145. *per totā,* & *Io. Vinc.*
56 *de Anna in sing.* 102. An autem probata simpliciter filiatione, præsumatur, quòd sit filius legitimus, & naturalis? pulchrè explicat *Natt. in conf.* 473. *vol.* 2. *per tot.* & plenè *Menoch. de*
57 *præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 54. *per tot.* Et an per denominationem, & insignia probetur, quòd quis sit de eadē familia? vide quæ pulchrè tradit *Calcan. in conf.* 8. & hæc sufficiāt quoad primum requisitum, quòd is, qui petit alimēta,
58 lite pendente, sit filius. Quo verò ad secūdum. Quòd sit pupillus, in eo parum insisto, quia re uera non est omnino necessarium, licèt enim *tex. in l.* 1. *C. de carbon. edic.* huius ætatis mentionem faciat, nihilominus ibi non consideratur pupillaris ætas ad finem consequendi alimenta, sed ad differendam quæstionem status, prout fatetur *Surd. in d. tract. de alimen. tit.* 1. *q.* 112. *sub nu.* 17. cuius opinioni adhæreo, cùm sit communis, & Doctores nullam vim faciant
59 in hoc requisito. Quoad tertium animaduertendum est, quòd fortè videtur necessarium ex apertis verbis *tex. in l. si instituta,* §. *de inofficioso, ff. de inoff. test.* vbi dicitur alimenta decerni, quia reus appellauit, vnde infertur, illā decisionem fundari in præsumptione, quæ oriebatur pro actore vigore sententię, quam obtinuerat in prima instantia, quasi secus dicēdum sit, quando adhuc actor nullam pro se sententiam obtinuisset, prout expressè sentit *Glos. in eod.* §. *de inofficioso, in ver. decerni,* cum qua sim-
60 pliciter transeunt ibi *Bar.* & *Ang.* Verum etiā hoc requisitum non esse necessarium, & etiam in prima instātia, quamuis nullam pro se actor sententiam obtinuerit, alimēta deberi, verior, & communior est Doctorum sententia, prout patet ex *Affl. in decis.* 10. *Hier. Gabr. in cōs.* 29. *nu.* 19. *in fi. vol.* 1. *Bellamer. in decis.* 88. *Conar. in d. c.* 6. *pract. quæst. sub nu.* 5. *Duen. in d. reg.* 365. *nu.* 4. *in* 4. *ampliat. Cefal. in conf.* 127. *sub num.* 10. *vol.* 1. *Ioseph Lud. in decis. Perus.* 46. *num.* 7. *Mandos. in conf.* 12. *num.* 3. *Molin. de Hispan. primog. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 36. *Surd. in d. tract. de alim. tit.* 1. *q.* 112 *nu.* 18. *Franc. Milanens. in decis. Reg. Sicil.* 16. *nu.* 39. *in* 1. *lib.* & alijs, quos copiosè refert *Mar. Giurba in dec.* 5. *nu.* 29. qui hanc conclusionem plenè fundāt, & a contrarijs benè defendunt; hanc autem conclusionem intelligendam, & declarandam fateor, dummodo actor habeat saltim pro se aliquam verisimilem iuris pręsumptionem, prout eam hic plenè explicat *Cefal. in conf.* 714. *per*
61 *totum, lib.* 5. Quartum verò requisitum, quòd actor sit inops, ita quòd aliunde ali non possit, omnes DD. communiter affirmant esse necessarium, sed solam inopiam non sufficere, prout patet ex traditis per *Menoch. in d. præsum.* 35. *nu.* 4. Idq; expressè probatur in *d.* §. *de inofficioso,* ibi, *propter inopiam,* quam sententiam, reprobata opinione Rebuff. pluribus rationibus, & authoritatibus plenè confirmant *Surd. in ead. q.* 112. *nu.* 29. *et seq. Molin. in d. cap.* 16. *num.* 46. & *Aluar. Velasq. in* 1. *consult. Regni Lusit. sub nu.* 6. *vers. consultius esset.* Quis autem propriè dicatur pauper? plenè explicat *Menoch. de arb. iud. lib.* 2. *cas.* 65. *per tot.* Et cui incumbat onus probādi paupertatem? optimè declarat *Couar. in* 2. *lib. var. resol. c.* 6. *per tot.* Et quæ sunt paupertatis priuilegia? latè refert *Hipp. in conf.* 10. *sub nu.* 37. & *seq.* Et quomodo puniendi sint pauperes mendicātes, qui nullo morbo laborant? vide omnino *Menoch. de arb. iud. in* 6. *cent. cas.* 532. *per tot.* Et ex his remanet expedita prima declaratio principalis
62 conclusionis. Secundò animaduertendum est. Quòd huiusmodi alimenta, quæ filijs lite pendente præstantur, etiam si filius postea succumbat in iudicio ordinario, nō repetuntur, prout censuit *Gl. in l. fin. C. de carb. edic.* quam sequuti fuerunt *Couar. in d. cap.* 6. *pract. quæst. circa fin. Boer. in dec.* 324. *nu.* 3. *et seq. Franc. Marc. in decis. Delphin.* 364. *in fine, in* 2. *par. Franc. Milan. in d. decis.* 16. *nu.* 48. *Moli. in d. cap.* 16. *nu.* 41. *Affl. in decis.* 152. *num.* 4. *Menoch. in d. præs.* 35. *nu.* 37. plenè *Surd. in d. tract. de alim. tit.* 1. *q.* 124. & *Vinc. de Franch. in decis.* 614.
63 *in* 4. *par.* Tertiò sciēdum est pro eiusdem conclusionis declaratione, quòd huiusmodi alimēta debent à iudice filio decerni absque onere præstandi cautionem, nam si vera est conclusio præcedens, quòd etiā si filius in iudicio principali

pali succumbat, non tenetur restituere alimenta sibi præstita lite pendente, frustra grauaretur cautionem præstare, cum fieri non debeat id, quòd si factum esset, non releuaret, ex regu. tradita per *Ruin. in cons. 42. num. 8. volum. 4.*
64 Verum si Iudex forte dubitaret de aliqua calumnia filij alimenta petentis, tunc eu. n cogere posset ad præstandam cautionem de restituẽdo in casu succumbentiæ, quatenus de iure teneatur, vt notabiliter docet *Molin. in d. c. 16. nu. 43.* cuius opinionis fuit quoque *Menoch. in d. præsum. 35. num. 38.* a quibus licet dissentiat *Couar. in d. c. 6. pract. quæst. nu. 7.* dicens huiusmodi alimenta præstari debere cum cautione de restituendo in casu succumbentiæ. Nihilominus eius opinionem plenè reprobat *Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 125. per tot. Aluar. Velasq. in d. consult. 1. nu. 7. & nouissimè Præs. de*
65 *Franch. in decis. 614 in 4. par.* Item pro eiusdẽ conclusionis declaratione sciendum est, quòd huiusmodi alimentorum quantitas Iudicis arbitrio taxatur, prout reiecta aliquorũ opinione, qui quartam partem fructuum præstandam esse putauerant, ex magis communi DD. sententia testantur *Molin. in d. c. 16. num. 47. & Me-*
66 *noch. in d. præs. 35. nu. 35.* Est etiam sciendum, quòd huiusmodi alimenta non debentur, quando in promptu contra agentem producitur aliqua scriptura authentica, quæ eius intentionẽ excludat, vt puta, si ex ea appareat filium paternæ hæreditati renuntiasse, nam si eam renunciationem impugnat, vel ex aliquo capite rescindi petit, interim alendus non est, cum iuris præsumptio sit cõtra eum, vt benè animaduertit *Molin. in d. cap. 16. nu. 45.* cum quo concordant *Duen. in d. reg. 365. in 4. lim. & Menoch.*
67 *in d. præsum. 35. nu. 27.* Et demum animaduertendum est, quod decretum, per quod Iudex filio decernit alimenta lite pendente, nullum præiuditium parit quoad causam principalem, in qua de filiatione principaliter disceptatur, prout testantur *Menoch. in ead. præs. 35. in fi. Natt. in cons. 473. nu. 6. & Cordub. in l. si quis à liberis, §. si vel parens. nu. 34. & seq. ff. de lib. agnosc.* quam tamen conclusionem non ita simpliciter approbat *Surd. in d. tit. 1. de alim. q. 126.* sed cum aliquibus considerationibus, quę
68 pęnes eum videri possunt. Hoc autem priuilegium, quòd filio cum patre litiganti præstetur alimenta lite pendente, non solum filijs competit, sed etiam fratri litiganti cum eius fratre primogenito, à quo tamquam possessore maioratus petit alimenta, hoc enim ordinario iuditio pendente, interim alendus est, ex not. per *Molin. in d. c. 16. nu. 35. & Menoch. in d. præs.*
69 *35. nu. 17.* Et idem est si a fratre petat portionẽ paternæ hęreditatis, iux. not. per *Surd. in d. tit. 1. de alim. q. 117. & Afin. in prax. iudit. §. 32.*
70 *ampliat. 29. nu. 2.* Et idem est in sorore petente dotem, vel legitimam a fratre, iux. not. per
71 *Affl. in decis. 11. per tot.* Eademque conclusio procedit etiam in vxore litem habente cum eius viro, cui similiter, si seorsum ab eo habitat, aliquam iustam causam diuortij prætendens, sunt interim lite pendente alimenta præstãda, & litis expensæ, iux. not. per eundem *Affl. in decis. 10. Couar. in lib. pract. quæst. cap. 6. sub nu. 5. Cephal. in cons. 127. nu. 6. vol. 1. Ioã. Lopez in rep. cap. per vestras, de don. inter vir. & vxor. in 1. not. §. 39. ampl. 18. num. 4. Ascan. Clem. in tract. de patr. potest. effec. 17. nu. 13. Boer. in decis. 325. nu. 2. Ioan. Bapt. Asin. in d. prax. iudit. §. 32. ampl. 24. & plenè Surd. in d. tract. de alim. tit. 1. q. 118. nu. 1. & per totam.*
72 Quæ conclusio ampliatur, etiam si lis pendeat coram Iudice Ecclesiastico super matrimonio, & pro eo sit lata sententia, à qua pendeat ap-
73 pellatio, iux. not. per *Affl. in dec. 152.* Ampliatur quoque, vt in casu quo mulier ob inopiam viri dotẽ repetit, interim ei sint etiam alimẽta præstãda, ex not. per *Surd. in eod. tract. de alim. tit. 1. q. 118. nu. 7. & per Aluar. Velasq. in d.*
74 *consult. 1. nu. 5.* Et idem est, quando mulier repetit dotem soluto matrimonio per obitum viri, vt inquit *Surd. in ead. q. 118. nu. 8. & Me-*
75 *noch. in d. præs. 35. sub nu. 18.* Hanc autem conclusionem multi intelligunt procedere, quãdo mulier aliunde alimenta non habet, Ideo notãdum est, quòd tũc aliunde dicitur habere, quãdo habet bona propria & redditus, secus vero quãdo ex propria industria illa necessariò quærere cogitur, vt pulchrè animaduertit *Menoc.*
76 *in cons. 8. num. 22. vol. 1.* Quid autem si pater mulieris esset diues, maritus vero inops? vide omnino *Io. Bapt. Ferret. in cons. 34. num. 2. & per tot. lib. 1. & Lancellot. in tract. de attenta.*
77 *lib. 2. c. 4. limit. 11. nu. 24.* Et an sint præstanda alimenta vxori, quæ propria authoritate à viro diuertit? vide eundem *Lancellot. in eodem loco, num. 26. Philipp. Port. Imolens. in cons. 160. in princ. lib. 3.* & alios, quos plenè refert *Io. Vinc. de Anna in sing. 21. & Fab. eius fi-*
78 *lius in additio. ad eum.* Et an sit alenda mulier lite pendente, quando maritus eam accusat de adulterio? vide *Io. Lopez. in d. cap. per vestras, in ead. ampliat. 18. nu. 5. & Aluar. Ve-*
79 *lasq. in d. consult. 1. nu. 4.* Item eadem conclusio procedit etiam in Monaco litigante cum Abbate, iux. not. per *Menoch. in ead. præs. 35. nu. 21. plenè per Surd. in d. tit. 1. de alim. q. 121 per tot.* qui hanc conclusionem multipliciter declarat, & *Aluar. Velasq. in 1. tho. consulta.*
80 *Regni Lusitan. consult. 1. per tot.* Et idem esse in quolibet religioso, refert *Io. Bapt. Asin. in*
81 *d. prax. iuditiar. §. 32. ampl. 27.* Eademque cõclusio similiter procedit in seruo litigante cũ eius

eius Domino, *l. fi. C. de ord. cogn. Socin. iun. in conſ.* 8. *nu.* 6. *vol.* 3. *& idem Io. Bapt. Aſin. in d.*
82 *§. 32. ampl.* 28. Et idem eſt in vaſſallo litigante cũ domino, ſi præſumptio eſt pro eo, & aliunde alimenta non habet, iux. not. per *Menoch. in d. præſ.* 35. *nu.* 22. *& Surd. in eodem tit.* 1. *q.*
83 122. *nu.* 2. Et eadem concluſio quoquè procedit in quolibet extraneo agente iuditio vniuerſali, pro aliqua hæreditate, vel eius quota, iuxt. not. per *Guid. Pap. in deciſ.* 561. *& Crau. in conſ.* 164. *per tex. in d. l. fi. C. de ord. cogn.* quos refert *Ioan. Bapt. Aſin. in d. prax. iudit. §.* 32. *ampl.* 29. & cum eis concordant *Cephal. in cõſ.* 127. *nu.* 10. *& Ioſeph Ludou. in deciſ. Peruſ.*
84 46. *nu.* 5. Et idem eſt generaliter, vbi aliquis litigat ſuper bonis, quæ prætendit communia, vel ad ſe pertinere, & habet aliquam præſumptionem pro ſe, vt pulchrè inquit *Alciat. de præſump. reg.* 3. *præſ.* 9. *nu.* 9. *& Couar. pract.*
85 *quæſt. cap.* 6. *ſub nu.* 5. Et demum ex eadem ratione oritur, quòd cuilibet actori pauperi ſunt à reo, lite pendente ſubminiſtranda alimenta, & litis expenſæ, iux. not. per *Ang. in conſ.* 245. *ſub nu.* 4. *Boer. in deciſ.* 303. *num.* 4. *Neuiz. in conſ.* 44. *nu.* 14. *Oldr. in conſ.* 22. *num.* 3. *Ioſeph Ludou. in deciſ. Peruſ.* 46. *nu.* 6. & alios, quos refert *Surd. in d. tit.* 1. *quæſt.* 120. *nu.* 1. *& ſeq.*
86 Animaduertas tamen, quòd omnes prædicti DD. dicunt, quòd ſola paupertas non ſufficit, niſi etiam cum actoris inopia concurrat præſumptio, quòd ius foueat, prout etiam pulchrè
87 dixit *Aluar. Velaſq. in d. conſult.* 1. *nu.* 6. Et hinc etiam infert *Boer. in d. deciſ.* 303. *ſub n.* 4. quòd fiſcus quoque tenetur aduerſario inopi ſecum litiganti ſubminiſtrare alimenta, & expenſas, & propterea cauſas pauperum gratis, & abſq; ſportularum ſolutione agitandas eſſe, Ideoque de publico dari Aduocatum miſerabilibus perſonis, quod ſeruari in illo Delfinatu teſtatur *Guid. Pap. in deciſ.* 561. quem refert
88 *Io. Bapt. Aſin. in d. §.* 32. *ampl.* 31. Hoc autem erga pauperes magnum pietatis opus multo pinguius expletur per noſtrum Catholicum, & inuictiſſimum Hiſpaniarum Regem, à quo non ſolùm apud huius fideliſſimæ Ciuitatis Tribunalia, ſed in qualibet totius Regni prouintiali Audientia Aduocati, & procuratores Regio ſtipendio ſalariati, multiſque prerogatiuis, & honoribus decorati pro defendendis pauperum cauſis deputati ſunt, qui gratis tenentur patrocinium ſuſcipere pro viduis, pupillis, & alijs miſerabilibus perſonis, vt cauetur in *Rit. Magnæ Curiæ Vicariæ* 19. *incip. item quod procurator*, verũ nõ prohibetur etiam pro alijs cauſis interuenire, vt cautum eſt per alium *Rit.* 23. *incip. Item quod Aduocatus pauperum, & in vtroque Ritu Carau.* ponit multa notabilia ad hanc materiam, & hoc officium Aduocati, & procuratoris pauperum erat prius in hoc Regno conſtitutum ab Imperatore Federico, vt patet ex *conſtit. lege præſenti, cum ibi not. per Aff.* & nuper Excellentiſſimus Lemenſiũ Comes hoc officium Aduocati pauperum nedũ maiori ſalario, ſed multis alijs honoribus, & prærogatiuis decorauit, illudque, pendente prouiſione facienda per Catholicam Maieſtatem, cõmendauit Don Ferdinando della Quadra tunc Iudici cauſarum criminalium Magnę Curiæ Vicariæ, nunc autem in cetu Regiorũ Conſiliariorum allecto viro quidem religioſiſſimo, ac integerrimo, eminentique doctrina, & omni alio virtutum genere prædito, ita vt ſui genitoris Ludouici Quadræ, olim Regij Conſiliarij, ſuique Aui materni Coriolani Martirani, olim huius Regni Secretarij celeberrimi, aliorumque præclariſſimorum eius maiorum meritiſſimus ſucceſſor videatur, & demum ex Regia prouiſione collatum fuit Sauino Sapio, qui maxima cum charitate, & di-
89 ligentia tanto munere fungitur. Inter miſerabiles vero perſonas connumeratur etiam Eccleſia, vt expreſsè cauetur in *d. Rit.* 23. ac etiam clericus quando agit pro bonis Eccleſiæ, iuxta not. per *Aff. in deciſ.* 257. *& Capyc. in deciſ.* 160. Secus vero ſi clericus agat, vel conuincatur pro bonis proprijs, vt benè declarat *Vr-*
90 *ſill. in deciſ.* 257. *nu.* 1. Item ſi clericus criminaliter agit pro offenſa ſibi illata habet etiam fori electionem, vt aſſerit *Vinc. de Franch. in deciſ.*
91 597. *in* 4. *par.* Verum ad hoc propoſitum ſciendum eſt, quòd quædam ſunt miſerabiles perſonæ à lege declaratæ, prout ſunt pupilli, viduæ, & perpetuo morbo laborantes, vt habetur *in l. vn. C. quan. Imper. inter pupill. & vid.* & de his nulla in iuditijs poteſt eſſe controuerſia, nam eo ipſo, quòd conſtat eſſe tales, debent gaudere omnibus priuilegijs à iure conceſſis perſonis miſerabilibus, quæ plura ſunt relata per *Carau. in Rit.* 19. *nu.* 28. *& ſeq. & Petr. Rebuff. in tit. de ſenten. prouiſional. in Gloſ. vlt. art.* 3. *verſ. quibus prærogatiuis, cum plur. ſeq.* & præcipuè habent fori electionem, iuxt. not. in *d. l. vn. & in Conſt. Regni ſtatuimus*, dummodo tamen iureiurando affirment perhorreſcere aduerſariorum potentiam, vt in ſpetie notat *Vinc. de Franch. in deciſ.* 257. quo priuilegio gaudent etiam ſi agant iure ceſſo ex cauſa lucratiua, dummodo tamen ceſſio ſit vera, & ſine fraude, prout ex mente *Andr. in conſt. regni ſtatuimus*, affirmat ibidem *Aff. nu.* 27. *in* 6. *quæſt.* & ita per Sacrum Conſilium iudicatũ fuiſſe refert *Vinc. de Franch. in deciſ.* 195. dicẽs Ritus Magnæ Curiæ 228. & 290. qui videntur ſuadere contrarium, non procedere, quando ceſſio facta eſt miſerabilibus perſonis ſine fraude, & idem teſtatur *Carau. in eod. ritu* 228. *ſub nu.* 9.

nu.9.dicens illũ non ſeruari in practica,& pro-
pterea tam in Magna Curia, quàm in Sacro
Conſilio,& in alijs Curijs indiſtinctè admitti
agentes iure ceſſo ex cauſa lucratiua, & vti pri-
uilegio electionis fori, dummodo abſit fraus,
eandemque concluſionem confirmat Muſca-
tell.in pract.ciuilis par. 2. in glo.competentes,
nu. 89. Et in dubio non præſumitur fraus in
ceſſione,ſed bona fides,ſi contrarium non pro-
batur,vt notabiliter aſſerit Io.de Amic.in cõſ.
24.verſ. non obſtat vltimo, & Carau. in eod.
rit.228.nu.6. quæ concluſio procedit etiam in
ceſſione facta Neapolitano,vt per Sacrum Cõ-
ſilium iudicatũ fuiſſe refert Vrſil.in decif.74.
nu.6.& nouiſſimè Io.Bapt.Thor. in compend.
decif.Neapol.in ver.ceſſionarius ex cauſa lu-
92 cratiua.fol.95. Pupillus autem propriè dici-
tur,qui patrem non habet, vel eſt emãcipatus,
vt notat Gloſ.in ead.l.vnic.per tex.in l.pupil-
lus.ff.de verb.ſign.& pulchrè Couarr. in libro
pract.quaſt.cap.6.nu.2.verſ.primus igitur ca-
ſus,qui dicit pupillum intelligi eum, qui ſimul
ſit patre orbatus,& minor pupillaris ætatis, ex
not. per Cyn. in l. orphanotrofos, ad fin. C. de
epiſc.& cler.& Alber.in d.l.vn.col.1. Verum
ſubdit, quod praxis hoc priuilegium eligendi
forum recepit etiam in minore vigintiquinq;
annis,qui patre ſit orbatus, quòd eſt valdè no-
tandum,nam alibi me legiſſe non memini, &
licet contrarium verius eſſe affirmet Horat.
Viſcont.meus charisſimus amicus in ſuis do-
ctiſſimis addditionib.ad decif.Vinc.de Frãch.
100. nu. 17. põderando verba tex.in d.l.vnic.
& in Rit.Magn.Cur.230.231.& 233. in qui-
bus priuilegium hoc electionis fori pupillis cõ-
ceditur,qui propriè sũt ij,qui patre orbati in-
fra tempus pubertatis ſunt, vt in ſpetie notat
glo.in d.l.vn. in ver. contra pupillos, & ideo
ex proprietate verborum puberes ab hoc priui
legio videntur excluſi. Nihilominus ego puto
opinionem Couarruuias ſubſtinere poſſe, nam
omnia priuilegia pupillis conceſſa, cenſentur
etiam conceſſa omnibus alijs perſonis,quæ per
adminiſtratores reguntur, ex notabili doctri-
na glo.in l.2. C. de curat.fur. canonizata per
Bal.in l.iubemus,ſub nu.3.verſ.ego quæro. C.
de ſacroſ.eccl.& Soc.in conſ.66.num. 7. lib. 4.
quos ad hoc propoſitum refert Cardin. Alban.
in addit.ad Barto.in ead.l.vn. C.quan.imper.
inter pup.& vid.& Foller.in ſua pract.crim.
in ver.audiantur excuſatores,n. 103.in fi.&
104.& cõſequenter cum ẽt adultus maior qua-
tuordecim annis,minor autem decem & octo,
patre orbatus curatoris adminiſtrationi ſubia-
ceat ex identitate rationis hoc fauorabili pri-
uilegio carere nõ debet. Eadem autem ratione
qua excluditur pupillus exiſtens ſub patria po-
teſtate ab hoc priuilegio electionis fori, exclu-
ditur etiam is,qui patre orbatus remanet ſub
poteſtate aui,vt notabiliter refert Vincen. de
93 Franch.in decif.671.in 4.par. Item vidua li-
cet propriè dicatur ea, quæ virum amiſit, cap.
vidua 34.diſt.eiſdem tamẽ priuilegijs gaudet
etiam ea,quæ habet virum inutilem, vt puta
captiuum,aut exulem,vel ad triremes damna-
tum,vt inquit Felyn. in cap.ſignificantibus.
nu.8.de off.deleg.& notant Carau.in d.Rit.19
nu.21.Vinc.de Franch.in decif.100.num. 18.
Couar.in lib.pract.car.quaſt.c.7.ſub nu.2.&
94 Caſtellian.Cott. in memorab. in verb. vidua.
Eodemque priuilegio circa fori electionem
gaudet etiam virgo,vt teſtatur Vinc.de Fran-
chis in decif.100.& licet contrarium verius eſ-
ſe affirmet And.Gayl. in obſeru.1.n.41. & ſeq.
li.1. nihilominus hęc eſt magis recepta opinio,
vt ex multorũ ſententia refert Intrigl.in ſing.
101. lib. 2. & Franc. del Caſtill. in decif. 48.
nu.11.quod habet locum,etiam ſi ſit deſponſa-
ta per verba de futuro,& nondum traducta, vt
inquit Affl.in conſtit.ſtatuimus.nu.22.quem
95 refert Menoch.in addit.ad trac.de arbitr.iud.
in caſ.66.ſub nu.12. Et etiam ſi ſit ſtuprata,ha-
bet hoc priuilegium contra ſtuprantem,vt per
96 Sacrum Conſilium iudicatũ fuiſſe refert Vinc.
de Franch.in decif.599.in 4.par. Vidua autem
etiam ſi diues ſit, gaudet priuilegio electionis
fori,vt ex magis communi DD. ſententia re-
fert Vinc.de Franch.in d.decif.100. nu. 19. &
97 Ant.Theſau. in decif.177.nu.3.& idem eſt in
pupillo diuite,vt plenè probat Menoch.de ar-
bitrar.iud.in nouiſſimis addit.ſuper d.caſ.66.
98 num.17.& ſeq. Verum non gaudent eodem
priuilegio quoad patrocinium gratis præſtan-
dum per Aduocatum pauperum; vt benè ani-
maduertit idem de Franch.in d. decif.100. nu.
99 20. Vidua autem luxurioſè viuens, licet ex cõ-
muni DD.opinione amittat priuilegia, iuxta
not.per Andr.in d.conſt.Regni,ſtatuimus, &
alios relatos per Couar.in d.c. 7. nu. 2. & Me-
noch.in d.addit.nu.14. et ſeq. qui hoc ampliat
etiam ad eã,quæ ſuo dolo viduata fuit,vt puta,
quia virum occidit,ex not.per eundem Couar.
in d.c.6.var.reſol.nu.3. Nihilominus per Sa-
crum Conſilium etiam meretrices inter miſe-
rabiles perſonas connumerandas eſſe, eisque
beneficia,& priuilegium fori concedi debere
iudicatum fuiſſe refert Vinc.de Franch. in de-
100 cif.233. Et ſi vidua elegit forum,& poſtea
virum ducit,remanet ius fiſco quæſitum,vt vi-
detur concludere idem de Franch. in d.decif.
257.poſt Aluar.Velaſq.in conſult.57. & ita
iudicaſſe Senatum Pedemontanum refert ad-
dit.ad Theſaur.in decif.177.nu.3. Lis enim
terminari debet vbi cepta eſt, l.vbi ceptum, ff.
de iudit.& ſufficit, quod tempore citationis
pertineat ad iuriſdictionem citantis, l.ſi quis
poſt ea,

postea,ff.eo.tit.& ideo licet postea cesset causa priuilegij, non tñ cessat eius effectus consumatus, iux.not.per Tiraq.in tract.cess.caus.in 11. limit. Hinc est,quod si conuenta sit aliqua mulier,quæ lite pendente efficiatur vidua,non poterit ex hoc superuenienti priuilegio forum variare, vt his, & alijs rationibus notabiliter affirmat Marius Giurb.in decis.82.nu.11.cum plur.seq. qui licet in fine dicat articulum non fuisse decisum, nihilominus pro hac opinione
101 concludit,quę sine dubio verissima est. Et idē est in pupillo effecto maiori lite pendente, vt probat idem Thesaur. in ead. decis.177.nu.4.
102 Multæ autem sunt aliæ personæ à lege non declaratæ, quæ miserabiles reputantur, prout sunt studentes, qui absunt ab eorum patria, vt probant Viu.in decis.65.& 521.& Decian.in cons.14.nu.12.lib.1.& Menoch.in d.add.ad cas.66.nu.32. qui plura alia notatu digna re-
103 fert ad hanc materiam. Vniuersitas quoque gaudet hoc priuilegio fori, vt tenuit Gram.in cons.ciu.76.cum quo concordat Vrsill. in dec. 257.nu.1.& licet contrarium teneat Foller.in pract. crim. in verb. audiantur excusatores, nu.179.tamen pro prima opinione iudicatum
104 fuisse refert Carau.in rit.233.num.3. Senes etiam inter miserabiles personas connumerari dixit Innoc.in d.c.significātibus,de off. deleg. & Rebuff.in titu de sent.prouisional. in glo. vlt.art.3.vers.decimo senes. Verùm cuidam seni sagaci denegata fuisse beneficia, quæ solent minoribus concedi, refert Vinc. de Franch. in
105 decis.608.in 4.par. Hoc autem fori priuilegio non vtitur priuilegiatus contra alium priuilegiatum, vt affirmant idem de Franch. in decis. 553.Thes.in decis.177.sub nu.9.& Menoch.
106 in d.addit.ad cas.66.nu.46.& seq. Nec prętereundum est ad hoc propositum, quod per clausulas generales in priuilegijs Baronibus concessis pro primis,& secundis causis, nunquā censetur derogatum priuilegio dictæ l.vnic. vt testantur Gramma.in decis.20.Vinc.de Franchis in decis.192.Thes.in d.decis.177.in fi.& Menoch.do præsum.lib.6.præs.40.nu.6.cum plur.seq.& in d.addit.ad cas.66.nu.39.& seq.
107 Verum si Baro habet priuilegium cum specifica derogatione d.l.vn.non potest ei renuntiare in præiuditium vassalli petentis remitti ad eius forum, vt plenè discusso articulo concludit Vinc.de Franch. in decis.541. vbi testatur
108 ita sæpius fuisse iudicatum per Sacrum Cons. sicut econtra non potest vassallus præiudicare Domino prorogando iurisdictionem alterius, iux.not.per Boer.in decis.114.nu.6.& Capyc.
109 in decis.9. Et denique omittendum non est, quod hoc priuilegium electionis fori his miserabilibus personis non conceditur ad finem trahendi tutorem, seu alium administratorem ad reddendum rationem administrationis gestæ extra locum, in quo facta fuit administratio, ex regula tex.in l.1.& 2.C. vbi de ratiocin. agi opor. vt notabiliter affirmat Franc. Mugnoz.de Escobar.in tract.de ratiocin.cap. 7.nu.56.& seq.& Stefan.Gratian.in 1.thom. disceptatio.forens.in addit.ad suas decis.super decis.180.nu.6.ibi enim est reddenda ratio, vbi administratio gesta fuit,& extra locum administrationis nemo tenetur suos libros edere, l.prætor ait.ff.de eden.& l.argentarium.ff.de iudic.

Finis Cap. Secundi.

CAPVT TERTIVM.

Pater ex naturali instinctu tenetur educare filios, quæ conclusio pluribus modis ampliatur,& limitatur; pluraque notatu digna explicantur circa alimenta præstanda filijs spurijs, Eademque ratione filij tenentur alere parentes egenos; declaratur etiam an & quando mater teneatur alere filios? Et an si filius renuat habitare cum patre, possit eum cogere ad præstandum alimenta seorsū ab eius domo?

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur filios educare ex natura instinctu,& de iure ciuili.*

Primo ampliatur, nam efficacius debētur alimenta filijs, quàm patri, nu.3.
Secundo ampliatur, quod nec statuto, neque consuetudine, nec pacto vllo tolli potest, quin

61 *Li-*

61 *Libertus denegans alimenta eius patrono, in seruitutem reuocatur.*

62 *Religiosus, causa alẽdi suum patrem egenum, tenetur exire à Religione.*

Quod intelligitur quando maxima vrget patris egestas, nu.63.

Et si filius relicto patre inope, religionem ingreditur, peccat mortaliter, num.64. quæ conclusio pluribus modis notabiliter ampliatur, num.eod.

65 *Patri an teneamur magis subuenire, quàm filio.*

66 *Filius tenetur magis subuenire patri, quàm matri.*

Et an teneatur magis subuenire vxori, quàm patri, num.67. remissiuè.

70 *Tractæ non debent concedi, quando frumentum Regni non sufficit pro eius vsu.*

71 *Pater an teneatur vendere rẽ magni valoris, modici tamen redditus, pro alendis filijs, remissiuè.*

72 *Filio petenti alimẽta, an pater possit assignare legitimam, remissiuè.*

73 *Filius si nõ vult habitare cum patre, an possit eum cogere ad sibi præstandum alimenta extra domum, & num.74. vsque ad nu.82.84. 86. & 89.*

Quid si filius non possit cum patre commorari, num.82.

76 *Alimenta legata præstanda sunt vbi legatarius vult.*

Limitatur, si testator expressè mandasset præstari in domo hæredis, num.77.

Sublimitatur, si ex legitimis causis legatarius non potest cum hærede commorari, nu.83.

81 *Filius non cogitur habitare cum patre, nisi in casu, quo vult à patre ali.*

85 *Alimentarius ex quibus causis non teneatur habitare in domo grauati, remissiuè.*

86 *Priuignus non tenetur commorari cum nouerca, viuo eius patre.*

87 *Mater non tenetur habitare cum eius filio habente vxorem rixosam, & nu.88.*

90 *Alimentorum appellatione quæ veniant, remissiuè.*

91 *Alere promittens aliquem in eius domo, an teneatur etiam alere eius famulos, remissiuè.*

92 *Alimentarius an teneatur operari in beneficium illius, à quo alimẽta habet, remissiuè.*

93 *Alimenta in quo anni tempore sint præstanda, remissiuè.*

94 *Alimentarius si decedat infra annum, an transmittat petitionem alimentorum pro toto anno ad eius hæredes, remissiuè.*

1 
X eadem quoque legis prouidentia, qua ob solam filiationis præsumptionem, seu quasi possessionẽ pater cogitur præstare alimenta, lite pendẽte, multo fortius cautum est, quòd dum de filiatione nõ controuertitur, vel sufficienter constat, tenetur omnino pater filios educare, *l. si quis à liberis, §. si quis ex ijs, ff. de lib. agnosc.* ad quam educationem non solum ex naturæ instinctu parentes mouentur, vt inquit Imperator in *§. 1. inst. de iur. natur. gent. & ciu.* sed etiam à iure ciuili compellũtur, vt cauetur *in l. fin. C. de alen. lib.*
2 Ita quòd si pater negaret alimenta filio, diceretur eũ necare, *l. necare, ff. de lib. agnosc.* & esset anathema, *cap. si quis reliquerit, 30. dist.* Imò
3 efficacius debẽtur alimenta filijs, quàm vxori, vt inquit *Crauet. in cons. 189. sub nu. 3.* & notant etiã *Lancellot. Gali. in consuet. Alexand. in uer. solidos, nu. 42. et Surd. in tract. de alim.*
4 *tit. 1. q. 1. nu. 4.* Hinc est, quòd nec statuto, nec consuetudine, nec pacto vllo tolli potest quin pater teneatur filios educare, cùm naturali legi repugnet, vt plenè testantur *Couar. in epith. de spons. in 2. par. c. 8. §. 6. nu. 3. cum seq. Eman. Suarez in lib. recept. sentent. in ver. alimenta, nu. 169. Cordub. in l. si quis à liberis, §. parens, nu. 40. & 46. cum seq. ff. de liber. agnosc. Cagnol. in l. iura sanguinis, nu. 2. ff. de reg. iur. Crauett. in cons. 189. nu. 3. & in cons. 116. nu. 2. Surd. in d. q. 1. per totam,* & alij quos cumulat *Intrigl. in sing. 136. nu. 1. in 2. lib.* Et licet contrarium tenuerit *Dec. in d. l. iura sanguinis, nu. 4. ff. de reg. iur.* non tamen est recedendum à supradicta conclusione, quæ vera, & cõmunis est, cùm Dec. ibidem reprobetur *ab apo-*
5 *stilla, in addit. ad eum.* Hoc autem onus alendi liberos non solum competit patri naturali, sed etiam adoptiuo, vt bene probat *tex. in l. onera cum Glos. ff. de adopt.* per quem tex. ita concludit *Surd. in d. tract. de alimen. tit.* 1. q. 2.
6 *per totam.* Et non modo tenetur pater alere filios, sed etiam filios filiorum, & eorum vxores, vt refert *Benincas. in d. tract. de paupert. q. 8. in spetial. in iudic. nu. 7. pulchrè Natt. in cõs. 378. vol. 2. Ant. de Padil. in Auth. res quæ, nu. 89. C. comm. de legat.* & alij quos plenè refert *Surd. in d. tract. de aliment. tit. 1. q. 38. nu. 2.* eademque ratione nurum teneri alere socerum egenum, & idem esse è conuerso, vt scilicet vir teneatur alere parentes suæ vxoris, pluribus rationibus probat idem *Surd. in d. tract. de alimen. tit. 1. q. 39. per totam,* licet contrarium in vxoris matre affirmet *Port. Imolens. in cõs. 19. nu. 68.*

nu.68. quem refert, & sequitur *Peregr. in cons.*
7 *100. nu. 19. vol. 5.* Sed non tenetur socer alere nurum indotatam, quam filius in vxorem duxit sine eius consensu, vt plenè consuluit *Io. Bapt. Laderch. in cons. 117. per totum*, reprobata opinione *Ruin. in consil. 144. vol. 5. & Io. Bapt. Ferrett. in cons. 34.* qui contrarium tenuerunt, vltra quos contrariam etiam opinionem tenet *Crot. in repet. cap. salubriter. de vsur. nu. 12. & seq.* pro qua plures alios concordantes refert *Surd. in d. tract. de alimen. tit. 1. q. 38. nu. 13. cum plur. seq.* qui eam quoque
8 multipliciter ampliat, & declarat. Item tenetur pater alere etiam filium bannitum, quia bãnum iura naturalia tollere non potest, etiam si adsit statutum pœnale prohibens bannitis alimenta præstari, nam intelligi debet de illis qui naturali iure obligati non sunt, prout plenè cõsuluit *Soc. iun. in cons. 54. per totum, vol. 3.* quam conclusionem confirmant *Cornel. Benincas. in citato loco, num. 7. Nell. in tract. de bannit. in 1. par. 2. temp. nu. 48. Duenn. in reg. 68. in 10. limit. Cefal. in cons. 324. nu. 12. & seq. vol. 3. & Nic. Intrigl. in sing. 136. nu. 3. in*
9 *2. lib.* Vnde statutum, quod banniti possint impune occidi, non comprehendit filios, vt occidi possint à patre, vt inquit *Nell. in d. tract. de bannit. in 2. par. 2. temp. q. 12. Cepoll. in cons. crim. 5. sub nu. 24. Cefal. in cons. 324. nu. 10. vol. 3. Cacher. in decis. 124. nu. 11. & Plaz. in*
10 *epit. delict. c. 36. nu. 4.* & ideo huiusmodi statutum non excusaret filium si patrem occideret, vt ex magis communi DD. sententia affirmant *Hip. Rimin. in repet. cap. quæ in Ecclesiarum, nu. 196. cum plur. seq. de const. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 90. nu. 43. Amesc. in tract. de potest. in seips. lib. 1. c. 10. nu. 18. Vinc. de Franch. in decis. 276. nu. 8. & seq.* & plenè *Io. Azorr. in 2. par. institut. moral. lib. 2. c. 2. vers. decimo quinto quæritur.* Ab hac
11 autem regula excipitur quando filius veniret contra propriam patriam, nam tunc tanquam publicus hostis, & rebellis posset, & deberet à patre occidi, & idem est è conuerso, vt expressè cauetur *in l. minimè, ff. de relig. & sump. fun.* per quem tex. ita refert *Duen. in d. reg. 68. in 10. lim.* & idẽ affirmant *Tiraq. in tract. de pœn. temperan. cau. 20. nu. 11. Soc. iun. in d. cons. 58. nu. 18.* & plenè *Hip. Rimin. in d. c. quæ in eccle-*
12 *siarum, nu. 217.* Et hæc etiam esset iusta causa denegandi alimenta, vt latè probat *Surd. in d. tract. de alim. tit. 7. q. 3. per tot.* licet enim multum parentibus debeamus, iuxta ea, quæ plenè refert *Menoch. in tractatu de præsump. lib. 5. præs. 11. nu. 1.* nihilominus magis patriæ nos obligatos esse suadet *Glos. in l. 1. §. & generaliter, ff. de vent. in poss. mitt. & in l. 1. §. quãuis, ff. de vent. inspic.* Vnde meritò inquit Cicero in 1. offic. *Chari sunt amici, chari sunt parentes, sed omnium charitatem vna patria amplexa est*, ordoq; charitatis est, Primo erga Deum, Secundo erga patriam, Tertio erga parentes, vt notat *Luc. de Penn. in l. in filijs, in princ. C. de decur. lib. 10.* & eandem sententiam, quod patriæ salus sit parentibus anteponenda, confirmat etiam *Iac. Simanc. in tract. de catholic. instit. tit. 29. nu. 45.* Et pro hac conclusione faciunt etiam ea quæ circa amorem patriæ debitum refert *Menoch. in d. tract. de præsumpt. lib. 5. præs. 12. per totum*, & multa alia notabilia, quæ ad hoc propositum cumulat *Petr. Follr. in pragm. de censib. in verb. Nicolaus, nu.*
14 *148. & seq.* Excipitur etiam a supradicta conclusione alius casus, quando statutum expressè prohibet, ne filij patribus bannitis alimenta præstent ratione publicæ vtilitatis, vt benè probat *Surd. in d. q. 3. tit. 7. nu. 17. & seq.* Nam
15 Princeps ex causa non solum ius naturale, sed etiam diuinum limitare, & restringere potest, vt egregiè dixit *Fel. in cap. quę in ecclesiarum, nu. 3. vers. prima conclusio, de constit.* Sciendũ
16 est autem, quòd nedum pater tenetur filio præstare alimenta ordinaria, sed etiam cogi potest ad subministrandum expensas, & emendum libros in studio, secundum *Glos. not. in l. Macedoniani, C. ad Macedon.* quam refert *Ascan. Clem. in tract. de patr. potest. effec. 17. nu. 39. et Horat. Lut. in tract. de priuil. scholar. in 16. priuil. per totum*, qui hanc conclusionem multis rationibus, & authoritatibus plenè confirmat, eamq; multipliciter quoq; ampliat, & limitat, vt ibi copiosè videri potest, & licet multi ab hac opinione dissentiant, dicentes nullo iure patrem cogi posse ad subministrãdum expẽsas filio in studio, quos plenè refert *Io. Garz. in tract. de expens. & meliorat. cap. 3. nu. 52.* Nihilominus omnes Doct. ferè conueniunt, quod saltem cogitur pater filio subministrare necessaria vt addiscat primas literas, & grammaticam, & quod si semel sponte consentijt filio eunti ad maiora studia, tenetur postea omnia necessaria ei subministrare, necũ dedecore ab incepto opere subtrahatur, vt refert *Didac. Spin. in spec. testamentor. in glo. 18. sub nu. 79.* Imò quod etiam si penes patrem sint bona aduẽtitia filij, nihilominus quicquid expendit in studio pro eo, censetur pater erogasse de bonis proprijs animo donandi, plenè probat *Barbos. in 7. par. l. 1. ff. sol. matr. nu. 29.* nisi forte de cõtraria patris voluntate appareret, iux. not. per *Crauett. in cons. 125. nu. 8. & per totum.* Imo
17 cogitur etiam pater restituere pecuniam filio studenti mutuatam, *l. sed Iulianus, §. proinde, cum Glos. ff. ad Macedon.* quam conclusionem cum multis ampliationibus, & limitationibus ponit pro regula *Petr. Duen. in reg. 370. per tot.*

tot. & plenè Borg. Castalc. in tract. de vsufr.
18 mul. relic. nu. 192. Et libros à patre emptos
non tenetur filius cum alijs fratribus confer-
re, sed eos habebit præcipuos, vt probat tex. in
l. quæ pater, cum Glos. ff. famil. hercisc. & in l.
filia cuius, C. eo. vt refert idem Duen. in reg.
371. per tot. & plenè Horat. Lut. in d. tract. de
19 priuil. scholar. priuil. 27. per tot. Est enim cau-
sa studij adeo priuilegiata, quòd pro ea licet
etiam fideicommissum euertere, & bona resti-
tutioni subiecta alienare, vt inquit Curt. iun.
in Auth. res, quę, nu. 43. & seq. C. commun. de
legat. Et licet ab hac opinione dissentiat Ant.
de Prdill. in rep. eiusdem Auth. res quæ, nu. 91.
& seq. nihilomiuus eam defendit, & veriorem
esse testatur Horat. Lut. in d. tract. de priuileg.
20 scholar. in 17. priuil. Et demum silentio præ-
tereundum non est, quod etiam si filius sit à pa-
tre exhęredatus, nihilominus si magna egestate
laboret, tenetur patris hæres ei alimenta præ-
stare, vt notabiliter affirmat Alber. in l. si quis
à liberis, §. parens, ff. de lib. agnosc. Verũ cùm
huiusmodi aliméta commiserationis causa de-
beantur, ideo non secũdùm facultates hæredis,
sed solum quatenus sufficiant ad tuendam vitã
præstabuntur, vt post alios refert Io. Garz. in
tract. de expens. & meliorat. in cap. 4. nu. 23.
21 Hæc autem cõclusio, quòd pater tenetur alere
filios, procedit etiam quoad filios naturales tan
tum, Auth. licet, C. de nat. lib. Glos. in l. si quis
à liberis, §. vtrum, ff. de liber. agnosc. Ias. in d.
Auth. res quæ, nu. 8. Crauet. in cons. 8. num. 1.
Couar. in epith. de sponsal. in 2. par. cap. 8. §. 6.
Menoch. in cons. 60. nu. 6. vol. 1. & Bero. in cõs.
167. nu. 20. & seq. vol. 2. Quæ conclusio proce-
dit etiam si pater expressè in testamento prohi-
buisset filijs naturalibus alimenta præstari, vt
inquit Dec. in cons. 611. nu. 2. quod dictum val-
de singulare, & paucis notum, dicit Hippol. in
sing. 358. in fi. & Lancellot. Gal. in consuetud.
22 Alexand. in verb. solidos, q. 6. nu. 9. Imò etiam
per statutum fieri non posse, quòd filijs natura-
libus nõ præstentur alimenta, tradit Menoch.
in d. cons. 60. nu. 8. & Couar. in d. c. 8. §. 6. nu. 5.
quos refert, & sequitur Surd. in d. tract. de ali-
23 ment. tit. 1. q. 9. in princ. Eisq; deberi etiam
vitam militiam à primogenito succedente in
bonis feudalibus, refert Pet. de Greg. in tract.
24 de vit. mil. q. 4. nu. 8. in 6. ampl. Sed eum acri-
ter impugnat Cannet. in cap. si aliquem, vers.
sed quæritur, fol. 331. cuius opinionẽ nouissi-
mè confirmat D. Garz. Mastrill. in decis. 85.
dicens, ita per illud Cõsistorium Regni Siciliæ
determinatum fuisse, & quòd opinio Petri de
Greg. nec legibus, nec ratione fundatur. Hoc
25 autem onus alendi naturales liberos trãsit etiã
ad patris hæredes, iux. not. per Vinc. de Frãch.
in decis. 87. nu. 15. & in decis. 178. nu. 6. & 12.
& alios, quos refert Thesau. in decis. 211. nu. 1.
26 Imò quòd hoc onus transit ad quoscũque ter-
tios possessores bonorum paternorum, etiam si
possideantur à fisco, refert Peregr. in tract. de
27 iure fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 75. & seq. Vnde etiam
de bonis confiscatis deberi alimenta filijs spu-
rijs, & dotandas esse filias spurias, refert Surd.
in d. tract. de alim. tit. 1. q. 31. nu. 31. & seq. ex
not. per Io. Lopez in c. per vestras, de don. inter
vir. & vxo. in 3. not. §. 24. nu. 8. & seq. & Pet.
28 Duen. in reg. 367. in 4. ampl. in fi. Eademq; ra-
tione monasterium ex bonis ingressi tenetur
quoque alere eius filios egenos, vt plenè probat
idem Surd. in eod. tit. 1. q. 29. per tot. Nam bo-
na paterna censentur tacitè hypothecata pro
alimentis filiorum, & ideo penes quoscunque
transeunt affecta hoc onere, l. 2. ff. de alim. & ci
bar. legat. prout in specie affirmat Thesaur. in
d. decis. 211. nu. 10. subdit tamen, quòd hoc in-
telligi debet, quando bona sunt alienata ab hæ-
redibus post patris obitum, alias secus, & ideo
nullam actionem competere cõtra eos, qui iure
emptionis, vel alterius contractus bona patris
possident, testatur Couarr. in epith. de sponsal.
in 2. par. cap. 8. §. 6. nu. 14. reprehendendo Io.
Dilect. de art. testan. sub tit. de liber. inst. caut.
17. qui affirmauerat, bona paterna esse hypo-
thecata pro liberorum alimẽtis, & ideo pro eis
conueniri posse eorum emptores, & hanc verã
esse opinionem, quòd pro alimentis actio hypo
thecaria nó competit, nisi vbi fundus esset spe-
cialiter in causam alimentorum destinatus, plu
ribus authoritatibus probat Io. Bapt. Laderch.
29 in cons. 163. nu. 1. Remediũ autem, quòd filijs
naturalibus cõpetere potest contra tertios pos-
sessores pro alimentis eis debitis, est conditio
in rẽ scripta, quæ competit etiam pro legitima
contra quoscũque singulares successores, quan-
do hæres patris non est soluendo, vt plenè pro-
bat idem Laderch. in allegato cons. 163. num. 5.
30 Eadem quoque conclusio ampliatur, quòd pa-
ter tenetur etiã alere filios spurios, & incestuo-
sos, quamuis enim ius ciuíle eis alimenta dene-
gauerit, vt expressè cauetur in Auth. ex com-
plexu, C. de secun. nupt. Nihilominus contra-
rium statuit æquitas iuris canonici, vt habetur
in c. cum haberet, de eo, qui dux. in mat. quam
polluit. per adult. quam seruandam esse cõtra
iuris ciuilis rigorem, etiam in terris Imperij,
cõmuniter DD. affirmant, vt plenè refert Rol.
à Vall. in cons. 54. nu. 59. & seq. vol. 2. Surd. in
d. tract. de alim. tit. 1. q. 10. num. 7. & Vinc. de
31 Franch. in decis. 645. nu. 5. Hanc autem con-
clusionem aliqui procedere negant in filijs spu
rijs ortis ex damnato coitu, prout sentít Bald.
in d. Auth. ex complexu, C. de secund. nup. sed
contrarium ex magis recepta DD. sententia
verius esse affirmant Surd. in d. q. 10. nu. 27. &
seq.

ſeq. & Barboſ.in d.4.par.l.1.ff.ſol.mat.nu.65.
qui dicit, quòd etiam filia clerici dotari debet
de bonis paternis, & in ſubſidium de fructibus
beneficij, pro qua cõcluſione allegat Auendag.
in reſp.19.nu.5.& Nauar.de ſpol.cler.§.vlti-
mo,nu.11.& eandem concluſionem confirmat
Io.Lopez in c.per veſtras, de don.inter vir.&
vxo.in 3.not.§.23.nu.13.fol.mihi 155.in par-
uis impreſſ. qui dicit, quòd licèt clericus malè
fecerit fornicando, eius tamen filij poſtquam
reperiuntur geniti, non ſunt perdendi, ſed eis
ſaltem tãquam pauperibus ſubueniendum eſt,
iuxta not.per Abb.in c.1.de cohab.cler.& mul.
peccatum enim, quod fuit in generatione, non
eſt in educatione, immo in ea eſt meritum, &
actus pietatis, c.paſce, & cap.non ſatis, 86.diſt.
vt bene animaduertit Io.de Roſas in epith.de
32 ſucceſſion.c.21.nu.49. Et licèt aliqui teneant
pro huiuſmodi alimentis filium ſpurium agere
debere corã iudice eccleſiaſtico, vt notat Burſ.
in conſ.62.nu.11.vol.1.contrarium tamen ve-
rius eſſe affirmat Theſaur.in d.deciſ.211.nu.4.
33 Et quòd huiuſmodi alimenta filijs ſpurijs de-
bentur abſque vllo onere, ita vt nõ poſſit pater
eis mandare, quòd teneantur operari in domo,
& ſeruire alijs fratribus legitimis, tenuit Rol.
34 à Vall.in d.conſ.54.num.70. vol.2. Sed hanc
opinionem impugnat Theſaur.in d.deciſ.211.
nu.3. ea ratione, nam alimenta filijs ſpurijs nõ
debentur, quando aliunde poſſunt ex eorum
laboribus, vel induſtria victum quærere, vt co-
piosè ex multorum authoritate refert idẽ The-
ſaur.in eadẽ deciſ.211.nu.13.& ſeq.& Burſ.
35 in conſ.62.nu.12.& ſeq.vol.1. Vnde alendam
nõ eſſe filiam ſpuriam, quæ ſana, & idonea erat
ad ſeruiendũ pro pediſſequa, pulchrè conſuluit
36 Iac.Emilian.in conſ.146.per tot. Verùm hoc
intelligendũ eſt procedere debere, quando eſſet
talis, quæ poſſet famulatum, vel aliam artem
exercere ſine dedecore, vt benè declarant Rol.
a Vall.in d.conſ.54.nu.79. Molin.de primog.
Hiſp.lib.2.c.15.nu.47.& Barboſ.in 4.par.l.1.
ff.ſol.mat.nu.62. Ac etiam ſine periculo infir-
mitatis, iuxta not.per Theſau.in alleg.dec.211.
37 ſub nu. 14. Et non ſolum pater tenetur filios
ſpurios alere, ſed etiã filias dotare, vt ex magis
communi DD. ſententia affirmant Couarr.in
d.c.8.§.6.nu.11.Molin.de primog.Hiſp.lib.2.
c.15.nu.45.& alij relati per Barboſ.in d.4.par.
38 l.1.ff.ſol.matr.nu.65. Sed huiuſmodi dos non
debet excedere legitimum modum alimẽtorũ,
nam in eo quod excedit, reuocatur, iux.not.per
Rip.in l.1.nu.68.ff.ſol.mat.& alios plenè rela-
39 tos per Surd.in d.q.10.num.15.& ſeq. Verùm
circa hoc magna eſt inter DD.controuerſia;
An huiuſmodi exceſſus reuocari poſſit conſtãte
matrimonio: Aliqui enim dicũt, quòd nõ, quia
dos tũc reperitur penes virum titulo oneroſo,
prout ſentit Bar.in l.fin.§.ſi à ſocero, ff.de his,
quæ in fraud.credit. pro qua opinione plures
alios concordantes refert Rol.à Val.in cõſ.74.
nu.49.lib.1.& in conſ.85.nu.12.lib.3. Sed cõ-
trarium verius eſſe affirmat Barboſ.in d.4.par.
l.1.ff.ſol.mat.nu.79.qui plenè probat etiã con-
ſtante matrimonio dotem pro filia ſpuria con-
ſtitutam quatenus legitimum alimentorũ mo-
dũ excedit, reuocari poſſe, & omnibus pro con
traria opinione allegatis optimè reſpondet:
Alij verò dicunt exceſſiuam dotem pro mulie-
re ſpuria traditã, non poſſe à viro reuocari, con
ſtante matrimonio, ſi quando contraxit igno-
rauit eam eſſe ſpuriam, nam error facti nocere
non debet marito, qui putauit legitimam vxo-
rem ducere, prout ex multorũ opinione refert
Surd.in d.tract.de alim.tit.1.q.10.num.26.
verùm dicit hoc intelligi debere, quando con-
ſtaret, quòd maritus fecit diligentiam, vt mulie
ris conditionem, cum qua contrahere intende-
bat, inueſtigaret, alioquin cõtra eum laboraret
iuris præſumptio, quòd ſcienter cum ea cõtra-
xit, arg.l.qui cum alio, ff.de reg.iur. ſed idem
Surd.in eodem tract.tit.5.q.7.num.11.& ſeq.
hunc articulum iterum diſputat, & tandem
num.15. ſupradictam primam opinionem am-
plectitur, quam dicit eſſe magis æquam, & ra-
tionabilem, ne gener remaneat ſua ſpe, & con-
40 uẽtione deceptus. Nec minus dubitabilis quæ-
ſtio eſt an dos filię ſpuriæ tradita, ad eius tran-
ſeat hæredes? in quo articulo magis communis
reſolutio eſt, quòd non, quia huiuſmodi dos
ſuccedit loco alimentorum, quæ morte extin-
guuntur, vt in ſpecie notant Bal.in l.eã quam,
nu.41.C.de fideic. Menoch.in conſ.6.nu.29.
lib.1.& in tract.de arbitr.iud.caſ.169.nu.10.
& plenè Barboſ.in d.4.par.l.1.ff.ſol.matr.nu.
41 71.verſ.ſuccedit igitur ſecunda. Non tamen
deſunt qui contrariam tuentur opinionem, af-
firmãtes huiuſmodi dotẽ etiã ad filios, & hære-
des filiæ ſpuriæ tranſmitti, ea potiſſimum ra-
tione moti, nam ſi aliter eſſet, nunquam mulier
ſpuria virum condignum inueniret, & cogere-
tur meretricari, vt plenè conſiderant Tell.Fer-
nand.in l.10.taur.nu.11.& Card.Paleot.in
tract.de noth.& ſpur.c.51.in fi.& alij quos re-
fert Vinc.de Franch.in deciſ.283.nu.10.&
ſeq.qui multa alia pro hac opinione allegat, &
ſecundum eam teſtatur iudicatum fuiſſe. Verũ
42 animaduertendum eſt, quod illa deciſio vide-
tur præcipuè fundari in quadam limitatione,
quæ eſt à Doctoribus communiter recepta,
quod doctrina Bal.in d.l.cam quam, in qua
fundatur ſupradicta concluſio, quod dos filiæ
ſpuriæ non tranſmittitur ad eius hæredes, non
procedit quando dos eſſet talis vt habito reſpe-
ctu ad tempus quo ipſa mulier viuere poſſet,
iuxta regulam l.hæreditatum, ff.ad l.Falcid.

non excederet legitimum modum alimentorum, vt refert idem *de Franch. in ea. decis. 283. nu. 16. & seq.* quæ limitatio sumitur ex eodem *Bald. in cons. 448. lib. 1.* & ab ea non dissentit idem *Barbos. in cita. loco, nu. 74. vers. non obstat secunda ratio, & Surd. in d. q. 7. nu. 54. &*
43 *seq.* Vnde regulariter non puto recedendum à supradicta prima opinione, quæ re vera est magis communiter recepta. Valdè etiam dubia quæstio est; An filijs spurijs alimenta debeãtur, habito respectu ad qualitatem, & facultates patris, vel solum quatenus sufficiant ad substentandam eorum vitam? in quo articulo duplex est Doctorum opinio. Aliqui enim tenent solũ alimenta necessaria ad vitæ indigentiam spurijs esse præstandam, nulla habita ratione diuitiarum, vel dignitatis paternæ, vt plenè probat *Crau. in cons. 219. nu. 8. lib. 2. Rolan. à Vall. in cons. 74. nu. 41. lib. 1. Bursat. in cons. 62. nu. 20. & seq. lib. 1. Petr. Beninten. in decis. Bonon. 22. nu. 8. & Ant. Gam. in decis. Lusitan. 363.*
44 *sub nu. 4.* Alij autem verius esse affirmãt filios spurios alendos esse secundum qualitatem, & dignitatem personarum, sed non ita ampla alimenta eis esse præstanda, sicut præstarentur filio legitimo eiusdem qualitatis; circa quod plurimum Iudicis arbitrium versari debere asserunt, vt refert *Molin. de primog. hispa. lib. 2. c. 15. nu. 55. vers. sed verius,* in quam opinionem inclinant quoque *Couar. in d. c. 8. §. 6. nu. 7. & Tell. Fernãd. in l. 10. taur. n. 2.* eamq; plenè defendit *Vinc. de Frãch. in d. decis. 282. n. 18. &*
45 *seq.* In hac aũt Doctorum cõtrouersia. *Barbos. in d. 4. par. l. 1. ff. sol. mat.* dicit, q̃ prima opinio sibi probabilior videtur, eamque multis rationibus probare nititur, omnes enim DD. vno ore affirmant, ideo æquitatem iuris canonici præferri rigori iuris ciuilis circa præstationem alimentorum filijs spurijs debitam, quia liberorum educatio est de iure naturæ, *l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. & cap. ius naturale. dist. 1.* & consequenter a iure ciuili tolli non potest, *§. pen. inst. de iur. nat.* prout in specie asserunt *Nauar. in tract. de spol. clericor. §. vlt. nu. 9. & Ant. Gomez. in l. 9. taur. 9. num. 37.* Ius autem naturæ ad aliud non obligat, nisi ad alimenta necessaria ad vitæ substentationẽ tãtum, *c. p. pastæ, 86. dist. & l. necare, ff. de lib. agnosc.* Et licet ius ciuile circa alimentorum præstationem consideret personarum qualitatem, & facultates eorum, qui ea præstare tenẽtur, *l. sed si quid, §. sufficienter, ff. de vsufr.* tamen circa alimenta spuriorum non est attendendum ius ciuile, quia eos ali expressè prohibuit, vt cauetur *in auth. ex complexu, C. de secund. nupt.* sed solum ius naturale, quod solum respicit alimenta necessaria secundum naturæ indigentiam, & hac opinione retenta, non obstat *tex. in c. cum haberet, in fi. de eo, qui dux. in matr. quam polluer. per adult.* in quo expressè dicitur, quod parentes filijs spurijs necessaria subministrent secundum eorum facultates, nam ei pluribus modis respondet idem *Barbos. in*
46 *citato loco.* Primò enim fatetur, quòd in constituendis alimentis necessarijs debet haberi respectus ad facultates, & diuitias patris, ita tamen vt vltra necessaria ad victum nil aliud præstandum sit; Vnde si pater est diues, præstabit alimenta necessaria filio spurio, qualia conueniunt personæ diuiti, si vero est pauper, ea præstabit sicut pauperes solent eorum familiam alere, & sic filius pauperis aletur pane, & oleribus, filius autem diuitis diuerso genere ciborũ, vt in simili dixit *Glo. in l. serui vrbani, ff. de leg. 3. & Abb. in cap. nobis nu. 6. de iur. patron.*
47 Secunda illius tex. interpretatio ex mente eiusdem Barbos. est, quod dum dicit, quòd parentes tenentur filijs spurijs necessaria præstare, secundum quod suppetunt eorum facultates, hoc intelligi debet statutum in beneficium ipsorum parentum, quod non teneantur coarctare alimenta propria pro alimentis filiorum, sed eatenus tantum quatenus eorum facultates patiantur, quæ si vtrique sufficiunt, tunc necessaria alimenta spurijs præstetur. His autem non obstantibus negari non potest secundam opinionem, quod etiam in filijs spurijs non sit solum consideranda necessitas victus tantum, sed quoque eorum dignitas, & paterna nobilitas, ita vt alio modo debeantur alimenta spurio ex patre nobili, quam alio ex infimis parentibus orto, hedum esse magis communiter receptam, sed etiam magis rationabilem, prout plenissimè probat *Stefan. Gratian. in 1. thom. discept. forens. cap. 112. per tot.* qui omnibus contrarijs optimè respondet, & ne eius scripta exem-
48 plare videar, ad eum me remitto. Non solum autem pater tenetur filios alere, sed etiam mater infra biennium tenetur lactare *l. pen. C. de patr. potest. Glo. in l. si quis à liberis. §. si mater. ff. de lib. agnosc. & ibidem Bal. & alij DD. Molin. de primog. hisp. lib. 2. c. 15. num. 3. Io. Garz. in tract. de expens. cap. 3. num. 29.* & alij plenè relati per *Surd. in d. tract. de alim. tit. 1. q. 14. & per Aluar. Velasq. in 1. thom. consult.*
49 *Regni Lusitan. consult. 92. num. 1.* Limitatur autem hæc conclusio, quando mater est nobilis, & secundum regionis consuetudinem ei non conuenit lactare filios, vt plenè probant *Surd. in eod. tract. de alim. tit. 7. q. 13. num. 4. & seq. Card. Paleot. in tract. de noth. & spur. cap. 48. nu. 1. & Rol. à Vall. in cons. 54. num. 80. vol. 2.* hanc autem limitationem impugnat *Io. Garz. in d. tract. de expens. & meliorat. cap. 3. n. 31.* dicens eam nulla ratione iuuari, sed etiam Reginam Hispaniarum, qua nihil maius videt

oriens,

oriens, & occidens Sol, filios suos nutrire decere, Idq; obseruata naturæ ratione fundari, quæ Reginis & reliquis communis est, cui opinioni nouissimè accedit *Marius Ital. in tract. de im-*
50 *mun. eccl. lib. 1. cap. 5. §. 3. nu. 12.* Secundò limitatur, quando mater est adeo egena, quòd cogitur ex proprijs laboribus victum quærere, vt post alios refert idem *Surd. in d. q. 13. nu. 15. &*
51 *Velasq. in d. consult. 92. nu. 3.* Vltra triennium vero nō tenetur amplius mater educare filios, nisi in subsidium, *l. si quis liberis, §. vtrum ff. de liber. agnosc.* & si filios aluit quando non tenebatur alere, potest expensas erogatas à marito repetere, vt probat expressè *tex. in ead. l. si quis à liberis, §. mater,* & notant in specie *Bursat. in cons. 420. per tot. vol. 4. Menoch. de arbitr. iud. cas. 88. nu. 22. & Velasq. in d. consult.*
52 *92. nu. 7.* Sed hæc conclusio non est ita simpliciter intelligenda; multas enim habet declarationes, quas plenissimè refert *Surd. omnino videndus in d. tract. de alim. titu. 6. q. 7. per tot.*
53 ad quem me remitto. An autem repeti possint alimenta præstita priuigno à vitrico, vel censeantur donata? vide *Bursat. in cons. 83. nu. 9.*
54 *& seq. lib. 1.* Et an Pater repetat à genero expensas factas pro filia infirma penes eum commorante? vide *Soc. in cons. 64. & in cons. 166. vol. 4.* & pulchrè *eundem in cons. 286. vol. 2.*
55 Multi autem sunt, qui oneri alios alendi subijciuntur, de quibus plenè loquitur *Surd. in d. tract. de alim.* ad quem sufficit me remittere; Ideo si vis videre quando frater tenetur fratrē alere, vide eum *in tit. 1. quaest. 25.* Et quando patruus teneatur alere filium fratris? vide eundem *in eod. tit. 1. q. 28.* Et an Auus teneatur alere nepotem? vide eundem ibidem *in q. 12.* Et quid in patre spirituali? vide eundem in *q. 11.* Et an nepos teneatur alere amitam, quæ consumpta dote non habet vnde viuat? vide *Ma-*
56 *rium Giurb. in decis. 5. per tot.* Et demum quis teneatur alere infantem expositum, si nō adest hospitale ad hoc deputatum? vide eundē *Surd. in eod. tit. 1. q. 81. per tot. Thesau. in decis. 118. nu. 1. & omnino Fran. Mugnoz. de Escobar. in tract. de ratiocin. cap. 25. nu. 44. cum plur.*
57 *seq.* Sciendum est autem, quòd eadem iuris dispositio, quę cogit patrem ad filios educādum, cogit etiam filios alere parentes egenos, *l. fin. §. ipsum autem C. de bon. quæ lib. et c. caeterum, 86. dist.* quod etiam de iure diuino statutum fuisse pluribus authoritatibus probat *Montalu. in ll. for. lib. 3. tit. 8. l. 1. in ver. gouiernen el padre. Hinc Salom. prouerb. cap. 8.* dicit, quod homicida est, qui patri subtrahit necessaria, quam sententiam cum multis alijs notabilibus ad hoc propositum refert *Surd. in d. tracta. de alim. tit. 1. q. 17. nu. 2. & Cordub. in l. 1. §. paris nu. 16. ff. de lib. agnosc.* & eandem conclusionē confirmant *Menoch. in tract. de præsump. lib. 3. præs. 29. nu. 16.* & pulchrè *Io. Garz. in tract. de expens. & meliorat. cap. 4. num. 52. & seq.*
58 Quæ conclusio procedit etiam in filio emancipato, qui non solum tenetur patrem inopem alere, *lux. not. per Bar. in l. alimenta. §. Imperatoris. n. 3. ff. de lib. agnosc. & in tract. de ali-*
59 *men. nu. 10.* Sed si renitens fuerit in alimentis ei præstandis, iterū in patriam potestatem redigit, vt refert idē *Surd. in d. trac. de alim. tit. 8. priuil. 65. n. 5.* & alij, quos cumulat *Intrigl. in sing. 135. nu. 1. in 2. lib.* Quo casu non potest amplius à patre iterum emancipari sine speciali Principis rescripto, vt testatur idem *Surd. in eod. tit. 8. priuil. 66. nu. 4. & Intrigl. in d. sing.*
60 *135. nu. 6.* Qua ratione etiam filius legitimatus ob denegata patri alimenta similiter ad spurietatem reuocatur, nec iterum amplius legitimari potest, vt refert idem *Surd. in d. tit. 8. priuil. 67. num. 1. & 3. & Intrigl. in eod. sing. 135.*
61 *nu. 2. & 8.* Et idem est in liberto denegante alimenta eius patrono, vt refert idem *Intrigl. in eodem loco num. 4. & 7. & Surd. in eodem*
62 *priuil. 66. per tot.* Imò si filius habet patrem egenum, qui sibi victum quærere non valet, tenetur exire à Religione, in qua professionem fecit, & patri subuenire, vt inquit *Rainer. de Forliu. in l. qui cum eo. §. si. ff. de re milit.* cuius sententiam communiter confirmant Doct. relati per *Hyp. in sing. 549. & per Surd. in d. tit. 8. priuil. 67. n. 2. & Intrigl. in sing. 125.* & alij quos plenè cumulat *Petr. Cened. in collect. super decreto in cap. si quis filij, 30. dist. collect.*
63 *20. nu. 3.* Sed hoc intelligendum est procedere quando maxima vrget patris egestas, ita tamē vt quamprimum filius paternam necessitatem subleuauerit, teneatur ratione voti ad religionem reuerti, vt ex magis cōi DD. assertione refert *Io. Azzor. in 2. par. instit. moral. lib. 2.*
64 *cap. 3. vers. quinto quæritur.* Et si filius relicto patre inope Religionem ingreditur, mortaliter peccat, vt inquit *Diu. Thom. in 2. 2. q. 86. art. 3. & Cordub. in l. si quis à liberis. §. item rescriptum, nu. 12. ff. de lib. agnosc.* quos refert *Intrigl. in d. sing. 125. nu. 2.* Imo etiam filius Regis vnicus si religionē ingreditur, plus peccat, quam meretur, & Summus Pontifex potest cum eo dispensare, vt vxorem ducat, ne regnum destituatur sine legitimo successore, vt notabiliter inquit *Bal. in l. si paterfamilias. §. fi. ff. de adopt.* Quo casu dispēsari etiam potest quod Monacus ducat vxorē ad tempus quousque sobolem susceperit, vt testatur idem *Bald. in l. si sibi filius. nu. 3. ff. eod. tit. de adopt.* vnde singulariter dixit *Innoc. in cap. cum ad monasterium. sub nu. 4. de stat. Monach.* quod si filia Regis ingressa esset Religionem, & postea Rex infidelis peteret illam in vxorem, & pro ea cau

sa vellet baptizari cum toto populo suo, tunc
posset per Summum Pontificem legitimè di-
spensari super eo matrimonio, quod dictum
pro valde notabili refert Andr.Barbat.in rep.
rub.C.qui admitti, sub nu.71.vers. quadrage-
simo adduco, & Catell. Cott. in memorab. in
65 ver. filius vnicus Regis. An autem secundum
ordinem charitatis teneamur magis subuenire
patri, vel filio? vide Io. de Amic. in cons. 105.
nu.1.& seq. Borgn. Caualc. in tract. de vsufr.
mul.relic.nu.189. Sayr. in 7.lib. Clauis Regia,
c.5.nu.16.& Io. Azzor. in 2.par. inst. moral.
lib.2.c.2.vers.16. quaritur. qui ex magis com-
muni DD. opinione concludit prius esse suc-
currendum patri, quàm filio, quando vtrique
66 subuenire non potest, Et si filius habet patrem,
& matrem, magis tenetur subuenire patri, vt
refert idem Azzor. in eod.cap.2. col. vlt. vers.
67 18. quaritur; Et si filius habet vxorem, & pa-
trem egenum, cui magis teneatur subuenire?
vide Thom. Sanch. in tracta. de matrim. lib. 9.
68 disp.4.nu.26. Et si facultates paternæ sunt ita
modicæ, vt vix sufficiant pro alimentis pro-
prijs, an teneatur alere filios? regula est quòd
non, per tex. in l. pen. ff. de liber. agnosc. in fin.
nam prima, & ordinata charitas incipit à seip-
69 so, l. præses. C. de seruit. & aqua. Sed quomo-
do intelligenda sit, plenè explicat Surd. in dict.
tract. de alim. tit.7.q.8. per tot. cui addi possūt
not. per Vinc. de Franch. in decis.336.nu.3.&
Petr. Beninten. in decis. Bonon. 89. per totam.
70 Ex qua regula sumitur conclusio, quam infert
Affl. in decis.290.nu.9. quod quando frumen-
tum Regni non sufficit pro eius vsu, non debēt
concedi tractæ, & extractiones, prout etiam
asserit Io. Franc. de Pont. in tracta. de potesta.
Proreg. in tit. de tractis, seu extract. in princ.
71 An autem pater teneatur vendere rem magni
valoris, modici tamen redditus pro alendis fi-
lijs? vide Natt. in cons.48.nu.6.lib.1. & plenè
72 Thesaur. in decis.211. per tot. Et an filio peten-
ti alimenta possit pater assignare legitimam?
vide Vinc. de Franch. in decis.133. per totam.
73 Sed quid si filius non vult habitare cum patre,
an possit eum cogere ad præstandum alimenta
extra domum? communis resolutio est, quòd
non, nam sicut filius non cogitur accipere ali-
menta extra domum patris, vt inquit Ang. in
l. quidam cum filium, num.3. ff. de verb. oblig.
quem refert Rum. in consi.45.nu.6.lib.2. Ita
etiā pater eum cogere potest ad secum habitan-
dum, vt inquit idem Ang. in cons.85. num.3.
cum quo concordant Boer. in decis.195.nu.5.
& Artus Pinell. in l.1. C. de bon. mater. in 1.
par.nu.53.& alij relati per Surd. in d. tract. de
74 alim. tit.7.nu.3.& in tit.4.q.14.num.8. Non
tamen desunt, qui ab hac opinione dissentiūt,
vt patet ex not. per Caccialup. in repe. l. frater
à fratre, sub n.109. ff. de cond. indeb. qui dicit,
quòd pater non potest denegare filio alimenta
sub prætextu, quod discesserit ab eius domo,
sed tenetur eum extra domum alere, per tex. in
l.4. ff. de alim. & cib. legat. vbi Bart. in fine no-
tat, quòd vxor, cui sunt relicta alimenta à viro
potest eligere habitationem, quam vult, & ibi
alimenta petere, quam Bart. conclusionem ve-
ram, & communem esse asserit Surd. in d.q.14.
75 nu.16.& seq. Sed animaduertendum est, quòd
valde decipitur Caccialup, dum ad fundandum
q̄ pater tenetur alere filiū seorsum ab eo habi-
tantem, allegat tex. in d.l.4. in fi. qui loquitur,
quando alimenta debentur ex dispositione ho-
minis, & inde arguit, quòd multo magis idem
est, quando debentur ex dispositione legis, nā
76 hoc argumentum non benè concludit, siquidē
quando sunt alimenta legata, quæ propriè de-
beri dicuntur ex dispositione hominis, magis
recepta DD. sententia est, quòd pręstanda sunt
vbi legatarius vult, & non tenetur habitare cū
hærede, & in his terminis propriè loquitur
Bar. in d.l.4. in fi. vt benè animaduertit Crau.
in cons.205.nu.2.lib.2. & hanc esse communē
opinionem asserit Mich. Crass. in 1. par. rece-
77 ptar. sent. in ver. legatum, q.22.nu.3. Præter-
quàm si testator expressè mandasset alimenta
præstari in domo hæredis, nam tunc eius volū-
tas tanquàm altera lex seruanda esset, vt plenè
refert Surd. in d. tract. de alim. tit.4. q.15. nu.
1.& seq. & alij, quos cumulat Intrigl. in sing.
78 142.nu.2.lib.2. Quando vero alimenta præ-
stantur ex dispositione legis, tunc verius est ali-
mentarium cogi ad habitandum, & ea recipiē-
dum in domo illius, qui eum alere tenetur, vt
notabiliter animaduertit Paul. de Castr. in l.
diuortio, num.9. ff. sol. matrim. qui hinc infert,
quòd mulier cui debentur alimenta infra annū
luctus ab hæredibus viri ex iuris dispositione,
iux. not. in l. vn. §. exactio, C. de rei vxor. act.
nedum tenetur cum eisdem hæredibus habita-
re, si non adest legitima causa recedendi, sed
etiam tenetur eis operari, secus autē est, quan-
do sunt alimenta legata, nam tunc non negat
alimenta deberi extra domum, & eo casu mu-
lierem non teneri operari hæredibus viri. Et
79 licet hanc differentiam non admittat, Ias. in
d.l. diuortio.nu.25. dicens, quod siue alimenta
debeantur ex dispositione legis, siue ex proui-
sione hominis, semper peti possunt extra domū
grauati, pro qua opinione plures alios concor-
dantes refert Surd. in d. tit.4.q.14.nu.16. Ni-
80 hilominus recedendum non puto a supradicta
distinctione Paul. de Castr. pro qua plures gra
ues authores refert Barbos. in 1. par. l.2. in prin.
ff. sol. matr. nu.27.& seq. & consequenter dū
pater tenetur filium alere ex iuris dispositione,
firma remanet conclusio, quod filius tenetur,
& cogi

& cogi potest ad ea percipiendum in domo pa-
81 tris, Verum circa hoc mihi sequi placet declarationem *Ari. Pinell. in 1. par. l. 1. C. de bon. mater. nu.* 55. dicentis non esse præcisè cogendum filium ad habitandum cum patre, sicut cogitur vxor ad cohabitandum cum viro, sed solùm in casu, quo vult à patre ali, vnde si nolit alimenta, sed magis eligat aliquod honestum vitæ genus, nō debet à patre impediri, nisi quatenus filij opera indigeret, nam liber homo seruilis conditionis esse non debet, *l. 2. ff. si quis à paren. fuer. manumiss.* quam cōclusionem pluribus rationibus probat *Arius Pinell. in citato loco*, subdens hoc esse vtile pro filijs, qui volūt Africam, vel Indias petere, ne à patre absq;
82 causa retrahi possint. Hæc autem conclusio, quòd filius debet ali in domo patris, non procedit, quando ex iusta causa non potest filius cū patre commorari, & simul cum eo in eadem domo viuere, *iux. not. in l. cum hi, §. vult igi-*
83 *tur. ff. de transact.* Et in hoc regulam generalē constituas, quòd sicut ille, cui fuerunt à testatore legata alimenta præstāda in domo hæredis, si ex legitimis causis non potest cum hærede commorari, debet alimenta habere extra eius domum, iux. not. per *Bar. in l. Gaio, §. Imperator, nu. 2. ff. de alim. & cibar. leg.* & alios relatos per *Surd. in d. q. 15. nu. 12. & Intrigl. in d.*
84 *sing. 142. nu. 4.* Ex eisdem etiam causis potest filius recedere à domo patris, & petere alimenta seorsum ab eo, vt in spetie affirmat idē *Surd.*
85 *in d. q. 14. in fi.* Legitimæ autem causæ, ex quibus non tenetur alimentarius habitare in domo grauati, plures sunt, quas plenè cumulant *Menoch. de arbitr. iud. cas. 170. nu. 12. & seq. Surd. in d. tit. 4. q. 15. num. 12. cum plurib. seq.* & alij, quos refert *Intrigl. in d. sing. 142. nu. 5.*
86 *& seq.* Sed in filio præcipua causa recedendi a patre, & petendi alimenta seorsum ab eius domo, est, quando pater secundas nuptias contraxit, nam propter præsumptum odium nouercæ cum priuigno, non tenetur cum ea commorari, ex not. per *Bal. in auth. hoc locum, nu. 3. C. si secun. nupt. mul. & Bar. & Ang. in l. si disceptetur. ff. vbi pup. educ. deb.* & ad probandum odium nouercæ sufficit iuris præsumptio, ex reg. *tex. in l. 4. ff. de inoff. test.* & non opus est aliud extrinsecus probare, prout ex communi DD. sententia testatur *Surd. in d. q. 15. nu. 25. & seq.* reprobata opinione *Ruin. in cons. 34. nu. 1. & seq. vol. 2.* qui tenuerat requiri aliam extrinsecam probationem, & in spetie, quod hæc sit legitima causa, ex qua filius ali debeat seorsum a domo patris, ita nouissimè testatur *Don Andreas Molfesius in commentar. super Consuet. Neap. in 5. par. sub titu. de alim. q. 2. nu. 16. & seq.* vbi refert multos ex odio nouercæ fuisse necatos, & inter cæteros Sāctū Eduardum Britanniæ Regem nouercæ dolis ab hac vita migrasse, de quo fit mentio in Martirolog. Romano die 18. mensis Martij, quæ conclusio
87 confirmatur etiam ex notabili doctrina *Paul. de Castr. in cons. 167. incip. considerandum est, sub nu. 2. col. 2. vol. 1.* qui consuluit matrem non teneri habitare cum filio habente vxorem rixosam, cum qua non posset cum animi quiete viuere, & hanc esse legitimam causam, vt deberetur legatum alimentorum extra domum filij, pro qua conclusione alios etiam concordantes
88 refert *Surd. in d. q. 15. nu. 30.* Plurimum autē circa huiusmodi causas versatur Iudicis arbitrium, vt benè perpendit *Menoch. in dict. cas. 170. nu. 14. & seq. & Surd. in d. q. 15. num. 44.* Animaduertendum vero est, quod quando filius dicit non potuisse cum patre habitare, & proinde petit seorsum ab eo alimenta sibi præstari, onus hoc probandi incumbit ipsi filio, vt in spetie refert *Io. Vinc. de Ann. in alleg. 102.*
89 *num. 1. lib. 2.* Nec omittendum est, quòd hæc quæstio circa alimenta filio præstāda in domo, vel extra domum patris, penitus cessat de iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis, cum sit in arbitrio filij, si non potest, vel non vult cum patre habitare, petere ab eo alimenta, vel dotes maternas, vt expressè cauetur *in Consuetud. si quis habet, cū ibi not. per Napod. & alios add.* & ita in spetie notant *Gramm. in decis. 54. sub nu. 5. & Vrsill. in decis. 37. in fi.* Imo huiusmodi alimenta filijs deberi, etiam si habeant vnde se alant, testatur *Io. Vinc. de Ann. in singu. 24.*
90 Et demum pro huius capituli complemento, si scire vis, quæ veniant appellatione alimentorum? vide *Bar. in l. legatis. ff. de alim. & cibar. lega. Crau. in cons. 199. num. 3. & seq. plenè Rol. à Vall. in cons. 22. per tot. vol. 1. Camill. Borrell. in cons. 71. per tot. Borgn. Canalc. in tract. de vsufr. mul. relic. nu. 27. & seq. et latè Menoch. in tract. de præsump. lib. 4. præs. 157.*
91 *num. 13. cum plur. seq.* Et si quis promitti aliquem alere in eius domo, an teneatur etiam alere eius famulos? vide eundem *Borgn. Ca-*
92 *nalc. in decis. Fiuiz. 17. in 4. par.* Et an regulariter alimentarius teneatur operari in beneficium illius, à quo sibi præstantur alimenta? plenè explicat *Surd. in d. tract. de alim. tit. 4. q. 29.*
93 *per tot.* Et quo anni tēpore præstanda sint alimēta? vide *eundem in eodem titu. 4. quæst. 17. per totam, pulchrè Rolan. à Vall. in cons. 22. nu. 22. et sequen. volum. 1. plenè Sim. de Pret. in tract. de interpr. vlt. volunt. lib. 4. interpr. 1. dub. 11. num. 92. cum sequen. et Ioan. Vinc. de Anna in singu. 22. et Fab. eius filium in ad-*
94 *dit.* Et an si alimentarius decedit infra annum transmittat alimentorum petitionem pro to-

to

to anno ad eius hæredes? vide *Vinc. de Franchis in decisio.155. per totam*, *Borgn. Caualc. in decisio.8. num.69. in 3. par. et plenè D. And. Molfes. super consuetud. Neap. in 5. par. sub titu. de alimen. q.9. nu.* 13. *et seq.*

Finis Cap. Tertij.

CAPVT QVARTVM.

Legitima filijs debetur iure naturæ titulo institutionis, & in singulis corporibus hæreditarijs, cum sit quota bonorum. Aliter autem computatur legitima parentibus debita, vnde plenè explicatur; An & quãdo legitima matris sit tertia tertiæ, vel tertia totius? latè etiam declaratur; An & quãdo legitima debeatur filijs legitimatis, tam per subsequens matrimonium, quam ex Principis rescripto? Et quæ requisita ad vtriusque legitimationis validitatem sint necessaria? Et quæ debeant filijs in legitimatione legitimè imputari. Et demum quæ sit dos congrua, siue paragium debitum filiabus ab vniuersali parentum successione exclusis?

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur filium hæredem instituere in legitima, vel cum iusta causa exhæredare, aliàs testamentum est nullum.*

Vltra vero legitimam potest pater de suis bonis ad suum libitum disponere, num.9. & sequen.

2 *Legitima tanquam æs alienum à toto patrimonio deducitur.*

3 *Cautelæ ad fraudandos filios legitima, remissiuè.*

4 *Legitima minui non potest nec per confessionem debiti, nec per legata, in remunerationem seruitiorum.*

5 *Legitimæ supplementum filius petere potest, quamuis legatum cum conditione de non petendo aliud, agnoscat sine protestatione.*

6 *Legitimæ supplementū renunciasse filius non censetur per generalem quietationem factā hæredi, præterquam si verba renunciationis essent nimis ampla.*

7 *Fallit in duobus casibus.*

8 *Pater potest grauare legitimam vsque ad certum tempus, vt filio consulat.*

11 *Legitima est quota bonorum.*

Ideo debetur in singulis corporibus, & temporis augmentum cedit in beneficium filij, nu.12. & 14.

Et est in electione filij, an velit bona, vel æstimationem, nu.13.

14 *Filio si relinquatur pecunia pro legitima, an possit eam petere in corporibus hæreditarijs & nu.15.*

16 *Legitima debetur inspectis facultatibus tempore mortis.*

Et proinde non augetur per incrementum postea superueniens post obitum patris sine opera hæredis, nu.17.

Si tamen legitima fuerit filio assignata in vita patris, cuius facultates sint deinde aucta debebitur portio incrementi, nu.23.

Et non diminuitur si paterna bona post eius mortem diminuantur, nu.18.

19 *Legitima an sit assignanda filio cum cautione, si in hæreditate adsint onera indecisa, remissiuè.*

20 *Legitima non debetur filio Patre viuente.*

Vnde non tenetur Pater ratione legitimæ soluere debitum filij. num.21.

Si tamē Pater esset dissipator, cogi posset ad assignandum filio legitimam, nu.22.

24 *Filia à patre competenter dotata, vel dote cōtenta renunciando successioni, si deinde augeantur patris facultates, an possit agere ad supplementum legitimæ, & num. 25. 26. et 27.*

28 *Filia, quæ renunciauit maternæ successioni, facit partem, quamuis non admittatur ad partem, vbi idem in Monaco.*

29 *Legitima liquidatur habito respectu ad numerum omnium filiorum, & ad omnes dotes filiabus datas, vt fiat vnicum patrimonium.*

In

ritates recenſentur, nu.231. cum ſeqq. vſq; ad nu.247.

Filius legitimatus cum reſtitutione naraliũ in eo, quòd pater voluerit ei relinquere, etiam quoad legitimam, ſi hæres inſtituatur à patre, & grauetur per fideicommiſſũ poteſt legitimam, & Trebellianicam retinere, ſi non apparet, quòd pater voluerit etiã in legitima grauare, nu.234. cum ſeqq. Sed contra, vide nu.321. cum ſeqq.

Et quid ſi adſint in contrarium coniecturæ, & quæ ad hoc ſufficientes iudicentur, eodẽ nu.234.

Quinque coniecturæ diſcutiuntur, nu. 248. 249. 250. 251. ſed vide nu.346. cum ſeq.

236 *Miles per fideicommiſſum vniuerſale non videtur in dubio voluiſſe filium etiã in legi ima grauare, ſed contra, nu. 329. 330. & 331.*

245 *Verba videbitur, & placuerit, in legitimatione poſita ſignificant boni viri arbitrium à iure regulatum, non autem liberam, & abſolutam patris voluntatem.*

Nec per hæc verba Princeps permiſiſſe cenſeatur, quòd apponi poſſit per patrem onus in legitima, eod. nu.245.

250 *Religionis ingreſſus an ſit mors ciuilis, & quando æquiparetur morti naturali.*

258 *Trebellianica poteſt detrahi per filios legitimatos, ſed contra, nu.355. cum ſeqq. Vbi quando fuit prohibita.*

Et quid ſi teſtator diſpoſuit, quòd tota hæreditas ad ſubſtitutos perueniat, vel ſi prohibita fuerit alienatio, eod. nu.258. & n.259. et 260. ſed vide nu.363. cum ſeq.

261 *Statutum Ianuẽſe, quo prohibetur vtriuſq; quartæ detractio, ſcilicet legitimæ, & Trebellianicæ, ſed ſtatuitur altera tantum hæredem debere eſſe contentum locum non habet quoad perſonas non ſubiectas, ſiue bona extra territorium exiſtentia.*

262 *Legitimatio limitata quoad ſucceſſionem, an conferat iura ſucceſſionis actiue, & paſſiue.*

263 *Remedium legis finalis C. de edict. diui Adr. toll. pro quibus bonis competit.*

264 *Fideicommiſſarius an ſit legitimus contradictor.*

265 *Fratres legitimati an iura agnationis mutuo conſequantur.*

266 *Legitimatio impetrata ſecundo loco, non facta mentione de præcedenti legitimatione obtenta pro altero filio non eſt nulla, & nu. 267. 268. 269. 270.*

Maxime ſtante approbatione amborum, nu. 271. Sed contra nu 309. 310.

279 *Pater inſtituens filios, & nominans eos naturales, videtur eum ignominia inſtituere.*

295 *Legitima an competat ei cui non competit querela, nec ius impugnandi teſtamentum, & nu. 296.*

332 *Filia à ſtatuto excluſa, an poſſit retinere legitimam ſine onere.*

1 
X eadem quoque naturalis obligationis lege ſtatutum eſt, quod pater tenetur filium hæredem inſtituere, vel cum legitima cauſa exhæredare, alias enim eius teſtamentum eſt ipſo iure nullum, *l. inter cætera, ff. de liber. & poſth.* Nam paterna hæreditas dicitur debita filijs, *l. fin. §. pen. C. de codicill. l. fin. C. de curat. furioſ. l. 1. C. de impon. lucrat. deſer. lib. 10. & auth. de trien. & ſemiſſ.*
2 *§. 1.* Vnde licet regulariter cuilibet liberum ſit arbitrium diſponendi de bonis ſuis, *§. diſponat, auth. de nupt. & cap. vltima voluntas, 13. q. 1.* Nihilominus parentes refrenatam habent diſponendi poteſtatem, cum teneantur ſaltim ſuorum bonorum legitimam portionem liberis relinquere, quæ tamquàm æs alienum a toto patrimonio deducitur, *l. Papinianus, §. ſi quis impubes. ff. de inoff. teſt.* eaque filijs debetur libera, & abſque onere, *l. quoniam in prio-*
3 *ribus. C. eo. tit.* Et quamuis aliqui DD. conati fuerint inuenire cautelas ad finem fraudandi filios eorum legitima, vt videri poteſt apud *Soc. in reg. 283. Cepol. in caut. 21. Io. Dilect. in tracta. de art. teſtan. in tit. de liber. inſtituen. caut. 17. num. 4. & Vin. in commun. opin. 832.*
4 *nu. 26.* Regulariter tamen nec per legata pia, aut in remunerationem ſeruitiorum, nec per confeſſionem debiti à teſtatore factam legitima minui poteſt, vt notabiliter dixit *Alex. in cõſ. 45. nu. 11. vol. 1. & in conſ. 26. per tot. vol. 2. &*
5 *in conſ. 57. vol. 5.* Imo ſi minus legitima fuerit filio relictum cum expreſſa conditione, ne plus petere poſſit, & ipſe legatum ſimpliciter, & abſque vlla proteſtatione agnoſcat, nihil ſibi præiudicat, quin eius ſupplementum petere poſſit, *l. ſi quando, §. & generaliter. C. de inoff. teſt. Alex. in conſ. 69. vol. 1. Ant. Rub. in conſ. 43. nu. 10. & in conſ. 69. num. 1. & in conſ. 72. num. 5. Io. Dilect. in d. tract. de arte teſtan. in tit. 3. caut. 3. Duenn. in reg. 359. in 4. limit. plenè Peregr. in tract. de fideicom. art. 36. num. 8. cum ſeq. Surd. in conſ. 357. nu. 33. volum. 3. & plenè Fab. Turrett. in conſ. 1. in 1. dub. vol. 2.* qui optimè reſpondet omnibus argumentis Pariſij, qui cõtrariam tenuit opinionem *in conſ.*
6 *9. vol. 3.* Adeò quòd etiam ſi feciſſet generalem quietationem hæredi, nõ tamen cenſeretur legitimè ſupplemento renunciaſſe, vt pulchrè

7 inquit Boer. in decis. 14.nu.6. Præterquàm si
verba quietationis, aut renunciationis essent
adeò ampla, & prægnantia, vt vim expressæ, ac
specificæ renunciationis obtinerent, prout in
pulchro casu consuluit Franc. Becc. iu cons. 34.
per tot. vol. 1. vbi concludit filium, qui immo-
dicæ donationi factæ per patrē alteri filio con-
senserat, sibi præiudicasse quoad legitimam, &
idem est, si filius approbat in omnibus & per
omnia testamentum, in quo pater expresse le-
gitimam grauauit, iux. not. per Peregr. in trac.
de fideicommiss. art. 36. num. 88. & seq. & in
8 consi. 66. nu. 4. lib. 4. Potest autem pater graua-
re legitimam vsque ad certum tempus, quando
apparet hoc fecisse, vt ipsi filio consuleret,
vt puta si eum grauaret, ne vsque ad certam
ætatem alienare posset, prout ex multorum
Doctorum authoritate refert Mascard. in tra-
cta. de probationib. concl. 1242. nu. 74. & seq.
9 Vltra legitimam vero non prohibetur pater
de suis bonis ad libitum disponere, ipsumque
filium etiam ad fructuum vltra legitimam per-
ceptorum restitutionem grauare, vt plenè do-
10 cet Surd. in decis. 21. per tot. Adeò quòd si in
eo quod relictum est vltra legitimam, apposi-
tum fuerit onus restitutionis infra tantum tem
pus, quod sufficiat, ne dum ad integram legiti-
mam, sed etiam ad eius fructus, teneretur fi-
lius omnino paternam adimplere volūtatem,
vt plenè testatur Io. Bapt. Ludercb. in cons. 26.
nu. 2. & per tot. licet enim pater non possit gra
uare filium in legitima. Nihilominus quando
ei reliquit vltra legitimam cum aliquo onere,
tenetur filius, vel onus acceptare, vel restituere
quod est vltra legitimam, vna cum fructibus,
iuxta not. per Cum. in l. cohæredi, §. cum filio,
nu. 2. ff. de vulg. & pup. & alios, quos plenè re-
fert Bursat. in cons. 355. num. 61. & latius in
cons. 385. vol. 3. nouissimè Mastrill. in decisio.
181. num. 28. & seq. lib. 1. & Surd. in decis. 21.
nu. 20. & per tot. & cum hac etiam conclusio-
ne concordat Peregr. in d. cons. 66. num. 2. &
11 seq. lib. 4. Est autem legitima quota bonorum,
l. quoties, C. de her. inst. & debetur de substan-
tia, non autem de fructibus, nec in pecunia, l.
scimus. §. repletionem. C. de inoff. test. Vinc. de
12 Franch. in decis. 127. num. 1. Et proinde debe-
tur in singulis corporibus, ita vt etiam tempo-
ris augmentum cedat in beneficium filij, iuxta
plenè not. per doctissimum Regium Consiliar.
Ioan. Andr. de Georg. in alleg. 40. per totam.
13 Et est in electione filij, an velit bona, vel æsti-
mationem, vt latè inquit Bar. in l. marcellus.
§. res quæ. ff. ad Trebell. & in l. suum quoque.
14 ff. de her. inst. Et ideo si pater legat filio certā
pecuniæ quantitatem pro legitima, non tene-
tur eam filius acceptare, sed illam petere potest
in singulis corporibus hæreditarijs, ex not. per
Bar. in d. l. suus, & Affl. in decis. 162. num. 3.
Bursat. in cons. 84. nu. 12. & in cons. 92. num.
11. & seq. lib. 1. & Magon. in decis. Flor. 35.
15 num. 5. Hæc autem conclusio non est omnino
tuta, cum multos habeat contradictores,
ideo pro eius vera explicatione vide omnino
quæ copiosè tradit Menoch. de arbitr. iud. lib.
16 2. cas. 163. per totum. Debetur autem legitima
inspectis facultatibus existentibus tempore
mortis patris, l. Papinianus §. quarta, ff. de in-
17 off. test. & l. cum quæritur. C. eod. Et ideo non
augetur per incrementum postea superueniēs
in bonis paternis post patris obitum sine opera
hæredis, vt inquit Boer. in decis. 62. num. 2. &
18 plenè Vrsill. in decis. 382. Sicut nec diminui-
tur, si paterna bona post eius mortē diminuan-
tur, iux. not. per Pau. de Castr. in l. in ratione,
la 2. ff. ad l. Falcidiam, & plenè per Lanar. in
19 cons. 70. per totum. Verum si in hæreditate ad-
sunt onera indecisa, an expectandum sit, quod
liquidentur, vel interim sit assignanda filio le-
gitima cum cautione? Ardua est quæstio, pro
cuius decisione videnda sunt, quæ plenè refert
Præs. de Franch. in decis. 127. per tot. & Ma-
20 strill. in decis. 64. Viuente autem patre nullū
ius filio competit super legitima, l. 1. § si impu-
beri. ff. de collat. bonor. & l. post emancipatio-
nem. §. 2. ff. de liber. leg. Cacher. in decis. Pede-
mon. 172. nu. 15. Francis. Becc. in cons. 34. nu.
17. cum plurib. seq. & Mich. Crass. in §. legiti-
ma. q. 12. fol. mihi 359. Fab. de Ann. in addit. ad
21 singularia sui genitoris, in sing. 531. Vnde si
filius condemnetur pro aliquo delicto, non te-
netur pater aliquid soluere ratione legitimæ,
vt inquit Bar. in auth. si qua mulier. C. de sa-
crosanct. eccl. & plenè Duenn. in reg. 356. num. 2.
22 Sed si pater esset dissipator, cogi posset ad assi-
gnandam filio legitimam, iuxta late notat. per
Vasq. in 1. lib. illustr. controu. cap. 37. per tot.
& Ari. Pinell. in l. 1. in 3. par. nu. 75. C. de bon.
23 mater. Et si legitima fuerit filio assignata in
vita patris, cuius facultates postea reperiantur
auctæ, debetur etiam portio illius incrementi,
vt latè tradit Præs. de Franch. in decis. 133. nu.
24 8. & Viu. in comm. opin. 456. per totam. Et si
filia fuit à patre competenter dotata, & deinde
paternæ facultates augeantur, si fratres velint
eam à successione excludere vigore constitut.
Regn. In aliquibus, tenētur ei legitimè supple-
mentum assignare, habito respectu ad tempus
mortis, vt inquit Gramma. in decis. 57. nu. 14.
25 Similique modo si filia dote contenta renun-
ciauit futuræ successioni, & inspecto tempore
renunciationis non fuit læsa, verum considera-
to incremento bonorum obuentorum post re-
nunciationem adsit magna læsio, non prohibe-
tur agere ad supplementum, ex not. per Rip. in
cap. cum M. Ferrariensis, n. 38. de constit. Dec.
in

in conſ.276. & alios quos pro hac opinione
plenè cumulant Anton. Sola in non iſ. conſtit.
Sabaud.in tit.de alienat.bonor. minor.gloſ.2.
nu.9.cum plur.ſeq.Gramm. in deciſ.57.nu.7.
Cæſar Barz.in deciſ.Bonon.102.num.34. latè
Gaberan.in conſ.77.nu.15. & pleniſſimè Ber-
26 tazZol.in conſ.ciuil.7.nu.4.cum plur.ſeq.Sed
quia hanc opinionem impugnant Alexan.in
conſ.180.vol.5.Crau.in conſ.11.nu. 10. & in
conſi.114.nu.16.Gramm.in d.deciſ.57.nu.35.
& ſeq.plenè Surd.in conſ.488.nu.26.lib.4. &
alij,quos latè refert Aldouin.inter conſ. Pere-
gri.in conſ.21.nu.109.lib.4.& plenè Menoch.
de arbitr. iud. lib.2.caſ. 149. num. 16. & ſeq.
Ideo pro harum opinionum concordia omni-
no videndus eſt Gaſp. Theſau.in quæſt. forenſ.
93.per totam lib.2. qui pleniſſimè diſcuſſo hoc
27 articulo, tandem ex magis communi Doctorũ
ſententia concludit, quod aut agitur de dote
congrua, & tunc inſpiciendæ ſunt facultates
dotantis tempore dotationis, nulla habita ra-
tione aliarũ facultatum poſtea acquiſitarum;
aut agitur de ſupplemento legitimæ, & tunc
collata dote, inquit, habendam eſſe rationem
bonorum exiſtentium tempore mortis patris,
& ita aſſerit per illum Senatum fuiſſe iudicatũ,
nu.13.& ideo monet Aduocatos, quod petant
legitimæ ſupplementum, & non ampliorem
dotem. Fatetur tamen, quòd ſi vltra renuncia-
tionem iuratam tempore dotationis, & pactũ
de aliquid vlterius non petẽdo, adeſt ſtatutum
excludens filias dotatas à ſucceſſione parẽtum,
tunc omnino filia, quæ fuit competenter dota-
ta, inſpectis facultatibus exiſtentibus tempore
dotationis, eſſet perpetuò excluſa etiã à bonis
futuris, dato, quod poſtea paternę facultates in
immenſum creuiſſent, prout etiam plenè pro-
28 bat Surd.in d.conſ.488.nu.36.in fi. Sed an fi-
lia, quæ renunciauit paternæ ſuccesſioni, fa-
ciat partem in computatione legitimæ aliorũ
filiorum, quamuis non admittatur ad partem
cum eis? Et quid ſi filia ſit excluſa à paterna
ſucceſſione per ſtatutum ſtantibus maſculis?
In hoc variæ ſunt Doctorum opiniones, quas
pleniſſimè refert Theſaur.in deciſ.159.per tot.
latè Tiber.Decian.in conſ.46.vol.3. Borgn.Ca
ualc.in deciſ.Fraiz.84.in 3.par.Ioan.Vinc.de
Ann.in ſing.214.Mich.Craſſ.in lib. receptar.
ſent.in verb.legitima.q.7. nu. 3. & ſeq. Surd.
in deciſ.252. Morot. in conſ.23. Reg.de Pont.
in conſ.65.& Petr.de Gregor. in tract. de dot.
de parag.q.2.Sed in Sacro Cõſilio practicatur,
& habetur pro abſoluta, & indubitabili illa
opinio, quòd in liquidatione legitimæ fœminę
excluſæ a ſucceſſione faciant partem, quamuis
non admittantur ad partem, prout teſtatur
Præſ.de Franch.in deciſ.549.in princip. in 4.
par.& idem eſt in Monaco profeſſo in religio-
ne capaci, qui ante factam profeſſionem renun-
ciauit ad beneficium fratrum, vt conſuluit Pe-
29 regr.in conſ.16.per tot.lib.4. Dubium autem
eſt, quomodo in hoc caſu ſit facienda liquida-
tio legitimæ? & in eadem deciſ.549.relatis au-
thoritatibus Soc.iun.in conſ.25.vol.1. Boer.in
deciſ.104.Capyc.in deciſ.158. & aliorum con-
cluditur legitimam liquidari debere, habito re-
ſpectu ad numerum omnium filiorum, incluſis
maſculis, & fœminis, verum in hæreditate, ex
qua legitima eſt detrahenda, habendam eſſe
quoque rationem de dotibus datis per patrem
filiabus fœminis, ita vt ex eis augeatur hæredi-
tas, & fiat vnicum patrimonium. & ibi poni-
tur forma decreti, prout per Sacrum Conſiliũ
conſueuit fieri huiuſmodi liquidatio, quòd eſt
notandum. Maior autem dubitatio eſt, an hæc
concluſio procedat etiam de iure conſuetudi-
nario Ciuitatis Neapolis? & quia hanc quæ-
ſtionem plenè explicat Don Andr. Molfeſ.
in comment.ad conſuet. Neap.in 4 par.ſub ti-
tu.de ſucceſſ.ab inteſt.q.17.per tot. & praci-
puè nu.21.cum ſeq. ideo ad eum me remitto,
30 Magnum etiam dubium eſt, quãta ſit legitima,
quæ filijs aſsignari debet, quando pro aliquo
delicto cõtingit publicari bona paterna? hanc
quæſtionem examinant Rolan.à Vall.in conſ.
97.ſub nu.29.vol. 2. & Peregr. de iur.fiſc.lib.
5.tit.1.nu.38.Sed omnium plenius huius arti-
culi deciſionem reſoluit Anto.Theſaur.in de-
31 ciſ.104.per tot.ad quem me remitto.Quanta
autem ſit legitima patris? vide Vrſill. in deciſ.
125.ad fi.& in deciſ.204.nu.4.et per tot. et Ca
mill.Saler.in add.ad Napod.in conſuet.ſi qua
32 moriens.in verb.ſubſidium. Et quanta ſit legi-
tima fratris, quando turpem perſonam alter
frater inſtituit? vide Aff.in eiſdem deciſ. 125.
nu.2.et 204.nu.4.et Theſ.in deciſ.125.nu.2. et
33 204.nu.4.et in deciſ.128.nu.13. Maior autem
difficultas eſt, quanta ſit legitima matris, & an
ſi in ea inſtitutionis titulo non honoratur à fi-
lio, poſſit eius teſtamentum impugnare? Qua
in re cùm Doctores nimis obſcurè, & intricatè
loquuti ſint, & materia ſit valde frequens, &
quotidiana; ideo in ea aliquantulũ elaboraui,
& propterea pro huius quæſtionis explicatione
infraſcriptas concluſiones ex magis communi
34 Doctorum ſententia electas ſubijciam. Quarũ
prima eſt, quòd teſtamentum, in quo præte-
rita eſt mater, vel alij aſcendentes, eſt ipſo iure
nullum, ſicut quando præteriti ſunt deſcendẽ-
tes, §. ſancimus, Auth.vt cum de appell.cogn.
Ea tamen conſtituta differentia, quòd præteri-
tio aſcendentium ex linea materna cum cauſa,
habetur pro exhæredatione, ſed pręterito aſcẽ-
dente paterno, ſiue adijciatur cauſa, ſiue non,
ſemper teſtamentum eſt nullum, vt teſtantur
Iul.Clar.in §.teſtamentum.quæſt.48. et ſeq.

Mich.Crass.in lib.receptar.senten.§. testamentum,q.51.et Aluar.Velasq.in consult.61.nu.
35 2. Seecunda conclusio est, quòd nedum est
nullum testamentum filij, in quo mater sine causa præteritur, sed etiam si aliquid ei relinquatur absque honorabili titulo institutionis, prout contra optnionem Bar.in Auth.ex causa.nu.24.C.de liber.prater.tenuerunt Bald.in l.1.nu.1.C.de bonor.poss.contr.tab. Imol. in l.1.§.si ex fundo.nu.5.ff.de hær.inst.& alij plenè relati per Gul.de Ben.in rep.cap.Raynutius, de testam.in verb.in eodem testamento relinquens,nu.249.et Aluar.Velasq.in d.consult.
36 61.num.3. Tertia conclusio est,quòd in casu,
quo testamentum sit nullum ob vitium præteritionis,substinetur tamen quoad institutionē in vim fideicommissi ex beneficio clausulæ codicillaris,quæ in omnibus testamentis apponi consueuit, ita vt cēseantur grauati hæredes ab intestato restituere hæreditatem hæredi scripto,prout reprobata opinione Glo.in d.Auth. ex causa,in fi.ex magis communi DD.sententia affirmant Iul.Clar.in d.§.testamentum, q.46.Marc.Ant.Cucch.in tract.de legitima, sub rubr.quo tit.sit relinquen.legit.fol.mihi 86.nu.37.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib. 6.tit.4.nu.16.Mich.Crass.in §.testamentum, quæst.50.Reg.Io.Franc.de Pont.in cons.42. nu 13.et Fab.Turrett.in tract.de effec.claus.
37 codicill.q.54.effec.33.nu.7. Quarta conclusio
est,ꝙ in eo casu,quo testamētum annullatur ob præteritionis vitiū,& veniēs ab intestato vigore supradictæ clausulæ cogitur hęreditatē restituere hæredi scripto,nō pòt legitimam, & trebellianicam simul deducere,sed legitimam tantum, cum censeatur purè grauatus, secundum Paul.de Castr.in cons.15.nu.1.vers.videndū est ergo, vol.1.Oldr.in cons.171.nu.17.And. Gail.in 2.lib.obseruat.in obser.114.nu.8.& seq.Cacher.in cons.11.nu.113.Crauett.in cōs. 295.nu.2.vol.2.Crass.in §.trebellianica, q.4. & in §.codicillus,nu.22.vers.sed in hoc casu; Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.7.tit.12.
38 & Fab.Turrett.in d.q.54.nu.23. Quinta est
conclusio, quòd legitima ascendentium ita est aucta de quarta ad tertiam, sicut legitima descendentium,vt testatur Ias.post Glos.& Bar. in auth.nouissima,nu.35.C.de inoff.test. Rol. à Val.in cons.39.vol.3.Crass.in d.§.legitima, q.9.Io.Franc.de Ponte in cons.68.num.5. &
39 Natt.in cons.514.nu.23.vol.3. Sexta est con-
clusio, quod si existentibus in medio matre, & fratribus testatoris, instituatur extraneus honestæ conditionis,mater vero instituatur in re certa, quæ deinde ad legitimæ supplementum agat, tunc ei integram tertiam hereditatis partem deberi,ex magis communi DD.sententia, validioribus quoque rationibus roborata testantur Fulgos.in cons.35.Oldr.in cons.123. Bal.in d.Auth.nouissima,in 8.q.& ibidē Sal. in 9.q.& Ias.nu.49.Fabian.de Gioch.in rep. eiusdem Auth.num.42.& seq.plenè Reg.Io. Franc.de Ponte in cons.66.& in cons.68. per totum, Bursat.in cons.115.nu.6.vol.1. pulchrè Hier.Gabr.in cons.94.nu.11.& seq. vol.1. & hanc opinionem tenuisse Senatum Pedemontanum testatur Thesaur.in decis.172. sub nu.6.vers.secundus casus est,ex quibus patet hanc conclusionem esse communiter à Doctoribus magnæ authoritatis receptam,& eam quoque nouissimè approbat Steph.Gratian. in 1.tom.disceptation.forens.c.178.num.1.& seq.& latissime Petra in tract.de fideicomm.
40 q.15.nu.75.& nu.133. Quamuis non ignorē
aliquos contrariam opinionem fouentes tenuisse in præmisso casu matris legitimam esse tantum tertiam illius portionis partem, quę ei competijsset, si simul cum fratribus ab intestato successisset, prout visus est tenere Bar.in rep.l.pater filium,nu.14.ff.de inoff.test.et ibidem Iacobin.nu.39.Rimin.iun.in cons.405. nu.9.vol.4.& Mich.Crass.in d.§.legitima,in 8.q.in fi. Sed hæc opinio procedere potest in
41 casu inferius declarando. Septima est conclu-
sio, quòd si instituto extraneo vniuersali hęrede,mater instituatur in re certa, fratribus vero aliquid modicum relinquatur, tunc similiter matri ad supplementum agenti tertiam totius hęreditatis partem deberi,ita tamen, vt legatū fratribus relictum ante omnia à tota hæreditate detrahatur, censuit idem Senatus Pedemontanus in allegata decis.relata per Thesaur.172. nu.6.vers.primus est quando frater. Octaua
42 conclusio est, quòd si mater,& fratres particu-
lares instituantur hæredes,dato cohærede vniuersali extraneo, tunc matris legitimam esse tertiam partem,non totius hęreditatis,sed tantum illius portionis, quam habitura esset, si cū cæteris fratribus ab intestato successisset, tenuerunt Bal.in d.Auth.nouissima,in fi.Bursat.in d.cons.115.num.7.& seq.Thesaur.in d.decis. 162.sub nu.6.vers.tertius casus est,Ant.Rub. in cons.156.& Hier.Gabr.in cons.94.nu.20.
43 vol.1. Nona est conclusio, quod si matre insti-
tuta in re certa, & fratribus præteritis, instituatur hæres vniuersalis aliqua turpis persona, tunc matri debetur legitimæ supplementum, quæ hoc casu non erit tertia pars totius hæreditatis,sed tantum tertia pars illius portionis, quam esset habitura ab intestato,fratribus vero inofficiosi querelam proponentibus etiam debebitur legitima, quæ cùm secundum magis communem non reperiatur in transuersalibus aucta,erit quarta pars portionis, quæ eis ab intestato obuenisset, prout omnes Doctores in præcedenti conclusione allegati affirmant, &

præ-

præcipuè *Craff. in §. legitima, in* 10. *q.* Decima
44 conclusio est, quod si matre & fratribus præteritis, instituatur hæres extraneus honestæ cõditionis, tunc si mater non impugnat testamentum, sed petit legitimam, hoc casu cum nullum ius fratribus competat, & habeantur ac si in mundo non essent, matris legitima erit integra tertia pars totius hæreditatis, prout validissimis rationibus defendit *Regens Io. Franc. de Ponte in dictis cons. 66. & 68.* & hæc est ipsa
45 veritas: Si vero mater magis eligat testamentum impugnare, illudq; nullum ob eius præteritionem declarari, tunc cum reducatur causa testati ad causam intestati, sine dubio mater vnà cum fratribus defuncti filij ad successionē vocabitur, ex reg. *tex. in Auth. defuncto, C. ad Tertul.* Et licet vigore clausulę codicillaris teneantur postea omnes hæreditatem restituere hæredi scripto, nihilominus mater retinebit tertiam suæ portionis partem loco legitimæ, fratres vero quartam pro trebellianica, preterquam in casu quo esset hæres instituta aliqua Ecclesia, vel pia causa, cuius priuilegium est vt trebellianica non detrahatur, prout in his terminis propriè loquētes affirmant *Fab. de Ann. in cons. 130. nu. 15. & seq. vol. 2. & oculatissimus olim Præs. Sacri Consilij Vinc. de Frãch. in decis. 63. nu. 13. & seq.* qui testatur secundũ hanc opinionem per binas sententias fuisse iudicatum, factaq; relatione Illustrissimo Proregi impositum fuisse parti reclamanti perpetuũ silentium, & in his quoque terminis ita consuluit *Bal. in cons. 350. vol. 4.* Potest etiam in hac materia addi alius casus annis præteritis per S.C. decisus; Quidam enim fuerat institutus hæres ab eius patre, qui eidem vniuersaliter alium substituerat sub conditione si decesserit sine liberis, & ab intestato, & cum postea sine liberis decessisset, condito tamen testamento, in quo eosdem substitutos instituerat hæredes, mater ipsius prætendebat legitimam etiam super bonis prædictæ substitutioni subiectis, fuit dubitatum quanta esset eius legitima super bonis prædictis, substitutus enim dicebat debere liquidari in tertia tertiæ filio competentis super eisdē bonis paternis pro eius legitima, cum de iure legitima matris sit tertia eius, quod sibi ab intestato competijsset, & in hoc casu si iste filius ab intestato decessisset, cõditio substitutionis extitisset, & sic matri competijsset tertia filio debita pro legitima propria eiusdem, tertia pars videtur esse matris legitima, è contra vero mater allegabat, quod cum hic decesserit condito testamento, de omnibus bonis disponere potuit cessante substitutione, & proinde sibi integra legitima super eisdem debetur, pro substituto adducebatur *cons. Bertaz. 7. cir. fin. & cons.* 8. pro matre vero doctrina *Pereg. de fideicom. art. 36. nu. 8.* Tandem post paritatem votorum iunctis Consiliarijs duarum aularum per S.C. sub die 17. Nouēb. 1606. referēte quōdã Consiliario Vespulo, fuit iudicatũ esse tertiã totius, in causa vertēte inter Hippolytã de Rosa cũ Io. Dominico Milone, & alijs in banca, nũc de Amico. Quę omnia sunt benè notanda, nam nescio si alibi ita distinctè explicata repe-
46 riantur. Est insuper accurate videndum, an legitima omnibus filijs indistinctè debeatur? pro cuius articuli vera explicatione considerandæ
47 sunt infrascriptæ conclusiones. Quarum prima est, quod filijs naturalibus tantum non debetur legitima in bonis paternis, secundum *Glos. communiter approbatam in l. 1. in princ. ff. de bonor. poss. contr. tab.* pro qua multos allegat *Mich. Craff. in 1. lib. receptar. sent. in ver.*
48 *legitima, in 3. q. nu. 1.* Cuius conclusionis ratio est, quia licet filijs naturalibus debeantur duæ vnciæ ab intestato, & ex testamento totam possit habere paternam substantiam, dummodo tamen non adsint alij filij legitimi, nec coniux patris, & eis existentibus possint vnam vnciam ex testamento capere, *iux. not. in auth. licet, C. de natur. lib.* plenè per *Iacob. Berrett. in cons. 90. in princ. Vinc. de Franch. in decis. 291.* & latè *Couar. in epith. de sponsal. par. 2.*
49 *c. 8. §. 4. nu. 9.* Nihilominus contra patris testamentum, & voluntatem nihil penitus petere, nec habere possunt, aut quouis modo paternã dispositionē impugnare, vt ex communi DD. sententia plenè tradit *Ludou. Marot. in cons. 94. per totum, & Præs. de Frãch. in decis. 605.*
50 *nu. 10.* Et ideo in eo, quod pater filijs naturalibus relinquit, potest apponere quodcunq; grauamen, cum nõ sit debitum adinstar legitimæ, prout concludit idem *Præs. de Franch. in decis. 720. in 4. par.* Et hoc intelligitur de ijs, qui sunt verè naturales nati ex concubina domi retenta tantum, non de alijs, vt pulchrè declarat *Gasp. Thesaur. in q. forens. 83. lib. 2.* Secunda
51 conclusio est, quod filius naturalis habet legitimam in bonis maternis, nam matri succedit ab intestato etiam cum alijs legitimis, prout expresse cauetur *in §. nouissimè, inst. de Senatusc. orfic.* & ita notãt *Ferdin. Vasq. de success. creat. §. 10. nu. 494. & Craff. in d. §. legitima,*
52 *q. 3. sub nu. 1.* Quod tamen fallit quando huiusmodi filius esset adulterinus, vel aliter ex nefario coitu ortus, nam tunc etiam matri non succederet, nec è contra, etiam quo ad legitimam, sed de æquitate canonica habet tantum alimenta, *iux. not. per Præs. de Franch. in dec. 645. in 4. par. plenè Surd. in cons. 337. nu. 16. et*
53 *seq. vol. 3.* Verùm inter natos ex damnatu coitu non connumerantur filij nati ex clerico beneficiato, in minoribus tamen ordinibus constituto, prout pulchrè concludit idem *Præs.*

54 *de Franch. in decis. 47. in 1. par.* Tertia conclu-
sio est, quod si filij naturales à patre legitiman-
tur per subsequens matrimonium, per omnia
æquiparantur legitimè natis, *cap. tanta, qui fil.*
sint legit. & §. fin. inst. de nupt. & Auth. quib.
mod. natur. effic. legit. in princ. cum alijs iuri-
bus allegatis per *Duen. in reg. 350.* & plenè per
Gabr. in 6. lib. comm. concl. in tit. de legitim.
55 *concl. 1. per totam.* Imò dicuntur verè legiti-
mi, vt benè inquit *Dec. in cap. cum in cunctis,*
56 *nu. 29. de elect. & in cons. 155. nu. 4.* Vbi hinc
infert, quòd statutum excludens fœminas à suc-
cessione parentum stantibus masculis, habet lo-
cum etiam stantibus legitimatis per subsequẽs
matrimonium, prout tenuit etiam *Alex. in*
cons. 2. nu. 11. vol. 1. & hæc est communis con-
clusio, vt patet ex relatis per *Tiraq. in rep. l. si*
vnquam, in ver. susceperit liberos, nu. 82. C. de
reuoc. don. & in tract. de iur. primog. q. 34. nu.
56. plenè Surd. in cons. 337. nu. 11. & per tot.
57 *lib. 3.* Nam per huiusmodi legitimationem fin-
gitur ab initio omnis coitus licitus, & matri-
monialis, vt inquit *Soc. in l. gallus §. si eius, nu.*
58 *4. ff. de liber. & posth.* Et ideo promoueri pos-
sunt absque dispẽsatione ad ordines, beneficia,
& honores, & etiam ad Episcopatum, secundũ
Glos. communiter approbatam *in c. innotuit,*
in ver. coniugata, de elect. Dec. in d. cap. cum
in cunctis, nu. 24. Tiraq. in d. q. 34. nu. 55. &
alios, quos refert *Duen. in reg. 350. in 5. ampl.*
& Franc. Becc. in cons. 165. num. 37. in 2. vol.
59 Item taliter legitimati excludunt substitutũ,
secundum magis communem DD. sententiam
relatã per *Dec. in d. cap. cum in cunctis, nu. 28.*
& in cons. 155. nu. 7. & Boer. in decis. 159. nu.
60 *20.* Quam conclusionem quamuis acriter im-
pugnet *Rol. à Vall. in cons. vlt. per totũ, vol. 2.*
& alij, quos plenissimè referunt *Bertaz. in*
cons. ciu. 52. Peregr. de fideicomm. art. 24. nu.
25. cum plur. seq. & Mantic. de coniect. vltim.
volunt. lib. 11. tit. 12. num. 17. cum plur. seqq.
61 Nihilominus verior, ac validioribus rationi-
bus fundata mihi videtur supradicta conclusio,
quod legitimatus per subsequens matrimoniũ
facit deficere conditionem fideicommissi, &
substituto præfertur, per ea quæ pulchrè consi-
derant *Bursat. in cons. 17. & seq. per totum,*
vol. 1. Hier. Gabr. in cons. 21. vol. 1. plenè Frãc.
Becc. in d. cons. 165. per tot. vol. 2. plenissimè
Io. Bapt. Ladercb. in cons. 24. per totum, quem
omnino videas, nam meo iudicio, omniũ opti-
mè explicat hunc articulum, & alij, quos co-
piosissimè cumulat *Ioseph. de Rustic. in com-*
ment. ad l. cum Auus, ff. de cond. & demonstr.
62 *lib. 2. c. 16. nu. 1. cum plur. seq.* Sed hæc con-
clusio limitatur quando verba testatoris essent
adeo prægnantia, vt ex eis colligi possit eius
mentem fuisse vocandi tantum eos, qui ex legi-
timo matrimonio nati, & procreati essent, &
excludendi legitimatos, prout in pulchro casu
consuluit *Bal. in cons. 367. vol. 5.* cum quo plu-
res concordantes refert *Rol. à Vall. in d. cons.*
vlt. nu. 16. quem licet impugnet *Bursat. in d.*
cons. 17. & seq. Nihilominus vera mihi vide-
tur hæc limitatio, per ea quæ tradit *Bertaz. in*
d. cons. ciu. 52. Mantic. in d. tit. 12. nu. 25. &
plenè *Thesaur. in decis. 197. & Gasp. eius filius*
63 *in addit. ad eum.* Item taliter legitimati succe-
dunt etiam in feudis, quamuis regulariter le-
gitimati per rescriptum in eis non succedant,
ex dispositione *tex. in cap. 1. §. naturales, si de*
feud. fuer. contr. vt ibi plenè notant *Andr. Al-*
uar. Affl. & alij scribent. & alij cumulati per
Tiraq. in d. q. 34. de iur. primogen. nu. 54. plenè
Siluan. in cons. 3. nu. 49. Duen. in d. reg. 350. in
6. ampl. & plenissimè Io. Bapt. Lader. in cons.
24. nu. 38. Andr. Facchin. in 7. lib. controuers.
iur. c. 51. & nouissimè Reg. de Ponte in 1. lect.
feud. nu. 29. & seq. & Bammacar. in cap. na-
turales, si de feu. defun. milit. in 1. q. fol. 131.
Parique ratione huiusmodi legitimati admit-
tuntur quoq; ad successionem emphiteosis Ec-
clesiasticæ, vt post alios plenissimè defendit
Hier. Gabr. in cons. 21. in 4. dub. nu. 28. cum
plur. seq. & Capriol. in citato loco, num. 168.
64 Quæ conclusio in duobus casibus ab aliquibus
limitatur. Primò. Quando verba inuestituræ
respiciunt tempus natiuitatis, vt puta si con-
cessio dicat, pro se, & hæredibus ex eius cor-
pore legitimè descentibus, iuxta *not. per Me-*
noch. in cons. 56. nu. 20. vol. 1. & Io. Vinc. de
Anna in repet. c. 1. de vassal. decr. ætat. in rub.
nu. 430. Sed etiam in hoc casu legitimatum per
subsequens matrimonium succedere in feudis,
ex magis communi DD. sententia plenissimè
refert *Bammacar. in citato loco, q. 2. per totam,*
65 *fol. 133.* Secundò limitatur in feudis dignita-
tum, vt refert *Menoch. in eodem cons. 16. nu. 8.*
& Io. Vinc. de Ann. in eadem rub. de vassall.
decr. ætat. nu. 231. Sed hanc etiam opinionem
reprobat *Bammac. in eod. loco, q. 15. per totam,*
66 *fol. 164.* ad quem me refero. Item declaratur
hæc conclusio, quòd huiusmodi legitimatus
per subsequens matrimonium non præfertur
quo ad primogenituram alteri fratri secundo-
genito ante eius legitimationem suscepto, se-
cundum *Alex. in cons. 25. nu. 2. vol. 1.* & alios
quos plenè refert *Tiraq. in q. 34. de iur. primo-*
genior. per totam, Molin. in tract. de primog.
hisp. lib. 3. cap. 1. n. 7. Duen. in d. reg. 350. in 14.
limit. & Capriol. in tract. de success. ab intest.
lib. 1. num. 169. Sed ab hac etiam opinione dis-
sentit, & contrarium pro naturali legitimato,
plenè defendit *Bammacar. in cita. loco q. 4. per*
tot. fol. 138. & seq. Primam autem opinionem
verissimam esse asserit, eamque pluribus autho-

rita-

ritatibus, & rationibus nouiſſimè confirmat *Io. à Monte Allegre post hæc scripta nuper impressus in tract. de exercitio practic. actio. in 2. lib. cap. 1. §. 3. nu. 7. & seq.* Verum tres cõtrarias opiniones plenè ad partes diſputando cõcordare nititur *Ioseph Cnmia in cap. si aliquem, de success. feu. in ver. maior natu, nu. 34. cum plur. seq.* & præcipuè *num. 65.* quod autẽ feudum eſt hæreditarium in forma larga conceſſum, de quo pater poteſt inuitis filijs cum Regio aſſenſu diſponere, & tunc inquit procedere hanc poſtremam opinionem, vt primogenitus legitimatus præferatur legitimo ſecundogenito ante eius legitimationem ſuſcepto, nam illud ius ſuccedendi, quod filius legitimus habet in huiuſmodi bonis, viuente patre, non eſt conſiderabile, cum ſit in patris poteſtate inter viuos de eis ad ſui libitum diſponere, & proinde inconueniens non eſt, quod ſubſequens legitimatio retrotrahatur ad diem natiuitatis primogeniti legitimati, ex quo nullum ſit conſiderabile præiuditium ſecundogenito legitimo, cum regulariter legitimatio quoad ea, quæ fauorabilia ſunt legitimato, & alteri non præiudicialia, ad tempus natiuitatis ſemper retrotrahatur, vt communiter affirmant *Doct. omnes in l. gallus. §. & quid, si tantum, ff. de lib. & posth.* aut feudum eſt ex pacto, & prouidentia, de quo pater nullo modo diſponere poteſt in præiuditium filiorum vocatorũ à primo acquirente, & in hoc caſu dicit procedere poſſe primam opinionem, quod ſecundogenitus legitimus præferatur naturali primogenito poſtea legitimato, nam illud ius ſuccedendi, filio legitimo quæſitum, eſt valde probabile, & conſiderabile, & per conſequens legitimatio ſubſequens non poteſt retrotrahi in ſui præiudicium, ſed hanc quoque diſtinctionẽ impugnat Bammacar. in citato loco, indiſtinctè affirmans naturalem primogenitum legitimatum præferendum eſſe ſecundogenito legitimo etiam in feudo ex pacto, & prouidentia, ea potiſſimum ratione motus, quia in ſucceſſionibus ſemper inſpicitur tempus mortis illius, de cuius ſucceſſione agitur, *l. post consanguineos, §. proximum. ff. de suis, & legit. & §. proximus. inst. de legit. agnat. succ.* Prius enim de conditione cuiuſquam quærendum non eſt, quam ad eum hæreditas, ſeu legatum pertineat *l. non oportet, ff. de leg. 2. & l. penul. ff. de lega. præst.* & proinde cum ad feudalem ſucceſſionẽ iure Francorum duo copulatiuè requirantur, ſcilicet, quòd ſucceſſor ſit primogenitus, & legitimus; Ideo cum in naturali legitimato vtraque qualitas reperiatur tempore mortis feudatarij, cum negari non poſſit, quod naturaliter prius ortus fuit, & tempore delatæ hereditatis eſt legitimus, nihil obſtare poteſt, quin debeat ſecundogenito præferri, alioquin ſi conſiderãdum eſſet præiudicium ſecundogeniti legitimi, cui erat acquiſita ſpes ſuccedendi, ſequeretur maximum abſurdum, quod eadem quoque ratio militaret pro agnatis remotioribus, quam ſi filius naturalis legitimatus non eſſet, forte ſucceſſuri fuiſſent, & ſic nunquam ferè daretur caſus, quod filius legitimatus per ſubſequens matrimonium ad feudorum ſucceſſionem admittendus eſſet, nec eſt inconueniens, quod ſubſequens legitimatio retrotrahatur ad diem natiuitatis, nam ex tunc inerat intrinſeca conditio efficiẽdi naturalem legitimum, ſi matrimonium cum eius matre ſequeretur, & conſequenter ſtatim adimpleta conditione, & ſublata illa macula per matrimonium lex fingit ab initio eum fuiſſe legitimum *cap. tantã, qui fil. sint legit.* quæ fictio idem operatur in caſu ficto, quod operaĩ veritas in caſu vero, *l. si is qui pro emptore, cum ibi not. per Doct. ff. de vsucap.* quibus, & alijs rationibus Bammacar. probat hãc opinionem pro naturali primogenito legitimato eſſe veriſſimam, & omnibus contrarijs optimè reſpondet, cui concluſioni ego etiam ob tanti viri authoritatem, cum ſit maximus feudiſta, & inter primarios Aduocatos nemini

67 doctrina ſecundus, libenter me ſubſcribo. Hæc autem concluſio, quòd filij legitimati per ſubſequens matrimonium efficiuntur legitimi, plures alias habet ampliationes, declarationes, & limitationes, quas ad ſaturitatem cumulant *Gabr. in 6. lib. com. concl. in tit. de legitimat. concl. 1. per tot. Duen. in d. reg. 350. & Peregr. de fideicom. art. 24. per tot.* ad quos me remitto. Verum prætereundum non eſt, quòd hæc legitimatio ad hoc vt valida ſit, plura requiruntur.

68 Primo enim opus eſt, quòd matrimonium cõtrahentes ſint æqualis conditionis, vnde ſi nobilis contraheret matrimonium cum ancilla, vel meretrice vilis conditionis, non legitimarentur filij ex ea concepti ante matrimonium, iuxta not. per *Soc. iun. in cons. 52. nu. 2. vol. 1. Curt. iun. in cons. 136. nu. 10. Cepoll. in caut. 250. Ger. de Petr. san. in sing. 60. Siluest. Aldobr. in §. fi. nu. 11. inst. de nupt. plenè Cephal. in cons. 82. nu. 11. vol. 1. Laur. Siluan. in consi. 3. nu. 40.* & alios, quos cumulat *Cacher. in de-*

69 *cis. Pedem. 154. nu. 1.* Sed aduerte, quòd licet hæc concluſio vera ſit de iure ciuili, tamen de iure canonico aliud videtur dicendum, nam diſpar conditio non impedit matrimonium, *cap. pen. & fi. de secun. nup.* & ita tenent *Cassador. in tit. de sponsal. decis. vn. nu. 6. Rip. in l. si vnquam, nu. 55. C. de reuoc. don. Dec. in cõs. 155. nu. 1.* Et hanc veram eſſe concluſionem, & ſecundum eam iudicari debere etiam in foro ciuili quoad ſucceſſiones, teſtantur *Hiero. Gabr. in cons. 21. in 1. dub. vol. 1. plenè Siluan.*

in

in d.conf.3.nu.44. Peregr. de fideicom. art. 24.
nu.51. & plenissimè Io.Vinc. Honded.in conf.
70 *72.nu. 36. & seq.vol.2.* Secundò requiritur,
quòd tempore quo fuerunt filij concepti, legi-
timum inter parentes matrimonium absque
vllo canonico impedimento contrahi potue-
rit, prout expressè cauetur *in d.cap.tanta, cum*
ibi not.per Abb. & alios DD.qui fil.sint legit.
& plenè per Soc.iun.in conf.31.nu.40.& seq.
71 *vol. 2.* Et ideo filij ex adulterino coitu conce-
pti per subsequens matrimonium non legiti-
mantur, ex quo causa primitiua fuit infecta, vt
72 refert *Duen.in d.reg.350.in 3. limit.* Quæ cõ-
clusio ampliatur habere locum, etiam si quis
ortus sit ex patre coniugato, & muliere soluta,
quamuis enim secundum magis communem
opinionem huiusmodi coitus non sit punibilis
ex not.per *Dec.in conf.311.nu.1. Crau.in cõs.*
166.nu.2.& Rolan.à Vall.in conf.74. nu.12.
73 *vol. 1.* Nihilominus ad hoc, vt impediatur le-
gitimatio sufficit, quòd tempore conceptionis
non poterat esse legitimum coniugium inter
parentes, prout benè concludit *Gasp. Thes. in*
74 *quæst.foren.22.nu.18.in fi.* Quid autem si tẽ-
pore conceptionis aderat impedimẽtum, quod
tamen cessauit tempore partus; an per subse-
quens matrimonium inducatur huius filij le-
gitimatio? hanc quæstionem proponit *Peregr.*
in d.art.24.nu.50. & concludit pro validitate
legitimationis, nam semper attẽditur tempus,
quòd partui vtilius est, *l.qui in vtero.ff.de stat.*
75 *hom.* Alia etiam hic insurgit dubitatio; An si
tempore coitus ambo fornicarij, vel alter ipso-
rum ignorabat impedimentum, & postea se-
quatur inter eos legitimum coniugium, ex eo
inducatur legitimatio prolis medio tempore
susceptæ? hanc quæstionem tetigit *Couar.in*
epith.sponsal.in 2.par.cap.8.§.2.num. 16. qui
76 arguit pro validitate legitimationis. Ea potis-
simum ratione, nam ex matrimonio putatiuo,
quòd postea fuit nullum declaratum, si ab ini-
tio vnus coniugum ignorauit impedimentum,
filij suscepti sunt legitimi, *cap. ex tenore, qui*
fil.sint legit. cum alijs ad hoc propositum cu-
mulatis per *Præsid.de Franch.in decis.130.per*
tot. & plenissimè per *Peregr.de fideicom.in d.*
77 *art.24.nu.66.* Et in dubio si non constat de
scientia, præsumitur ignorantia impedimenti
pro legitimanda sobole, vt testatur idem *Pe-*
78 *regr.in eod.art.24.nu.67.* Licet scientia possit
præsumptiuè probari ex multis, quæ pulchrè
considerat *Honded.in conf.87.nu. 28. & seq.*
79 *vol.1.* Pro qua conclusione similiter facit, nã
etiam si matrimonium sit clandestinè contra-
ctum, & postea per Ecclesiam approbatum,
proles inde suscepta legitimatur, *cap.quod no-*
80 *bis, eo.tit.qui fil.sint legit.* Verum his non ob-
stantibus, idem Couar. concludit prolem ex il-
licito coitu conceptam tempore quo inter con
trahentes non poterat ex aliquo impedimen-
to legitimum contrahi matrimonium, per sub-
sequens coniugium sub prætextu ignorantiæ,
non legitimari, & in eandem sententiam con-
currit quoque *Peregr. in d.art.24. nu. 52.* qui
pro huius diuisionis ratione considerat, quod
licet vera sit conclusio, ex qua sumptum fuit
argumentum, quòd filij nati ex matrimoniõ
putatiuo, dum alter coniugum ignorans impe-
dimentum bona fide contraxit, sunt legitimi,
Nihilominus secus est in quæstione proposita,
cum satis diuersa sit decisionis ratio, nam pri-
mo casu contrahentes dabant operam rei lici-
tæ, dum intendebant legitimum matrimoniũ
contrahere, & ideo non mirum, si saltim vnius
ignorantia excusat sobolem inde susceptam a
labe illegitimitatis, in quæstione vero proposi-
ta fornicarij dabant operam rei illicitę, & idea
quod inde euenit etiam contra eorum volun-
tatem eis imputatur, *arg.tex.in cap.tuum, de*
81 *homicid.* Quæ ratio fortius corroboratur ex
eo, nam etiã in matrimonio putatiuo, ad hoc,
vt proles inde suscepta legitimetur, duo copu-
latiuè requiruntur, scilicet, quod matrimoniũ
non sit clandestinè contractum, sed palam, &
publicè in facie Ecclesiæ, præcedentibus tri-
bus denunciationibus, & alijs solemnitatibus
requisitis à Sacrosancta Tridẽtina Synodo, &
cap. cum inhibitio, de clandest. desponsat. Et
quod sit bona fide contractum, ita quod con-
trahentes, vel saltim alter ipsorum probabili-
ter ignorauerit impedimentum, prout pulchrè
& plenè tradit *Honded. in conf. 87. per tot.*
82 *vol.1.* An autem si matrimonium fuit publicè
contractum in facie Ecclesiæ coram parocho,
& testibus, omissis tamen denunciationibus à
Sacrosancta Synodo requisitis. ex hoc induca-
tur nullitas ipsius matrimonij, ita vt proles sit
illegitima? vide omnino quæ plenè tradit idẽ
Honded. in conf. 72. nu. 19. & seq.vol.2. latè
Cephal. in conf.421.per tot.vol. 3. plenissimè
Menoch.in conf.69. vol. 1. Borgn. Caualc. in
decis. Piniz.29.nu. 18. in 1.par. & alij, quos
refert idem *Peregr.in eod.art.24.nu.65.plenè*
Didac.Spino. in spec. testament. in Glos. 15.
principali, sub rub.de filijs legitimat.nu.22.et
sequen. & plenissimè *Stephan. Gratian.in 1.*
tom. disceptation.forens. cap. 83.per totam.
83 Et an si ex dispositione Summi Pontificis ma-
trimonium nulliter antea contractum confir-
matur, soboles interea suscepta legitimationẽ
consequatur? vide quæ plenè refert idem *Pe-*
regr.in citato loco nu.76.cum plurib.seqq. &
Molin.de primog.Hispan.lib.3.cap.2.nu. 10.
84 Sed an natus ex huiusmodi matrimonio puta-
tiuo palàm, & bona fide contracto; si postea im-
pedimentum, quod latebat, & nullitas matri-

monij

monij detegitur, ſuccedat vigore diſpoſitio-
nis, qua vocabantur nati ex legitimo matrimo-
nio? hæc eſt ardua quæſtio, in qua *Dec. in conſ.*
153. conſuluit pro filio, & idem tenuit *Iaſ. in*
85 *conſ. 156. vol. 4.* Sed contrariam opinionem
validiſſimis rationibus defendit *Curt. iun. in*
conſ. 64. nu. 11. cum plur. ſeqq. vol. 1. dicens il-
lam conditionem eſſe adimplendam in forma
ſpecifica, & proinde non verificari in filio na-
to ex matrimonio putatiuo, nam licet ſit legi-
timus propter bonam fidem parentum, & figu-
ram matrimonij, tamen verè non eſt natus ex
86 legitimo matrimonio. Verum omnes rationes
& argumenta hincinde allegata reaſſumendo,
Soc. iun. in conſ. 39. nu. 25. & ſeq. in 3. volum.
optimè confirmat opinionem Decij, quæ om-
nia latius repetit *in conſ. 69. num. 2. & per tot.*
87 *vol. eo.* Tertium principale requiſitum ad hoc
vt per ſubſequens matrimonium filij antea ſu-
ſcepti legitimentur, eſt, quòd in eo interueniãt
inſtrumenta dotalia, *iux. not. per glo. in §. fin.*
inſt. de nupt. & ibi Aret. nu. 6. & alios, quos
refert *Honded. in conſ. 72. nu. 6. & ſeq. vol. 2.*
88 Sed hæc eſt ſolemnitas iuris ciuilis, quæ non
requiritur de iure canonico, quod præualet in
materia matrimoniali, vt plenè teſtantur *Aret.*
in eod. §. fi. nu. 8. Dec. in conſ. 155. n. 2. pulchrè
Hyp. in ſing. 250. & alij, quos plenè cumulant
Io. Vinc. de Ann. in rep. rub. de vaſſall. decrep.
atat. nu. 426. Peregr. de fideicom. art. 24. num.
55. & ſeq. Honded. in d. conſ. 72. num. 40. ple-
niſſimè *Ioſeph de Ruſtic. in d. cap. 16. num. 9.*
cum plur. ſeq. & Bammacar. in loco ſupra ci-
89 *tato, q. 14. fol. 159.* Quartum requiſitum eſt,
quòd matrimonium non ſit contractum in ar-
ticulo mortis, vel à ſene decrepito, in quo non
adſit ſpes ſobolis procreãdæ, vt videtur innue-
re *tex. in l. nuper. C. de natur. liber.* præſertim
ſi hoc tendat ad excluſionem ſubſtituti, iuxta
not. per *Alex. in l. ſi quis poſthumus, ſub nu. 4.*
ff. de liber. & poſthum. Ruin. in conſ. 163. nu.
7. vol. 3. Alber. Brun. in conſ. 15. nu. 7. Hiero.
Gabr. in conſ. 24. per tot. vol. 1. & Honded. in
90 *conſ. 32. nu. 45. vol. 1.* Sed hæc concluſio non
ita ſimpliciter procedit, non enim ex ſolo ma-
trimonij actu celebrato in mortis articulo præ-
ſumitur fraus, ſed opus eſt, quòd etiam aliæ ac-
cedant extrinſecæ coniecturæ, prout ex magis
communi Doctorum ſententia concludit *Pe-*
regr. in d. art. 24. de fideicom. nu. 59. in fi. & in
hanc quoque ſententiam concurrunt *Didac.*
Spino. qui hunc articulum pleniſſimè diſputa-
uit *in ſpec. teſtamentorum, in Gloſ. 15. princi-*
pali, ſub tit. de filijs legitim. n. 87. cum plurib.
ſeq. & præciſè nu. 205. Molin. de primog. hiſp.
lib. 2. cap. 5. nu. 25. & ſeq. Burſat. conſ. 10. nu.
9. & ſeq. lib. 1. Theſ. in deciſ. 196. nu. 1. Cephal.
in conſ. 239. lib. 2. per tot. Fab. de Anna in ad-
dit. ad ſing. ſui genitoris 337. Duen. in reg. 350
nu. 20. Mantic. de coniect. vlti. volunt. lib. 11.
tit. 13. nu. 5. Ruſtic. in d. c. 16. nu. 48. cum plur.
ſeqq. & Bammacar. in d. c. naturales, ſi de feu.
91 *defun. conten. in 7. q. fol. 146.* Quintum prin-
cipale requiſitum eſt, quod tempore contracti
matrimonij filius viuat, aliàs enim ſi eo tempo-
re reperiretur mortuus, non legitimaretur ne-
pos natus ex eo, vt inquit *Soc. in l. Gallus, §. ſi*
eius, nu. 3. ff. de lib. & poſth. Crem. in ſing. 33.
Hipp. in ſing. 121. Catell. Cott. in memorab. in
ver. legitimatio, & alij, quos refert *Honded. in*
d. conſ. 72. num. 31. vol. 2. & hanc opinionem à
contrarijs nouiſſimè defendit *Ruſtic. in eod. c.*
16. nu. 117. cum ſeq. Sed contrariam opinionẽ
pro nepote tenuit *Couar. in 2. par. de ſponſal.*
cap. 8. §. 2. num. 19. eamque plenè tuetur *Bam-*
macar. in eod. loco ſupra citato, quæſt. 6. per to-
tam, fol. 143. & eam quoque æquiorem eſſe
aſſerit *Io. à Monte allegre in d. tract. de exer-*
92 *cit. practicar. actio. lib. 2. c. 1. §. 3. nu. 55.* Sextũ
requiſitum eſt, quòd matrimonium non ſit cõ-
tractum cum ea, quam prius fornicator cogno-
uerat per adulterium, nam matrimonium eſſet
nullum, & filij ex eo geniti non legitimarẽtur,
vt tot. tit. de eo, qui dux. in matrim. quam pol-
luer. per adult. niſi ſuper eo Summus Pontifex
ſpecificè diſpenſet, remouendo obſtaculum à
radice, iux. not. per *Cephal. in conſ. 307. & ſeq.*
93 *vol. 3.* Sed hoc pulchrè declaratur habere locũ,
quando tempore primi matrimonii inter adul-
teros fuerat data fides de contrahendo, aliàs ſe-
cus, vt notabiliter animaduertit *Franc. Becc.*
in conſ. 165. nu. 49. in 2. vol. per tex. in cap. ve-
niens, & in cap. ſuper hoc, §. ſignificauit, & in
cap. ſignificaſti, & cap. fin. eod. tit. & pleniſſi-
mè *Thom. Sanchez omnino videndus in tract.*
de matrim. tom. 2. lib. 7. diſp. 79. per totam, vbi
optimè explicat quomodo hæc concluſio in-
94 telligenda ſit. Septimum requiſitum eſt, quod
concurrant duo extrema habilia. Primum, ſci-
licet, quòd tempore conceptionis, ſeu partus
non aderat impedimentum, quin poſſet matri-
monium legitimè contrahi inter parentes,
iuxtà ea, quæ ſupra tetigimus. Alterum vero,
quòd non adſit legitimum impedimentum tẽ-
pore contractus matrimonij, nam de medio tẽ-
pore nihil eſt curandum; Vnde ſi poſt natum
filium ex duobus ſolutis, pater contrahat ma-
trimonium cum alia, & deinde ea defuncta du-
cat vxorem illam mulierem, ex qua filium na-
turalem ſuſceperat, ſine dubio ille filius effici-
tur legitimus, vt diſputando cõcludit *Io. And.*
in reg. ſine culpa, de reg. iur. in mercurial. &
alij relati per *Peregrin. in d. art. 24. num. 60.*
95 Octauum requiſitum eſt, quòd in hac legitima-
tione concurrat filiorum legitimatorum con-
ſenſus, *per tex. in §. generaliter, Auth. quibus*
mod.

mod. natur. effic. sui, cum enim filij illegitimi
per legitimationem constituantur sub patria
potestate, *§. fin. instit. de nupt.* & consequen-
ter habeant legitimam causam contradicendi
ne acquiratur vsusfructus patri in aduentitijs,
cõueniens est, vt dum agitur de actu, qui potest
aliquod præiuditium filijs afferre, absque eorũ
cõsensu fieri non possit, vel quòd saltim ab eis
ratificetur, iuxta latè tradita per *Siluan. in cõs.*
3. nu. 36. & seq. & alios, quos refert *Duen. in*
d. regu. 350. in 9. limit. & Peregr. in d. art. 24.
96 *nu. 57.* Nec sufficeret ratificatio post mortem
patris, quia tunc res non esset integra, & extre-
ma non essent habilia, ex not. per *Siluan. in*
eod. cons. 3. nu. 38. & in cons. 45. nu. 16. prope
fin. cum seq. Cephal. in cons. 186. nu. 19. & seq.
vol. 2. & Cacher. *in decis. Pedem. 119. nu. 22.*
97 *cum seq.* Sed hoc requisitum non est commu-
niter receptum, & verior videtur opinio, quòd
in legitimatione per subsequens matrimoniũ
non requiratur filiorum consensus, imò quòd
possint legitimari etiam inuiti, vt patet ex alle-
gatis per eundem *Siluan. in d. cons. 3. nu. 40.*
vers. sed vlterius cogitanti, Ant. Gabr. in d. tit.
de legitim. concl. 1. nu. 16. in 6. ampl. Peregr. in
d. art. 24. sub num. 57. & Hond. in d. cons. 72.
98 *nu. 46.* Quæ conclusio fortius procederet, si fi-
lius legitimatus esset infans, quo casu eius con-
sensum nõ requiri, & sufficere saltim tacitam,
& præsumptam ratificationem, postquàm ad
legitimam peruenit ętatem, testatur idẽ *Hond.*
in eod. cons. 72. num. 50. & seq. & plenissime
Lup. in tract. de illegitim. comment. 3. §. 4. nu.
99 *47.* Præsertim si post patris obitum eius hære-
ditatem tanquam filius legitimus adiuit, & bo-
na possedit, iux. not. per eundem in *eod. cons.*
100 *52. & seq.* Qui etiam pluribus authoritati-
bus defendit, ad validandam huiusmodi legiti-
mationem sufficere ratificationem filij post pa-
tris obitum, ante tamen quòd à tertio, ad quẽ
fortè spectaret hæreditas, moueatur quæstio
super ea. Quarta principalis cõclusio est. Quod
101 filij legitimati per rescriptũ Principis debẽt
etiam hæredes institui sicut legitimi, & si præ-
tereuntur, dicunt testamentum patris nullum,
& eis competunt omnia alia iuris remedia,
quæ competunt filijs legitimis, iuxta notata
per *Rom. in cons. 34. per totum*, & alios, quos
plenè refert *Iul. Clar. in §. testamentum, q. 84.*
& Rol. à Vall. in cons. 67. nu. 19. & seq. vol. 3.
eisq; debetur legitima in bonis patris sicut alijs
filijs legitimis, & naturalibus, iux. not. per *Bal.*
in cap. de causis de offic. deleg. & alios relatos
per *Hond. in cons. 88. nu. 7. vol. 1.* & plenè *Pe-*
reg. de fideic. art. 23. nu. 26. & seq. nec possunt
in legitima grauari, & si minus legitima fuerit
relictum, agere possunt ad eius supplemẽtum,
vt refert *Rol. à Vall. in cons. 96. nu. 50. & seq.*
vol. 3. & latè *Peregr. in eodem art. 23. nu. 27. et*
in cons. 18. nu. 1. vol. 4. & Bursat. in cons. 355.
102 *num. 11. volum. 4.* Nam per legitimatio-
nem efficiuntur verè legitimi, vt latè probat
Alexand. in cons. 2. volum. 1. quem refert *Me-*
noch. de præsumpt. lib. 1. præs. 35. nu. 12. Verũ
103 huiusmodi legitimati non possunt habere
plusquam vnus ex filijs legitimis, qui minorem
partem habuit *§. illud, auth. quib. mod. natur.*
104 *effic. sui.* Et ideo si ex forma statuti filij ma-
sculi excludant filias dotatas à successione, non
poterit filius legitimatus capere de bonis pa-
ternis plusquam filia dotata, vt pulchrè dixit
Alex. in l. necessarijs, nu. 11. ff. de acq. hær. Sed
105 hæc conclusio intelligi debet de legitimatis
per oblationem Curiæ, de quibus propriè lo-
quitur *tex. in d. §. illud*, non autem de legiti-
matis per rescriptum Principis, cum hi nil pe-
nitus à vere legitimis differant, prout plenè
probat *Thob. Non. in cons. 76. nu. 24. & seq.*
Marc. Ant. Eug. in cõs. 57. nu. 83. cũ plur. seq.
& latè *Rol. à Vall. in cõs. 95. nu. 9. & seq. vol. 3.*
106 Sed si masculi non supersunt, legitimatus ex-
cludit fœminas, ac si esset verè legitimus, vt in-
quit idem *Alex. in cons. 2. nu. 11. vol. 1.* & licèt
Dec. in l. liberos, nu. 8. C. de collat. teneat quòd
omnes succedunt æqualiter, nihilominus pro
legitimato faciunt, quæ plenè refert *Marc.*
Ant. Eugen. in d. cons. 57. nu. 76. & seq. Ani-
107 maduertendum tamen est quod legitimatio-
nis rescriptum omni debet subreptionis vitio
carere, aliàs enim nihil prodesset legitimatio,
iux. not. per *Alex. in cõs. 195. vol. 2. & in cons.*
129. vol. 6. plenè *Aluar. Velasq. in consult. Re-*
gni Lusitan. lib. 1. consult. 80. per tot. plenissi-
mè Cacher. *in cons. 68. nu. 7. cum plur. seq.* &
latè *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 203. à nu.*
108 *1. vsq; ad nu. 11.* Et si extat legitima proles,
debet in precibus fieri expressa mentio de ea,
aliàs enim corruit legitimatio, *§. sit ergo licen-*
tia, Auth. quib. mod. natur. effic. legit. & §. ge-
neraliter. in fi. Auth. quib. mo. natur. effic. sui.
quod intelligitur tam si extant filij legitimi,
quam etiam si adsunt nepotes, & descendentes
ex eis, vt plenè tradit *Hier. Gabr. in cons. 23.*
per tot. vol. 2. plenè Peregr. de fideic. art. 23. nu.
109 *54. & 58.* Et licet aliqui conentur defendere
legitimationem, in qua non fuit facta mentio
legitimæ sobolis, si in ea adest clausula deroga-
toria, vel fuit facta viuente patre, vt latè suadet
Mart. Ant. Eugen. in allegato cons. 57. nu. 36.
& seq. Nihilominus contrarium videtur ve-
rius ex ijs, quæ copiosè refert *Surd. in cõs. 337.*
110 *nu. 19. & seq. vol. 3.* Imo quod etiam sit fa-
cienda mentio de agnatis, quibus erat defe-
renda successio ab intestato, plenè tradit *Ca-*
111 *cher. in d. cons. 68. nu. 17.* Et quod etiam sit
facienda mentio de vxore, ex qua impetrans le-
gitima-

gitimationis rescriptum, poterat habere filios
legitimos, refert Rip. in l. si vnquam, in 23. q.
nu. 53. C. de reuoc. don. sed hanc conclusionem
impugnat Rol. à Vall. in d. cõs. 95. nu. 41. vol. 3.
112 Multi etiam dixerunt requiri citationem le-
gitimorum successorum ab intestato, vt refert
Rol. à Vall. in cons. 67. nu. 49. vol. 3. sed contra-
rium est verius ex not. per eundem in eodem
cons. nu. 57. & seq. presertim quando Princeps
legitimat ex certa scientia, & de plenitudine
potestatis, iux. not. per Euge. in d. cons. 57. nu.
58. cum plur. seq. & Peregr. in d. art. 24. nu. 60.
& plenius nu. 68. Et de stilo Regiæ Cancella-
riæ quando legitimatio fit à patre viuente, vel
post ipsius obitum de eius ordine, non citantur
agnati, vt testatur Dominus Marcb. de Ponte
in tract. de potest. Proreg. fol. 485. nu. 3. vbi plu
113 ra notabilia ad hanc materiã. Verum si in re-
scripto adsit clausula, citra præiudicium ve-
nientium ab intestato, tunc legitimatio, quoad
successionem est limitata, nam taliter legitima-
tus potest succedere ex testamento tantum, sed
ab intestato non admittitur nisi in defectum
descendentium, & transuersalium, non autem
in eorum præiudicium, prout ex cõmuni DD.
sententia plenissimè testatur Io. Vinc. Hond.
114 in cons. 83. nu. 17. vol. 3. Nec aliquid præten-
dere potest contra testamentum patris etiam
respectu legitimæ, vt plenè concludit Hier.
115 Gabr. in cons. 24. vol. 2. Et licet Capyc. in de-
cis. 22. multas referat opiniones, ex quibus non
videtur omnino tuta hæc conclusio, nihilomi-
nus verior, & communior opinio est, quòd le-
gitimatus cum hac clausula censetur tantum-
modo habilitatus ad succedendum ex testamé-
to, non autem ab intestato, nisi deficientibus
legitimis successoribus vsq; ad quartum gra-
dum, vt testatur Eugen. in cons. 52. nu. 4. &
plenissimè Hond. in cons. 89. nu. 23. vol. 1. &
Pereg. in d. art. 23. nu. 84. in fi. & seq. num. 87.
116 Item in precibus exprimendum est specificè,
an filius legitimandus sit naturalis tantum, vel
spurius, aut incestuosus, alioquin legitimatio
est subreptitia & nulla, nec per quascumq; am
plissimas clausulas derogatorias substineri po-
test, prout plenissimè defendit Cacher. in cons.
68. nu. 8. cum plur. seq. latè Neniz. in cons. 99.
117 nu. 13. & seq. Sed si spurietas sit saltim in ge-
nere expressa, quamuis eius qualitas sit sup-
pressa, & in rescripto adsit clausula (non ob-
stantibus quibuscumque legibus) cum amplissi-
mis verbis derogatorijs, tunc valere legitima-
tionem etiam filiorum suceptorum ex filia spi-
rituali, plenè consuluit Ias. in cons. 11. per tot.
118 vol. 3. Verum huiusmodi filiorum legitima-
tionem, qui nati sunt tempore quo inter pa-
rentes non poterat contrahi legitimum matri-
monium, potius esse quãdam dispensationem,
latè defendit Cacher. in decis. Senat. Pedem.
119. & Soc. iun. in cons. 142. nu. 23. vol. 1. &
Iacob. Mandell. in cons. 7. nu. 5. sed contrariũ
quòd imo sit vera, & realis legitimatio, plenis-
simè concludit Marc. Ant. Eugen. in cons. 53.
per tot. & latè Peregr. omnino videndus in
cons. 15. per totum, vol. 4. cuius articuli veri-
tas latius patebit ex ijs, quę infra dicemus. Ma-
119 gna autẽ difficultas est, an post patris obitum
Princeps possit eius filium spurium legitima-
re? In quo articulo omissis superfluis conclusi-
uè respondeo, quod Princeps potest post patris
obitum legitimare filium spurium etiam in
præiudicium agnatorum ab intestato venien-
tium, ante tamen quam per eos sit adita hære-
ditas eius, de cuius successione agitur, vt plenè
tradit Ias. in cõs. 127. in princ. vol. 4. post Alex.
Aret. Paul. de Castr. & alios DD. in l. Gallus,
§. & quid si tantum, ff. de liber. & posth. &
Sal. in Auth. item si quis, C. de natur. lib. per
tex. singularem, cum ibi not. per Bar. in l. 1. §.
filius, in fi. ff. ad Tertull. vbi Princeps resti-
tuendo damnatum censetur auferre ius adeun-
120 di alteri delatũ. Imò etiam si adita esset hære-
ditas tempore legitimationis, sed nondum ap-
prehensa corporalis possessio bonorum, valet
quoq; legitimatio, ex not. per Pau. de Castr. in
l. 3. ff. de testam. & in l. cum hęreditas, in princ.
ff. de acq. poss. quem defendit Ias. in d. cons. 127.
col. 3. vers. quinimo, & fortius, hanc autem
conclusionem subtiliter, & plenissime impu-
gnat Fortun. Garz. in rep. l. Gallus, §. & quid
si tantum, ff. de lib. & post. à nu. 286. vsque ad
finem, qui pluribus argumentis probat tam an-
te, quam post aditam hęreditatem, nullo modo
Principem legitimare posse filium illegitimũ
post patris obitum in præiudicium eorum qui-
bus erat delatum ius succedendi in bonis de-
functi, etiam de plenitudine potestatis, sed su-
pradictam communem conclusionem optimè
defendit Ioseph Cumia, omnino videndus in
cap. si aliquẽ de success. feu. in ver. maior natu
à nu. 80. cum plur. seq. vsque ad nu. 141. Post
121 aditam verò hæreditatem non fit legitima-
tio, nisi pater ita præordinasset in testamento,
vel in alio contractu inter viuos, secundum
Ias. in eod. cons. 127. nu. 4. Hier. Gabr. in cons.
29. nu. 10. & 15. cum seq. vol. 1. & plenè Burs.
in cons. 76. nu. 40. & seq. vol. 1. & in cons. 355.
122 nu. 10. vol. 4. Nec huiusmodi legitimatio im-
petrata post mortem patris posset aliquod prę-
iudiciũ afferre substitutis, & donatarijs, alijs ue
quibus per patris obitum esset ius quæsitum,
iux. not. per Pereg. in d. art. 23. nu. 74. Magna
123 etiam difficultas est, an ex Principis rescripto
legitimari possit nepos ex filio spurio præmor-
tuo? & licet Gul. de Cun. in l. benignius, ff. de
leg. tenuerit, quod non, ex quo extrema non
sunt

ſunt habilia, nihilominus contrarium tenuit
Bar. in l. gallus, §. nunc de lege, nu. 5. ff. de lib. & poſth. ſed pro harum opinionum concordia
aliqui dicunt, quod opinio *Gul. de Cun.* procedit in legitimatione per ſubſequens matrimonium, quæ non prodeſt nepoti ex filio pręmortuo, ſi auus contrahat matrimonium cum ea, ex qua filium ſuſceperat, opinio vero Bar. procedit in legitimatis per reſcriptum Principis, prout diſtinguendo tradit *Ludou. de Sardis in tract. de natur. liber. ſub rubr. de legitim. per reſcr. in cap. incip. quarto uidendum eſt, nu. 5.* & iterum *in rubr. de legitim. per uer. matr. in uerb. quinto quæritur, nu. 19.* & eandem diſtinctionem ſequutus fuit *Anton. de Roſell. in tract. de legitim. in 2. par. ſub rub. de cauſ. mat. legitim. ſub nu. 9.* ratio autem differentiæ eſt, quia quando fit legitimatio per ſubſequens matrimonium, tunc fit retrotractio per quandam fictionem ad diem cōceptionis, & natiuitatis, quæ fieri non poteſt ſi extrema non coniunguntur, ſed quando fit legitimatio per reſcriptum, tunc fit plenaria natalium reſtitutio, & in priſtinam ingenuitatem reintegratio ſublata quauis notæ macula, iux. plenè not. per *Paleot. in tract. de nothis, & ſpur. in c. 62. per tot.*

124 Hinc eſt, ꝙ Princeps legitimare poteſt etiā
infantes, imo & nondum natos, vt plenè tradit *Ruin. in conſ. 100. uol. 3. & Rol. à Vall. in*
125 *cōſ. 61. nu. 38. et per tot. vol. 1.* Acquiritur etiā
legitimatio per ingreſſum Religionis, iux. plenè not. per *Regen. Io. Franc. de Ponte in conſ. 16. per totum, & in conſ. ſeq. poſt Hip. in rub. de fideiuſſ. nu. 123. & Couar. in epith. de ſponſal. lib. 2. c. 8. §. 7. ſub nu. 4. plenè Roder. Xuar.*
126 *in alleg. 25. per tot.* An autem legitimatus per
reſcriptū, excludat ſubſtitutum? vide quę plenè refert *Tiraq. in repet. l. ſi unquā, C. de reuoc. don. in ver. ſuſceperit liberos, nu. 27.* & omniū pleniſſimè *Io. Bapt. Ladereb. in conſ. 23. per tot.* & nouiſſime *Ioſeph de Ruſtic. in d. l. cum auus, lib. 2. c. 15. per totum,* qui omnes opinio-
127 nes pleniſſimè refert. Et an legitimati admit-
tantur ad ſedile nobilium? vide *Minad. in cōſ. Reg. in aliquibus, in ver. filiorum, nu. 3.* qui dicit, quod non, etiam ſi orti ſint ex matre nobili, quæ concluſio confirmatur ex ijs, quæ pulchrè ad hoc propoſitum refert *Gul. de Bened. in rep. cap. Raynutius, de teſtam. in ver. Raynutius declara, ſub nu. 30. Tiraq. in tract. de nobil. c. 15. nu. 17. & ſeq. pulchrè Ruin. in cōſ. 77. nu. 10. vol. 3.* qui hanc concluſionem ampliat etiam ſi legitimatus fuerit reſtitutus ad omnes honores, & dignitates, cuius tamen cōtrarium tenent *Rol. à Vall. in conſ. 67. nu. 39. vol. 3. idem Ruin. ſibi contrarius in conſ. 76. ſub nu. 13. vol. eo. & Decian. in conſ. 3. ſub nu.*
128 *89. vol. 1.* Et an poſſint eſſe DD. de collegio?
vide *Io. Vinc. de Ann. in rep. rubr. de vaſſall.*
129 *decr. ætat. nu. 421.* Et an, & quando poſſint
ſuccedere in feudis? vltra not. per [illegible] *& alios ſcribentes in c. 1. §. naturales, ſi* [illegible] *defun. fuer. contr. vide Alex. in conſ.* [illegible] *vol. 2. Boer. in deciſ. 123. per totam, Affl. & Curſill. in deciſ. 195. Soc. in conſ. 3. per totum, vol. 3. Rol. à Vall. in conſ. 79. nu. 40. vol. 2. & eundē de Ruſtic. in d. c. 15. nu. 156. cum ſeq.* Et an poſſint ſuccedere in actione ad feudum? vide *Io.*
130 *Vinc. de Anna, in allegat. 122. lib. 2.* Et an
ſpurius poſſit acquirere feudum ex propria perſona, aliter quā ex ſucceſſione? vide *Franc.*
131 *Becc. in conſ. 18. per tot. in 1. uol.* Maior autē
difficultas eſt, an valeat legitimatio limitata, ita vt nō poſſit filius ſuccedere niſi in eo, quod patri placuerit ei relinquere? & quis ſit huius legitimationis effectus? in quo articulo cum maximas audierim ortas fuiſſe controuerſias in Sacro Conſilio in quadam cauſa magni momenti, cuius occaſione pro mea inſtructione volui aliqua videre, ideo concluſiuè loquendo, ſubijciam ſubſcriptas concluſiones, quas in diſcurſu dicti articuli ex librorum reuolutione
132 annotaui. Quarum prima concluſio eſt, quod
licet regulariter legitimatio non poſſit fieri pro parte, & proinde videatur reijcienda illa conditio, quòd legitimatus non ſuccedat niſi in eo, quod patri placuerit ei relinquere, cum moſtruoſum ſit aliquem eſſe pro parte legitimum, & pro parte baſtardum, *iux. not. in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit. & per Glo. in c. cum inhibitio, de clandeſt. deſponſat.* Nihilominus ex communi DD. ſententia receptum eſt hoc fieri poſſe, ſed legitimationem ſub hac forma conceptam non eſſe propriè legitimationem, ſed potius quandam diſpenſationē, quam non eſt inconueniens fieri quoad quædā tantum, vt inquit *Paul. de Caſtr. in l. pactum quod dotali, num. 9. C. de collat.* cum quo concordant ibidem *Alex. & Curt. ſen. & idem Pau. de Caſt. in l. ſed ſi hac, §. patronum, ff. de in ius vocan. plenè Alex. in conſ. 30. vol. 4. & in conſ. vlt. per tot. vol. 1. Dec. in conſ. 257. in princ. et plenius in conſ. 264. ſub num. 3. et in conſ. 576. ſub nu. 6.* & alij, quos copioſè refert *Reg. Conſiliar. Io. Andr. de Georg. in ſua ele-*
133 *ganti alleg. 47. nu. 12. & ſeq.* Secunda conclu
ſio eſt, quòd ſi in reſcripto legitimationis adeſt clauſula, quòd filij reſtituantur natalibus, eorumq; defectus pęnitus tollātur, eo caſu quamuis limitata ſit ſuccedendi facultas, tamen eſt vera legitimatio, & non diſpenſatio, poſſunt enim ſimul ſtare, quòd quis ſit verè legitimus, & quòd ſuccedendi modus ſit limitatus, nam facultas ſuccedendi conſideratur tāquam quid diuerſum ab ipſa legitimatione, vt benè animaduertit *Bar. in l. ſi poteſt, ff. de acq. hær.* cum

ſubſti-

ſubſtineri poſſit legitimatio abſque eo, quòd legitimatus capax ſit ſucceſſionis, vt ex communi DD. opinione affirmat *Tiraquel. in d. l. ſi vnq[...], in ver. donatione largitus, num. 317. poſ[...] Alex. Pau. de Caſtr. et Corn. in d. l. pactũ qu[...] dotali*, & alios, quos plenè cumulant *Surd. in conſ. 337. num. 52. et ſeq. vol. 3. Marc. Ant. Eugen. in conſ. 52. nu. 47. Rol. à Vall. in conſ. 26. per totum, vol. 4. Rubert. Zuccard. in rep. l. poſthumo, nu. 43. verſ. ſecundo caſu, C. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. Io. Bapt. Ladereb. in conſ. 170. nu. 1. plenè Ludou. Morot. in conſ. 9. nu. 17. et ſeq. Molin. de primog. hiſpa. lib. 3. ſub nu. 38. et Peregr. de fideicom. art. 23. ſub n. 34.*

134 *et ſeq.* Tertia concluſio eſt, quòd taliter legitimati eo tantum debent eſſe contenti, quòd à patre eis in teſtamento relinquitur, & nihil vltra, contra, vel præter volũtatem patris petere poſsũt etiã reſpectu legitimæ, ſeu eius ſupplemẽti, vt plenè teſtãtur *Dec. in cõſ. 264 nu. 3. et ſeq. et in conſ. 576. in 2. dub. Iacob. Mandell. in conſ. 7. nu. 2. et ſeq. Alex. in d. conſ. 30. vol. 4. et in d. conſ. vlt. volum. 5. Ioan. Vincen. Honded. in conſ. 89. num. 58. et ſeq. volum. 1. Bertaz. in conſ. ciu. 7. num. 22. Burſat. in conſi. 355. num. 22. et ſeq. vol. 4. Petr. Caball. in conſ. ciu. 164. num. 53. Rip. in reſp. 19. de ſubſt. num. 6. Hier. Gabr. in conſ. 24. vol. 2. Bero. in conſ. 36. vol. 2. Decian. in conſ. 19. num. 72. vol. 3. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 11. nu. 11. Card. Thuſc. in verb. legitimatio, concl. 220. nu. 6. Io. Bapt. Coſt. in tract. nouiter edito de nat. port. q. 156. Siluan. in conſ. 45. nu. 21. et Io. Baptiſta Lup. in tract. de illegitim. et natal. reſtituen. commentar. 3. §. 1. per tot. et præſertim nu. 55.* vbi inquit, quod taliter legitimatus quoad ius ſuccedendi remanet illegitimus, & idem confirmat *Rimin. in conſ. 189. nu. 51. vol. 2.* quem refert *Tell. Fernand. in l. 12. taur. nu. 27. circa*

135 *fi.* Et quamuis aliqui tenuerint, quòd etiam in propoſito caſu, quãuis limitata ſit ſuccedendi facultas, nihilominus taliter legitimato ſaltim debetur legitima in bonis paternis, ita vt illa conditio recipiat interpretationem à iure, vt pater non poſſit relinquere filio minus legitima, vt pulchrè defendit *Rui. in conſ. 86. vol. 3. et in conſ. 145. vol. eodem.* Et quod ſi pater reliquit ei minus legitima, poteſt petere eius ſupplementum, vt latè conſuluit *Pariſ. in cõſi. 7. vol. 2. plenè Cephal. in conſ. 117. nu. 7. et ſeq. vol. 1. Decia. in conſ. 49. nu. 43. vol. 2. Ladereb. in d. conſ. 170. ſub nu. 2. et per tot. Hond. in cõſ. 89. ſub nu. 60. verſ. et quamuis citra ſupplementum, vol. 1. Surd. in conſ. 185. nu. 22. vol. 2. Rim. iun. in cõſ. 469. n. 13. vol. 4. Renat. Chopin. de legib. Andegab. cap. 41. nu. 4. et Garz. in tract. de nobilit. gloſ. 21. nu. 21. et n. 80. et ſeq.* Nihilominus ego non audeo pro hac concluſione meum præferre iudicium ob copioſum Doctorum numerum, qui ſimpliciter tenent filium ſub propoſita forma legitimatum nil prætercant contra paternam diſpoſitionem petere poſſe, vt patet ex ſupra allegatis, cogita tamen cum caſus euenerit cui magis harũ concluſionum accedere velis, cum pro hac ſecunda opinione non deſint grauiſſimi authores, qui eam validiſſimis quoq; rationibus confirmãt.

136 Quarta cõcluſio eſt, quod licet filius legitimatus ſub eã lege, vt ſuccedere non valeat, niſi quatenus patri placuerit, ſecundum opinionẽ Doctorum, qui primam partem præcedentis concluſionis amplexi fuerunt, prohibitus ſit paternum impugnare iuditium, & præter eius diſpoſitionem aliquid petere, prout ex profeſſo tenuit *Dec. in conſ. 264. et in conſ. 576. in 2. dub.* vbi conſuluit in eodem caſu contra *Rui. in d. conſ. 86. et 145. vol. 3.* quorum opinionem diſtinctionis fędere concordare videntur ex not. per *Zucchard. in rep. l. poſthumo, nu. 45. cum plur. ſeq. C. de bonor. poſſ. contr. tab.* Nihilominus quando huiuſmodi filius legitimatus fuit à patre inſtitutus hæres, & deinde per fideicommiſſum grauatus onere reſtitutionis, tunc eum licitò iure poſſe nedum legitimam, ſed etiam Trebellianicam ab vniuerſali reſtitutione deducere, & pro ſe retinere, fatetur, multiſque rationibus probat idem *Dec. in cõſ. 257. per totũ*, quod de verbo ad verbum reperitur exemplatum inter *conſ. Curt. Iun. nu. 254. in 3. vol.* Illa enim limitata ſuccedendi facultas intelligi debet ſecundum eum, quoad primam acquiſitionem tantum, ita vt filius non poſsit paternam diſpoſitionem impugnare, ſi parum, aut nihil ei reliquerit, verum dum à patre fuit inſtitutus, & agitur de retentione legitimæ, quæ iuris miniſterio ſibi debetur, ad hanc retẽtionem non videtur extendi illa limitatio, diuerſa enim ratio conſideratur in retentione, quàm in acquiſitione, *l. per retentionem. C. de vſur. et l. 3. cum ibi not. per Bal. C. de fideicom.* & proinde cum fideicommiſſi onus fuerit iniunctum abſque expreſſa prohibitione detractionis legitimæ, & Trebellianicæ, hæc diſpoſitio debet ſecundum iuris intellectum regulari, cum ſemper in dubio cenſeatur teſtator cogitare id, quod lex diſponit, iuxta not. per *Bal. in l. precibus, C. de impub. et aliis ſubſt.* & hãc opinionem cõfirmauit idem *Dec. in ead. l. precibus, nu. 24. C. de impub. et aliis ſubſt.* & cum eo concordant *Rip. in l. centurio, nu. 48. ff. de vulg. et pup. ſubſt. plenè Pariſ. in conſi. 7. nu. 45. volum. 2. Iacob. Mandell. in conſ. 7. nu. 2. Marc. Anto. Cuccb. in tracta. de legitima, in princ. Lancellott. Gali. in rep. d. l. centurio, nu. 80. pulchrè Iaſ. in conſ. 162. vol. 2. & Surd.* qui hanc opinionem veriorem eſſe teſtatur *in cõſ.*

185.*nu.*25. *vol*.2. pro qua conclusione tria po-
137 tissimè ponderantur. Primum est auctoritas
*Bened.Capr.in cons.*19.dicentis, quòd stante
statuto excludente fœminas à paterna succes-
sione, si pater filiam instituat hæredem, eamq;
grauet onere fideicommissi, poterit filia graua-
ta legitimam deducere, & reliquum restituere,
138 si non fuit expresè prohibita. Item pondera-
tur aliud simile, quòd si filia vigore statuti stan-
te dotatione, vel cessione sit a paterna succes-
sione exclusa, ita quòd pater nihil ei tenebatur
relinquere, & pater eam instituat in minori
portione, quam in legitima, in eo casu nō pro-
hiberetur filia petere legitimę supplementum
ex vi illius institutionis, prout tenuit *Paul.de
Castr.in cons.*196.*num.*3. *vers. quidem vero,
vol*. 1. & licet hæc opinio habeat aliquos con-
tradictores, nihilominus ex relatis per *Soc.in
cons.*150.*à nu.*14.*vsque ad fin.vol*. 1. cum ibi
additis per *Franc.Pep.in fi.illius cons.*apparet
139 hanc esse magis communem. Et demum pro
eadem conclusione allegatur ratio valdè con-
cludens, quòd licet nemo teneatur, nec cogi
possit extraneum instituere hæredem, si tamen
eum instituit, & restitutionis onere grauauit,
ex iuris beneficio competit retentio, & detra-
ctio trebellianicæ, si non fuit expresè prohibi-
ta, *Auth.sed cum testator*.C.*ad l.Falc*. Vnde
idem à simili videtur in hoc articulo dicendū,
quòd posito, quòd pater non teneretur filium
sub ea forma legitimatū instituere, nec aliquid
ei relinquere, si tamen eum instituit, & non ex-
presè prohibuit legitimæ, & trebellianicæ de-
tractionē, ex iuris dispositione deducere, & re-
140 tinere potest. Sed non desunt grauissimi Do-
ctores, qui supradictam principalem cōclusio-
nem validissimis rationibus impugnant intre-
pidè affirmantes, reprobata opinione *Dec. in
d. cons.*257. *& eius sequacium*, quòd quando
legitimationis rescriptum sub prænarrata for-
ma concipitur vt legitimatus succedat in eo,
quod patri placuerit ei relinquere, quamuis fi-
lius taliter legitimatus in aliqua modica sum-
ma sit a patre institutus, vel restitutionis onere
grauatus, nullo modo potest paternum impu-
gnare iuditium, nec aliquid vltra prætendere
ratione legitimæ, vel alio quouis colore, prout
plenè defendit *Alciat.in l. nemo potest, num.
34.ff.de leg*. 1. *& in rub.ff.de lib. & posth.nu*.
34.*& seq.& in cons.*98.*nu*.5.*lib*.9.vbi dicit se
nunquam fuisse solitum sequi opinionem Dec.
tanquam erroneam, nam onus fideicommissi
iniunctum ab initio minuit successionem, *l*.1.
§.si hæres percepit.ff.ad Trebell. & proinde nō
valere illam consequentiam, quòd prohibitus
accipere non prohibetur retinere, & subdit
aliàs vidisse responsum Papiæ omnibus funda-
mentis Decij, Rolando Curtio, quem dicit cō-
tra illud consilium obtinuisse, & hanc opinio-
nem veriorem esse testatur *Mantic.de coniect.
vlt.vol.lib.*7.*tit.*11.*nu.*11.*in fi*.& eam quoque
sequitur *Peregr.de fideicom.art.*36.*num.*9.*in
fin. & in cons.* 27. *per tot.vol*.3.*& in cons.*18.
vol.4.refert etiam hanc opinionem sub dubio
tamen *Roder.Suar.in rep.l. quoniam in prio-
ribus,C.de inoff.test.in declar.l.Regni, in* 12.
limit.in fi.vbi dat cautelam, quomodo sint cō-
cipienda verba legitimationis, ad hoc vt legi-
timatus nullo modo possit infringere paternā
dispositionem, & demum hanc conclusionem
contra Dec. strenuè confirmat *Tell. Fernand.
in l.*12.*taur.n.*27.*& seq*.qui pluribus rationi-
nibus, & authoritatibus cōcludit hanc opinio-
nem esse veriorem, & in puncto iuris magis tu-
tam. Quid tenendum in tam magno Doctorū
anfractu? fateor equidem, quòd articulus est
valde dubius, & nimiæ temeritatis accusari
possem, si pro eius resolutione meum auderem
proferre iuditium, sed dum hæc perfunctoriè
summis labijs degustarem, audiui hunc articu-
lum fuisse per Sacrum Consilium decisum con-
tra legitimatum, & quia materia est valdè vti-
lis, & curiosa, ideo conatus sum habere allega-
tiones, quæ ab eminentissimis vtriusque partis
Aduocatis editæ sunt in hac causa, easque ad
communem vtilitatem in fine huius Capituli
imprimi curabo. Et demum pro huius Capi-
tuli complemento, postquam in eo agitur de
filiorū legitima, cuius materia est adeo ampla,
quòd si de ea vellem plenè tractare, hoc vnicū
capitulum requireret voluminosum tractatū,
ideo remissiuè tantum aliquas tangam magis
vtiles, & quotidianas quæstiones. An ergo le-
gitima tolli, vel minui possit per statutum? vi-
de *Alcia.de præsump.reg*. 1.*præs*.8.*sub nu*. 8.
plenè Via.in commu.opin.813.*num*.5.*Borgn.
Cauale.in decis.Fiuiz*.14.*nu*.34.*in* 3.*par*. &
plenissimè *Aldouin.inter consilia Peregr.in
cons*.21.*nu*.23.*& seq.lib*.4. Et an filius possit
retinere legitimam, & reliquum hæreditatis
repudiare? vide *DD. in l. quia poterat. ff. ad
Trebell.Aret.in §.fi.inst.de hær.qual. & diff.
Soc.in reg*.155.*Boer.in decis*.204.*sub nu*.43.*et
seq,& Peregr.de fideicommiss.art*.36.*nu*. 102.
*& plenè Hier.Geuallos in opin. commu. cōtra
commu.q*.711.*per totam,& Phanucc.in tract.*
143 *de inuentar,in* 7.*par.n*.20. *& seq*. Et an &
quando filius grauatus hæreditatem restituere,
duas quartas deducere posit ratione legitimę,
& trebellianicæ? vide *Crau.in cons*. 50. *plenè
Rol.à Val.in cons*.5.*vol*.4.*& in cons*.9. *vol*.*eo.
latè Franc.Marzar.in tract.de fideicom.sub-
sti.in* 2.*par.q*.49.*& Vinc.de Franch.in decis.*
144 11.*per totam*. Et an filijs primi gradus posit
prohiberi detractio trebellianicæ, ita vt vnam
quartam tantum deducant pro legitima? vide
plenè

plenè cumulata per Mich.Crass.in §.testamentum,q.62.nu.5.latè Hier.Gabr.in cons.92.per
tot.vol.2.Camil.Borrell.in cons.51.Neuiz. in
cons.1.& 2.per tot. Marc. Anto. de Amat. in
decis.11.per tot.& in decis.18.num.12.& seq.
Fab.de Ann. in cons.25. nu.3.& seq.plenissimè Io.Bapt.Laderch.in cons.26.nu.9.& seq.
Fab.Turrett.in cons.100.vol.2.& in cons. 95.
per tot.vol.eo.nouissimè Gasp.Thes.in q.forens.
20. per tot. Vinc. de Franch. in decis. 612.in
princ. & omnium plenissimè Mart. in vota
113.per tot. Et an trebellianica possit prohiberi per verba æquipollētia? vide eund. Vinc.de
145 Frāch.in decis.612.in 4.par. Et an hæ duæ
quartæ possint excedere medietatē hæreditatis, quando propter numerū liberorū legitima
est medietas? vide Fab.de Ann.in cons.25.nu.
34.& seq.& plenè Thes.in decis.252.per tot.
146 Et an quando filius detrahit duas quartas,teneatur fructus imputare, non obstante l. iubemus,C.ad Trebell. vide omnino Hond.in cons.
63.nu.113.& seq.vol.1.plenè Fab.de Ann.in
d.cons.26.nu.16.Iacob.Berrett.in cons.60.per
tot.Fab.Turrett.in cons.95.nu.2.vol.2. Pras.
de Franch.in decis.522.& plenissimè Gas.The
147 saur.in q.forens.50.per tot. Et an ascendens
grauatus possit deducere duas quartas, scilicet,
legitimam,& Trebellianicam, sicut descendentes? vide Crau. in cons.110. nu. 1. qui concludit, quòd sic, contra opinionem Alex.in l.in
ratione.§.quod vulgo,ff.ad l.Falcid.& Ias.in
Auth.si qua mulier.C.de sacrosan.eccl. qui tenuerant contrarium, quam conclusionem sequitur etiam Gouar. in cap. Raynutius, de testam.§.11.nu.6.& pro ea plures alios concordantes refert Rol.à Vall.in cons.39.nu.8.vol.
3.sed idem Rol. à Vall. in eodem cons.num.9.
hanc conclusionem impugnat dicens supradictam opinionem Alex. esse veriorem, & eam
148 plenè ab omnibus contrarijs defendit. Quæ
autem imputanda sint in legitimam filij? vide
DD.in l.in quartam,ff.ad l.Falc.& in l.quoniam nouella,& in l.scimus,§.repletionem.C.
de inoff.test.plenè Marc.Ant.Cucch.in tract.
de legitima,in ver.ex substantia,fol.mihi 44.
cum plur.seq.Viu.in commu.opin.459. & plenissimè Peregr.de fideicom.art.36.nu. 103.cū
149 plur.seq. Et an imputentur expensæ erogatæ
pro obtinendo Episcopatu, vel doctoratu filij?
vide in l.si filia,§.neratius.ff.fam.ercisc. Ang.
in l.omnimodo,§.imputari,C.de inoff.test.Peregr.in d.art.36.nu.130.& Cucch.in d.tract.
de legitima,in cap.an data inter viuos imputē.
150 in legit.num.36.& seq. Et quid si pater emit
aliquod officium pro filio durante eius vita?
vide Boer.in decis.14.num.3.et Rol.à Vall. in
151 cons.11.per tot.vol.2. Et an de bonis feudalibus debeatur legitima? vide Dec.in cons.269.
nu.15.Paris.in cons.17.nu.30.vol.2.et Me-
152 noch.in cons.104. num.14. Et an valor feudi
computetur in bonis defuncti quoad liquidationem legitimæ? vide Fab.de Ann.in cōs.25.
153 nu.27.in 1.lib. Et an dos matris imputetur
in legitimam aui? vide Alex.in cons.24.vol.1.
Surd.in cons.206.vol.2.et plenè Thes.in decis.
154 237.per tot. Et an dos data nepti ab auo imputetur in legitima filij? vide Alex.in cōs.26.
nu.3.vol.1.Dec.in cons.81.nu.5.Crass.in §.legitima,q.24.Bursat.in cons.417.vol.4 plenissimè Honded.in cons.90.per totum, vol.1. Io.
Bapt.Laderch.in cons.119.per tot. Mascar.de
probat.cōcl.574.nu.1.et per tot et Fab.Turret.
155 in cons.6.per tot.vol.2. Et quid de iocalibus
filiæ datis à patre tempore contracti matrimonij? vide Alex.in cons.27.nu.10.in 5. volum.
156 Et quid si pater obligauit se vna cum filio pro
augmento dotis, seu antefato, an imputetur in
partem ipsius filij? vide Neuiz.in cons.76.nu.
157 12.et seq. Et an imputentur donata filio ratione clericatus, vel matrimonij? vide Crau.
in cons.114.nu.17.et in cons.136 nu.1.& plenè Franc.Becc.in cons.20.per tot.vol.1. Et an
in legitima calculanda computentur bona donata per patrem in vita, si immodica fuit donatio? vide omnino Surd.in cons. 332. num. 14.
158 vol.3. Et an feudum imputetur filio in legitimam? vide Boss.in tit.de bon.publ.num.5.et
seq.et Vinc. de Franch. in decis. 368. & plenè
159 Mart.in vot.189.num.8. et seq. Et an filius
amittat legitimam ob non confectionem inuētarij? vide Cacher.in decis.Pedem.148. Bursa.
in cons.44.num.20.vol.1.et Fab. de Ann.in d.
160 cons.25.nu.17. Et an mater per expressam
pupillarem substitutionem priuetur legitima
filij? vide Affl.et Vrsill.in decis.367. Viu. in
commu.opin.461.& latius in opin.864. plenè
Cephal.in cons.524.vol.4.Bursat.in cons.373.
161 per tot.vol.4.& plenè Surd.in decis.273. Et
an filius, qui habuit partem suam, & eam consumpsit, debeat ali à patre? vide Bald.in l.1.§.
ius naturale,ff.de iust.et iur. Alex.in l.si cum
dotem,§.1.ff.sol.matr.& plenè Peregr. de fideicom.art.36.num.143.et seq. Et an eo casu
præstanda sint alimenta iuxta dignitatem,
& qualitatem personæ, vel potius iuxta indigētiam quoad necessariam vitæ substentationem
tantum? plenè explicat Giurb.in decis.6.nu.3.
162 et seq. Et quid si pater assignauit dotem filiæ,
quam amisit, an teneatur eam iterum dotare?
vide Soc.iun.in cons.116.vol.2.plenè Cephal.
in cons.160.vol.2.pulchrè Gul. de Bened. omnino videndum in rep. cap. Raynutius, de testam.in 1.par.in verb.dotem quam et dederat,
nu.19. et seq.fol. mihi 174. & plenè Marium
Giurb.in decis.5,nu.10 et seq.et num.34.cum
seq.et latius eundem in seq decis.6.per totam.

163 Et an pro legitima competat aliqua actio cōtra tertios possessores? vide *Bec. in cons.235. num.8. Bolognett. in cons.59. per tot. Afflict. in const. in aliquibus, num.24. et in decis.162. Gramm.in decis.90.adden. ad Napod. in consuet.si qua mulier, nu.18. Cefal. in cons.728. uol.5.Crau. in cons.109.nu.5. et in cons.312. nu.4. uol.2. et plenè Philip. Monspolien. in*
164 *resp.37.nu.31.et seq.* Et an filius habeat ius insistendi in bonis patris pro legitima? vide *Hier. de Laur. in decis. Auenion. 52. per tot.*
165 Et an filius possit repudiare legitimam in præiudicium suorum creditorum? de hoc est casus in terminis, quod debitor quamcumque hæreditatem sibi delatam repudiare potest. *in l.qui autem,ff.quæ in frau.cred.* vbi Iurisconsultus rationem huius conclusionis assignat; quod is dicitur suos fraudare creditores, qui in eorum fraudem suum patrimonium dimi-
166 nuit, non autem qui non vult acquirere. Et idem est in legatario, prout expressè dicitur in eodem tex. licet enim legatum recta via trāseat in legatarium,eiq; dominium acquiratur à die mortis testatoris, hoc tamen intelligitur sequuta eius acceptatione, adeo quod, si renuat acceptare, habetur ac si nunquam fuisset factū, vt plenè consuluit *Surd. in cons.300. per tot. uol.2.et Fab.de Ann.in cons.113.in lib.2.nu.*
167 *5.et seq.et per totum.* Hinc est,quod hęres potest per spatium annorum triginta præscribere legatum etiam cum mala fide, nam non videtur esse in mala fide antequam legatarius acceptet,vt pulchrè consuluit *Frāc. Becc. in cōs. 48.per tot. uol.1. Rol.à Vall. in cons.21. nu. 55.uol.2. et plenè Borgn. Caualc. in tract.de*
168 *usufr.mul.relic.nu.186.* Hinc etiam infertur hæredem grauatum onere fideicommissi posse inuitis creditoribus integram hæreditatem restituere absq; retentione trebellianicæ, vt est casus *in l.patrem,et in l.seq.ff. eod.tit.de his,*
169 *quæ in frau.cred.* Imò, quod etiam ante casum euenientis conditionis fideicommissi possit hæreditatem cum fructibus restituere in præiudicium suorum creditorum, tenuit *Bal. in rub.C.de reuoc.his quæ in frau.cred.nu.11.* quam conclusionem plenè defendit *Rebuff. in cons.176.nu.20. & seq. & Peregr. de fideic.*
170 *art.3.nu.127.& seq.* Hinc etiam infertur, quod si quis occidit fratrem, ob cuius homicidium efficitur indignus eius successione,potest antequam sequatur sententia declaratoria, repudiare fraternam hæreditatem in præiudicium fisci,vt pulchrè consuluit *Iac. Berret. in cons.50. per tot.* Verū hæc conclusio intelligēda est iuxta est,quę plenius dicā infra *in 4.par. c.8.nu.8.* Eadēq; ratione patrē ęre alieno grauatū posse in præiudiciū suorum creditorum repudiare vsumfructū ei competentē in bonis aduentitijs filij, plenè & notabiliter probat *Pet.Cabal.in cōs.14. nu.16.et seq.lib.2.*& multa alia similia refert notabiliter *Zanch. in rep. l.hæredes mei §. cum ita,ff. ad Trebel.in 4.par.*
171 *nu.411.cum plur.seq.* Et licet aliqui dicant, hæc habere locum quando adsunt creditores chirografarij tantum, quibus potest fieri præiudicium non acquirendo, secus vero si adsunt creditores hypothecarij, cum etiam iura, & actiones veniāt sub generali obligatione, *l.grege,§.cum pignori,ff. de pign.* cum alijs allegatis per *Neguf. in tract. de pign. par.2. mem.3. nu.5.* & proinde etiam legitimam filio debitā sub generali obligatione contineri, defendit intrepidè *Menoch.in cons.77.vol.1.per tot.*& cum hac distinctione inter creditorem chirografarium,& hypotecarium transit quoq; *An-*
172 *char.in cons.101.nu.8.* Nihilominus hęc distinctio est communiter reprobata, vt patet ex not. per *Ripam in l. 1. num.7.ff. de pignor. plenè Socin.iun. in consil.124.per totum, volum.3.Tell.Fernand. in l. taur.4. num.52. & seq.*& hanc opionem veriorem esse pluribus iuribus probat *Andr.Facchin.in controuersiar. iur. lib.13. c.46.* & ita plene discusso articulo, per Sacrum Consilium iudicatum fuisse testatur *Pras.de Francb. in decis.101. per tot.* pro qua conclusione faciunt etiam not. per *Surd. in decis.140.* in qua concludit ius adeundi hæreditatem non transmitti in creditorem, nec per eum exerceri posse,antequam sit eius debi-
173 tori quæsitum per aditionem. Verum tamen est, quod aliqui conantur defendere dictum cons. Anchar. constituendo differentiam inter legitimam,& trebellianicam, vt trebellianicę renunciari possit in præiudicium creditorum hypothecariorum,non autem legitimę, cum hæc sit ipso iure filijs debita, prout sentit *Peregr.in d.art.3.nu.131.& seq.* pro qua conclusione faciunt latè tradita per eundem *in articulo seq. nu.15.& seq.* eandem quoq; opinionem sequitur post alios *Fabius de Anna cons.*
174 *76.nu.3.cum seq.* Alij vero dicunt dictā Anchar. opinionē posse procedere in supplemēto legitimę, cum videatur esse ius delatū, quod ex legis dispositione filio acquiritur ipso iure, ex reg. *tex. in l. scimus, C.de inoff. test.* vt refert idem *Peregr. in tract. de iur. fisc. lib.6. tit.7. nu.39.* qui tamen dicit, quod ipse non recederet à primis authoritatibus etiam in supplemento legitimæ. Alij etiam limitant conclusionem supra fundatam in filijs, quibus iure suitatis paterna hæreditas defertur, vt non possint ab ea abstinere in præiudicium creditorum, nam esset alienatio illius iuris, quod per viam continuationis fuit post patris obitū eis delatū, prout pulchrè animaduertit *Card. Alban.in add.ad Bar.in l.magis puto,sub nu. 6.ff.de*

6. *ff. de reb. cor.* licet relinquat cogitandum, verius autem est quod indistinctè filius potest paternam hæreditatem etiam quoad legitimam, & eius supplementum in præiudicium quorumcumque creditorum repudiare, vt plenè probat *Steph. Gratian. in 2. lib. disceptation. forens. c. 271. nu. 10. cum plur. seq.* Sed cum hæc repudiatio sit cõtra iustitiam, fatendũ est, repudiantẽ mortaliter peccare, cũ ex lege iustitiæ teneatur adhibere media, vt creditoribus satisfaciat, vt affirmat *Molin. de iust. & iure, tract. 2. tom. 2. disput. 435. ad finem*, quem refert idem *Gratian. in citato loco, nu. 25.* qui subdit etiam consulentes debitoribus, vt repudiẽt, grauiter peccare, prout plene etiam testatur *Sanch. in tract. de matrim. disput. 4. lib. 6.*
175 *nu. 9.* Insuper sciendum est, quod legitima debetur filijs vna cum fructibus, iux. not. per *Bal. in l. non est C. fam. hercisc. Alex. in cons. 7. nu. 8. uol. 2. & in cons. 127. uol. 6. & Praes. de Franch. in decis. 16. nu. 13.* Adeo quod etiam si mulier nupta habuit alimenta à viro, potest ẽt petere fructus, seu interesse suę legitimę, vt plenè tradit *Soc. in cons. 57. nu. 32. & seq. uol. 4. & idem Praes. de Franch. in decis. 119. num. 1.*
176 Iuri autem petendi legitimam non præscribitur nisi annis triginta, ex not. per *Bal. in l. si quis filium, §. fin. C. de inoff. test. Crem. in sing. 129. Boer. in decis. 250. Dec. in cons. 622. nu. 1. Natt. in cons. 108. uol. 1. & Hond. in cons. 83.*
177 *uol. 1.* Sed iuri petendi supplementum legitimę præscribitur quinquennio, secundum *Bar. in l. si quis filium, C. de in off. test. & Iatiui in cons. 14. per totum*, verum hæc opinio plenè impugnatur per *Fabian. de Gioch. in repet. Auth. nouissimã, nu. 84. & seq. C. eo. qui auctoritate Bal. & aliorum* tenet, quod etiam iuri petendi supplementum legitimæ non pręscribitur minori spatio, quam annorum triginta, & idem affirmant *Marc. Ant. Cucch. in d. tract. de legitima, sub cap. quod legitima nullum grauamen admittit, num. 94. & seq. fol. mihi 132.* & alij, quos contra Bar. refert *Crass. in §. legitima, q. 47. & Boer. in decis. 250. per*
178 *tot.* Et idem est in iure adeundi hæreditatem, vel se immiscendi in ea, iuxta plenè relata per *Ant. Gabr. in 5. lib. comm. concl. sub tit. de pręscript. concl. 8. per tot. post Alex. in l. un. nu. 7 & seq. C. quan. non peten. par. et plenissimè per Tiraq. in rep. l. si unquam, C. de reuoc. don.*
179 *in uer. reuertatur, nu. 392.* Iuri autẽ querelandi testamentum inofficiosum non dubitatur, quod quinquennio pręscribitur, ex not. per *Aret. in §. 1. inst. de inoff. test. et Cremens. in sing. 129. per tex. expressum in l. si quis filium, §. fin. C. de inoff. test.* quo tempore præscribitur etiam iuri dicendi inofficiosam donationem, vt cauetur in *l. fin. C. de inoff. don.* vt animaduertit ibi *Glos. in ver. et temporibus.* Vl-
180 timo pro huius capituli complemento, postquam in hoc Regno filiæ fœminæ stantibus masculis non succedunt in bonis parentum, sed dotantur de paragio, quod succedit loco legitimę, iux. not. in *const. Reg. in aliquibus.* Ideo
181 vtile est scire quantum sit huiusmodi paragium. Qua in re aliqui dicunt, quod non debet esse minus legitima, vt sentit *Dec. in cons. 26. et in cons. 276. ad fin. Alex. in cons. 69. uol. 1. Affl. in dec. 160. plenè Franc. Becc. in cõs. 112. nu. 8. et per tot. uol. 1. latè Caccher. in cons. 76. nu. 24. de Põte in cõs. 65. per tot. & Mastril. in*
182 *dec. 48. per tot.* Alij vero dicũt, quod paragiũ debet esse plus, vel minus legitima, habita cõsideratione ad facultates hereditarias, ad dignitatẽ familiæ, & virum cui mulier nubit, ita vt pari collocetur, iuxta not. per *Affl. in d. const. in aliquibus, nu. 32. et seq. et Io. Vinc. de Ann. in alleg. 70. nu. 5. et seq.* quæ omnia Iudicis arbitrio relinqui dicit *Menoch. de arbitr. iudic.*
183 *cas. 149. per tot.* Quibus circumstantijs consideratis aliquando paragium ascendere posse vsq; ad virilem portionem testatur *Mastrill. in decis. 107. in 2. par.* vbi multos plenè cumu-
184 lat. Multi autem distingunt inter dotem à patre constitutam, vel à fratribus constituendam, vt primo casu nullo modo filia conqueri possit, etiam si dos sit minus legitima, vel si maiorem dotem alijs pater constituisset; secundo vero casu procedat opinio supra relata, qui ea ratione mouentur, quod non præsumitur pater filiam fraudare, sed bonum consilium capere pro ea, *l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & l. nec in ea, ff. de adul.* ita refert *Dec. in d. cons. 26. Alex. in cons. 29. vol. 3. Ant. Rub. in cons. 163. nu. 3. Gramm. in decis. 57.* & secundum hanc opinionem per Sacrum Cõsilium fuisse iudicatum testatur *Camill. Saler. in add. ad Napod. in cõsuet. si moriatur, §. cas autem, in ver. paragium, fol. mihi 96.* pro qua conclusione plura adducit *Tiraq. in rep. l. si vnquam, C. de reuoc. don. in pręfat. nu. 26. Alciat. de præs. reg. 1. pręs. 2. plenè Ias. in cõs. 133. vol. 4. Mascard. de probat. concl. 621. per tot.* & plenissimè *Peregr. in cons. 95. per tot. vol. 5.*
185 Hinc filiam à patre dotatam non esse audiendam si petat legitimæ supplementum, plenè dixerunt *Hond. in cons. 10. per tot. vol. 1. Bursat. in cons. 248. cum duobus alijs seqq. vol. 3. Io. Bapt. Laderch. in cons. 126. & in alio cons. seq. Peregr. in d. cons. 95. vol. 5.* plenissimè *Ioseph Ludou.* omnino videndus *in decis. Pe-*
186 *rus. 21. nu. 41. cum plur. seq. in 1. par.* Sed hęc conclusio intelligenda est, quod procedit in casu quo pater functus est officio paterno, secus vero si adeo exiguam dotem vni filiæ dedisset, vt videretur enormissimè læsa, prout bene cõ-

163 Et an pro legitima competat aliqua actio cõ-
tra tertios possessores? vide Bec. in cons. 235.
num. 8. Bolognett. in cons. 59. per tot. Affl. in
const. in aliquibus, num. 24. et in decis. 162.
Gramm. in decis. 90. adden. ad Napod. in con-
suet. si qua mulier, nu. 18. Cefal. in cons. 728.
uol. 5. Crau. in cons. 109. nu. 5. et in cons. 312.
nu. 4. uol. 2. et plenè Philip. Monspolien. in
164 resp. 37. nu. 31. et seq. Et an filius habeat ius
insistendi in bonis patris pro legitima? vide
Hier. de Laur. in decis. Auenion. 52. per tot.
165 Et an filius possit repudiare legitimam in
præiudicium suorum creditorum? de hoc est
casus in terminis, quod debitor quamcumque
hæreditatem sibi delatam repudiare potest. in
l. qui autem, ff. quæ in frau. cred. vbi Iuriscon-
sultus rationem huius conclusionis assignat;
quod is dicitur suos fraudare creditores, qui
in eorum fraudem suum patrimonium dimi-
166 nuit, non autem qui non vult acquirere. Et
idem est in legatario, prout expressè dicitur in
eodem tex. licet enim legatum recta via trãseat
in legatarium, eiq; dominium acquiratur à die
mortis testatoris, hoc tamen intelligitur se-
quuta eius acceptatione, adeo quod, si renuat
acceptare, habetur ac si nunquam fuisset factũ,
vt plenè consuluit Surd. in cons. 300. per tot.
uol. 2. et Fab. de Ann. in cons. 113. in lib. 2. nu.
167 5. et seq. et per totum. Hinc est, quod hęres po-
test per spatium annorum triginta præscribe-
re legatum etiam cum mala fide, nam non vi-
detur esse in mala fide antequam legatarius ac-
ceptet, vt pulchrè consuluit Frãc. Becc. in cõs.
48. per tot. uol. 1. Rol. à Vall. in cons. 21. nu.
55. uol. 2. et plenè Borgn. Cauale. in tract. de
168 usufr. mul. relic. nu. 186. Hinc etiam infertur
hæredem grauatum onere fideicommissi posse
inuitis creditoribus integram hæreditatem re-
stituere absq; retentione trebellianicæ, vt est
casus in l. patrem, et in l. seq. ff. eod. tit. de his,
169 quæ in frau. cred. Imò, quod etiam ante ca-
sum euenientis conditionis fideicommissi pos-
sit hæreditatem cum fructibus restituere in
præiudicium suorum creditorum, tenuit Bal.
in rub. C. de reuoc. his quæ in frau. cred. nu. 11.
quam conclusionem plenè defendit Rebuff. in
cons. 176. nu. 20. & seq. & Peregr. de fideic.
170 art. 3. nu. 127. & seq. Hinc etiam infertur,
quod si quis occidit fratrem, ob cuius homici-
dium efficitur indignus eius successione, potest
antequam sequatur sententia declaratoria, re-
pudiare fraternam hæreditatem in præiudi-
cium fisci, vt pulchrè consuluit Iac. Berret. in
cons. 50. per tot. Verũ hæc conclusio intelligẽ-
da est iuxta ea, quę plenius dicã infra in 4. par.
c. 8. nu. 8. Eadẽq; ratione patrẽ ęre alieno gra-
uatũ posse in præiudiciũ suorum creditorum
repudiare vsumfructũ ei competentẽ in bonis
aduentitijs filij, plenè & notabiliter probat
Pet. Cabal. in cõs. 14. nu. 16. et seq. lib. 2. & mul
ta alia similia refert notabiliter Zaneb. in rep.
l. hæredes mei §. cum ita, ff. ad Trebel. in 4. par.
171 nu. 41. cum plur. seq. Et licet aliqui dicant,
hæc habere locum quando adsunt creditores
chirografarij tantum, quibus potest fieri præ-
judicium non acquirendo, secus vero si adsunt
creditores hypothecarij, cum etiam iura, &
actiones veniãt sub generali obligatione, l. gre-
ge, §. cum pignori, ff. de pign. cum alijs allega-
tis per Neguz. in tract. de pign. par. 2. mem. 3.
nu. 5. & proinde etiam legitimam filio debitã
sub generali obligatione contineri, defendit
intrepidè Menoch. in cons. 77. vol. 1. per tot. &
cum hac distinctione inter creditorem chiro-
grafarium, & hypotecarium transit quoq; An-
172 char. in cons. 101. nu. 8. Nihilominus hęc di-
stinctio est communiter reprobata, vt patet ex
not. per Ripam in l. 1. num. 7. ff. de pignor.
plenè Socin. iun. in consil. 124. per totum, vo-
lum. 3. Tell. Fernand. in l. taur. 4. num. 52. &
seq. & hanc opionem veriorem esse pluribus iu
ribus probat Andr. Facchin. in controuersiar.
iur. lib. 13. c. 46. & ita plene discusso articulo,
per Sacrum Consilium iudicatum fuisse testa-
tur Præs. de Franch. in decis. 101. per tot. pro
qua conclusione faciunt etiam not. per Surd.
in decis. 140. in qua concludit ius adeundi hæ-
reditatem non transmitti in creditorem, nec
per eum exerceri posse, antequam sit eius debi-
173 tori quæsitum per aditionem. Verum tamen
est, quod aliqui conantur defendere dictum
cons. Anchar. constituendo differentiam inter
legitimam, & trebellianicam, vt trebellianicę
renunciari possit in præiudicium creditorum
hypothecariorum, non autem legitimę, cum
hæc sit ipso iure filijs debita, prout sentit Pe-
regr. in d. art. 3. nu. 131. & seq. pro qua conclu-
sione faciunt latè tradita per eundem in arti-
culo seq. nu. 15. & seq. eandem quoq; opinio-
nem sequitur post alios Fabius de Anna cons.
174 76. nu. 3. cum seq. Alij vero dicunt dictã An-
char. opinionẽ posse procedere in supplemẽto
legitimę, cum videatur esse ius delatũ, quod ex
legis dispositione filio acquiritur ipso iure, ex
reg. tex. in l. scimus, C. de inoff. test. vt refert
idem Peregr. in tract. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7.
nu. 39. qui tamen dicit, quod ipse non recede-
ret à primis authoritatibus etiam in supple-
mento legitimæ. Alij etiam limitant conclu-
sionem supra fundatam in filijs, quibus iure
suitatis paterna hæreditas defertur, vt non
possint ab ea abstinere in præiudicium credi-
torum, nam esset alienatio illius iuris, quod
per viam continuationis fuit post patris obitũ
eis delatũ, prout pulchrè animaduertit Card.
Alban. in add. ad Bar. in l. magis puto, sub nu.

6 ff. de reb. cor. licet relinquat cogitandum, ve-
rius autem eſt quod indiſtinctè filius poteſt pa-
ternam hæreditatem etiam quoad legitimam,
& eius ſupplementum in præiudicium quo-
rumcumque creditorum repudiare, vt plenè
probat Steph. Gratian. in 2. lib. diſceptation.
forenſ. c. 271. nu. 10. cum plur. ſeq. Sed cum
hæc repudiatio ſit cõtra iuſtitiam, fatendũ eſt,
repudiantẽ mortaliter peccare, cũ ex lege iuſti-
tiæ teneatur adhibere media, vt creditoribus
ſatisfaciat, vt affirmat Molin. de iuſt. & iure,
tract. 2. tom. 2. diſput. 435. ad finem, quem re-
fert idem Gratian. in citato loco, nu. 25. qui
ſubdit etiam conſulentes debitoribus, vt repu-
diẽt. grauiter peccare, prout plene etiam teſta-
tur Sanch. in tract. de matrim. diſput. 4. lib. 6.
175 nu. 9. Inſuper ſciendum eſt, quod legitima
debetur filijs vna cum fructibus, iux. not. per
Bal. in l. non eſt C. fam. hercisc. Alex. in conſ.
7. nu. 8. uol. 2. & in conſ. 127. uol. 6. & Præſ. de
Franch. in deciſ. 16. nu. 13. Adeo quod etiam ſi
mulier nupta habuit alimenta à viro, poteſt ẽt
petere fructus, ſeu intereſſe ſuę legitimę, vt ple-
nè tradit Soc. in conſ. 57. nu. 32. & ſeq. uol. 4.
& idem Præſ. de Franch. in deciſ. 119. num. 1.
176 Iuri autem petendi legitimam non præſcri-
bitur niſi annis triginta, ex not. per Bal. in l. ſi
quis filium, §. fin. C. de inoff. teſt. Crem. in ſing.
129. Boer. in deciſ. 250. Dec. in conſ. 622. nu. 1.
Natt. in conſ. 108. uol. 1. & Hond. in conſ. 83.
177 uol. 1. Sed iuri petendi ſupplementum legiti-
mę præſcribitur quinquennio, ſecundum Bar.
in l. ſi quis filium, C. de in off. teſt. & Iatiui in
conſ. 14. per totum, verum hæc opinio plenè
impugnatur per Fabian. de Gioch. in repet.
Auth. nouiſſima, nu. 84. & ſeq. C. eo. qui au-
thoritate Bal. & aliorum tenet, quod etiam
iuri petendi ſupplementum legitimæ non prę-
ſcribitur minori ſpatio, quam annorum trigin
ta, & idem affirmant Marc. Ant. Cucch. in d.
tract. de legitima, ſub cap. quod legitima nul-
lum grauamen admittit, num. 94. & ſeq. fol.
mihi 132. & alij, quos contra Bar. refert Craſſ.
in §. legitima, q. 47. & Boer. in deciſ. 250. per
178 tot. Et idem eſt in iure adeundi hæreditatem,
vel ſe immiſcendi in ea, iuxta plenè relata per
Ant. Gabr. in 5. lib. comm. concl. ſub tit. de prę-
ſcript. concl. 8. per tot. poſt Alex. in l. un. nu.
7 & ſeq. C. quan. non peten. par. et pleniſſimè
per Tiraq. in rep. l. ſi unquam, C. de reuoc. don.
179 in uer. reuertatur, nu. 392. Iuri autẽ quere-
landi teſtamentum inofficioſum non dubita-
tur, quod quinquennio pręſcribitur, ex not. per
Aret. in §. 1. inſt. de inoff. teſt. et Cremenſ. in
ſing. 129. per tex. expreſſum in l. ſi quis filium,
§. fin. C. de inoff. teſt. quo tempore præſcribi-
tur etiam iuri dicendi inofficioſam donatio-
nem, vt cauetur in l. fin. C. de inoff. don. vt ani-
maduertit ibi Gloſ. in ver. et temporibus. Vl-
180 timo pro huius capituli complemento, poſt-
quam in hoc Regno filiæ fœminæ ſtantibus
maſculis non ſuccedunt in bonis parentum,
ſed dotantur de paragio, quod ſuccedit loco le-
gitimę, iux. not. in conſt. Reg. in aliquibus. Ideo
181 vtile eſt ſcire quantum ſit huiuſmodi para-
gium. Qua in re aliqui dicunt, quod non debet
eſſe minus legitima, vt ſentit Dec. in conſ. 26.
et in conſ. 276. ad fin. Alex. in conſ. 69. uol. 1.
Affl. in dec. 160. plenè Franc. Becc. in cõſ. 112.
nu. 8. et per tot. uol. 1. latè Cacher. in conſ. 76.
nu. 24. de Põte in cõſ. 65. per tot. & Maſtril. in
182 dec. 48. per tot. Alij vero dicũt, ꝙ paragiũ de-
bet eſſe plus, vel minus legitima, habita cõſide-
ratione ad facultates hęreditarias, ad dignitatẽ
familiæ, & virum cui mulier nubit, ita vt pari
collocetur, iuxta not. per Affl. in d. conſt. in
aliquibus, nu. 32. et ſeq. et Io. Vinc. de Ann. in
alleg. 70. nu. 5. et ſeq. quæ omnia Iudicis arbi-
trio relinqui dicit Menoch. de arbitr. iudic.
183 caſ. 149. per tot. Quibus circumſtantijs conſi-
deratis aliquando paragium aſcendere poſſe
vſq; ad virilem portionem teſtatur Maſtrill.
in deciſ. 107. in 2. par. vbi multos plenè cumu-
184 lat. Multi autem diſtingunt inter dotem à
patre conſtitutam, vel à fratribus conſtituen-
dam, vt primo caſu nullo modo filia conqueri
poſſit, etiam ſi dos ſit minus legitima, vel ſi ma
iorem dotem alijs pater conſtituiſſet; ſecundo
vero caſu procedat opinio ſupra relata, qui ea
ratione mouentur, quod non præſumitur pa-
ter filiam fraudare, ſed bonum conſilium cape-
re pro ea, l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui,
vel alie. iur. & l. nec in ea, ff. de adul. ita refert
Dec. in d. conſ. 26. Alex. in conſ. 29. vol. 3. Ant.
Rub. in conſ. 163. nu. 3. Gramm. in deciſ. 57. &
ſecundum hanc opinionem per Sacrum Cõſi-
lium fuiſſe iudicatum teſtatur Camill. Saler.
in add. ad Napod. in cõſuet. ſi moriatur, §. eas
autem, in ver. paragium, fol. mihi 96. pro qua
concluſione plura adducit Tiraq. in rep. l. ſi
unquam, C. de reuoc. don. in prefat. nu. 36. Al-
ciat. de præſ. reg. 1. pręſ. 2. plenè Iaſ. in cõſ. 133.
vol. 4. Maſcard. de probat. concl. 621. per tot.
& pleniſſimè Peregr. in conſ. 95. per tot. vol. 5.
185 Hinc filiam à patre dotatam non eſſe au-
diendam ſi petat legitimæ ſupplementum, ple-
nè dixerunt Hond. in conſ. 10. per tot. vol. 1.
Burſat. in conſ. 248. cum duobus alijs ſeqq. vol.
3. Io. Bapt. Laderch. in conſ. 126. & in alio
conſ. ſeq. Peregr. in d. conſ. 95. vol. 5. pleniſſimè
Ioſeph Ludou. omnino videndus in deciſ. Pe-
186 ruſ. 21. nu. 41. cum plur. ſeq. in 1. par. Sed hęc
concluſio intelligenda eſt, quod procedit in
caſu quo pater functus eſt officio paterno, ſecus
vero ſi adeo exiguam dotem vni filiæ dediſſet,
vt videretur enormiſſimè læſa, prout bene cõ-

siderant Gramm. in decis. 101. nu. 52. Boer. in
decis. 62. nu. 15. Maran. in 10. disp. nu. 22. &
Ioseph Ludou. in allegata decis. 21. nu. 54. &
seq. & alij, quos plenè refert Marta in voto
187 59. nu. 1. & seq. & per totum. An autem de
huiusmodi paragio filia possit libere testari, si
præmoritur antequã nubat? vide Io. de Amic.
in cons. 30. plenè Loffr. in cons. 26. Brun. in
tract. de statut. exclud. fœmin. art. 11. q. 9. pul-
chrè Laderch. in cons. 25. per totum, & in cõs.
28. Fab. Turrett. in cõs. 75. vol. 2. plenè Hond.
188 in cons. 53. uol. 2. Et an si decedat ab intestato
antequam nubat, transmittat hoc ius petendi
paragiũ ad eius hęredes? vide Vinc. de Franch.
in decis. 618. in 4. par. Mart. in voto 47. per to-
tũ, plenè Cesal. in cons. 22. Io. Andr. de Georg.
in alleg. 11. per totam, & plenissimè Molfes.
super Consuet. Neap. in 4. par. de success. ab in-
189 test. q. 15. per totum. Et an legitima habea-
tur filiæ in bonis paternis, si propter eius pul-
chritudinem, vel nobilitatem fuit à viro do-
tata? Et an agat contra tertium in bonis feu-
dalibus? Et quid si renunciauit? vide eundem
190 de Franch. in decis. 119. Et an in dote, quæ
datur filiæ loco legitimæ possit apponi onus,
quod ea decedente sine filijs reuertatur ad do-
tantem? vide Purpurat. in cons. 164. per tot.
uol. 1. & plenè Franc. Milan. in decis. 10. per
tot. latè Surd. in cons. 113. & Ludou. Morot.
191 in cons. 19. nu. 4. Et quid si hoc pactum appo-
natur à fratre dotante? vide Vinc. de Franch.
192 in decis. 196. Et an pater in dote, quam filiæ
constituit, possit apponere fideicommissum?
vide quæ plenè cumulat Gasp. Thesaur. in q.
193 foren. 63. per totam. Et an dos debita filiæ
succedat per omnia in locum legitimæ, ita vt
omnibus eius priuilegijs fruatur? vide quę pul-
chrè tradit Hier. Gabr. in cons. 11. nu. 2. & seq.
vol. 1. & plenè Ludou. Morot. in cons. 23. per
194 tot. Et an filia antequam nubat ali debeat à
fratre occasione paragij sibi debiti, etiam si ha-
beat aliunde? vide Vinc. de Franch. in decisio.
195 559. in 4. par. Et quid si pater legauit filiæ
mille pro eius dote, cum ad nubilem ætatem
peruenerit, & interim mandauit eã deponi in
loco tuto, & eam de eius fructibus ali, si cum
effectu pecunia depositata non fuit iuxtà præ-
ceptum testatoris, sed filia habuit alimenta à
fratre hærede; an possit petere illud plus, quod
vltra alimenta superlucrari potuisset ex illa pe-
cunia? vide pulchram distinctionem, quam re-
fert Paul. de Castr. in cons. 125. incip. viso te-
196 stamento Ambrosij, vol. 1. Hoc autem lega-
tum filiæ deberi statim quod est duodecim an-
norum, quamuis nupta non sit, tenuit Bald. in
l. qui filium, nu. 4. ff. vbi pupill. educ. deb. Sed
pro veritate vide Mantic. de coniectu. vltim.
volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 18. & seq.

EX ALLEGATIONIBVS V. I. D. SCIPIONIS ROVITI, olim Aduocati primarij, nunc autem Regij Consiliarij, nec non aliorum insignium Aduocatorum, in causa Philippi Spinulæ cum Ioanne Baptista Cataneo, quarum fuit facta mentio supra nu. 140. fol. 194.

197 SEcundo principaliter opponitur, le-
gitimationes Cæsaris, & Stephani es-
se nullas ex duobus capitibus. Primo
quòd non constat de consensu Baldas-
saris legitimantis, & filiorum legitimatorum.
Consensus enim vtriusque requiritur, legiti-
mati, & legitimantis, ex latè tradit. per Tell.
Ferdinand. in l. Taurin glo. 12. nu. 14. consen-
sus filiorum nõ interuenit, qui infantes erant,
nec vlla apparet ratificatio; Consensus Baldas-
saris nullus apparet, imò potius dissensus. Nã
in eius testamento cõdito post legitimationes,
vocat filios naturales, quos non ita vocasset, si
sciuisset filios legitimatos, & licet instituerit
eos hæredes, institutio processit ex concupiscẽ-
tia, & affectione, non quod sciuisset eos legiti-
matos, Anchar. cons. 242. nu. 2. ex tenore pri-
uilegij, & non debebant nominari naturales,
sed legitimi, Bal. in cons. 146. nu. 7. vol. 1. Nec
preces porrectæ Principi probant consensum,
sed debet per alias probationes, & testes pro-
bari, Fulgos. qui id tradit in legitimatione cõs.
33. post nu. 2. vbi allegat tex. in l. omnium, C.
de testam. & in assensu impetrato, dicit decisũ
esse Frecc. de subfeud. lib. 2. q. 24. per tot.
198 Secundo dicit ex alio legitimationes esse
nullas. Nam supposito consensu Baldassaris de-
bebat exprimere Principi, quod nolebat, vel
non poterat dignè, vel commodè contrahere
matrimonium cum concubina, quia legitima-
tio per rescriptum debet fieri in subsidium,
Lopez part. 4. tit. 15. l. 4. glo. 8. Molin. de Hisp.
primog. lib. 3. c. 3. nu. 39.

Sed vtraque obiectio nullius ponderis est, &
clarissimas habet responsiones in facto, & iure.
In facto, nam adest expressus consensus Baldas-

saris

faris legitimatis, vt ex tenore informationum, & legitimationum legitur. Is enim in Curia existens in anno 1579. petijt informationem capi, quod Stephanus infans eius filius naturalis erat ortus ex soluto, & soluta, & informatio capitur eo præsente, & fuit iussum eidem consignari, & facta Regi relatione dictæ informationis, post paucos menses sequitur gratia legitimationis à Principe, & sic obseruatur in legi-
199 timatione Cæsaris, ob quod ex præsentia Patris inducitur verus consensus, *glos. in l. adoptionibus, ff. de adopt. Roma. in l. quæ dotis, nu. 39. ff. solu. matr. Tell. Ferdinand. in l. Taurin. glos. 12. nu. 14.*

200 Et dum priuilegia legitimationum exeunt de Curia, & Cancellaria Principis, præsumitur ea fuisse expedita de mandato, consensu, & voluntate impetrantis. Exeunt enim purgatæ literæ à Cancellaria, decisio est solemnis *Bal. in c. ex parte Decani, nu. 41. de rescrip. vbi Ioan. Andr. & Collectar.* hoc etiam notant, sequitur *Auendan. de exequend. mandat. lib. 2. c. 1. nu. 2. vers. item ipso facto*, & impetrato priuilegio legitimationis à Principe non amplius quæritur, à quo sint preces porrectæ, *est test. in l. vt vniuersi, C. de precib. imper. offer.* vbi omnes notant, & per illum tex. hoc optimè probauit *Hircunt.* in dispensatione à Summo Pótifice obtenta, loquens *conf. 3. super 7. quæstio. num. 6. in argum. pro parte affirmatiua lib. 1.*

201 Præterea factum coram Principe in Curia est notorium, & præsumitur scientia, & approbatio *glos. in c. 1. verb. promissione, de prohib. feu. alien. per Lothar. Cap. decis. 156. n. 23. Scadror. conf. 14. nu. 153. lib. 1.* Et scientia præsumpta absq; alia ratihabitione Baldassaris sufficit pro consensu, maximè dum erat in Curia præsens, *Tell. d. glo. 12. nu. 8. & 9. ad l. Taurin. in legitimatione loquens Mattiens. tit. 8. glo. 1. & 2. l. 10. tit. de success. nu. 11. vers. secundo exigitur de consensu filij.*

202 Accedant prædictis prouida, & honorabilis institutio facta à Baldassare dictis eius filijs in eius testamento, Tutoris datio, Maioratus erectio, & Primogenituræ dictorum eius filiorum, & eorum descendentium, quæ omnia nó concupiscentiā, *vt Auctor. in spurio loquens, d. conf. 241.* considerat, sed patris maximā prouidentiam, & affectionem in naturalibus filijs, obseruari nó solitam in filijs verè legitimatis, inducunt, & arguunt. Quid enim ad Baldassarem spectabat, filijs naturalibus in eius potestate non existentibus, nec de genere Tutorem dare maioratum, & primogenituram cōstituere, qui actus non poterant fieri circa ius patriæ potestatis ex ipsa legitimatione acquisitæ, *ad tex. in l. fi. C. de emancip. liber.*

203 Confirmantur hæc omnia ex clausulis in Priuilegijs legitimationis appositis, ex certa scientia, & motu proprio, quæ tollunt omnem subreptionem. Habent enim clausulam derogatoriam, & nihil opponi potest, quod gratiam annullet, *Roland. conf. 1. num. 61. lib. 3. Germon. de indult. Cardinal. §. sed ex certa liberalitate, per tot. Rodulph. Scadier. conf. 19. nu. 38. volum. 1.* ac etiam ex verbis dispositiuis Principis in priuilegio expressis, vbi Princeps dicit Baldassarem supplicasse. Ibi. Si nos supplicastes. Et verba dispositiua sunt, quādo priuilegium est factum ad id quod conceditur, *Oldrad. conf. 258. Calder. conf. 2. de priuileg. Tiber. Decian. conf. 50. nu. 2. vol. 4.* Et cùm ex eodem priuilegio constet de consensu Principis & supplicantis, perfecta fuit legitimatio, ad ea, quæ tradit *Andr. in c. 1. de controuer. feud. apud par. terminand. nu. 4. & sub nu. 11.* & Principis assertionis credi, ipsi fuisse supplicatum probet *Feder. de Sen. consi. 117.*

204 De consensu filiorum non est quærendum. Iidem enim erunt infantes, qui citra eorū consensum possunt legitimari. *Bar. in l. fi. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Bal. conf. 119. vol. 5. Rauden. de Analog. c. 30. nu. 78. latissimè Lup. de illegitim. comment. 3. §. 4. nu. 47.*

205 Et pro eorum ratihabitione, si requireretur, sufficit sola scientia, quæ in fauorabilibus sufficit, *Surd. decis. 206. nu. 11. Reg. Consiliar. Annius conf. 112. num. 5. vol. 2. & idem Surd. eis. 265. n. 59.* Et quod nō requiratur ratihabitio minorum, postquam sunt effecti maiores, probauit latissimè *D. Anto. de Padill. in l. eam quam, num. 10. C. de fideicom. Guttieres consi. 20. num. 8.*

206 Nec pars potest colligere dissensum Baldassaris, seu ignorantiam legitimationis, ex eo, quòd idem pater dictos filios in testamento naturales nominauit. Nam dicta assertio non potuit præiudicare veræ legitimationi, ita respōdit *Intrigliol. decis. 3. nu. 37. vbi adducit Soc. iun. conf. 89. nu. 16. vol. 2. Soc. sen. conf. 63. nu. 10. vers. aut quærimus, vol. 3. Ruin. conf. 31. nu. 18. vol. 3.* & alios. Præterea nomen naturalis est aptum comprehendere tàm illegitimos, quàm veros, & iustos filios, optime *Lupus de illegit. in præfat. n. 37. Gard. Paleoth. de noth. & spur. c. 37. nu. 3.* & sunt iura clara, *glos. in §. sed hodie, verb. naturalis, instit. de adopt. tex. & ibi glo. in §. 1. vers. naturalis, inst. de bonor. poss. contra tab. & in l. quoties idem sermo, ff. de reg. iur. & Bald. in d. conf. 246. nu. 7. vol. 1.* dat cautelam, vt pater in testamento vocet dictos filios legitimatos, & non naturales, sed nō probat illam assertionem legitimatis filijs præiudicare.

207 Decisio *Freccia d. quæst. 24. de subfeu. lib. 2.* frustra per partem allegatur ad rem nostram in

in terminis legitimationis nostrę, in qua deducimus expressum,& tacitum consensum,scientiam,stylum Cancellariæ, & Curiæ in expeditione priuilegiorum. Ea enim decisio loquitur in confirmatione actus nulli, sequenda per assensum Domini super consensu nouo hæredis in præiudicium tertij, & illa verba assertiua precum porrectarum Principi, inducentia nouum consensum,non operabuntur contra tertium,sed oportebat illum nouum consensum hæredis aliunde probari. In casu nostro de nullius agitur præiudicio, nam legitimatio quòad personam, est donum Principis, quod confertur inuito patre,vt probat *Tell. d. glo. 12.* quòad successionē pater filios instituit, qui etiam si naturales essent, possunt ex testamento patris capere, *glo. in l. 1. ff. de bon. poss. contra tab.* Et si de præiudicio patris ageretur, non adest tertij præiudicium,immo pater ex legitimatione habet potius vtilitatem, & causam lucratiuam, vt probat *Tell. d. glo. 12. nu. 17. circa fi.* Sed hæc valeant pro exuberantia iustitiæ Philippi Spinulæ, cùm cessant dato consensu expresso,& præsumpto dicti Baldassaris.

208 Secunda nullitas à parte ponderata contra legitimationem non obstat,& ex eisdem doctrinis per ipsam adductis confunditur. Illa enim conclusio,quòd pater tenetur exprimere Principi,quòd nolebat,vel non poterat dignè contrahere matrimonium cum concubina, ex qua filios suscepit,intelligitur, quando adest habilitas matrimonij tempore impetrationis, debet significari Principi,quòd hoc non obstante legitimationem concedat, sed si non adest habilitas,vt quòd non sit digna,non est exprimēda hæc qualitas Principi, *Decis. est Angel. in auth. quib. mod. sui efficiantur legitimi, §. licetia*, quem legit super *§. si quis vero nu. 10.* vbi instruit Aduocatos impugnantes legitimationem,& hoc probato annullabitur legitimatio, ita declarat *Greg. Lopez d. par. 4. tit. 15. l. 4. gl. 8. verb. de Borragona, Tell. d. glo. 12. num. 8.* sequitur, & declarat *Mattiens. tit. 8. glos. 1. lib. 10. nu. 10.*

At hic per partem non solum nulla est facta probatio Baldassarem dignè potuisse contrahere matrimonium cum dicta concubina,vt considerat Angel. & cæteri alleg. Sed notorium est ex qualitate Baldassaris notoria, & humilitate concubinæ dignè matrimonium non potuisse contrahi.

209 Præterea dato,& non concesso, quod tempore impetrationis fuisset habilitas contrahendi,adhuc ex clausulis in legitimatione appositis,non obstante aliqua lege in contrarium, ibi (non embargantes las leyes) tollitur omnis nullitas,quæ ex dictis iuribus induceretur circa dictam expressionem. Probat optimè *Anto. de Rossell. de legitim. lib. 2. rubr. de caus. form. legitim. nu. 12. vers. vbi autem impedimentū, Ludouic. a Sardis de natural. liber. in rubr. requisita in legitimatione impetranda, nu. 15. q. 12. in fi. Alex. Trentacinque lib. 1. varia. resol. tit. de legitim. resolu. 2. nu. 4.*

Ex quibus cōstat, quam vana sit dicta secunda oppositio principalis circa nullitates legitimationis.

210 Tertiò principaliter opponitur, legitimationes Cæsaris,& Stephani non esse simplices, sed restrictas in eo,quòd pater, vel alij reliquerint ex testamento,vel donatione, citra præiudicium filiorum legitimorum, & naturalium descendentium,vel ascendentium ex testamento,vel ab intestato. Et cùm sint limitatæ ex testamento, vel ex contractu, taliter legitimatos esse exclusos à successione ab intestato, & successiuè à petitione legitimæ, impugnatione testamenti, cùm petitio legitimæ deferatur à successione ab intestato, quæ etiam non competit legitimatis restrictè quòad successionem,licet plenè quòad personam,& vanum sit disputare,an istæ legitimationes sint simplices legitimationes,& verè seu dispensationes,cùm etiam si dicantur legitimationes, cùm sint restrictæ,dicuntur dispensationes. Et licet dicti filij fuerint instituti hæredes cum onere fideicommissi,non posse retinere legitimam, & trebellianicam,& Decij consultationem 256. esse improbatam,quæ omnia pars ipsa coloratis rationibus,& iuribus probare nixa est.

Sed si hæ partis traditiones ex veris fontibus hauriātur, & originariæ antiquorum scribentium authoritates perpendantur distinctis casibus,in quibus loquuntur,eas minimè subsistere dilucidè demonstrabitur. Vt enim in hoc articulo prudentissimi, & doctissimi Senatores aduerterunt, Moderniores scribentes in hac re adeò inuolutè scripserunt, vt confusa doctrina ex eorum scriptis habeatur. Idcircò distinctè procedendo pro rectissima,& serena mente iudicantium, priuilegia legitimationum aggrediendo,quarum efficacia à tenore priuilegiorū dependet,vt probat *Cæsar Barzius decis. 91. nu. 28.* earum clausulas ponderabimus. Ex quibus plenitudo legitimationum demonstrabitur. & proinde Stephanum,& Cæsarem, & ex

211 eorū persona Philippum Spinulam pro consequenda legitima,& trebellianica esse immittendum in possessionem bonorum Baldassaris, & insimul iura, & scribentium authoritates per partem adductas refellemus,

212 Prima ergo clausula est, dum Princeps dictos filios legitimos, & capaces facit ad honores,officia,gratias,mercedes,immunitates, & ad omnia alia, de quibus de iure expresse esset facienda mētio. Verbum enim, Legitimamus, impor-

importat restitutionem antiquæ ingenuitatis, & naturæ, *Ang. consi. 17. nu. 4. Ruin. in l. gallus, § si eius, nu. 48. ff. de lib. & posthum. Ruin. cõs. 145. nu. 1. vol. 3. Bal. in l. 1. C. de iur. annul. aureor. Roland. cons. 96. nu. 23. vol. 3. Eugen. cons. 53. nu. 15. Greg. Lopez in l. 9. tit. 18. par. 3. verb. empescere, Azeued. in l. 12. Taurin. lib. 5. num. 1. Peregrin. de fideicommiss. artic. 23. num. 35.*

213 Secunda est clausula. Nam Princeps abolet omnem maculæ notam, & infamiam ortam ex defectu natalium, etiam restituit ad omnia iura, & alia, quæ possunt habere orti ex legitimo matrimonio. Quibus verbis legitimatio dicitur à Principe facta non solùm collatiuè, sed etiam restitutiuè, & plenissimè. *Dec. cons. 218. col. pen. Roland. cons. 96. num. 3. vol. 3. Eugen. cons. 33. nu. 5. & num. 23.* vbi optimè declarat hanc doctrinam, quæ fuit *Butr. in c. per venerabilem, extr. qui filij sint legit. Gozadi. consi. 6. num. 62.*

214 Tertia clausula est. Nam legitimantur ad succedendum ex testamento vel donatione. Et licet non dicatur ab intestato, ibidem immediatè ex sequentibus verbis in legitimatione expressis leguntur expressa verba ab intestato, & etiam legitimatum ex testamẽto posse ab intestato succedere fundauimus.

215 Et primo consideretur clausula subsequẽs, citra præiuditium descendentium, vel ascendentium ex testamento, vel ab intestato, in quo vult Princeps, quòd filij legitimati non possint præiudicare filijs descendentibus, & ascendentibus ex testamento, vel ab intestato. At si filij ex tenore legitimationis non admitterentur ad successionem ab intestato, nullatenus potuissẽt præiudicare filijs, & descendẽtibus ab intestato. Nam cum eis non concurrerent in casu intestati, cum in illum casum non fuissent legitimati. Non entis enim nullæ sunt partes, & verba Principis ab intestato nihil operarẽtur, *ad tex. in l. si quando, ff. de leg. 1.* quem tex. procedere in rescripto, Priuilegio, contractu, & sententia probat *Scadrer. de feud. par. 1. quæst. 5. nu. 10.* Et ne desit punctualis decisio, videatur quæso, *Alcia. cons. 19. nu. 5. vers. confirmatur, vol. 4.* qui hac ratione successionem ab intestato deducit.

216 Secundo, quòd dicti filij valeant ab intestato succedere, colligitur attenta expressa voluntate tàm Principis legitimantis, quàm impetrantis, quod suadetur ex tenore precum Principi porrectarum. Dicitur enim in precibus, quòd supplicatur Principi, vt filios velit legitimare, por heredar, y honores, y officios, & subsequitur gratia Principis similia verba significans, & sub verbo heredar, intelligitur vtraque successio tàm ex testamento, quàm ab intestato, probat *Greg. Lopez tit. 15. l. 9. par. 4. verb. herederos, & est expressa lex 12. Thori,* quę loquitur per verbum hereditar, & complectitur vtramque successionem ex testamẽto, & & ab intestato. Regis enim concessio regulatur à precibus patris, *Bal. in c. inter dilectos, num. 19. de fid. instr. Felin. ibid. nu. 14. Paris. cons. 9. nu. 4. & in terminis legitimationis, Ias. consi. 202. nu. 25. vers. 8. vol. 2. Mascard. de probat. concl. 1422. verb. voluntas,* & dum deinde filios instituit, declarauit eius voluntatem, quòd volebat eos succedere ab intestato, *Alba. cons. 206. in fi. vol. 2.*

217 Tertio hoc suadetur authoritate scribentiũ, qui scripserunt legitimatum plenè cum restitutione natalium in eo, quod patri placuerit, succedere patri ex testamento, & ab intestato, *per tex. in l. conficiuntur, ff. de iur. codicill. & hi sunt, Ias. cons. 202. nu. 2. & nu. 27. vers. secundo principaliter, vol. 2. Bertaz. cons. ciuil. 116. nu. 28.* qui loquuntur in legitimato cum clausula strictiori, videlicet, vt nõ succedat patri, neque ex testamento, neq; ab intestato, nisi processerit de eius voluntate. Et sic legitimatio incipit ab exclusione, & tamen concludunt legitimatum succedere ab intestato, ex tacita voluntate defuncti, probat etiam *Ias. in rub. ff. de liber. & posth. nu. 14. Alcia. ibid. n. 33. Couar. par. 2. de sponsal. c. 8. § 8. sub num. 3. vers. sed si quis legitimus efficiatur, Paris. cons. 7. nu. 29. vol. 2. Surd. decis. 272. nu. 9. & per tot. Mãdel. cõs. 206. nu. 4. & 5. vol. 2. Valasc. in praxi partit. c. 12. nu. 41.* & hæc est verissima iuris conclusio, quam pars etiam fatetur, dum quatuor constituit casus, quando filius legitimatus suc-
218 cedat ab intestato. Primum, quando est legitimatus in eo, quod patri placuerit. Secundum, quando fuit legitimatus ex testamento, & ab
219 intestato. Et his duobus casibus probat filium legitimatum succedere ab intestato, & nos assentimur.

220 Tertium constituit casum, quando in legitimatione adest clausula citra præiuditium venientium ab intestato, & eo casu dicit filium legitimatum non succedere ab intestato; Et licet dicta clausula nõ sit in nostris legitimationibus, pars dicit loco dictæ clausulæ esse appositam clausulam, citra præiuditium filiorum legitimorum, & naturalium descendentium, & ascendentium, quam dicit non differre à dicta clausula citra præiuditium venientium ab intestato, ad hũc effectum, vt filius legitimatus ab intestato non succedat. Sed hic tertius casus à parte consideratus iure non probatur, si quidem satis differt clausula hæc, citra præiuditiũ lineæ descendentis, & ascendentis, apposita in nostris legitimationibus à clausula, citra pręiuditium venientium ab intestato. Nam primo

casu

casu extra ascendentes, & descendentes in causa intestati, legitimati excludunt omnes ab intestato venientes. In secundo casu ab omnibus ab intestato venientibus excluduntur, præterquàm ab vxore, & à Fisco. Licet etiam hoc casu hæc assertio habeat contradictores grauissimi ponderis, qui tenuerunt filios legitimatos etiã virtute dictæ clausulæ non excludi à successione ab intestato, ne alias legitimatio esset elusoria, ex quo nullus sine hærede moritur. Et proinde ad descendentes, & ascendentes restringi, vt latissimè per *Lup. de illegitim. comment. 3. §. 1. nu. 65. Peregr. de fideicommiss. art. 23. nu. 85.* Et licet *Lup. d. §. 1. nu. 60.* dicat, legitimatos cũ dicta clausula, sine p̃iuditio veniẽtiũ ab intestato, nõ posse testamentũ impugnare, nec legitimã consequi, ex quo legitima nõ cõpetit, nisi his, qui ab intestato succedũt. Tñ contrariũ dicit fuisse decisum in Rota Romana apud *Cesa. de Graff. decis. 179.* Sed tamen quicquid sit de hac clausula, sufficit nobis hanc clausulam non adesse in nostra legitimatione, & virtute clausulę, citra præiuditium lineæ descendentis, & ascendentis, admitti ad successionem intestati extra descendentes, & ascendentes, & ita vno ore ab omnibus recipi, cõtra partis assertionẽ.

221 Quartum constituit casum, quando filius legitimatur plenè cum restitutione natalium, sed limitatè quoad succedendum ex testamento, vel donatione, & tũc; quia est limitatus modus succedendi, & nõ dicitur ab intestato, ideo nec filius legitimatus ab intestato succedit, & hunc dicit esse casum nostrarum legitimationum. Et ex his infert Stephano, & Cæsari nullam cõpetere legitimã, cùm nõ sint ab intestato successuri ex vulgatissimis regulis. Sed manifestiùs, quàm in tertio casu decipitur, & pro sua tuẽda sentẽtia adducit infrascriptos scribẽtes, qui loquũtur expressè in filijs spurijs, qui neq; ex testamento, nec ab intestato succedunt, & in legitimatis ad succedẽdum sine restitutione natalium, *Peregr. d. art. 23. nu. 86. de fideicommiss. Tell. d. glo. 12. nu. 24.* & est apud omnes indubitatum, & vt ad oculum demonstrentur, sunt, videlicet.

Curt. sen. cons. 73. num. 6. vsq; ad 8. Alciat. cons. 19. in prin. vol. 4. Ias. in rubr. ff. de libe. & posth. nu. 14. qui mouentur authoritute *Ioan. And. ad Speculat. tit. de success. §. 1. verb. Goffredus*, vbi expressè loquitur in spurijs, & dispensatis, & dicit adesse clausulam ex stylo Curiæ Romanæ, videlicet. Ita tamen quòd si dictũ suum patrem prolem legitimam habere contigerit nõ coęquieris eidẽ, sed congruã ab illo possis habere portionem. Et in spurio posuerat casum ibidem *Speculat.* & ita optimè declarat idem *Alcia. in rub. ff. de lib. & posth. nu. 33.* inferius citandus, qui authoritate *Io. Andr. loco cit.* in spurio hoc probat, imò *Alcia. d. cons. 19. vol. 4.* contrarium probat, vt infra citabitur. *Lup. de illegitim. commen. 3. §. 1. num. 53.* qui etiam in spurio loquitur, *Ias. in rub. ff. de libe. & posthum. nu. 14.* sed hic pro nostra est sententia, & se declarat *cons. 202. nu. 2. volum. 2. & Peregrin. de fideicommiss. art. 36. nu. 9.* Verum hic loquitur in spurio, & dispensato, nam allegat *Alex. cons. 30. vol. 4.* in dispensato loquentem. *Barsat. cons. 355. nu. 27. vol. 4.* qui pauca verba expendit, & loquitur in eo, qui fuit legitimatus, vt sit capax institutionis, & non integrè quoad personam, *alleg. Bero. cons. 177. nu. 2. volum. 2.* qui in diuersis terminis respondit. *Riminald. iun. cons. 194. nu. 29. volum. 2.* vbi hoc non dicit, sed tenet opinionem, quod legitimatus post mortem patris ex testamento, vel ab intestato non habet successionem contra testamentum prius conditum ante mortem, & legitimationem secutam, & est iuridica Rimin. iun. consultatio, & sic satis est diuersus casus à nostro. *Laudens. de legitimatione tom. 8. par. 2. nu. 67.* qui clarissimè loquitur in dispensato. Allegat enim toties repetenda cons. *Alex. cons. 30. vol. 4. & cons. 185. vol. 5.* qui respõdit in spurio, & dispensato, & non in legitimato.

222 Vnde hic casus quartus à parte consideratus non probatur ex authoritatibus per eam congestis, nec etiam ratione consistit. Si enim vera est iuris conclusio, & pars in primo casu fatetur legitimatum simpliciter in eo, quod patri placuerit, vel reliquerit, posse succedere ab intestato, nullo facto testamento ex tacita voluntate defuncti, & eadem pars probat dici successionem limitatam, & verum est dicere hanc formam legitimationis in eo, quod patri placuerit, vel reliquerit, non posse verificari, nisi in relicto ex testamento, vel alia vltima voluntate, & dato ex donatione, vel contractu, quæ ratio est differentiæ, quod in hoc casu filius legitimatus potest succedere ab intestato, & quando exprimuntur hæ clausulæ, ex testamento, vel donatione, quæ clausulæ non modo subintelligebantur, sed de alijs nõ possunt exaudiri, non possit ab intestato succedere? cum vtroque casu militet tacita voluntas testatoris, ex qua filius legitimatus ad successionẽ admittitur *ex l. conficiuntur, ff. de iur. codicill. & hoc sentit Ias. optimè cons. 202. vol. 2.* & quod isti modi expressi non limitent, sed augeant, probauit in terminis *Ruin. cons. 84. nu. 1. vol. 3. & probauit Alciat. cons. 19. sub nu. 4. vol. 4.*

223 Præterea, si attenta hac forma legitimationis excluderetur filius à successione ab intestato, inutilis esset, immo damnosa dicta legitimatio. Nam pater naturalis potest in testamento filios naturales in vniuersa hæreditate instituere, ac inter viuos donare, relicta

paten-

parentibus legitima, *auth. licet, C. de natu. lib.* ac etiã de iure Hispanico, vt in *l. taur. 19. in fi.* vbi datur plenius arbitriũ, sublata necessitate relinquendi parentibus etiam legitimam, esset quoque damnosa, quia per hãc formã est sublata potestas disponẽdi in beneficium legitimatorum, non solum quando adsunt descendentes, sed etiam ascendentes, quorum interesse non est in consideratione, ad impediendum dispositionem in beneficium filiorum legitimatorum, etiam circumscripta legitimatione, attento iure communi, & Hispanico. Ergo non est præsumendum, quòd pater voluerit filijs procurare actum nociuum, immo vtilem, quæ vtilitas in alio non consistit, nisi in successione ab intestato, ad *tex. in l. & magis, ff. de solut.*

Hinc concluditur, vt dum hic filius legitimatus admittitur ad successionem ab intestato in vniuerso, & data successione ab intestato, pernecesse debeat habere legitimam. Non video, cõcludentem rationem diuersitatis, quòd hic filius ab intestato successurus, ex quo habet ius in legitima, hæres à patre institutus, & grauatus more fideicommissi non possit legitimam, & trebellianicã deducere, seu retinere.

224 Roborantur tandem prædicta, si consideremus vltimam clausulam in vtraque legitimatione Stephani, & Cæsaris positam ibi, Y le restituimos à todos los derechos, y frãquezas. Per quam clausulam vterque filius restituitur ad omnia iura, quæ habere, & tenere possunt quicunque sunt de legitimo matrimonio nati, & procreati, & si vterque est restitutus ad omnia iura, quę habent filij legitimi, & naturales, & ijdem filij habẽt successionem ab intestato, vt filij legitimi, & naturales. Simplex enim restitutio natalium operatur admissionem legitimati ad succedendum actiuè, & passiuè, & ab intestato, etiam si de successione nulla facta sit mentio, *tex. est in §. reliqui, in princ. & §. generaliter, in fi. in auth. quib. mod. nat. effi. sui, Ias. cons. 40. nu. 1. vol. 3. Nicol. de V bald. de succes. ab intest. par. 1. nu. 115. vers. an autem.* & est indubitata conclusio.

225 Quæ clausula cum sit amplissima in fine posita, quæ postea nullam habet restrictionem, & ideò quantumuis legitimatio sit à principio restricta, tamen dum in fine adest clausula generalis, quę comprehendit successionem ab intestato, ab ea est regulanda. Præsertim quę redditur conformis precibus porrectis per patrẽ, & concessioni factæ per Principem, vt superius ponderauimus, & maximè in legitimatione per rescriptum, quæ est fauorabilis, & extendenda ad casum non expressum, vt disertè hæc omnia considerat *Intrigli. decis. 3. nu. 112. & 116.*

Ex ex his satis pro dote huius tertiæ clausulæ principalis, quoad successionem ab intestato diximus.

226 Quarta clausula est, citra præiudicium filiorum legitimorum, & naturalium, seu lineę ascendentis, & descendentis, quæ clausula est solita apponi, ne præiudicetur filijs existentibus tẽpore legitimationis, concurrerent enim legitimati cum filijs legitimis, & naturalibus ex *l. 12. tauri*, vt probat *Gregor. Lopez tit. 15. l. 9. par. 4. uerb. si los huuieres, Garz. de nobil. Hispan. gloss. 21. nu. 69. vers. itaq; si filij legitimati extent. Matthiens. d. lib. 5. l. 10. tit. 8. gl. 2. nu. 2.* Quò verò ad filios susceptos post legitimationem, circumscripta hac clausula, legitimati habent de iure nouo quintam, & eis nõ existentibus legitimati succedunt ex testamento, & ab intestato, præteriti rumpunt, & infirmant testamentum patris de iure Romano, & Hispanico probãt *Geruãt. in l. 12. tau. nu. 40. & 44. Piccard.* qui alios recenset *tit. 1. de hereditat. quæ ab intest. defer. §. 1. nu. 13. & 17.*

227 Quoad lineam ascendentem de iure Hispan. & Romano, poterat pater suam substantiam totam filijs naturalibus relinquere, vt superius probauimus ex *l. 10. taur. posita sub l. 8. vbi Matthiens. tit. 8. l. 10. glos. 1. num. 17.* sed virtute dictæ clausulæ reseruatur ascendentibus ius successionis ab intestato. *Tob. Non. cõs. 76. nu. 6. Bero. cons. 168. nu. 19. vol. 2.* qui subdit extra ascendentes, & descendentes legitimatos excludere transuersales, & omnes ab intestato venientes, prout in casu nostro succedunt ex testamento, & ab intestato, impugnãt, & de inofficioso agunt contra patris testamẽtum, & ideò minus rectè censuit pars, quòd legitimatus facto testamento per patrem non potest illud impugnare, sed poterit ab intestato succedere, allegãdo *Alex. cons. 30. vol. 4. & cons. vlt. vol. 5. & Dec. cons. 164. nu. 3.* Nam vltra quod præcitati DD. loquuntur in spurijs, dispensatis, & taxatis, & illegitimis, quibus non datur ius succedendi ab intestato, si legitimati cum restitutione natalium etiam secundum partem succedunt ab intestato, & cõcessa successione competat legitima, quomodo nõ possunt impugnare, & de inofficioso agere?

228 Quinta clausula est ibi, Que pueda hauer, y heredar todos, y qualquier bienes, que por vos en vuestra vida, ò muerte, por testamento, ò postrera voluntad, ò por otra manda, y donacion fueran dados, dexados, ò mandados en qualquier manera, quæ clausula non restringit legitimationem, & est simplex. Non enim adsunt, nec leguntur verba, in eo quod patri visum fuerit, vel placuerit, quæ secundum partem, licet male faciunt limitatam successionẽ, immò hoc decet iustum Principem, vt secundum patris voluntatem succedat. Non enim vult,

vult, neq; potest Princeps filium legitimare, vt contra patris voluntatem succedat, *l. si testamentum, C. de testam. Mantic. de coniect. vltim. uolunt. lib. 11. tit. 3. nu. 9. Menoch. de præsumpt. c. 79. nu. 23.* Et nos superius fundauimus esse legitimatos plenissimè cũ restitutione nataliũ, posse succedere ex testamento, & ab intestato, testamentum impugnare, & de inofficioso agere, consequens est debere obtinere legitimam, & eam nullum onus, vel grauamen recipere ad instar filiorum legitimorum, & naturalium. Ita censuerunt *Ruin. conf. 149. sub nu. 9. uol. 3. Riminal. iun. conf. 469. nu. 11. uol. 4. Cephal. cõs. 117. col. 1. per tot. Io. Petr. Surd. conf. 185. nu. 22. uol. 2. Ias. conf. 202. nu. 22. & 29. uol. 2. Lopez in l. 9. tit. 18. par. 3. uerb. ex testamento in princ.* dum æquiparat legitimatos ex forma illius legis, ex testamento, vel ab intestato legitimationi simplici, *Laderch. cõs. 170. per tot. Couar. disertè lib. 4. uar. resolut. c. 21. uers. non oberunt huic sententiæ, & uers. secũda ratio, qua utebamur, Azeued. lib. 5. recompilat. leg. Hisp. l. 10. num. 40.* Et lex est expressa *12. tabul.* & ibi *Matthieus. glos. 9. nu. 1.* quòd isti legitimati, non obstante dicta modificatione, in nihilo differunt à legitimis, & naturalibus.

229 Quibus accedant verba illa posita in legitimatione. Paraque pueda hauer, y heredar. Verbum enim, potest, inducit causatiuè necessitatem succedendi, ex communi Scribentium sententia in *l. Gallus, in princ. ff. de lib. & posth. ubi Bart. nu. 4. Ias. nu. 16. Alban. num. 2. Soc. conf. 350. nu. 15. uol. 2. Est tex. in l. 3. § si quis acceperit, ff. de stat. liber.* sentit *Azeued. loco citato, sub nu. 40.*

Ceterũ licèt nostræ legitimationes tot clausulis roboratæ, plenè simplices natalium restitutiue appareant, adeo vt sic legitimati in omnibus æquiparentur filijs ab initio legitimis, videlicet, quoad suitatem, successionem, legitimam, querelam inofficiosi institutionem, & alia iuris remedia, vt probant *Peregr. de fideicomm. art. 23. nu. 28. omnes Tauristæ in l. 12. tauri. Castill. nu. 12. Palat. num. 32. Ceruant. nu. 47. Gomez. num. 43. Matthiens. lib. 5. l. 10. glos. 7. nu. 3. & ibid. Azeued. nu. 39.*

230 Attamen, quoniam pars acerrimè contendit nostras legitimationes, licèt integras, & plenas quoad personam, per illam clausulam, qua habilitantur filij ad succedendum ex testamẽto, vel ab intestato in eo quod pater, vel alij relinquere voluerunt, esse restrictas, & filios sic legitimatos nihil posse capere contra voluntatem patris, nec testamentum impugnare, nec legitimam habere, & pro sua tuenda sententia plurimas congessit Scribentium authoritates, & hi sunt, videlicet, *Alex. conf. 30. in fi. uol. 4. Soc. & Ias. in rub. ff. de lib. & posthum. nu. 14. Riminald. sen. conf. 289. lib. 2. Alciat. conf. 98. nu. 5. lib. 9. & in rubr. ff. de lib. & posth. nu. 33. Gabr. conf. 24. nu. 22. lib. 2. Dec. conf. 264. col. pen. Rip. respons. 19. tit. de substitut. Decian. conf. 19. nu. 63. vol. 1. Siluan. conf. 45. num. 21. Bursat. conf. 355. nu. 60. uol. 4. Cas. de Grassi decis. Rotæ Romanæ 179. Pereg. de fideicommis. art. 36. num. 9. Mantic. de coniect. ult. uolunt. lib. 7. tit. 11. in fi. Costa de portione rata, q. 156. nu. 3. Lup. de illegitim. comment. 3. § 1. nu. 53.* Ex Hispan. *Suares ad Gomez var. resol. tom. 3. c. 11. nu. 28. lit. B. Tellus glos. 12. nu. 26. & 27. Matthiens. tit. 8. l. 10. glos. 1. nu. 6. Azeued. in l. 10. taur. num 41. Perez lib. 5. ordinat. tit. 11. nu. 2. Auendan. in d. l. 10. taur. Molin. Iesuita de iustit. & iur. disput. 173. nu. 12. Segurra in l. 1. § si vir, ff. de acq. possess.*

Idcirco vt euitemus DD. Scribent. authoritates à parte congestas, & demonstremus in diuersis casibus loqui, & nõ posse eorum dicta nostris legitimationibus applicari, obseruanda est in hoc articulo diserta traditio *Menochij in conf. 737. vol. 7.* quem sequutus est *Costa d. q. 156. nu. 5.* Menoch. enim pro recta huius articuli explicatione quatuor constituit casus, quos nos vti verissimos comprobabimus.

231 Primus est, cũ legitimatio fit simpliciter cũ restitutione natalium, & hic casus nullam habet difficultatem, & legitimatus habet omnia iura legitimorum, vt paulò ante ex Peregr. & alijs Tauristis fundauimus.

232 Secundus est casus, quando filius nõ restituitur natalibus, & ad primæua iura, sed tantum dispensatur, vt succedat ex testamento, vel ab intestato, in eo, quod patri placuerit, vel ad certos effectus. Potest enim fieri dispẽsatio quoad successionem, & non quoad restitutionem natalium, *Curt. sen. conf. 16. num. 16. Alex. conf. 189. vol. 5. Burgos. de Paz. in l. 3. taur. par. 1. nu. 325. Gail pract. obseruat. lib. 2. c. 42. nu. 17.* Et hoc casu cũ filius dicatur dispẽsatus quoad successionem, extra casum successionis remanet illegitimus, & si pater modicum, vel nihil pro legitima reliquerit, non potest filius supplementum legitimæ petere, nec conqueri cõtra tabulas paternas, ita scripserunt, videlicet, *Alex. conf. 30. in fi. vol. 4. sub num. 4. vers. sed ita est, quod D. Ioannes, Dec. conf. 263. col. fin. Alciat. conf. 98. lib. 9. in fi. Paris. cõs. 7. nu. 52. & 57. vol. 2.* quos recenset *Menoch. d. cõs. 737. nu. 7. vers. secundus est casus.* Et his adijcio *Alex. conf. 189. per lectis lib. 5.* vbi expresse loquitur in dispensato, ibi, videlicet, verum est in vera legitimatione cũ reintegratione status, sed in vim dispensationis bene potest valere, Addentes ibi, qui ita declarant, immò in casu

Alex.

Alex. posita erat clausula, & lex in legitimatione, seu dispensatione, quòd ille Franciscus admittatur ad successionem vsque ad legitimam, vel minorem, prout Leonardus pater assignauerit. *Ang. cons. 264.* Gui. Papa, qui allegatur per *Alex. d. cons. 30. & Alciat. d. cons. 98.* quì expressè loquitur in dispensato, & dicit, quòd fuit sublata macula quoad potētiam succedendi, & ex themate apparet loqui in dispensato sine restitutione natalium. *Dec. in l. 1. C. de bon. poss. contra tab. nu. 10. vers. et quod dictū est,* vbi allegat *Alex. d. cons. 30.* & etiam inferius declarabitur. *Siluan. cons. 45. ubi nu. 19.* inquit, quòd potest cum illegitimo dispensari quoad aliquem effectum, & dicitur dispēsatio, non legitimatio, auctoritate *Alex. d. cons. 30. & num. 21.* inquit, quòd talis dispensatus non rumpit testamentum, nec habebit querelam, & si pater nihil reliquerit, non habebit legitimā, nec eius supplementum, si minus ea reliquerit, authoritate eiusdem *Alex. d. cons. 189. lib. 5.* quem etiam superius declarauimus. In dispensato hoc probasse ea etiam adiecta lege pro limitatione legitimæ, & num. 38. dicit Siluan. illum fuisse dispensatum absque restitutione natalium, *Pau. de Cast. cōs. 200. vers. præterea notandum, lib. 2.* vbi loquitur in dispensato sine restitutione natalium, *Ias. cons. 162. vol. 2.* vbi posuit casum in legitimato cum clausula taxatiua tantum, in eo quod patri placuerit, & in *rubr. ff. de liber. & posthum. num. 14. vers. posses dicere,* loquitur in dispensato, & meminit *d. cons. 202. lib. 2. Soc. in d. rubr. nu. 12. ff. de liber. & posthum.* inquit, quòd dispensatus in successione ex testamento, vel ab intestato non operatur contra testamentum, allegat *tex. in c. 1. de fil. presbyt. in 6. Riminald. sen. cons. 289. lib. 2.* qui fundatè allegatur per Tell. & Matthiens. locis citatis, per partem adductis, consuluit in eadem causa, in qua consuluit *Alex. d. cons. 30.* vt ex themate cons. legitur, & ijdem responderunt in spurio, qui semper dicitur dispensatus, & ita seipsum, & Alexand. in spurio loquentes, num. 48. declarat. Et hic casus à nostris legitimationibus, stante amplissima legitimatione, & restitutione nataliū, in eo quod patri placuerit, alienus est.

233 Tertius est casus, ex traditione Menoch. quando fit legitimatio cum restitutione natalium ex dicta lege, & pacto, etiam si minus, vel nihil pater pro legitima reliquerit. Tunc licèt filius dicatur plenè legitimatus quoad personam, poterit in legitima grauari, probāt *Dec. cons. 263. num. 3. vers. secunda alia ratione,* & paulo inferius, *vers. quid enim si Margarita, & vers. sed quicquid sit.* & quomodocūque sint verba legitimationis, sufficit non posse petere legitimam, stante supradicta forma legitimationis, idem *Dec. cons. 256. num. 1. Paris. cons. 7. num. 10. lib. 2. Mandell. Alba cons. 7. nu. 2. vol. 1. Hieron. Gabriel cons. 24. num. 14. lib. 2. Riminald. iun. cons. 469. num. 26. vol. 4.* quos recenset *Menoch. d. cons. 737. vers. quartus, et vltimus est casus,* & his adijcio *Cephal. cons. 117. nu. 11. vers. prout fuit obseruatum in casu Dec. vol. 1. Ias. cons. 162. num. 2. lib. 2. Suar. in l. quoniam in prioribus, limit. 12. in fi. C. de inoff. test. Garsia de nobilit. Hisp. glos. 21. num. 84. Couarr. de sponsal. c. 8. §. 8. vers. licet esset legitimatus,* ibi, *vel quia fuge, vel clausula legitimationis, ut permisiū,* & ita intelligit *Dec. Alex. & Ias. Alexand. d. cons. 189. lib. 5.* perlectis, quem secundo casu adduximus.

234 Declaratur hic casus, quando expressè, vel ex certis cōiecturis appareret patrem voluisse filium in legitima grauare, vel fuisset præteritus, vt in casu Decij in cōs. 263. seu 264. in quo illa Margarita fuerat præterita. Secus verò si pater instituerit filium hæredem, & eum grauauerit hæreditatem restituere, tunc poterit filius legitimatus, institutus, & admissus retinere legitimam, & trebellianicā, non obstante lege legitimationis, qua pater non obligabatur relinquere legitimam. Ita optimè cōsuluit idē *Dec. cons. 256. alias 257. per tot.* & suā consultatione probauit legendo in *l. precibus, nu. 24. C. de impub. et alijs substit.* & Dec. sūt sequuti. *Addent. ad Dec. d. cons. 256. ibi, & benè, & ijdē in d. l. precibus. Rip. in l. centurio, nu. 46. ff. de vulg. & idem respons. 19. tit. de substit. Gabr. in d. l. centurio num. 8. Ias. cons. 162. vol. 2.* vbi in casu suo inquit, quòd licet pater poterat priuare filium legitima ex lege legitimationis, nō constabat de eius voluntate. *Io. Petr. Surd. cōs. 185. nu. 20. vol. 2. Couar. d. 2. par. c. 8. §. 8. nu. 4. vers. nam si præter hæc, vbi inquit consi. Dec.* sibi non displicere, quando voluntas testatoris esset dubia. *Sarmiens. lib. 2. solut. c. 7. num. 14.* licet dicat rationes Decij esse falsas. *Gabriel. cons. 24. n. 10. vol. 2.* qui contra Deci. allegatur, & malè, is enim nu. 15. se remittit cons. Dec. in Trebellianica, & paulò inferius respondendo cons. Dec. illud firmare videtur, dum dicit, quòd in casu Dec. fideicommissum erat vniuersale, & sortiebatur effectum suum deducta legitima, in quibus non apparebat patrem voluisse grauare filium legitima, & filius fuerat agnitus à patre. *Gomez. varia. resol. tom. 1. c. 11. nu. 28. Lup. de illegitim. comment. 3. §. 1. nu. 64. in fi. ubi alleg. d. cons. Dec. Rota Romana nouiss. decis. 353. 354. & 355. in qua vltima refertur decisio Rot. Romanæ, secundum cons. Dec. 256. licet alleget cons. Curt. iun. 254. vol. 3. quod est idem punctualiter cum cons. Dec. 256. quod re vera fuit Decij, & non Curtij, vt eadem Rota testatur d. decis. 354. & eadem decisiones erāt*

S prim

prius impressa sub Cæsar. de Graff. vt in decis. 179. vbi in fine pro cons. Decij fuisse conclusũ, & inferius hæc decisio accuratiùs declarabitur in responsi. ad auctoritates in contrarium allegatas. *Alciat. qui Deci. comprobauit in consi.* 113. *num.* 11. *lib.* 9. licet non ignorem à Decio dissensisse. *Alciat. sibi contrarium in cons.* 98. *lib.* 11. *in fi. & in rub. ff. de lib. & posthum. nu.* 34. *& in l. nemo potest, nu.* 30. *ff. de leg.* 1. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *titu.* 11. *nu.* 10. *Peregr. de fideicom. art.* 36. *sub nu.* 10. *Caldas in l. si curatorem habens*, C. *de restit. in integr. verb. fine curatore, nu.* 52. *Tell. in d. l.* 12. *Taurin. nu.* 27. qui omnes mouentur auctoritate Alciat. quæ inferius à nobis declarabitur, *Mantiens. d. tit.* 8. *glo.* 1. *nu.* 6. qui contra Decium concludunt.

Ex his constat Dec. consultationem esse receptiorem, & veriorem esse demonstrabimus, si rationes, quibus paulò ante citati scribentes contrarium sentientes, mouentur refellimus.

235 Primò *d. Tell. d. l.* 12. *nu.* 27. quærit Dec. cõuincere vti contrarium in eius consultationibus 264. & 256. inquit *enim Tell. Dec. in cons.* 264. dixisse, quòd qualitercunque se habeant verba legitimationis, & sit plena, sufficit, ꝙ successio sit limitata in eo, quod patri placuerit, & non possit succedere ex testamento, nisi in eo, quod patri placuerit, sed si rectè perpendantur consilia Decij diuersus est casus consi. Dec. 256 & cons. 264. Nam in cons. 264. illa Margarita erat præterita, & non habebat voluntatem patris, & in legitimatione erat clausula, quòd nõ posset conqueri de legitima, & in eo dicit Dec. quòd volebat videre verba legitimationis, si esset legitimatio, vel dispensatio. Et deinde se resoluit, quòd vtcunque se habeant verba legitimationis, vel sit dispensatio, vel legitimatio, sufficit non posse petere legitimam stante supradicta forma legitimationis. Non enim se fundat Deci. quòd legitimatio in eo, quod patri placuerit, sit limitata etiam respectu legitimæ, vt Tell. dicit, sed ad formam legitimationis, qua excludebatur à legitima ex lege in priuilegio legitimationis apposita, At in consil. Dec. 256. filius erat institutus, & habebat patris voluntatem, & à patre fuerat agnitus, vt considerat *Gabriel d. cons.* 24. *nu.* 16. *uolum.* 2. Nimirum si iuridica est Decij cousultatio, ꝙ possit filius sic legitimatus, legitimam, & trebellianicam retinere.

236 Nec potest allegari in contrarium *Dec. in l. precibus. nu.* 24. *C. de impuber.* quod suam mutauerit sententiam in lecturis, & ei magis in lecturis sit credendum. Nam Dec. consultationem suam in d. cõs. 256. comprobauit in lecturis, & ita ab omnibus citatur, & D. Tell. in d. l. 12. nu. 27. qui conuincere voluit Deci. nota contrarietatis in d. cons. 264. hoc aduertisset, si cognouisset eum contrarium in lecturis, immò dicit Dec. suam opinionem consultationis traditæ in cons. 256. comprobasse in lecturis, & hoc fatetur Caldas paulò ante citato verb. sine curatore, nu. 52.

Et licet ibidem Dec. in d. l. precibus, respectu militis, voluerit arguere, quòd in fideicommisso vniuersali includatur legitima, & quòd miles voluerit vti priuilegio suo, quo poterat grauare filiũ in legitima. Addent. ibid. dicũt Dec. malè argumentasse, & melius dixisse in d. cons. 256. in fi. Solent enim lectores ad acuenda ingenia scholarium, aliquam opinionem in medium adducere, non vt eam teneant, & proinde sequenda est opinio, quam Lectores in consilijs tenuerunt, non in lecturis, *Paris. cons.* 91. *nu.* 48. *vol.* 7. *Corat. in commu. lib.* 6. *inspect.* 2. *num.* 17. *in fi.* vbi hoc affirmat, etiam si lecturæ essent post consilia. Et si diceremus hanc opinionem respectu militis tenuisse Deci. in d. l. precibus, adhuc contraria opinio verior, & receptior est, quam probant *glos. in d. l. precibus, Addent. ad Dec. in d. l. precibus, qui allegant Picum, & Ripam Galicola in l. centurio. num.* 78. *ff. de vulgar. Menoch. de præsump. lib.* 4. *præsump.* 196. *nu.* 18. *Peregri. de fideicommiss. art.* 8. *nu.* 40. *& art.* 36. *nu.* 22. *Couar. de sponsal.* 2. *par. cap.* 8. *§.* 8. *num.* 4. *vbi dicit frequentiorem.*

237 Secundo *d. Tell. Caldas, Alcia. & Mantic. Peregr. in cons.* 27. *vol.* 3. in hac causa edito contra Philippum Spinulam hac vtuntur ratione præcipua, quod voluntas patris non fuit simplex, sed qualificata cum onere, & non potest filio patrocinari, nisi eo modo, vt interuenit *l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. poss. & onus fideicommiss. à principio minuit relictũ, ex reg. tex. in l.* 1. *§. si hæres, ff. ad Trebell.* & nõ sit facienda computatio de relicto simpliciter, sed cum onere, & tanto minus dicitur reliquisse, quantum valoris habeat grauamen. Proinde cum filius sit legitimatus in eo, quod Patri placuerit, & patris voluntas fuerit instituendo cum onere, vt filius restituat, nullam iu restituendo potest deducere legitimam, & trebell. quoniam dicta deductio tenderet contra patris placitum, & voluntatem.

238 Sed hæc ratio fragilis est, & non potest deduci ex *reg. tex. in d. l.* 1. *§. hæres, ff. ad Trebell.* nam is tex. loquitur in relicto particulari illius fundi, q̃ erat obnoxius pignori, & est onus intrinsecum illi rei annexum, seu relicto alicuius rei cum onere, siuè intrinseco, seu extrinseco, ad quod tenetur legatarius per ea, quæ scribit *Præs. de Franch. decis.* 361. *per tot.* & semper res illa æstimanda est, quanti valet deducto onere, & plenissimè declarat *Tiraquell.*

de

de retract. conuent. in præfatio. num. 20. cum seq. Mattiens. lib. 5. recompilat. leg. Hisp. titu. 11. glo. 2. nu. 36.

239 Ad hoc diuersũ est in institutione vniuersali cum onere fideicommissi. Licet enim fideicommissum sit onus, & respectu totius hæreditatis liberè relictæ absq; onere fideicommissi, & relictę cum onere. Attamen istud onus fideicommissi minuit totam hæreditatem, sed non detractionem legitimæ, & trebellianicæ, quæ detrahuntur ex natura fideicommissi vniuersalis, licet diuerso iure legitima ex legis prouidẽtia, in qua grauari non potest filius, *ex tex. in l. si arrogator. ff. de vulgar. & Trebell.* quæ prohiberi potest, & in computatione totius hæreditatis æstimandæ habenda esset quoque ratio, quòd hæreditas esset restituenda, retenta legitima, & Trebellianica.

Quapropter ad rem nostram, aut pater non poterat grauare super legitima, quod in clausula legitimationis non aderat ea lex, vt legitimaretur filius ad successionem: etiam si minus, vel nihil pro legitima reliquerit, nec trebellianicam prohibuit. Et sumus in claris filium legitimatum absque dicta clausula vtramq; partem posse deducere, aut potuit prohibere etiã legitimam ex dicta clausula, & non prohibuit expresse, sed fecit fideicommissum generale, & tunc legitima in grauamine, & fideicommisso non continetur. Dum enim potuit prohibere, & non prohibuit, videtur permisisse minus etiam Trebellianica, quæ non fuit prohibita, probat *Peregr. d. art. 36. nu. 22. Menoch. d. præsump. 196. nu. 14.* & onus fideicommissi operabitur in residuo hæreditatis retenta legitima, & Trebellianica, & hoc est indubitatum in fideicommisso vniuersali facto ab habente, siue non habente potestatem grauandi in legitima, & proinde requiratur in habente potestatem indiuidualis, & expressa prohibitio legitimæ, & trebellianicæ, quæ non erat in casu consil. Deci. 256. & ita in legitimato, in eo quod patri placuerit, & deinde instituto, & grauato onere fideicõmissi cum speciali prohibitione detractionis legitimæ, & Trebellianicæ. Respondit *Peregr. cons. 18. nu. 11. vol. 4.* licet malè respõderit filium sic legitimatum plenè in eo, quod patri placuerit, posse grauari legitima, vt inferius quarto casu declarabimus, & expressè hoc etiam probauit *Menoch. d. cons. 737. nu. 9. & 10.* vbi in casu suæ consultationis in legitimatione erat adiecta lex, & facultas grauandi in legitima, & prohibita erat in fideicõmisso detractio legitimæ, & Trebellianicæ in indiuiduo.

240 Tertio D. Tell. & alij contra Dec. consultat. 256. antesignatam allegant *Alcia. in consi. 98. lib. 9. in l. nemo potest, nu. 30. ff. de leg. 1. & in rub. ff. de lib. & posth. nu. 34. & licet idem Alcia. in cons. 113. nu. 11. vol. 9.* Decij consultationem probauerit. Exponẽda enim est à nobis doctrina *Alcia. in d. rub. ff. de lib. & posth. nu. 34.* quæ Decij consultationem non afficit, & magis eum probat. Is enim loquitur in dispensato, seu spurio. Superius enim *num. 33. vers. sed quid si limitatio illa*, probat clarissimis verbis, quæ sunt, videlicet. Quòd si limitatio non solùm adiecta sit successio, sed etiam personæ, vt si dictum sit dispensari cum eo, quatenus sit capax, in quantum pater existimauerit relinquendum, vel si dictum sit, quòd possit habere successionem, non obstante defectu natalium, dictis casibus videtur intelligẽdum, quod possit habere, si pater ei reliquerit, adeoq; nisi procuret à patre aliquid relinqui expressè, omnino excluderetur ex sententia *Io. Andr. in addit. ad Speculat. de success. ab intest. in prin.* Et cùm ab intestato non succedit, nec cõtra testamentum audietur. Dĩ enim in cæteris, prætérquã in limitatione spurius, & dispensatus. Deinde sub n. 34. quęrit Alcia. si hic spurius, & dispẽsatus, fuerit à patre institutus, & grauatus onere fideicommissi, an possit detrahere duas quartas, videlicet, legitimam, & trebellianicã, & decidit non posse, ex quo contra voluntatẽ patris deducitur, & illud onus fideicommissi à principio minuit successionem, vt tanto minus videatur hæredi relictum. Hæc Alciat. & clarissima est eius decisio, quòd loquitur in dispensato, & spurio, absque restitutione natalium, & eius verba cauillari non possunt, & doctrina seu decisio Alciat. ratione probatur, quoniam ille spurius, seu dispensatus ad successionem de patris voluntate capiendam, excepta successione remanet spurius, & per institutionem non fit legitimus. Vnde quoad legitimam nullum ius acquirit ex institutione, quę non debetur filijs spurijs, vt considerat idem *Alcia. in d. cõs. 98. in fi.* nec detrahit trebellianicam, quæ iure hæreditario competit, & contra patris testamentum, *l. Titia in fin. ff. ad l. Falc. c. Raynal. dus, extra de testam.* Nimirum si nihil detrahit ille spurius, qui circumscripta illa limitata successione ad voluntatem patris, nec ex testamento, neq; ab intestato capax est, sola præstatione alimentorum contentus, *ad tex. in cap. cum haberet, de eo, qui in matrim. duxit quã polluer. per adulter. & in l. nemo potest, nu. 34. ff. de lega. 1.* in spurio loquitur, dicit enim quid si filius nothus ea conditione natalibus sit restitutus, ne quid aduersus voluntatem patris accipiat, an quartam ex trebellianica deducere possit, & decidit non posse contra Decium, fuit enim illa conditio, seu limitatio adiecta personæ nõ successioni, vt dixit *in rub. ff. de lib. & posthu. nu. 33.* Vnde ex hac decisione Alciat. nõ potest

inferri ad casum cons. Dec. 256. in quo filius erat plenè legitimatus cum restitutione natalium, & in fideicommisso non aderat specialis prohibitio. Et licet adesset illa clausula, in eo, quod pátri placuerit, etiã minus legitima fuit agnitus filius, & vbi semel voluit, impleta est illa conditio, *l. fideicõmissa. §. sic fideicõmissũ. ff. de leg. 3.* & adimpleta cõditione pinde est, ac si nulla a principio fuisset apposita, *l. 1. ff. de vulgar.* & sit actio quæsita a filio, vnde corruunt obiectiones D. Telli, & aliorum.

Et ex his remanet absolutus hic tertius casus, & eius limitatio, qui licet non conueniat legitimationi nostræ, cùm non adsit lex prohibitiua legitimæ, nec adsit specifica prohibitio detractionis dictarum quartarum, tamen eum posuimus ad exuberantiam iustitiæ D. Spinulæ, vt etiam si in nostra legitimatione adesset prior causa limitationis legitimæ, Stephanus, & Cæsar hæredes instituti, & grauati possunt quartas deducere, vt inferiùs etiã probabimus.

241 Quartus est casus secundũ *Menoch. d. consi. 737.* quando filius plenè legitimatur cum restitutione natalium quoad personam integrè, verum limitata est successio, quòd possit succedere ex testamento, vel ab intestato, in eo, quod patri visũ fuerit, & placuerit. Et eo casu dubiũ non est, quin plenè sit legitimatus, & ratio est, quia successio est effectus separatus ab ipsa legitimatione, & cum non alterat, & potest conseruari sine effectu succedendi, fuit sententia *Ioã. Andr. in addit. ad Specul. tit. de success. ab intest. §. 1. vers. ex facto quæritur,* & ipsum sequuti sunt.

Rui. in l. Gallus, §. si eius n. 47. vers. quid autem. ff. de liber. & posthum. Tiraquell. in l. si vnquam, verb. donatione largitus, nu. 259. C. de reuoc. donat. Paris. cons. 7. nu. 15. & 16. lib. 2. Emanuel Costa *in l. Gallus, §. & quid si tãtum, 2. par. nu. 152. ff. de liber. & posthum. Couarr. de sponsal. 2. par. c. 8. §. 8. nu. 1. & 2. Ant. Gabriel in commu. tit. de legitimat. concl. 8. in fi. Peregr. de fideicommiss. art. 23. nu. 14. Rol. à Vall. cons. 26. vol. 4. Morot. respons. 9. num. 19. vers. non obstat,* vbi dicit hanc opinionem veriorem, & probatissimam. *Molin. de Hispan. primog. lib. 3. c. 3. n. 37. vers. secundo infertur,* vbi dicit ita decisum in supremo Castellæ Senatu. *Mattiens. lib. 5. l. 12. tit. 8. glo. 1. nu. 3.* qui dicit veriorem, & receptiorem, *Azebed. ibid. nu. 4. Tell. in d. l. 12. Tauri. nu. 23.* vbi dicit esse receptiorem. *Garz. de nobilit. Hispan. glo. 21. num. 77.* vbi latè differit. *Francisc. de Caldas in l. si curatorem habens, verb. sine curatore, num. 52. C. de in integr. restitu. minor. Solon de Pace par. 1. l. 3. vers. secunda conclus. num. 324. vers. post hæc autem. Didac. Perez. lib. 1. ordinat. tit. 2. reg. 3. circa fin. Menoch. de præsump. lib. 4. c. 77. nu. 43. & cons. 737. nu. 6. vol. 7. Laderch. cons. 170. nu. 1. Maluasia cons. 18. nu. 47. satis egregie. Tiber. Decian. cons. 49. nu. 45. lib. 2. Hieron. à Ceuallos in commu. cõtra commun. q. 2. nu. 34. Achill. de Grass. decis. Rotæ Romanæ 6. qui filij sint legit.* vbi testatur decisum per Rotam Romanam.

242 Hinc infertur hoc casu filio sic legitimato deberi legitimam, seu eius supplementum, & in ea non posse grauari, posse contratabulare, & de inofficioso agere, vt probarunt infrascripti, videlicet.

Couar. de sponsal. 2. par. c. 8. §. 8. nu. 2. Paris. cons. 7. nu. 7. lib. 1. Decian. cons. 49. nu. 43. vol. 2. Rimin. iun. cons. 469. nu. 53. vol. 4. Io. Petr. Surd. cons. 185. nu. 10. lib. 2. Menoch. cõs. 737. nu. 2. vers. quorum traditio. lib. 7. qui hos recenset, & his adijcio. *Laderch. cons. 170. Honded. cons. 89. nu. 7. circa fi. vers. & quamuis circa supplementum legitimæ. Renat. Choppin. de leg. Andeg. lib. 1. de iurisdict. Andeg. c. 41. num. 4. vers. accedo,* vbi inquit, quòd Summus Præses illius Parisiensis Senatus ita declarauit, dum causa perorabatur, *Garz. de nobilit. q. 21. nu. 81. videndus, Burgos. de Pace in l. Taurin. 1. par. l. 2. vers. tertia conclusio, n. 324. qui dicit habere locum doctrinam Bald. in cap. de caus. extr. de offic. deleg. vbi dicit competere legitimam, Ias. cons. 162. vol. 2. Gomez. variar. c. 11. nu. 28. in fi.* licet ab hac opinione dissenserint *Tell. Matth. Azeued. Caldas Perez. & Peregrin.* qui censuerunt posse taliter legitimatos succedere secundum patris voluntatem dispositiuam, vel permissiuam, & nihil posse capere contra testamentum patris, declarandi tamen, vt infra.

243 Et licet ex prædictis constet minus rectè (pace tantorum virorum) sentijsse, cùm eorum opinio nec ratione, aut iuribus probetur. Et scribentes per ipsos citati manifestè responderunt, vel in terminis secundi, vel tertij casus tantum si filij sunt dispensati absque restitutione natalium, & sunt spurij, vel quando in legitimatione est posita lex, vt pater possit relinquere etiã minus legitima. Et in hoc rogo amplissimos Senatores oculatissimos, videant, quod quique Scribentes, & maximè Moderniores, qui de hac scripserunt, allegant Alex. in præcitatis consilijs, Angel. Alciat. & Io. Andr. ex antiquioribus, qui in dispensatis, & spurijs, & in secundo, & tertio casu loquuti sunt, adeò quòd ex consilijs Alex. & Angel. (quæ etiam pars citat) hæc causa rectissimo iuditio terminari possit, & præcipuè authoritate Scribentium, quibus mouetur Tell. omnes ad *Alexan. cons. 30. lib. 4. & 189. lib. 8.* quod est vltimum consilium referuntur, vt in secundo casu superius declarato disputauimus.

244 Attamen, vt prædicta omnia à nostris tradita, clariora fiant, nõ grauabor sigillatim omnibus authoritatibus à parte adductis, & à nobis supra congestis num. . . respondere. Et hi sunt Oldrad. Dec. Alciat. Parif. Ang. de Peruf. Siluan. Iaf. Castrenf. Socin. Riminald. sen. & Couarr. quos citat Tell. & Matthienf. qui expresse loquuntur in spurio, & dispensato, vt in secundo casu declarauimus. Et ex prædictis legatur, quæso, *consil. Castr. 30. vol. 1. per tot.* quod est satis disertum in hac re, & loquitur in dispẽsato absque restitutione natalium, verbis clarissimis. Et *Alciat. cons. 6. num. 1. volum. 4.* respondit in dispensatis vsque ad certam summam succedendi, & hanc differentiam tradit optimè *Garzia d. q. 21. nu. 83.* dicit enim, quòd istis dispensatis vsque ad certam summã nulla competit legitima portio, nec habet legitimationem perfectam, secus verò si præcedente legitimatione perfecta, fuerint legitimati ad succedendum in eo, quod patri placuerit. *Cæs. de Grass. decis.* 179. malè allegatur, nam is facit quatuor decisiones, videlicet 159. 175. 178. & 179. quæ fuerunt reassumptæ in decis. nouiss. Rotæ Romanæ 353. cum duobus præcedentibus par. 1. & in primis decis. 159. 177. & 178. refert motiua tantum Rotę, & fiunt discursus, & in decis. 174. fuit tentum deberi legitimam illi Philippo legitimato, cũ illa clausula citra præiudicium venientium ab intestato, & dicitur, quòd Domini in multis se retulerunt ad discursum præcedentis decisionis, quod esset legitimatio, & non dispensatio. Et dixerunt esse casum similem, quando fit legitimatio cum clausula, in eo quod pater voluerit, vt in decis. 177. nu. 7. in fine verò d. decis. 179. referuntur motiua Dominorum, qui contrarium sentiebant, & cõcluditur, maiorem partem probasse *cons. Curt. iun. 254. lib. 3.* quod est idem, quod consilium Decij 256. Parif. & Cephal. pro retentione legitimę, & omnes consensisse pro retentione trebellianicæ, vnde ex ea habere manutentum, & illa decisio retorqueretur contra partem. Et facta primo illo Philippo, confirmabitur pro isto Philippo Spinola.

Io. Baptista Lup. d. §. 1. comment. 3. nu. 58. tractat de legitimatis cum clausula, citra præiudiciũ venientium ab intestato, & dicit, quòd præteriti, & exhæredati nõ possunt impugnare testamentum, in quo sunt instituti hæredes venientes ab intestato, sed si sunt instituti extranei posse rumpere, vt num. 63. subdit, & nu. 64. dicit, quòd per clausulam codicillarem tenetur restituere extraneis, & non detrahunt legitimam, & trebellianicam, quando est contra patris voluntatem, & statim subdit, nisi ex voluntate patris restituerent, nam detrahunt, allegat enim *Dec. d. cõs. 256. & Rip. d. respons.* 19. *tit. de substit.* & sic voluit filium sic legitimatum à patre institutum, & grauatum onere fideicommissi posse detrahere quartas. Et hæc auctoritas conuenit tertio casu, quem supra consideraiumus. *Hieron. Gabr. cons. 24. vol. 2.* consuluit in eadem facti specie, in qua additæ sunt illæ quatuor decisiones Rotæ Romanæ Cæsar. de Graff. & sufficit contra ipsum fuisse iudicatum, & ipsum quoque in tertio casu põderauimus pro nostra sententia. *Rip. respons. 19. nu. 14. tit. de substit.* non loquitur in legitimato cum restitutione natalium, vt põderat in principio eiusdem *respons. nu. 5. vers. item non fuit restitutus, & num. 17.* approbat cõs. Dec. & pro eo euitando, diuersificat casum suũ à consultatione Dec. quod ipse loquitur, quando filius non esset institutus, sed præteritus, & Dec. loquitur quando erat institutus, & corruptè allegat Dec. *Tiber. Decian. cons. 19. nu. 6. & 44. lib. 1.* loquitur in casu, quo filius legitimatus erat præteritus, & volebat rumpere testamentum, & pro nostra sententia respondit *cons. 49. nu. 43. lib. 2. Hônded. cons. 89. nu. 60. vol. 1.* pro nostra fuit ponderatus sententia. *Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 9.* allegat Alex. & Alciat. qui loquuntur in dispensatis absque restitutione natalium. *Emanuel Suarez in addit. ad Gomez* non dicit, quod pars præsupponit, immo in fine se remittit ad consil. Dec. 253. & ad *Alciat. lib. 3. parerg. c. 4.* vbi vtrique concludunt, talem legitimationem cum restitutione natalium, & restrictione successionis esse plenissimam. *Segur. in l. 1. §. si vir, nu. 87. ff. de acq. poss.* loquitur in dispensato, nam allegat *Alex. d. cons. 30. lib. 4.* & loquitur in filio præterito. *Molin. Iesuit. disput.* 573. dicit, quòd non potest dicere testamentum nullum, nec agere querela inofficiosi, & loquitur in dispensato ex doctrinis, quas allegat *Costa de portio. rat. q. 156. num. 3.* Antesignan. allegat *Alex. cons. 3. vol. 4. Mantic. lib. 7. tit. 11. in fi.* loquitur in trebellianica, & allegat *Alexand. dicto cons. 30. volum. 4. & Alciat. loco citato. Bursat. cons. 355. nu. 27. & nu. 6. vol. 4.* loquitur in filia naturali, & quæ non erat ab intestato successura cum clausula, citra præiudicium venientium ab intestato, & vt capax institutionis tantum esset. Tell. & Matthienf. authoritatibus fuit responsum, dum allegant Alex. Dec. Alciat. Siluan. Riminal. sen. & alios, qui loquuntur in dispensatis spurijs, vt secundo casu probauimus, & inferius post explicitũ hunc quartum casum pro nostra sententia ponderabuntur. Azeued. num. 41. sentiens sententiam contra Tell. & Matthienf. esse receptiorem, conatur eos declarare, & nihil dicit de legitima, & trebellianica. Perez loco cit. simplex verbum addit, & concurrit cum Suarez, quem

declarauimus pro nostra sententia procedere, immo non tuti de eorum sententia, censuerūt in legitimatione debere apponi clausulam in indiuiduo, quod possint etiam in legitima grauari. Auendan. in l. 12. taur. nihil dicit, & licèt se remittat ad scripta ingeniosi Petr. Tell. & Matthiens. non propterea censetur approbare eius opinionem, nec potest facere numerum. *Corat. in commun. lib. 1. tit. 6. in spect. 17. nu. 145. & seq.* *Curt. sen. cons. 73. in princ.* loquitur in spurio, qui dicitur dispensatus, nam *num. 27. vers. vel tertio*, dicit, quòd ille Albertus non erat naturalis, sed spurius, conceptus ex vxorato, & num. 7. declarando dispensationem, dicit, quando dispensatur ad succedendū, non obstante illegitimitate. *Surd. cons. 337. vol. 3.* loquitur in filio adulterino ex coniuge nato, qui est dispensatus, vt ipse *num. 37. vers. quinto respondeo*, expressè fatetur.

Hinc patet vtilitas quæstionis, & non vanitas, secundum partem. Si hæc est dispensatio, vel legitimatio, est maxima vtilitas. Nam si legitimatus, iuxta dictum quartū casum, plenè quoad restitutionē natalium, licèt legitimatus quoad successionem, dicitur legitimatus verè, habebit legitimam, nec poterit in ea grauari. Si dicitur dispensatus, poterit in legitima grauari. Ita hanc vtilitatem effectus, & non nominis expendit eruditè *Garz. d. glos. 21. num. 83.* & omnes, qui de hac re scripsere.

Et eo magis confunditur sententia DD. paucorum dissentientium, nam ijdem fatentur filios sic legitimatos esse verè legitimos, & testantur de communi, & destruentes mentem, vim, rationem, ac vtilitatem communis sententiæ, dicunt posse filios sic verè, & plenè legitimatos, oneribus, vinculis, & alijs conditionibus grauari in legitima. Receptissimus ergo, & verissimus est hic casus, quod filio plenè legitimato, & in eo quod patri placuerit, debetur legitima, & in ea grauari non potest.

245 Et huius casus est euidens ratio, nam verba (videbitur, & placebit) in legitimatione posita significant boni viri arbitrium à iure regulatum, & non liberam, & absolutam patris voluntatem, & prout pars probare nititur, ad ea, quę scribit *Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 8. nu. 1. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. c. 5. nu. 49.* Et cum iura filio legitimato legitimam concedant, non est in libera patris voluntate eā tollere, & Princeps per illa verba apposita in legitimatione, non censetur voluisse hoc onus posse apponi in legitima, immo potius se legibus conformari sentit optimè *Garz. d. glos. 21. nu. 83. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 3. nu. 5.* Et in facultate reg. scribit *Lopez tit. 15. lib. 2. par. 2. verb. hijo maior, & l. 3. tit. 13. par. 8. verb. mugeres, versic. ex his inferre poterit*, quem sequitur *Mierez de maior. par. 1. q. 16. num. 4.* vbi inquit, quod verba reg. facultatis debent intelligi, & moderari, secundum ordinem à iure præscriptum, & ad hoc est tex. appositissimus *in l. si quando, C. de inoff. testam.* vbi decidit Imperator, quod concessio Principis liberè testandi, intelligitur legitimè, & iuris solemnitate seruata, & ibi not. Bal. Salyc. & Scribent.

246 Nec obstat authoritas *Ruin. in cons. 86. post nu. 19. vers. nec obstat*, quod dicit Alex. & alij per partem allegati, siquidem loquuntur in dispensatis, & Ruin. in cuius authoritate præcipuè se fundat pars, allegat *Alex. in rubr. ff. de liber. & posthum. & cons. 30. vol. 4.* qui in dispensato respondit fine restitutione natal. in cuius dispensatio respectu succedendi posita est in totali voluntate patris, an, & in quantum succedat, vt ipsemet Ruin. & Alex. declarant.

Distinctis ergo his casibus ex mente iurium roboratis, applicando eos nostris legitimationibus, aut eæ sunt considerandæ iuxta primum casum vti simplices plenè cum restitutione natalium, & res est fine scrupulo, etiam secūdum partem, & est verus casus noster. Aut sunt considerandæ iuxta secundū casum, & cum secundus casus loquatur in dispensatis, & spurijs, sine restitutione natalium manifestè repugnat tenori legitimationum nostrarum, in quibus naturales etiam cū restitutione natalium sunt legitimati, & pars negare non potest. Aut sunt explicandæ iuxta tertium casum, & licèt in dictis nostris legitimationibus non sit illa clausula, vt etiam nihil, vel minus legitima posset relinqui, tamen dato quod adesset, cum filij legitimati fuerint instituti, possunt adhuc deducere, & retinere legitimam, & trebellianicam, ex Dec. consultat. 256. quam probauimus, & roborauimus etiam authoritate Rotæ Romanæ, sub decis. Cæsar. de Grass. 179. repetita in nouissima decis. 355. par. 1. Aut enim moderandæ iuxta hunc quartum casum in eo quod patri placuerit, & hic casus etiam est indubitatus pro iustitia D. Philippi Spinolæ, vt ex persona Stephani, & Cæsaris, legitimam, & trebellianicam obtinere valeat, quas tanto magis retinebit in casu suo, quem in primo loco notauimus.

Et quoniā pars ex sententia *Couar. de sponsf. cap. 8. §. 8. vers. verum hac minimè probant*, dicit, patrem posse grauare filium legitimatum in eo, quod patri placuerit in legitima expressè, & si hæc voluntas patris colligatur manifestè, & ex certis coniecturis, seruanda erit, & proinde colligit de volūtate Baldassaris, quòd voluerit filios suos grauare in legitima ex quinque coniecturis, vt nihil remaneat intactum pro solutione obiectionum partis.

Dici-

247 Dicimus primo sententiam Couar. esse intelligendam, quando in legitimationis priuilegio est petita lex, vel clausula, quòd pater possit nihil, vel etiam minus legitima relinquere, ita ipse intelligit ibi, vel lege, vel clausula legitimationis, & ita declarauimus in secundo casu, & Doctores quos ibidem Couar. allegat, sic loquuntur, *Ias. enim cons. 162. vol. 2. nu. 3.* loquitur, quando fuit legitimatus in ea parte tantū, prout pater dispofuerit, cum illa dictione taxatiua, *Alex. in cōs. toties repetitis, cōs. 30. vol. 4. & 185. vol. 5.* loquitur, quādo adest lex in legitimatione restrictiua legitimæ, vel in dispensatione ad certam summam, *Suar. in l. quoniam in prioribus, limit. 12. C. de inoff. test. circa fi. vers. & præsupposita hac opinione pro vera,* loquitur in filio legitimato, ad hoc solum ei pater voluisset relinquere quem posse grauare dicit, stāte illa dictione taxatiua solum. Et adhuc dubitatur non posse hanc opinionem in praxi obtineri, nisi supplicatio patris in legitimatione esset multum clara, & restricta, ad hoc, vt pater possit filium legitima grauare, & est videndus Suarez, qui optimè loquitur, *Gregor. Lopez glo. 9. tit. 18. limit. 3.* dicit legitimationem ad ea, quæ vellet pater relinquere, esse limitatā, allegat *Alex. in l. pactū quod dotali, C. de collat. qui nu. 6.* inquit, legitimatum, vt non possit succedere nisi in eo, quod patri placuerit, non dici verè legitimatum, sed dispensatum. Aliud enim est legitimare in eo, quod patri placuerit, aliud est dicere, non posse succedere nisi in eo, quod patri placuerit. Quo casu vera est dispensatio, & tollitur potentia succedendi. Illa enim nagatiua posita verbo, potest, inducit nullitatē actus, & destruit potentiam succedendi ad *tex. in cap. nemo potest, exer. de regu. iur. in 6.* & inferius probabimus, Lopez allegat etiā *Deci. cons. 264. seu 265.* quem declarauimus loqui, quando adest clausula restrictiua legitimæ in priuilegio legitimationis.

Et ita intelligitur regula, quòd quando legitimatio est limitata, potest filius in legitima grauari, videlicet, quando pater hoc in spetie supplicauit Principi, & Princeps concessit, vt iure rectissimo animaduertit Suarez in prax. & Theorica eruditissimè loco citato, & censuit *Garz. d. glo. 21. 89. de nobilit. Hispan.* & Perez sequutus est Suarez loco citato, & minus rectè ponderatur à parte.

Hinc satis patet & ex sententia Couarr. & scribent. per ipsum citatorum nostram probari sententiam, quam firmauimus d. 4. casu, videlicet filium legitimatū in eo, quod patri placuerit, non posse a patre grauari etiam expresè in legitima iuxta receptiorem, & veriorem scribentium sententiam.

Verum valere iusta ea sentētia, vt pater possit filium sic legitimatum grauare in legitima, dummodo voluntas sit manifesta, seu ex certis coniecturis colligatur, quam paulò ante refellimus. Adhuc coniecturæ per partem ponderatæ nullius sunt momenti, & prout nulla iuris authoritate fundantur, ita etiam facilius diluuntur.

248 Prima coniectura est in facto. Dicit enim pars Cæsarem filium Baldassaris non fuisse institutum vniuersaliter hæredem, sed in quota suæ legitimæ tantum, quæ est sexta pars, & dū in eadem sexta parte grauatur, ergo videtur expresè grauatus in legitima, & hoc etiam voluit considerare *Peregr. cons. 27. in fi. vol. 3.* in hoc eodem facto contra dictum Spinulam, sed hoc argumentum non est verum in facto, quòd Cæsar fuit institutus non solum in sexta, sed etiam in toto illo pluri, quod superfuisset ex alijs duobus sextis partibus destinatis pro exoneratione conscientiæ simul cum eisdem cohæredibus, & Dominicus tutor, & exequutor illius voluntatis, videns, quòd deductis deducendis institutio remanebat nedum in sexta, sed etiam in quarta parte, decreto pręambuli Ianuæ confecto interponi fecit decretum, Cęsarem declarari hæredem pro quarta parte, Stephanum pro duabus quartis partibus, qui erat institutus in duabus sextis, & se ipsum in alia quarta parte, qui erat institutus in sexta. Ergo dum institutio erat vltra legitimam per grauamen, non censetur prohibita retentio legitimæ, & cessat hæc coniectura.

249 Secunda coniectura est. Dicit enim pars, quod fuit prohibita alienatio ter omnium bonorum relictorum dictis filijs, & voluit totum ad substitutū peruenire, & ex hac prohibitione alienationis, & totalis restitutionis, arguit pars posse colligi coniecturam, quòd voluerit legitimam prohibere. Sed hæc coniectura inanis est, tum quia nullo iure probatur, tum etiam quia per hanc coniecturam disputarunt scribentes, si trebellianica intelligeretur prohibita, & nos in articulo Trebellianicæ prohibemus, nec esse prohibitam in casu nostro. Nam quòad legitimam articulus est indubitatus tum ex defectu voluntatis, tum etiā potestatis. Legitima enim separatur statim ab hæreditate virtute iuris, & non includitur in prohibitione aliqua, nec fideicommisso, vt latè probat *Rimin. iun. consi. 510. vol. 5. per tot.*

250 Tertia coniectura, colligit pars, dum pater voluit in casum ingressus religionis filiorum, fructus, & bona peruenire ad substitutos statim post annum, etiam non emissa professione, vt ex hoc prohibita videatur legitima, quæ coniectura ad hanc rem nullo iure suaderi potest. Ingressus enim Religionis est mors ciuilis, quæ æquiparatur in omnibus morti naturali, & ope-

operatur eosdem effectus, quando Religio est incapax bonorum, quando verò est capax, non æquiparatur in omnibus, latissimè *Hond. cõs. 62. Molin. de Hisp. primog. lib. 2. c. 9. num. 41.* & eo casu Monasterium, quando specificè excluditur à successione, quod fieri potest, capit legitimam ex persona Monaci, & omnia eius iura transeunt actiuè, & passiuè in Monasteriũ, iure suitatis, gradus, prioritatis, agnationis, Monachi transeunt in Monasterium, quod ex persona Monachi capit successiones, & habetur loco filij, licet fictè, *ad tex. in c. in præsentia*, & ea, quæ ibi habentur *de probat. Guttier. Canonic. quæst. lib. 2. c. 1. nu. 64.* probat *Præses de Franch. decis. 40. Molin. de Hisp. primog. lib. 1. cap. 13. nu. 72. cum seqq. Reg. Consiliar. de Ann. cons. 45. nu. 95. vol. 1.* Hoc prævidès testator voluit Monasterium, quod alias admitteretur, apertè excludere à successione in casu ingressus, & præferre substitutum, quod potuit, ad not. per *D. Vinc. de Franch. decis. 29.* quem etiam refert, & sequitur *Guttier. Canon. quæst. c. 32. lib. 1. num. 29.* vbi inquit, quòd hæc clausula in primogenitis, & maioratibus solita est poni, vt si filij effecti fuerint Monaci, vel Presbyteri excludantur, & eam validam esse. Sed iura legitimæ filio competentia transeunt in Monasterium, & Monasterium ex persona Monachi detrahit legitimam, vt Scribètes notant præcitatis locis. Vnde licet Monasterium excludatur à successione, non excluditur à legitima monacho competenti, & si in casu mortis naturalis non impeditur, quin filius grauatus possit legitimam detrahere, nec etiam in casu mortis ciuilis, quę per ingressum Religionis causatur. Immò si hoc testator non prohibuisset etiam in bonis fideicommisso subiectis, succedit Monasterium durante vita Monaci, vt probat Molin. locis citatis. Nulla ergo potest præsumi coniectura super grauamine legitimæ magis in casu mortis ciuilis, quàm naturalis.

251 Quarta, & quinta cõiectura, quæ in iddem tendunt, & ex aduerso considerantur, sunt. Nã licet pater dictos eius filios hęredes instituerit, tamen mandauit eis alimenta vsque ad ætatem annorum 25. præstari, & donec peruenerint ad ætatem annorum 25. fructus portionum, in quibus filios hæredes instituit, voluit augeri, & si dicti eius filij antequam peruenerint ad ætatem annorum 25. decesserint, voluit nõ solum portiones relictas dictis filijs, sed etiam auctas ex fructibus ad dictos substitutos peruenire, vnde ex his pars infert, quod dum testator vinculauit fructus in beneficium substitutorum, videtur prohibuisse detractionem legitimæ.

Sed istæ coniecturæ nullius sunt ponderis. Nam si superius in quarto casu firmauimus ex receptissima Scribentium sententia, filium legitimatum in eo, quod patri placuerit, non posse grauari in legitima, quæ statim ab hæreditate patris separatur, vna cum fructibus, quæ debentur iure dominij, ad not. per *Hippol. Rimin. d. cons. 510. per tot. vol. 5. Peregr. de fideicommiss. art. 36. n. 69.* Frustra tractandum esset de coniecturis, dum etiam nec expresse hoc pater potuit facere, & sententiam Couar. procedere, quando in priuilegio legitimationis adesset lex, & clausula, quod possit in legitima grauare, vt omnes Scribentes notant, & benè præ cæteris declarauit Suarez loco citato. Præterea data potestate grauandi in legitima, nulla potest colligi certa cõiectura de voluntate patris, quod voluerit grauare filiũ in legitima ex vinculatione fructuum omnium portionum relictarum. Nam de iure receptior est sententia, omnes fructus totius hęreditatis spectare ad filium grauatum onere fideicommissi, tam perceptos pro ratã legitimæ, de qua non dubitatur, quam etiam fructus perceptos vltra ratam legitimæ ex alijs bonis, nec tenetur filius imputare in legitimam tempore restitutionis fideicommissi fructus prędictos perceptos in alijs bonis, *Magon. decis. Lucens. 85. D. Præses de Franch. decis. 522. par. 3.* vbi refert decisum, dum ergo testator vinculauit ad prouisionem filiorũ fructus, intellexit de illis, qui percipiuntur in bonis vltra ratã legitimæ, de quibus poterat disponere, *argum. tex. in l. qui tabernas, ff. de contrah. empt.* & non de fructibus legitimæ, qui iure dominij ad filium spectabant, & ipso iure ab hæreditate separati erant. Vnde dum voluntas testatoris potest specificari in fructibus suæ hæreditatis, qui etiam pertinebant ad filium, non potest certa hauriri coniectura, quod voluerit hoc etiam intelligere in fructibus legitimæ, & successiuè grauasse in legitima, *argum. tex. in l. manumissiones, ff. de iusti. & iur.*

Ex quibus manifestè demonstratur, oppositionibus magis elucidari iustitiã D. Philippi Spinulæ.

252 Nec vltimo conetur pars demonstrare patri etiam ex tenore priuilegij legitimationis fuisse concessam à Principe facultatem grauandi filium in legitima, ponderando verba legitimationis, videlicet. Le fuerẽ dados, dexados, ò mandados en qualquier manera, quod illa verba referantur ad modum disponendi, vt possit purè, vel sub conditione, vel cum onere relinqui, vana est enim hæc ponderatio. Nam illa pars priuilegij loquitur in beneficium filiorũ; Princeps enim eos facit capaces ad succedendum ex testamento, vel donatione, & ad omne relictum à quibuscunq; personis, & quocunq; modo. Debet enim beneficium Principis ampliari

pliari in fauorem filiorum, *l. beneficium, ff. de constit. Princip.* Et verba sunt aperta, quæ nō possunt in odium filiorū retorqueri, & onera sunt expresse indicenda, & non generaliter, maximè in restrictione legitimæ, *ad tex. in l. si quando, §. generaliter, C. de inoff. testam.* & ita censuerunt Suar. & Garz. locis citatis.

Concluditur ergo tam ex capite defectus potestatis, quam voluntatis patrem nec potuisse, nec voluisse filios sic legitimatos in legitima grauari.

253 Verū licet ex prædictis veritas huius cōsultationis appareat, tñ, vt nullus dubitādi remaneat locus, & intensius ex mente iurium, & Iurisconsultorum ipsorum incōuincibiliter probetur. Est considerandum, quod limitatio legitimationis dupliciter à Scribentibus consideratur, vel respectu substantiæ, seu personæ filij legitimati, vel respectu effectus, seu executionis aut successionis, respectu personæ, quando fuit dispensatus, quatenus sit capax. In quantum pater existimauerit ei relinquendum absque natalium restitutione, & tunc militat *decis. Io. And. in addit. ad Speculat. in §. 1. de success. ab intest.* quod filius sit dispensatus remanet illegitimus non succedit ab intestato, & si nihil procurauerit à patre sibi relinqui, contra tabulas paternas non audietur, & militat cōsi. Ang. de Perus. D. Papa 264. ita magistraliter docet *Alcia. in rub. ff. de liber. & posthum. nu. 33. vers. quid si illa limitatio, idem Alciat. cons. 6. num. 4. & cons. 10. num. 7. vers. quarto modo volum. 4. Ias. cons. 202. nu. 25. vers. octauo diligenter volum. 2.* qui hoc expresse declarat *Dec. in l. pactum, quod dotali nu. 15. C. de collat. sentit Burgos. de pace 1. par. l. 3. verb. Tertia conclusio nu. 325. vers. aut patri tantū facultas,* & conferunt Scribentes, quos secūdo casu adduximus.

Aut limitatio fit quòad effectum, seu successionem videlicet, quod sit legitimata persona, seu substantia, sed successio, quæ est effectus legitimationis, restringatur, & tunc natura plenæ legitimationis non alteratur ab effectu restricto. Et in omnibus sic legitimatus verè legitimo æquiparatur, præterquam in casibus exceptis, probant expresse supracitati Scribentes, præcipuè *Tell. d. l. 12. num. 22. ac Mattiens. d. tit. 8. glo. 1. nu. 6.* Deducitur enim à principio illa legitimatio, dum in esse deducitur, & creatur cum effectu successionis limitato, & proinde licet sit plenaria legitimatio respectu substantiæ, est limitata quòad effectū, docet *Alcia. d. cons. 6. num. 4.* vbi inquit, quod tempore creationis, seu productionis actus legitimationis debet fieri limitatio effectus, seu successionis, alioquin si plenariè quòad substantiam, & effectum a principio deduceretur, non posset ex post facto quòad aliquid alterari, concedunt enim Scribentes communiter posse in principio creationis legitimationem fieri cōditionaliter cum limitatione effectus, latè *Tiraquell. in l. si vnquam, verb. donatione largitus, num. 305. & 319. C. de reuoc. donat.*

254 Sed quando dicatur effectus, seu successio limitata in ipsa creatione legitimationis, hic vis consultationis consistit, & perpendat Doctissimi Senatores rectissimo eorū iudicio, quomodo in hoc æquiuocetur, & erroneè sumantur, & inferantur conclusiones.

255 Et in hoc vera conclusio sumitur ex *tex. in cap. vnic. de filijs natis ex matrimonio ad morganicam contracto,* vbi ea mulier fuit desponsata ea lege, vt nec ipsa, nec filii eius amplius habeant de bonis patris, quam dixerit tēpore sponsaliarum, vt puta decem libras, vel quantum voluerit dare tempore desponsationis, sunt verba text. & deciditur ibi, quod illi filij, licet legitimi sint, non succedunt extantibus alijs filijs, & ibi notant Isern. & omnes Feudistæ, & optimè *Berengar. in d. cap. vnic. num. 9. vers. quarto colligimus,* & ex illo tex. omnes Scribentes in legitimatione scripserūt qui inferius sigillatim recensebuntur, & ponderabuntur, quòd filius quando in ipsa creatione legitimationis, licet quòad statum personæ reintegretur, excluditur tamen à successione expresse, vel admittitur ad succedendum in certa quantitate, vel adimitur potentia succedendi, nisi in eo, quod patri placuerit, vel legitimæ expresse derogetur, tunc dicitur effectus limitatus, & procedit doctrina *D. Tell. d. glos. 12. num. 26.* quem sequutus est *Mattiens. d. titu. 8. gloss. 1. num. 6.* & cæterorum, quod cum ista successio sit posita in voluntate patris in ipso actu legitimationis declarata, poterit grauari filius in ea, & vinculis, & conditionibus subijci. Et ratio est, quòd cum legitimatio steterit in posse patris, qui suam voluntatem, & modum succedendi in legitimatione expressit, filius conqueri non potest, & secundum patris voluntatem dispositiuam, & permissiuam succedere potest, non contra patris voluntatem.

Et quòd ista sit mens istorū Scribentiū videlicet Tell. Matthiens. Perez Auendan. & Azeuedi, qui eos sequuntur, eruditissimorum Hispaniæ Iurisconsultorū, libuit Doctores per eos adductos prius recensere, vt nostra probetur assertio, & hi sunt, videlicet in ordine *Castr. cons. 201. vers. præterea aduertendum est lib. 2. vbi sub nu. 1. vers. præterea, notandū est* dicit, quod ille pater naturalis voluit filium non succedere nisi cum patris voluntate; & notat etiam in *vers. & confirmantur prædicta Soc. in rubr. nu. 12. ff. de liber. & posthum.* dicit, quod

quod dispensatio operatur ex testamẽto, & ab intestato, & non contra testamentum, allegat *tex.in c.1.de filijs presbyter. in 6. sed in cons. 246.num.1.vol.2.* se declarauit, quod aderat clausula in legitimatione, quod non possit succedere, nisi in ea parte, quam testatur in testamento, donatione, seu codicillo declarauit. Et inquit, quod si nihil reliquerit, non poterit succedere ex sentent. *Io. Andr. in add.ad Spec. in §.1.de success.ab intest.Ias.in d.rubr.nu.13. ff.de liber.& posthum.& ibidem Alex.nu.10. & in l.pactum, quod dotali nu.6. C. de collat.* qui loquũtur, quando filius legitimatur, quod succedat solum ex patris voluntate, vel quod non succedat nisi in ea parte, prout pater assignauerit, & Ias.subdit consuluisse, quod est in *cons.202.vol.2.* filios legitimatos ex testamento, vel ab intestato, dummodo de patris voluntate processerit, non audiri contra tabulas paternas, *Ias.cons.162.nu.2.vol.2.vbi respondit nu.2.& 3.* in legitimato, vt non possit succedere nisi in eo, quod patri placuerit, vel reliquerit, quod debeat habere legitimam, si à patre fuerit institutus, & dicit ibi de potestate grauandi non dubitare, sed de voluntate non constare, idem *Ias.cons.202.lib.2.* similiter respondit in legitimatione conditionali in successione, dummodo de eorum processerit voluntate *Dec.in l.1. C.de bon.possess.contra tab. nu.10. vers.& quod dictum est, & cons.273.in fi.* vbi licet dicat, quòd legitimatus in eo quod patri videbitur, nõ rumpit testamentũ, alleg. *Castr. in l.pactum, quod dotali, C. de collat. & in rubr. de iur. annul. aureor. Alex.d.cons.30. vol.4. & cons.25. vol.1.* dum allegat supradictos authores, debent intelligi secundum Doctrinam ab ipsis traditam, videlicet quod non succedãt nisi in eo, quod patri placuerit *Castr. enim in l.pactum, quod dotali, nu.9.* ponit casum, quando filius fuit legitimatus cum pacto, vt non possit succedere, nisi in eo, quod patri placuerit, *& in rub.de iur.annul.aureor.nu.4.* dicit fuisse factam legitimationem cum reseruatione, vt non succedat cum alijs vere legitimis, & idem *Castr.in l. adoptiuum, §. patronum, ff.de in ius voc.* quem declarat *Alciat. cons.15. nu.7. vol.4.* procedere in dispensato absq; restitutione natalium, & ita sentit *Burgos loco citat.nu.327. Alex.cons.30. vol.4.* vltra quod loquitur in spurio dispensato, eo casu fuerat facta legitimatio, vt succedat in parte tantum bonorum, vt aduertit *Rimin.sen.cons. 289.nu.51. vol.2.* qui consuluit in eadem facti spetie cum *Alex. in casu decis.163.* fuerat in legitimationis actu etiam derogatũ legitimæ, vt expendimus in tertio casu. *Siluan.cons.45. vbi num.38.* consuluit in dispensato absque restitutione nataliũ in aliqua particularitate, tantũ à patre, vel ab auo, prout ipsis placuerit. *Alciat.in rubr.nu.30.ff.de liber. & posthum.* qui manifestè ponit casum, quando legitimatio est facta, adiecta illa clausula, quòd nõ possit succedere, nisi quatenus à patre ei relictum fuisset, & allegando *Castrens.in d.l.pactum q dotali*, concludit sic legitimatum non audiri contra tabulas paternas.

256 His ergo iuribus dicti Domini Scribent. Hispan. perpensis DD. Scribent. authoritatibus, scripserunt filios sic legitimatos non audiri cõtra tabulas paternas, eorum successionem totaliter esse positam in manibus, & absoluta patris voluntate, & per consequens in relicto posse grauari. Et est euidens ratio, quòd à principio excluduntur à successione, & illa negatiua præposita tollit potentiam succedendi, inducit necessitatem, & formam, & resistit actui à principio. *Tiraquell.de legib.connub.verb. empouir. glos.4. num.1. Menoch. de recuper. remed.14. nu.3. Horat.Carpan. in comment. statut. Mediolan.vol.1.c.305.verb.non possit.* maximè attenta vi dictionum (solum, tantum) & similium, quæ taxatiuæ, & restrictiuæ sunt, & adeo limitatiuæ, vt extra expressos casus nõ porrigantur, vt probauit *Paris.cons.7.nu.12. lib.2.* in legitimatione loquens, latè *Simon de Pret.de interpret.vltim.volun.lib.4.dubit.3. nu.20.& lib.3.solut.4.nu.26.Ias.eodem cons. 162.nu.5.lib.2.Alex.cons.3.nu.4.lib.1. Crau. cons.171.num.15. & cons.186.num.9.* Ob id D.Tell.& Matthiens.dictã limitationem legitimationis ab initio eius erectionis, successionis exclusiuam, & ad patris voluntatem positam, tantæ efficaciæ esse voluerunt, vt etiam si pater filios sic legitimatos instituerit hæredes cum onere fideicommissi, nullam valeant legitimam, seu trebellianicam detrahere, cùm totũ tendat contra voluntatem paternam, contra Dec.cons.256. quod in tertio casu expẽdimus, & probauimus contra Tellum, & Metthiens. & Decij opinionem, & consultationem veriorem, & receptiorem esse diximus, & dictis authoritatibus adductis per Tell. adijcio *Andr. Gail lib.2.obseruat.cap.142.nu.6.& col.fin.* & allegat *tex.in d.c.vnic. Curt.iun.cons.302. nu.7. vers.ex præmissis, vol.3.* vbi dicit ibi legitimatum fuisse intantum, quantum pater in testamento reliquerit. *Roman.in l.qui superstitis, nu.6.ff.de acquir.hæred.* adducit clausulam, vt patri non succedat. *Curt.sen.cons.16. nu.2.* qui consuluit in legitimato cum ea conditione, quòd succedat tantum in ea parte, quã pater relinquere vellet. *Curt.sen.idẽ in cons. 73.vers.capio secundum,* vbi adest formula legitimationis, cum ea tamen conditione, quòd patri non succedat, nisi in ea portione, quę sibi in testamento, vel codicillo pater relinqueret.

Capoll.

Cepoll. cautela 11. vbi dat cautelam patribus, vt ita legitiment, ad hoc vt ſuccedant in certa parte limitatè. *Alciat. conſ. 6. num. 1. vol. 4.* reſpondit in legitimato, ad hoc vt ſuccedat vſque ad ducatos 1000. & ſub nume. 14. dicit, quod erant verba, quod Paulinus conſentiat legitimationi, ad hoc vt Io. Franciſcus poſſit ſuccedere vſque ad ſummam ducat. 1000. tantum, & non aliter, nec alio modo, & ponderat dictas clauſulas reſtrictiuas. *Mandell. Alba. conſ. 7. nu. 4. vol.* 1. reſpondit in legitimato, in eo tantum quod patri placuerit, & conſ. 206. num. 5. allegat Dec. conſ. 263. & 256. qui conſuluit attenta illa forma, & lege adiecta in legitimatione, & derogatiua legitimę. *Pariſ. cōſ. 7. num. 5. & 12. lib. 2.* & cũ clauſula, quod ſolum in bonis paternis, & tantum in ea parte bonorum, quæ patri placuerit, & quod fuerat dictũ ad portionem relictam, & non relinquendam, concludit ei legitimã deberi. *Suarez in l. quoniam in prioribus, limit. 12. num. 4.* taxatiuam inducit in eo ſolum, quod pater reliquerit, & adhuc dubitat in praxi poſſe obtineri, & ideo dat cautelam, vt pater expreſsè in precibus impetret à Principe poſſe grauare filium in legitima. *Perez d. lib. 5. tit. 2. reg. 3. nu. 4.* ſimiliter loquitur in his terminis, & allegat *Caſtren. in l. pactum quod dotali*, & in fine ſe remittit ad Suarez loco cit. & ita dicit limitari *d. l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſt. Couarr. in d. 2. par. de ſponſ. c. 8. §. 8. nu. 2. verſ. ſed ſi quis legitimus*, ponit hanc clauſulam, ita tamen vt patri ſuccedat ea in parte, quam ei pater relinquere voluit, alleg. Iaſ. Suar. & Alciat. & dicit hanc eſſe limitatam legitimationem. *Garz. de nobilit. Hiſpan. gloſ. 21. nu. 83.* vbi inquit legitimatos ad certam ſummam, non debere cõſequi legitimã, cũ ſint legitimi limitato modo. *Azeued. in l. 10. Taurin. nu. 41.* qui præ cęteris hunc ſenſum optimè percepit ad limitationẽ legitimationis. *Gomez in l. 12. Taurin. nu. 70.* vbi ponit caſum in legitimato, cum pacto vt non poſſit ſuccedere niſi in ea parte, vel portione, quam pater relinquet, & allegat Tell. *Berengar. in d. c. vnico, in fi. verſ. aduertendũ*, vbi dicit in illo textu pacta eſſe negatiua. *Io. And. in addit. ad Spec. de ſucceſſ. ab inteſt.* §. 1. quem vltimo loco citaui, nam ponit gladiũ ad radicem, vbi expreſsè loquitur quando clauſula legitimationis erat negatiuè concepta, & repellebat legitimatum, ne coæquaretur proli legitimæ, & ibi dicit dictum filium repelli etiã ex ſucceſſione inteſtati, & ita eum diſertè declarat *Iaſ. conſ. 202. nu. 31. verſ. nec obſtat, deciſ. Io. And. vol. 2.*

Et cæteris ex induſtria omiſſis, ne prolixior ſim, non vidi Scribent. qui extra hos terminos legitimationem limitatam in effectu, ſeu ſucceſſione eſſe dicat. Et his authoritatibus mouentur. Atqui cum in creatione noſtrarum legitimationum nulla adſit limitatio, nec circa ſubſtantiam, nec circa effectum, & ſint ſimplices, nulla lege, vel clauſula adiecta legitimæ derogatoria, ſeu ſucceſſionis excluſiua, aut conditionali cum dictionibus reſtrictiuis. Sequitur neceſſaria concluſio vnanimi omnium conſenſu, Stephanum, & Cæſarem ſic legitimatos nõ potuiſſe à patre grauari in legitima, etiam ſi voluiſſet, & veritatem noſtræ poſitionis in quarto caſu indubitatã eſſe, videlicet, quod legitimatus in eo quod patri placuerit, nequeat in legitima grauari, tum ex adductis in dicto quarto caſu, tum etiam quia ſtãte ſtatuto, quod filia ſit contenta in ea parte, quæ patri videbitur, non propterea ſuper ea parte grauamen, & onus imponi poſſit. *Pariſ. conſ. 36. num. 5. lib. 3. Gomez variar. reſol. tom. 1. c. 11. nu. 18. Gabr. in commun. tit. de legit. concl. 1. nu. 64. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 208.* niſi ſtatutum expreſsè daret poteſtatem patri oneris imponendi, vt optimè ſcribit *Horat. Carpan. in ſtatut. Mediolan. c. 280. num. 29.* & iuridica eſt illatio Gomet. loco cit. ad legitimationem in eo quod patri videbitur, vt non poſſit talis legitimatus in legitima grauari. Et in caſu noſtrarum legitimationum à fortiori procedant, in quibus ſimplicia verba leguntur. Ad ſuccedendum in toto, quod pater in vita, vel in morte, ſeu alij dederint, ſiue relinquerint, nec ſunt verba, videbitur, nec vlla verba limitantia effectum ſucceſſionis in ipſa creatione legitimationis, niſi reſpectu lineæ deſcendentis, vel aſcendentis, quarũ reſpectu limitatè dicuntur, quoad cætera plenariæ ſunt, ita dicit expreſsè l. 12. thori, & deficiẽtibus dictis lineis, nõ remanet in quo limitetur, & in omnibus bonis parentum ſuccedunt, & vt ab initio legitimi cenſentur, cum ſublatę ſint perſonæ de medio, quarum fauore procedebat limitatio, vt declarat *Ceual. in commun. contra comm. q. 2. num. 33. & 34.*

257 Nec dicatur illa verba poſita in noſtris legitimationibus, quod poſſit ſuccedere eſſe limitatoria, ſeu reſtrictiua ſucceſſionis, ſeu legitimationis, cum fiat habilis ad ſuccedendum, & pater non habeat neceſſitatem relinquendi, vt innuit *Caldas loco cit. verb. ſine curatore, nu.* 52. nã eius dictum, nec ratione, nec authoritate procedit, & loquitur contra omnes ſuprà citatos Scribentes, & ſi per verba negatiua tollitur potentia ſuccedendi, quando eſt dictum in legitimatione, vt non ſuccedat, & ita dicitur effectus limitatus. Per verba affirmatiua, vt poſſit ſuccedere admittitur potentia ſuccedendi, imo dat neceſſitatem ſuccedendi, vt de verbo, poteſt, diximus in quinta clauſula,

la, præterea; Caldas allegat Alciat. Socin. & Emanuel. Costam, qui expresse in dispensato vt possint succedere loquuntur, non autem in legitimato, & hi sunt, *Alciat. in rub. ff. de libe. & posth. nu. 33.* vbi loquitur in dispensato nõ obstante defectu natalium, *Soci. cons. 112. num. 13. vol. 2. Eman. Cost. in c. si pater, verb. absq; liberis, nu. 51. de testam. in 6.* vbi inquit, si non fuerit legitimatus, sed dispensatus, vt possit succedere; allegat etiam *Caldas, Alex. Iaf. & Alciat. in d. rub. ff. de lib. & posth.* pro hac sententia, quod falsum est, cum hi Scribentes loquuntur per verba negatiuè concepta, vt non succedant, vt superius declarauimus, vt hinc euidenter colligetur pro veritate scripsisse, dum authoritates Scribẽt. quoq; à nobis põderẽtur, & authoritates à parte congestas etiã ex hoc capite ad casum nostrum nullatenus posse applicari, cum multi Scribentes ex eis in spurijs loquuti sunt, vt declarauimus. Et eo magis hinc dicendum est, nulla etiam apparente volũtate grauãdi *ad cons. Dec. 256.* quod probauimus.

258 Et cũ pdicta sint ipsa veritas, & nullã possint pati responsionẽ, amplius nõ immorabor.

Quarto principaliter per partẽ opponitur, quatenus legitimæ detractioni locus esset, Trebellianicam non posse detrahi per filios legitimatos, licet enim Trebellianicam à filijs legitimatis posse detrahi probauerit *Cas. de Grass. decis. 159. in fi.* in terminis nostræ legitimationis, *Gabr. cons. 28. lib. 2. Alcia. cons. 98. num. 6. Sarmien. select. interpret. lib. 2. c. 7. num. 18.* tamen hoc non procedere, quando Trebellianica expresse, vel tacitè, & per coniecturas fuit prohibita. Et in casu nostræ legitimationis euidentes esse coniecturas ad inducẽdum Trebellianicæ prohibitionem, tum quia disposuit totam hæreditatem ad substitutos peruenire, tum etiam per prohibitionem alienationis bonorũ primogenituræ, & Maioratus institutionem ex latissimè congestis per *Mattiens. lib. 5. recopilat. leg. Hispan. tit. 8. l. 1. glo. 19. n. 12. Padil. in l. post mortem, C. de fideicom. n. 31. Molin. de Hisp. primog. lib. 10. c. 17. nu. 26.* & ad nouissimè decisa per *D. Præsid. de Franch. 612.* accedente etiam statuto Ianuæ, quod prohibet duas quartas detrahi posse.

Verum licet prædicta apud Scribentes sint nimis controuersa, adeò quod Cæsarea decisione indigerent, eorum disputationem omittimus, cum ad casum nostrum applicari non possint.

259 In testamento enim Baldassaris duplex legitur gradus substitutionis; alter respectu eius filiorum, & eorum descendentium primogenitorum; alter respectu fideicommissariorum. In primo enim casu, seu gradu Baldassar volẽs sua bona conseruari in filijs legitimatis, & eorum descendentibus primogenitis, constituit Maioratum in eorum beneficium, cum prohibitione alienationis totius hæreditatis, & respectu huius substitutionis inter filios, & descendentes primogenitos, vsus est testator dictionibus, totam etiam alienationem prohibuit, & hic militat ratio *tex. in auth. sed in ea. C. ad leg. Falcid.* Trebellianicam videri prohibitã per prohibitionem alienationis, ad hoc, vt conseruentur bona in familia, & filijs. Quæ ratio cessaret detracta Trebellianica, per quam induceretur alienatio quartæ partis hæreditatis, & ita declaratmentem illius tex. ex mente *Alciat. cõs. 133. nu. 11. vol. 9. ac Scribent. infra citand.* & hanc rationem à Iurisconsultis traditam expresse declarauit testator, dum dixit, quòd solũ sua voluntas erat, quòd sua bona, tam relicta, quàm aucta remaneant vinculata, & restitutioni obnoxia pro dictis eius filijs, & descendentibus.

260 Alter casus, seu gradus substitutionis est in casu deficientiæ suorum descendentium in beneficium Dominici, & suorum filiorum, & in hoc casu, nedum vsus est testator dictione, totã, nec alienationem prohibuit, sed voluit bona sua deuenire libera absque onere restitutionis, adijciendo, quòd vincula apposita in eius bonis erant respectu filiorum, & eorũ descendentium. Vnde si secundum partem prohibitio alienationis, & aliæ coniecturæ inducunt prohibitionem detractionis trebellianicæ, vt conseruentur bona in filijs, & hæc fuerunt disposita quòad filios, & descendentes, & habemus mentem apertam, & voluntatem declaratam testatoris, si hæc cessant ex mente testatoris expressa respectu substitutorum, videlicet, Dominici, & filiorum, cessat etiam prohibitio detractionis Trebellianicæ, quæ inducebatur ex prohibitione bonorum alienationis, & conseruatione bonorum in ipsis filijs. Limitata enim causa, limitatum inducit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. l. 2. vbi Bal. ff. de seru. exportand.* & hoc in terminis, etiam quando non apparet expressa voluntas testatoris declarata, probauit *Soc. iun. cons. 170. nu. 48. vol. 2.* legendus, vnde vt inducatur trebellianicæ detractionis prohibitio, necesse est vt alienationis prohibitio fiat non solum hæredi, sed etiã fideicommissarijs, ne bona extra familiã exeãt, & in agnatione conseruentur, *Socin. iun. cons. 49. num. 21. vol. 3. Decian. cons. 120. num. 24. vol. 2. Socin. iun. d. cons. 170. nu. 41. volum. 2. Mandos. ad Roman. cons. 206. verb. operetur, Menoch. de præsump. lib. 4. c. 98. nu. 28. vers. tertia fuit opinio, Peregrin. de fideicommiss. art. 3. vers. secundo casu, Mantic. de coniectu. vltim. volunt. lib. 7. tit. 12. nu. 21. vers. aduertendum.*

Vana

Vanæ ergo sunt coniecturæ à parte considerataæ in casu nostro, dum certam, & expressam voluntatem testatoris habemus, quòd respectu substitutorum dictæ coniecturæ locum non habeant, & consequenter trebellianica detrahi valeat.

261 Et vanissimum est allegare statutum Ianuę, quo prohibetur in restitutione fideicommisși vtramque quartam, videlicet, legitimam, & trebellianicam posse detrahi, sed altera tantum hæredem debere esse contentum. Nam bona, & personæ, de quarum interesse agitur, sunt extra iurisdictionem dictæ Ciuitatis. Isti enim filij orti sunt in Hispania in Curia, ex parte ibidem degente, Materq; Hispana, & bona sūt in Hispania etiam extra territorium statuētiū, & proinde statuto non ligantur. Præterea esto, quòd essent subditi, siue statutum loquatur in rem, siue in personam non extēditur, nec operatur quoad bona extra territorium, ex magis communi probant *Put. decis. 351. par. 1. Bursat. consi. 93. lib. 1. Phanut. de lucr. dot. gloss. 9. nu. 35. Brun. latissimè de statu. exclu. fœmin. art. 8. nu. 119. & copiosè Matthiens. lib. 5. recollect. Hispan. tit. 9. lib. 2. glos. 1. num. 25. cum seqq.*

262 Quintò principaliter, & vltimò opponitur nō procedere iudicium immissionis *ex remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* saltim respectu bonorum, & portionis Stephani, qui decessit ab intestato, & bona Stephani ad Cæsarem nō peruenerunt, quo casu cessat *remed. dict. l. fin.* quod competit ex testamento, non autem ab intestato, ad tradita per *Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 64.*

Nec dicit pars posse interponi decretum præambuli in beneficium Philippi vti hæredis Cæsaris in bonis Stephani, licet decreto Sacr. Conc. sit reseruatum expediendum simul, & semel cum causa immissionis tam respectu bonorum Baldassaris ad Stephanum peruentorū, cum in his non competant legitima, & Trebellianica dicto Stephano, & Cæsari ex superius disputatis, quàm etiam respectu bonorum propriorum Stephani, in quibus non potuit succedere Cæsar Stephano ab intestato, cum fuerint fratres naturales ex diuersa matre orti, & non habeant iura agnationis, & successionis actiuè, & passiuè, *ad glo. in l. hac parte, ff. vnde cognat. probat Couar. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 9. nu. 19.*

Nec eis proderit legitimatio, cum fuerit limitata quoad successionem, & ista non contulerit iura successionis actiuè, & passiuè, *Alciat. consi. 6. num. 13. vol. 4. & consi. 15. nu. 6. vol. 9. Alex. consi. 189. nu. 7. lib. 5. Honded. consi. 83. nu. 11. 45. & 46.* Proinde cum inter ipsos fratres non sit mutua successio ab intestato, & in bonis Baldassaris propter onus annexum restitutionis, non competat aliquod ius, cessat immissio, & per consequens præambulum.

263 Sed hæc vltima oppositio manifestè confunditur: si quidem hoc est iudicium summarium possessorium adipiscendæ, quod competit, proculdubio in bonis, quæ possidebantur, seu quomodolibet detinebantur per Cæsarem, *ad tex. in l. fi.* ibi, *earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt*, & ibi gloss. & omnes Scribētes; Cæsar enim possidebat tam portionem suam, quàm Stephani fratris ab intestato prædefuncti ex persona tutorum, & pro tempore curatorum: ijdem enim tutores nomine Stephani, & Cæsaris adierunt hæreditatem Baldassaris, possessionem cęperunt administrationis dictæ hæreditatis, faciendo emptiones, exactiones, & alia vti tutores dicti Stephani, & Cæsaris, & tam tutores ipsi dati à Baldassare, quàm alij tutores subrogati loco præmortuorū de ordine Baldassaris etiam post mortem Stephani eandem administrationem continuauerunt Cæsarem superuiuentem, & legitimum Stephani successorem repræsentando, & iuris est notissimi pupillis per tutores possessionem acquiri, *l. 1. §. furiosus, l. quamuis, §. infans. ff. de acquir. poss. l. donatarum, C. eod. vbi scribens gloss. Cuman. Barto. Socin. latè Gileon. de præscrip. par. 3. cap. 1. nu. 7.* quod etiam in minoribus adultis curatorem habentibus procedit, prout erat Stephanus, & Cæsar, qui prodigis, & pupillis æquiparantur, *l. si curatorem habens, C. de restit. in integr. vbi glo. Bar. latè Francisc. à Caldas ibid. verb. non absimiles, nu. 1. Guttierez in auth. sacrament. puber. C. si aduers. vendit. nu. 24. est tex. in l. qui neque, ff. de reb. cor.* & cum post mortē Stephani Cæsar frater eius adierit animo, *ad tex. in l. pro hærede, & l. gerit. ff. de acquir. hæred.* & aditione omnia iura transeant in hæredem ipso iure, *l. cum hæredes, ff. de acquir. possess. l. 1. C. si cert. petat.* & possessio capta per tutores nomine Stephani non solum conseruatur per tutores nomine sui hæredis Stephano defuncto, & sic Cæsaris, *l. si is qui pro emptore, in fi. ff. de vsucap. l. nunquam. §. vacuum. l. cęptam, ff. eodem* etiam si dicta hæreditas fuisset iacens non diceretur vacua, *Dec. consi. 400. nu. 6. Bal. in l. fi. in prin. C. de edicto Diu. Adr. toll. Bursat. consi. 425. nu. 5. vol. 4.* sed etiam continuetur in beneficium Cæsaris hæredis per curatores, Cęsar enim possidebat animo suo, corpore tamen alieno per curatores, *l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. de acquir. poss. Afflict. decis. 167. 325. Natt. consi. 538. col. 3. Bursat. consi. 425. Natt. consi. 538. col. 3. Bursat. consi. 425. num. 5. vol. 4.* & bona Stephani, & Cæsaris sint effecta vnicum patrimonium Cæsaris, *l. 1. ff. de separat.*

rat.bonor. & taliter commixta, vt vna hæreditas sine altera haberi non possit, *Bald.in l.1.in 1.addit.ff.de petit. hæred.* sequitur pernecessario dicendum, vt cum in hæreditate Cæsaris tam quòad dominium, quàm quòad successionem reperiantur bona cuiuscunque sint generis, siue propriè, siue a Baldassare peruenta, etiā detenta, & Stephani, & Cæsaris vnita sint bona, concedenda est Philippo petita immissio in omnibus bonis à Baldassare siue vndecunque peruentis ad Stephanum, & Cæsarem vi *legis fi.C.de edict. Diu. Adr.* ac vna simul declarandus est Philippus hæres Stephani per viam præambuli ex persona Cæsaris veri, & legitimi successoris Stephani.

264 Nec aduersus dictā immissionem filij Dominici fideicommissarij sunt legitimi contradictores, receptissima enim est iuris conclusio, quod aut fideicommissarij non possidēt, & tūc etiam si hęredi non competeret detractio legitimæ, & trebellianicæ, non possunt impedire immissionem virtute *d. l.fin. Surd. decis. 333. par.2.nu.8. Ioseph Ludou. decis. Perus. 45. nu. 15. Peregrin. de fideicommis. art.48.nu.15. & nu.33. Menoch. remed.4. adipiscend. nu. 630. cum sequen. Castill. de vsufructu par.3. c.24. nu.71.* aut possident sine vitio, sed locus est detractioni legitimæ, seu trebellianicæ, & tunc non solum non sunt legitimi contradictores, sed non sunt audiendi, nisi prius integra hęreditate restituta, ita sentiunt præcitati Scribentes, & præcipuè *Surd. d. dec.333. par.2. Peregr. de fideicommis. art.47. num. 66. D. Præses de Franch. decis.204.* qui declarat sine vitio tunc possidere, quando de licentia testatoris possessionem apprehendissent, vt in casibus, in quib. ipso iure fit restitutio, quapropter si fideicommissarij Catanei non possident, etiam si nulla esset detrahenda legitima, & trebellianica per Philippum ex persona Stephani & Cæsaris, & Philippo sufficiat Cæsarem fuisse legitimum hæredem vti legitimatum Stephanum fratris, pars enim fatetur dictos filios plenè, & verè legitimatos, sed quod nullam valeāt legitimā, vel trebellianicam detrahere contra voluntatem paternam: quo iure deneganda est immissio Philippo, etiam cessante detractione quartarum nō possidentibus fideicommissarijs & eo magis cum fundauerimus omni iure detractiones competere, & dum ex hoc solo motiuo in hoc iudicio possessorio immissionis doceat obtinere Philippus, considerabunt Religiosissimi Domini Senatores superius disputata exuberantiam iustitię Philippi respexisse tot obiectionibus a parte obumbrari nixam, non quod ad causam fuerint, nec sint necessariò, & cum grauissimi ponderis causa hoc etiam exposcebat.

265 Et inanis fuit aditio facta per Baldassarem iuniorem virtute statuti Ianuensis hæreditati Stephani, dum dicta hæreditas Baldassaris non deferebatur à iure, *ad tex. in l. obuenire, ff. de verb.signif. l. delata, ff. eod. l. conficiuntur, ff. de iure codicill.* & dominium erat apud Cæsarem, & possessio apud Curatores nomine Cęsaris, qui erat legitimus successor Stephani, nam ex legitimatione dicti fratres mutuo iure agnationis consecuti erant, ex *l. 12. tauri*, & superius probauimus actiuè, & passiuè, & probant *Ludouic. de Sard. de legitimat. quæst. 7. princ. num.8. Laudens. eod. tract. par.5. vers. secundo quæro, Couar. de sponsal par.2. cap.8. §.8. num. 2. & Alex. Alciat. Onded.* & cęteri loquuntur in dispensatis, non autem plenè legitimatis, vt toties declarauimus, & communis est schola Scribētium omnium per legitimationem plenam, & integram quòad statum personæ, licet restrictam quòad successionem iure agnationis actiuè, & passiuè induci, vt præcitati Scribentes fatentur, *Tell. & Mattiens. d. gloss. 12.* probarunt, licet nos nostras legitimationes plenissimas esse, & quòad statum personæ, & quòad effectum successionis demonstrauerimus.

Rectissimè ergo egit Philippus petendo immissionem ex portionibus Stephani, & proinde optimo iure erit prouidendum decretum latum per S.Cons. quòd Philippus immittatur in possessionem bonorum Cæsaris, & quòad bona Baldassaris audirētur partes, esse ampliādum etiam in bonis Baldassaris, stante compilatione processus, plenissimè auditis partibus, & Philippum immittēdum esse in possessionē bonorum Baldassaris, & concedendum esse præambulum petitum in bonis Stephani.

266 Vltimò opponitur legitimationem Cæsaris esse nullam, seu saltim non potuisse Stephano præiudicare, nulla facta mentione Stephani prius legitimati, in hac secunda Cæsaris legitimatione, & proinde ex dispositione *l.12. tauri.* non posse Cęsarem succedere, nec ex testamento, neque ab intestato, sed debere habere quintum. Et licet *d. l. 12. tauri*, loquatur in legitimatis per subsequens matrimonium, procedit & in legitimatis per rescriptum ex identitate rationis, cùm hi reputentur vt vere legitimi, ita declarat, & probat *Tell. dic. l. 12. num.3.*

267 Sed pluribus modis respōdetur. Primo negatur assumptum, & ex tēsio D. Tell. Si quidem *l.12. tauri.* expressè loquitur in legitimatis per subsequēs matrimonium, ita etiam omnes ibidem intelligunt, *Gomez. nu.35. Ceruant. nu. 12. Lopez tit.15 glos.9. partit.4. verb. vuieres, Garz. de nobilit. Hispan. glo.21. nu. 68. Mattiens. tit.8. lib.10. glo.3. nu. 1. Piccard. instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. tit.1. §.5. n.13.* & om-

& omnes ibidem probant legitimationem, per consequens matrimoniū esse maioris efficaciæ legitimatione per rescriptum. Et ibidem *Ceruant. nu. 19. & 25.* dicit legitimationem per subsequens matrimonium differre à legitimatione per rescriptum effectu, & creatione, creatur enim legitimatio, sequuto matrimonio, sine consensu filiorum, qui consensus requiritur in legitimatione per rescriptum, & alia tradit *Tiraq. de iure primog. q. 34. nu. 53.* Vnde cum militet diuersa ratio, corruit assumptum D. Tell.

268 Præterea inspecto iure communi, quando in legitimatione secundi filij naturalis esset facienda mentio primi filij legitimati per rescriptum intelligeretur, vt hæc legitimatio secunda non præiudicet primo filio legitimato per rescriptum ab intestato, *Tiraq. de iur. primog. q. 34. nu. 53.* cum militet diuersa ratio ab intestato, ex testamento patris, in quo potest pater primo filio præiudicare, probat *Honded. cons. 89. num. 41. vol. 1.* At de iure Hispanico l. 12. Taur. corrigitur ius commune dum prohibetur successio ex testamento, & ab intestato. Vnde lex correctoria nō est extendenda, etiam ex identitate rationis, *l. præcipimus, C. de appellat. l. sancimus, cap. 1. de testam.*

269 Secundo, si procederet extensio Telli, esset intelligenda quoad præiudicium, non autem quoad nullitatem legitimationis, quę remanet valida quoad eius statum, & omnes effectus, ità probat eadem l. in fi. & cæteri notant, & probat etiam *Honded. d. cons. 89. nu. 22.* Et illud quintum debet remanere penes filium etiam in proprietate, & potest quouis modo disponere, optimè probat *Auendan. in l. 9. glos. 4. et l. 10. glos. 3. per tot.*

270 Tertio, in casu nostro præsumitur scientia in Principe legitimante, quod aderat alter filius legitimatus, dum paucos ante annos alterū legitimauerat. Ita optimè considerat *Hond. d. cons. 89. nu. 26. vers. tertiò.*

271 Quarto, omnis dubitatio præiudicij Stephani cessat ex approbatione testamenti facta, & per Dominicum nomine Stephani, & Cæsaris, & per ipsum Dominicum nomine proprio, ac etiam Baldassaris iunioris, qui facto præambulo, voluit succedere Stephano beneficio statuti Ianuensis ab intestato. Vnde cum omnes testamentum approbauerint, non est quærendum de hoc præiudicio, vt considerat *Honded. d. cons. 89. nu. 29. Gabr. de legitimat. concl. 7. nu. 29.* Et hanc mentionem fieri debere in legitimatione à Comite Palatino, non autem à Principe, probauit *Peregr. de fideicom. q. 29. nu. 54.* Et hoc præiudiciū leue esset, nam si Cęsar haberet quintum, maior pars accresceret Stephano, & tota portio Stephani ad Cæsarem deueniret, vt ex prædictis ex quauis parte consideretur hæc oppositio nullius est momenti. Et omnibus obiectis est satisfactum, & ita in omnibus iuris certissimi esse concludo sub censura amplissimorum Dominorum Senatorum, quibus hæc omnia submittimus.

EX ALLEGATIONIBVS V.I.D. MARCELLI MARZANI, pro Ioanne Baptista Cataneo cum Philippo Spinula, factis in eadem causa super articulo prædicto.

Quoad legitimam vigore prætensarum legitimationum.

272 Svbsequitur alius principalis articulus detractionis legitimæ, & trebellianicæ, quas Philippus prætendit tanquā hæres Cæsaris, ac etiam respectu Stephani fratris per intermediam personam Cæsaris illius prętēsi hæredis, pro legitima autem particulariter experitur vigore prætensarum legitimationum dictorū Cæsaris, & Stephani, cum alias citra legitimationem nulla eis legitima deberetur, secundum *Glos. & Bar. in l. 1. ff. de bon. poss. contra tab. & alios copiosè superius relatos in primo articulo*, vtq; pateat legitimam nullo modo competere posse, ex duobus præcipuè comprobatur.

Primo ex inualiditate legitimationum tanquam obtentarum absque consensu Baldassaris patris.

Secundo, quamuis cōsensus adfuisset, adhuc non operari detractionem legitimæ, attenta forma dictarum legitimationum.

273 Quoad primum quælibet legitimatio inualida censeri debet, cum non interuenerit expressus consensus dicti Baldassaris patris, nec constet preces fuisse porrectas de ipsius voluntate, nec de subsequenti forte acceptatione, vel ratificatione, in aliquo actu, dum vixit, immo contrarium apparet ex vltimo testamento, in quo filios prædictos non simpliciter, aut legiti-

matos, sed naturales tãtum nominauit, est nãq;
in iure dispositum legitimationem per rescri-
ptum Principis obtineri debere ad instantiam
patris, & de ipsius consensu *ad tex. in §. fit igi-
tur licentia, Auth. quib. modis nat. effic. legit.
et §. fit igitur licẽtia, auth. quib. mod. nat. effic.
sui. DD. in l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de*
274 *liber. & posthum.* Sicut filius, nec inuitus le-
gitimari potest, & proinde id ratũ habere debe-
bit, *ad tex. in §. generaliter, eodem tit. quibus
mod. nat. effic. sui.* Licèt prędicta non procedãt
in infante, qui consensum præstare non potest,
verum ratificari debebit à tutore, vel ab ipso fi-
lio facto maiore, alias legitimatio non valet,
*bene Rom. cons. 194. nu. 9. Ancharan. Regiens.
q. 62. num. 14. lib. 1. Curt. sen. cons. 64. nu. 4. &*
275 *cons. 19. num. 5.* Immo sola scientia filij non
sufficit pro ratificatione, etiam quod de ipsius
commodo tractetur, nisi aliquid faciat, quod
facere non poterat, nisi legitimationis iure,
*Molin. latè de iust. & iure, tom. 1. disput. 173.
col. 6. lit. A. fol. mihi 682. Ruin. cons. 81. nu. 12.
vol. 3. & Osasc. decis. 119. nu. 22.* & quod pa-
tris consensus accedere debeat, posuit etiam
*Couar. de sponsal. par. 2. cap. 9. nu. 70. ex men-
te DD. in d. §. & quid si tantũ, latè Abb. cons.
86. post nu. 1. vol. 1.* & etiam est de substantia,
& ordine formali consensus patris in legiti-
matione, licet subsequi possit, vt per *Iacob. de
Beluis. in d. §. generaliter, Angel. in cons. 87.
pro decis. vers. confirmatur hoc, & versic. nec
etiam obstat, Cassan. in consuet. Burg. rubr. 8.*
276 *§. 3. post nu. 21.* vel quod acceptauerit rescri-
ptum legitimationis, sicut idem *Ang. docuit
in consil. 17. Comes Brandisius col. 3. in fine.*
& ratio est ne patri paretur hæres, de quo nõ
cogitauit, vel abhorruit, & immo requiritur
consensus non tacitus, sed expressus præcedẽs,
vel subsequẽs, vt ex multis comprobat *Bursat.
in cons. 433. nu. 1. cum seq. vol. 4.*
277 Nec obstat ex eadem scriptura legitimatio-
nis apparere, fuisse prædictos filios legitimatos
ad preces Baldassaris patris, ibi (por parte de
vos Baldassar Cataño) & ex subsequentibus
verbis, ibi (y nos suplicastes) quoniam libellus,
vel rescriptum, in quo dicitur supplicatũ fuisse
pro parte talis, non probat talem supplicasse,
nisi aliunde probetur, ex traditis per *Bart. in
l. ex hac scriptura, ff. de donat.* quoniam alias
de facili fraus committi posset, agitur enim de
præiudicio patris, cum per talem legitimatio-
nem sibi occultam potuisset habere necessariũ
hæredem talem filium, pręter eius intentionẽ,
sicut dicimus in assensu expedito in forma Cã-
cellariæ, vt non intelligatur concessus à Prin-
cipe nomine illius, pro cuius parte asseritur
fuisse petitum, vt refert *Freccia solemniter de-
cisum lib. 2. de subfeud. q. 24. per totam,* & in
indiuiduo in terminis nostris legitimationis
notabiliter docuit *Fulgos. in cõs. 23. post nu. 2.*
vbi allegat tex. hoc decidentem in *l. omnium,
in fi. C. de testam.* ibi, *nec institutus hæres per-
timescat, cùm oblatas preces secundum volun
tatem defuncti idoneis testibus possit approba-
re,* vbi *Glos. & Alex. clarè num. 5.* Supplicatio
enim nomine absẽtis bene fieri potest, sed ille,
cuius nomine supplicatur, debet habere ratũ,
vt *Bald. posuit in cons. 146. tit. 1. num 2. vol. 1.*
& dat ibi consilium, quòd de istis ratificationi-
bus tam per patrem, quàm per filios fiãt publi-
ca instrumenta, vt ibi per ipsum num. 8. in fi.
immo adeo requiritur patris consensus, quod
etiam si fieret legitimatio eius nomine absque
mandato inualida est, nec conualescit per rati-
ficationem, *Celsus Hugo. in cons. 773. num. 7.*
& proinde *Cagnol. in l. si qua Illustris. C. ad
Orfician.* dat cautelam, vt constet de mandato
patris, vel ex alio appareret ratificatio, seu ap-
probatio patris, veluti si nominasset filium le-
gitimum, aut legitimatum, de quo *Matthiens.
tit. 8. l. 10. gl. 1. num. 11.*
278 Verba autem assertiua, seu potius narrati-
ua Principis, quamuis alias fidẽ faciant, iuxta
tex. in l. vniuersis, C. de precib. Imperat. offer.
donec cõtrarium probetur, vt per *Gl. & DD.
in clem. vnica, de probat.* Illud tamen procedit
primo, vbi rescriptum non tendit in alterius
præiudicium, veluti quod quis restituatur ad
famam, vt *Bal. declarat in l. 1. num. 2. vers. sed
tu dic, C. eod. tit.* Secũdo, verba assertiua Prin-
cipis non probant in ijs, in quibus ipse Prin-
ceps disponere non potest, & sic de alterius cõ-
sensu necessario, cum non asserat factum pro-
prium, & à se gestum, sed alienum, nec testifice-
tur de re sibi nota per sensum corporeum, sed
ipsius concessio refertur ad memoriale exhibi-
tum, quod potuit offerri sine dubio ab alio, no-
mine Baldassaris, proinde quoad hoc assertioni
non statur, nec creditur in pręiudicium tertij,
& aliunde constare debet, sic declarando *tex.
in clem. vnica, de probat.* cum alijs ex aduerso
adductis, posuit *Ias. in cons. 86. in causa vol. 3.*
& ante ipsum *Aret. cons. 164. latissimè Alber.
Brun. inter cons. feud. cons. 114. a nu. 272. cũ
seqq.* etiam si adessent clausulæ de plenitudine
potestatis ex certa scientia, siue motu proprio,
vt ibi per ipsum nu. 280. *Dec. cons. 602. nu. 13.
& 15. & cons. 603. nu. 8. Crau. cons. 104. nu. 8.
Cancer. var. resol. par. 5. c. 3. num. 75.* & ante
*Paris. cumulat cons. 15. nu. 25. & cons. 68. nu.
227. vol. 4.* cum factum aliter se habere possit,
sicut in hac eadem causa produxit pars exem-
plum cuiusdam supplicationis, vt asseritur por-
rectæ pro parte prædicti Stephani Catanei S. M.
& nihilominus per annos ante prædefunctus
erat, & quamuis legitimatio sit donum Prin-
cipis,

cipis, non tamen inuito patre cõfertur, vt per *Tell. in l. 12. nu. 9.* Et quando sumus in verbis narratiuis, quãdo Princeps simpliciter factum narrat, absque attestatione, prout sunt verba Regis in legitimatione, tunc minus creditur verbis narratiuis, vt in specie voluit *Ruin. cõs.*
279 *41. nu. 17. lib. 1.* Et è contra de voluntate Baldassaris contraria constat ex testamento, in quo naturales simpliciter nominauit, quos si sciuisset ipsos legitimatos nõ vocasset, nec instituisset vti naturales, sed tanquam legitimatos, ex quo statum mutauerant, & non debuissent institui cum ignominia, prout cum ignominia censentur instituti, dum naturales tantum nominantur, vt *Bald.* optimè considerat *in eodem cons. 146. nu. 7.* Et quia institutio facta naturali conuenit legitimato, sequitur, patrem illius notitiam nõn habuisse, & tanquam inualidam non subsistere, vt considerat latè *Bero. in cons. 156. nu. 52. vol. 2.* institutio autem non operatur vt proinde dicantur legitimati, cum naturales tantum nominauerit, & institutio potius intelligitur processisse ex concupiscentia, & affectione, non quod appareat sciuisse legitimationẽ, vt notabiliter posuit *Anchar. in solemni cons. 242. ex tenore priuilegij, post nu. 2. vers. requiritur & tertio,* & clarius post *nu. 4. vers. item etiam tractatur,* quem sequitur *Dec. cons. 338.*

Nec obstant considerationes aduersarij allegãtis etiam in iure filios ex matrimonio natos, appellari naturales, vt *institution. de ado-*
280 *ptionibus, in princ.* Quodque legitimatus adhuc remanet cum illo nomine, secundũ vulgarem vsum loquendi, vt docet *Castr. in l. fin. num. 6. C. de his, qui ven. ætat. imp.* quoniam Imperator in d. tit. de adoptionib. illud posuit, ad differentiam filiorum legitimorum tãtum, & Glos. ibi addidit naturales, & legitimi, Castrens. verò ait, quòd filius legitimatus non dicitur filius legitimus, & naturalis, sed tantum naturalis legitimatus, & sic cum adiuncto legitimationis. *Alex. autem in cons. 25. num. 1.* loquitur quando in loco est communis vsus loquendi, quod legitimatus non veniat appellatione legitimorum, & naturalium, de quo vsu in Hispania non constat. Amplius, filius legitimatus potest dici naturalis, sed non conuertitur, quia filius naturalis dum ita à patre nominatur, non sequitur propterea pernecesse, quòd sit legitimatus, cum possit esse naturalis non legitimatus, & poterat pater, si legitimationes impetrasset, nominare Cæsarem, & Stephanum filios suos simpliciter, non naturales, sicuti videmus, quod nominationibus in testamento efficit eum legitimum, non tamen eum nominauit naturalem, vt per *Boer. decis. 240.*
281 *post num. 19. vers. & licet.* Nec est verum, quod ex vsu Hispaniæ filius etiam legitimus appelletur naturalis, cum id ridiculum sit etiã, quia in Hispania, hijo natural, intelligitur nõ legitimè natus, vt in *l. 5. 6. & 7. tit. 15. par. 4.*

Informationes autem captæ de voluntate Baldassaris, quod filij prædicti nati fuerint ex soluto, & soluta, parti non prosunt, ex quo nõ constat fuisse captas ad finem obtinendi legitimationes, sed ex alia causa, qua Baldassar moueri potuit, qui si de legitimatione deinde obtenta certus fuisset, in testamẽto confecto post legitimationes, vel filios simpliciter nominasset, aut legitimatos, non naturales tantum, cum ipsorum ignominia, igitur ex informationibus non resultat pernecesse legitimationes fuisse obtentas de voluntate Baldassaris.

282 Nec etiam voluntas patris circa legitimationem colligi potest ex eo quod filijs tutorem reliquerit, quoniam ex verbis testamenti patet, Baldassarem dedisse tutorem tanquam patrem naturalem, ratione bonorum, quæ eis relinquebat, ibi (y assi por ser su padre natural, como por dexallos, como les dexo mi hazienda en la forma de suso contenida) post quæ verba reliquit tutorem, vt ex testamento legitur, & ei permittebatur etiam in naturalibus, vt in *l. final. C. de confirmatio. tutor.* & intelligitur datus, prout de iure concedebatur, cum confirmatione deinde subsequẽda, vt est etiam constitutio Hispaniæ in *l. 8. tit. 6. par. 6.* vbi Lopez, & iuxta dictarum legum dispositionẽ, prædictus tutor fuit confirmatus tam in Ciuitate Ianuæ, fol. 92. quam in Ciuitate Neapol. fol. 95. à terg. Ex quibus remanet fundata inualiditas legitimationis ex defectu consensus Baldassaris, &c.

QVoad secundum quatenus legitimationes validæ dici possent, adhuc indubitanter demonstrabitur illarum vigore legitimam non deberi. Pro cuius articuli veritate, ante omnia recensendus est tenor earundem legitimationum, & rescripti, cuius virtute Cæsar, & Stephanus legitimati reperiuntur, hoc modo, videlicet.

283 *Vt succedere valeant in eo quod pater in vita, vel in morte ex testamento, siue alia vltima volũtate, aut donatione, vel alio quauis persona quouis modo reliquerit, dummodo nõ sit in præiudicium filiorum legitimorum, & naturalium tunc forte existentium, vel futurorum, nec aliorum hæredum descendentium, vel ascendentium per lineam directam ex testamento, vel ab intestato,* habilitantur, seu legitimantur deinde ad officia, honores, & dignitates, ac omnis macula deletur, & restituuntur ad alia iura, ac si essent de legitimo matrimonio procreati, ex quo resultant plura

284 Primum prædictos filios fuisse legitimatos in eo quod pater, vel alij reliquerint. Secundum non simpliciter, sed in relicto ex testamento, aut alia vltima voluntate, seu donatione. Tertium sine præiudicio filiorum legitimorũ, & hæredum descendentium, vel ascendẽtium
285 ex testamento, vel ab intestato. Ex quibus dum Princeps relaxat personæ impedimenta, ac si talis filius esset legitimè natus, & quoad successionem quædam tantummodo concedit, ita vt quoad eam non in omnibus vti legitimè natus habeatur. Magna est inter DD. controuersia, an talis filius legitimatus, vel potius dispensatus habendus sit, & quòd sit legitimatio, nõ dispensatio, videtur deduci ex eo quod persona fuit integrè legitimata cum restitutione natalium, & abstersione cuiusuis maculæ, quæ sufficiũt, vt persona plene legitimata dicatur, quamuis successio fuerit limitata, quæ non est pars integralis quoad legitimationẽ personæ, sed tanquam effectus legitimationis, bene poterit alterari vno, vel alio modo, remanente filio verè legitimato, sicut testatur

Soc. in cons. 246. col. 2. in fi. vol. 2.
Dec. cons. 257. num. 10. vers. vltimo author.
Bart. in l. is potest, nu 8. ff. de acq. hæred.
Roland. cons. 26. post num. 7. vol. 4.
Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3. nu. 38.
Tell. Fernan. in l. 12. Taur. num. 20. in fi.
Matth. tit. 8. l. 10. glos. 1. num. 3. &
Pereg. cæteris dimissis, *in tract. de fideicom. art. 23. nu. 34.* licet quando fuisset habilitatus quoad quædam, minus autem restitutus natalibus, nec macula delera diceretur dispensatus, ex traditis per
Paul. de Cast. in l. pactum quod dotali, vbi Decius C. de collat.
Præpositus in cap. per venerabilem, §. quod autem, num. 54. qui fil. sint legit.
Molina loco citato, &
Menoch. cons. 737.

286 Ex aduerso non defuerunt DD. grauissimi, qui legitimatum cum limitatione prædicta dispensatum potius constituerunt, de quo latè
Curtius sen. cons. 73. à num. 6.
Alciat. cons. 6. à num. 3. lib. 4.
Couarr. de sponsal. par. 2. c. 8. §. 8. in princ. alijque quos refert
Spina de test. glos. 1. num. 9.
Molin. loco citato.
Tell. eadem l. 12. num. 12.
Aluar. Velasc. in praxi. partition. cap. 12. num. 41. cum seq. &
Matthiens. eodem tit. 8. l. 10. glos. 1. num. 4.

287 Verum ad tollendam hanc disputationem tãquam inutilem in præsenti quæstione, nihil interest an dicatur vera legitimatio, cum sit integrata persona, vel potius dispensatio ex limitatione prædicta, quoniã omnes etiam ex alijs in contrarium allegatis conueniunt, vt quãuis dicatur vera legitimatio quoad personam, respectu tamẽ successionis filius taliter legitimatus, habetur pro dispensato, & remanet in primæuo statu, prout erat ante legitimationem, ita vt nihil prætendere possit præter ea ad quæ fuit habilitatus, etiam quod adsit clausula restitutiua natalium, vel æquipollens, cum non sit inconueniens, quod sit legitimus quoad personam, honores, & dignitates, & quoad successionem dicatur dispensatus, ita quod non operetur, nisi quod tantum succedat secundum voluntatem patris dispositiuam, vel permissiuam, contra verò, vel præter, nihil consequitur, cum ius succedendi sit separatum à legitimatione.

Alex. in rub. ff. de liber. & posthum. num. 3. in fi. Ias. nu. 13. & 14.
Alciat. num. 3. & in cons. 6. lib. 1. nu. 4. & 5. & cons. 98. num. 6. lib. 4.
Ripa respons. 19. in rub. de substitutionib. num. 6. vol. 2.
Ias. cons. 202. nu. 2. lib. 2. & cons. 162. nu. 2. & 4. eod. lib.
Alex. cons. 189. lib. 5.
Dec. cons. 264. num. 3. col. fin. vers. sed quicquid, & in l. 1. sub nu. 10. C. de bon. poss. contra tab.
Surd. optimè cons. 337. à num. 51. vol. 3.
Emanuel Costa in d. §. & quid si tantum, 2. par. num. 152. & seqq.
Riminal. cons. 289. num. 51. vol. 2.
Curt. sen. cons. 73. nu. 7. in fi. vers. & sic ex his omnibus.
Decianus cons. 91. num. 9. vol. 2.
Matth. eodem loco citato, num. 6.
Socin. d. cons. 246. sub num. 3. vers. secundo, prima legitimatio, lib. 2.
Bursat. cons. 355. num. 26. in fi. lib. 4.
Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 9. uers. idem legitimato.
Costa de portione rata, q. 156. num. 6.
Lupus de illegit. comment. 3. §. 1. nu. 55.
Perez lib. 5. tit. 2. fol. 95. uersic. tamen si Princeps.
Curt. iun. cons. 352. nu. 12. & cõs. 302. lib. 3.
Segura in l. 1. §. si uir uxori, num. 82. ff. de acquir. possess.
Molin. loco citato.
Morot. cons. 9. num. 18. in fi.
Velasc. eod. cap. 12. num. 41.
Caldas in l. si curatorem habens, in uerb. sine curatore, num. 53. uersic. ergo cum fine, & nu. 53. uers. 2. in fi. C. de in integ. rest. minor.
Tell. latissimè in d. l. 12. num. 26. et
Lopez par. 3. tit. 18. l. 9. glos. 3. Omnes con-
288 cludentes validissimis rationibus non repugnare, vt filius dicatur legitimatus quoad personam,

sonam, non tamen habeat iura legitimi quoad successionem, stante restitutione prædicta, sine aliqua disputatione, proinde cum non sit simpliciter legitimatus, cum agimus de succedendo, attendenda est limitatio apposita in legitimatione, & illius forma, vt inde dignosci possit quid operetur restrictio successionis, & an filio legitimato cum limitatione prędicta, com petat legitima contra paternam dispositionē.

289 Nunc autem considerandum est modos legitimandi quatenus spectat ad propositum limitatę successionis tres potissimū considerari.

Primus quando filius legitimatur, vt succedat in eo quod patri placuerit, seu voluerit.

Secundus, quando legitimatur, vt possit patri succedere ex testamento, vel ab intestato.

Tertius, quando legitimatur, vt succedat in eo quod pater reliquerit ex testamēto, vel alia vltima voluntate, seu donatione, qui modi differunt in aliquo quoad producēdum effectum successionis.

290 In primo modo, quando legitimatur in eo quod patri placuerit, non succedit facto testamento, nisi iuxta voluntatem paternam, præteritus verò testamentum impugnare non potest, dato quod sit propria legitimatio, cum effectus sit limitatus.

Decius in d. cons. 264. col. pen. uers. sed quicquid sit, et ante ipsum

Paul. de Cast. in cons. 200. *nu.* 1. *uers. praeterea notandum, et vers. si amitteretur.*

Greg. Lopez videndus partit. 3. tit. 18. l. 9. gl. 3. vbi ad hoc vt filius possit impugnare testamentum, dicit, intelligas in legitimatione simpliciter facta, vel vt in illa lege, in qua adest alius casus specialis, secus si sit limitata, vt communiter hodie fiunt, ad ea quæ licet pater vellet relinquere.

Costa in d. §. et quid si tantum, 2. par. num. 152. *et seqq.*

Segura in d. §. si vir uxori, num. 82. Ias. d. cons. 202. *num.* 14.

Molin. de iust. et iur. dicit disput. 173. col. 8. lit. C. D.

Tell. latè loco citato, ab intestato verò licet controuersum fuerit, multi tamen tenuerunt talem legitimatum patri non succedere.

Decius in specie in d. cons. 264. col. pen. in d. vers. sed quicquid sit, lit. A.

Curt. sen. cons. 73. num. 6.

Peregr. d. art. 36. num. 9.

Io. Baptista Lup. d. cōmen. 3. §. 1. nu. 55 latè

Caldas de nomin. et emphyt. lib. 4. tit. 62. q. 7. post num. 36. vers. qua etiam ratione.

291 In secundo modo dum filius legitimatur vt succedat in eo quod pater relinquerit ex testamento, vel ab intestato, similiter facto testamento, illud impugnare non poterit, nec in aliquo contrauenire.

Alex. cons. 30. vol. 4. et cons. vlt. vol. 5.

Angel. cons. 263. num. 3. vers. si autem.

Decius d. cons. 264. col. pen. et final.

Couar. uar. resol. lib. 4. c. 21. nu. 2. et 3. et in fi.

Caldas in d. l. si curatorem, nu. 52. ab intestato verò succedit ex tacita volūtate defuncti.

Soc. in rub. de lib. et posth. vbi Ias. idem

Ias. d. cons. 202. num. 24. et

Castrens. in d. cons. 200.

292 In tertio verò modo, prout in terminis nostræ quæstionis, nempe vt succedat in eo quod pater ex testamento, aut vltima voluntate, vel donatione relinquerit, sicut in copia legitimationis expressè legitur, tunc non succedit, nisi in quantitate à patre disposita in testamento, seu alia vltima voluntate, vel donatione, ab intestato verò succedere nō poterit, quia omnes prædicti tituli referuntur ad dispositionem, quæ fit ab homine, causa verò intestati procedit à lege.

Bal. in l. si emancipatus, nu. 2. de collation.

Alex. cons. 44. in fi. lib. 5.

Ias. d. consil. 202. col. antepen. vers. 6.

Ioan. de Garson. in authent. ex testamento, num. 8. *C. de secund. nupt.*

Rimin. iun. cons. 179. *nu.* 26. *cum seq. lib.* 2. dicens, quod succedens debet habere dispositionem, & formalem titulum ab homine, & sic aliquid consequi non potest, cum sint limitati modi succedendi, vt supra, nisi mediante dispositione, & indicio patris, sed ab intestato non succedit. Hic casus in specie relatus est à

Curt. sen. in d. cons. 73. à num. 6. vsque ad num. 8. vbi videndus erit omnino

Alciat. cons. 19. lib. 4.

Soc. in ijsdem terminis in allegato cons. 246. nu. 1. et post nu. 2. vers. secundo principaliter.

Ias. in d. rub. de lib. et posthum. nu. 14. in fi.

Rimin. iun. cons. 194. *nu.* 29. *et* 30. *uol.* 2.

Pereg. optimè d. art. 6. num. 9.

Mart. Laud. de legit. tom. 8. tractatuum,

293 *par. 2. nu.* 65. & successiuè filio taliter legitimato in bonis patris legitima non debetur, quam pater nec relinquere tenebatur, vt inferius dicetur, quam conclusionem, vti verissimam, in specie nostra sequuti fuerunt ex nostris, videlicet,

Ex nostris scilicet.

ALexander cons. 30. num. 5. uol. 4. loquens in legitimato, vt succedat in eo quod pater reliquerit, vel donauerit, ut est casus noster, & quia non est legitimatus quoad omnia, concludit legitimam non deberi.

Dec. d. cons. 264. col. pen. ita concludit intrepidè sub quacunque forma legitimatio appareat,

reat, dummodo successio sit limitata, & omnes DD. enim indistinctè sequuntur, & ita intelligunt absque controuersia.

Curt. sen. cons. 73. vbi similiter ponit casum nostrum in plene legitimato quoad personam, limitata tamen successione, *vt ibi post nu. 5. vers. capio* secundum non obstante ponderatione partis, quòd loquatur in spurio, vt infra dicetur.

Rip. in d. respons. 19. in tit. de substitutio. in plenè legitimato quoad personam.

Rimin. sen. d. cons. 289. lib. 2.

Alciat. cons. 89. num. 5. cum seq. lib. 5. alias cons. 557. in fi.

Decian. late cons. 19. vol. 1. & nu. 15. qui videri debet.

Honded. cons. 89. nu. 60. allegans decisio. Rotæ Cæsaris de Grassis 179. male per Aduersarium, & respondet Paris. & alijs in contrarium adductis.

Io. Baptista Costa optimè videndus, de portione rata, quæst. 156. à nu. 30.

Siluan. cons. 45. nu. 21.

Peregrin. in specie de fideicom. d. art. 36. sub nu. 9. vbi ita concludit contra *Paris. & Ceph.* contrarium tenentes.

Bursat. amplissimè cons. 355. nu. 60. vol. 4.

Soccin. & Ias. sub nu. 16. in rubr. ff. de liber. & posthum.

Gabriel. cons. 24. in princ. & per totum lib. 2. vbi latissimè.

Cæsar de Graff. decis. 179. in fi. qui decidit in casu posito per Gabriel. d. cons. 24. lib. 2.

Lupus loco citato in tract. de illegitimit.

Ex Hispanis.

TEll. latissimè, qui videatur in d. l. 12. Taur. nu. 26. & 27. respondens obiectis.

Segur. in d. l. 1. §. si vir vxori num. 81. ff. de acq. poss.

Didac. Perez lib. 5. ordinam. tit. 11. tom. 2. col. 1. in fi. fol. 95.

Azeued. in d. l. 12. sub num. 41. qui est lib. 5. titu. 8. l. x. noua recopilationis, & mirum est, quod per partem in cōtrarium citetur, cum pro nobis expressè affirmet.

Matt. eo. tit. 8. lib. 5. l. x. glo. 1. num. 6. dicens non deberi legitimam, cum non possit conqueri, si pater minus reliquerit.

Caldas in d. l. si curatorem in d. verbo sine curatore, nu. 52. & 53. loquens pariter in legitimato plenè quoad personam.

Auendan. in d. l. 12. Tauri in qua se remittit ad notata per Tell. & Matthien.

Suarez in addit. ad Gomez variar. resolut. tom. 3. cap. 11. sub num. 28. lit. B.

Molin. Theolog. d. disput. 173.

Morquec. in tract. de diuis. bon. lib. 4. cap. 6. num. 50. vbi similiter se remittit ad Tell. & Matth.

Idem Suarez pro parte ex aduerso citatus in *l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni, limit. 12. circa fin.* dum concedit patri facultatē grauandi in legitima, quia relinquere nō cogitur, vt censeatur appositum grauamen simpliciter adiectum, etiam in legitima, stante restrictione successionis, & sic fuisse iudicatū, bene tamen ad tollenda dubia, monet bonum esse obtineri legitimationes cum vinculis, & conditionibus visis, de quibus inferius dicetur, sed non ex hoc sequitur mutasse sententiam prædictam.

Eandem conclusionem sine dubio sequi videntur omnes illi tenentes genericè non posse filium ita legitimatum aliquid petere contra patris voluntatem, nam si nihil prætendere potest, ergo nec legitimam, vel si ab intestato succedere non potest, nec patris testamentum impugnare, in specie *Soc. d. cons. 246. num. 1. & post nu. 3. vers. secūdo principaliter, vol. 2. Tell. loco cit. Lopez d. par. 3. tit. 18. lib. 9. gl. 3.* & alij, quos supra retulimus, & inferius etiam allegabuntur.

294 Comprobatur conclusio prædicta euidenti ratione, nam, vt dictum est supra, filio naturali legitima non debetur, iuxta *glos. in d. l. 1. ff. de bon. poss. contra tab.* quam sequuntur sine contradictione cæteri DD. superius relati, cū verò filius naturalis simpliciter legitimatur absque restrictione, tunc, quia per legitimationem effi ceretur legitimus ad instar legitimi, & naturalis filij, legitima deberetur, vt per *Bald. in d. c. de causis, de offic. deleg. & habetur in addit. ad Spec. in tit. de success. ab intest. Ias. in d. rubi nu. 10. ff. de liber. & posth. Peregr. in d. art. 36. num. 9.* sed si legitimatus fuerit limitatè quoad successionem in eo quod pater reliquerit in testamento, aut alia vltima voluntate, vel donatione respectu successionis dicitur potius dispē satus, vel remanet illegitimus, & in eo statu, prout erat ante legitimationem, in quo statu legitima non debeatur, vt DD. superius citati concludunt, & dum affirmant filium taliter legitimatum (sicut in specie nostra) non succedere ab intestato, neque poterit legitima competere, ad *tex. in l. Papinianus, §. si quis mortis, ff. de inoffic. testam. & l. parentibus, C. eod. tit. Bald. in l. maximum vitium, col. fin. C. de liber. præterit. Castrens. cons. 276. col. 2. vol. 1. Crauet. cons. 2. nu. 13. Cuman. cons. 124. in fi.* quia legitima commensuratur portioni intestatæ successionis, *Paris. cons. 25. nu. 4. vol. 2. Natt. in cons. 199. num. 2. vol. 1.*

295 Insuper ex dictis per DD. sequitur aliud necessarium consequens, quod si filius legitimatus

matus non habet querelam, nec ius impugnandi teſtamẽtum paternum, ſicut veriſſimum eſt in caſu noſtro, nec legitimam cõſequi poterit, *Alex. & cæteri in d.§.& quid ſi tantum, & in d.cõſ.30.circa fin. habetur in l.omnimodo, C.de inoff.teſtam.Ruin.conſ.40.nu.12.vol.3. Dec.in d.conſ.264.Segura in d.§.ſi vir vxori. Decian. in d.conſ.19.poſt nu.68. Rip.in d.reſponſ.19. num.6.cum ſeq. Gabr. in d.conſ.24. nu.4. & poſt nu.20.* Quo ſtante etiam in alijs duobus modis legitimandi, de quibus ſupra, ſi filius poſſet ſuccedere ab inteſtato ex tacita voluntate defuncti, certum, & indubitatum eſt in caſibus prædictis, quod teſtamento condito, nihil filius opponere poterit, nec modo aliquo impugnare, nec legitimam petere, ex
296 prædictis authoritatibus. *Couarr.d.cap.21. var.reſol. ſequitur Ioan.Baptiſta Coſta in d. q.156. & propriè nu.5. Lup.in d.comment.3. §.1.nu.62. et Rot.Rom.deciſ.355.nu.6.par.1. in nouiſſimis*, & ſic in omni caſu, quo teſtamentum conditum eſt, ceſſat querela, ius impugnãdi, & petitio legitimę, & ſi in caſibus prędictis, vbi quamuis daretur ſucceſſio ab inteſtato, facto tamen teſtamento non competeret ius dicendi nullum, nec legitima, fortius in caſu noſtro, vbi non agitur de ſucceſſione ab inteſtato, ſed de ſuccedendo ex teſtamento, codicillis, vel donatione.

297 Ad euitandum prædicta pars aduerſa prætendit ex verbis legitimationis induci ſucceſſionem ab inteſtato in beneficium Cæſaris legitimati primo ex illis verbis, ibi, *que pueda hauer, y heredar todos, y quales quier bienes muebles rayzes, y ſe mouientes, que por vos en vueſtra vida, ò al tiẽpo de vueſtra fin, y muerte por vueſtro teſtamẽto, ò poſtrimera voluntad, o por otra manda, o donacion, o por otras quales quier perſonas le fueren dados, dexados, ò mandados en qualquier manera*, ex qua clauſula dicit non reſtringi ſucceſſionem in eo quod patri viſum fuerit, aut placuerit, ſed ſimpliciter fuiſſe admiſſum ad quãlibet ſucceſſionem tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & illa verba, *que por vos*, fuiſse poſita augmentatiuè, dum filius reſtitutus eſt natalibus, ex *conſ. Ruin.84.col.1.vol.3.* Item quia verbum illud, *heredar*, comprehendit vtramque ſucceſſionẽ, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, vt docet *Greg.Lopez par.4.tit.15.l.9.*

298 Secundo, id videtur colligere ex ſubſequẽti clauſula legitimationis, videlicet, quod non ſit in præiudicium filiorum ex legitimo matrimonio natorum, vel procreandorum, & ſubſequitur, *ni de los otros vueſtros herederos deſcendientes, y aſcendientes por linea derecha*, ex teſtamento, ò ab inteſtato. ex quibus verbis apparet, quod dum Rex voluit, vt legitimatio non præiudicaret hæredibus deſcendentibus, vel aſcendentibus ex teſtamento, & ab inteſtato, implicitè videtur voluiſse, & conſideraſse hos filios legitimatos ſuccedere potuiſse etiam ab inteſtato, quoniam alias ſi ab inteſtato non ſucceſſiſsẽt, illa clauſula ne fieret præiudicium hæredibus aſcendentibus ab inteſtato, non deſeruiret, nec operaretur, ex quo ſuccedit, quod ſi filius legitimatus ſuccedit, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, habetur ac ſi ſimpliciter fuiſset legitimatus, & habet querelam, & ius dicendi nullum, ex doctrina *Greg.Lopez part. 3.tit.18.l.9.gl.3.*

299 Tertio ponderat, ꝙ ſi denegaretur Cæſari ſucceſſio ab inteſtato legitimatio, in nihilo operaretur, imo eſſet ei nociua, & inutilis, quia ſecundum prædicta omne id, quòd per legitimationem cõceditur, etiam ante legitimationem conſequi poterat cum iure communi in defectum legitimę prolis poterat hęres inſtitui, reſeruata tantum parentibus legitima, *Auth. licet, C.de natur.liber. & attenta lege 10.Taur.* poterat etiam parentibus legitima tolli, & attenta legitimatione ſtantibus aſcẽdentibus diſponi non potuiſſet in beneficio legitimati, quę tamen obiecta facillimè reſoluuntur.

300 Quòad primum ſi Rex ſimpliciter dixiſset, vt filius ſuccedere voluiſset in quibuſcunq; bonis quouis modo, tunc illa clauſula non reſtringeret ſucceſſionem, ſed potius ampliaret, ſed quia ſpecificè in initio legitimationis ſtatuit, vt conſequi poſſit quæuis bona, & ſubdit, quæ per patrem, vel alios quoſcunq; data, vel relicta fuiſset ex teſtamento, vel alia vltima voluntate, aut donatione ſe reſtrinxit ſine dubio ad id quod à patre, vel alijs fuerit diſpoſitum, & ſic requiritur diſpoſitio aliqua ex modis prædictis ſpecificatis quouis modo patri, vt alijs viſum fuerit, remittẽdo omnia arbitrio paterno, cum modis relinquendi ſpecificauerit, ob quod ſub aliquo illorum modorum, ſeu titulorum minime cauſa inteſtati comprehenditur. *vt Rimin.iun.docuit in d.conſ.176.nu.27.lib. 2. & Bero.conſ.84.col.fin.lib.2.* Volũtas enim de qua in legitimatione fit mentio, debet eſſe diſpoſitiua, non autem permiſſiua, expreſſa, nõ tacita, vera, non ficta, ex notatis per *Camer.in cap.Imperialem fol.66.a ter.* At cauſa inteſtati habet ſolum fictam, tacitam, & permiſſiuam voluntatem defuncti, *l. conficiuntur, & l.ſi quis enim nullum.ff.de iur.codicill.* Merito nõ comprehenditur, quia cum ſucceſſio filij legitimam pendeat ex tenore legitimationis, *l.fideiuſſores Magiſtratuum, §.pro Aurelio, ff.de fideiuſſ.Soc.conſ.95.num.13.lib.1.Barz.deciſ. Bonon.91.nu.28.Coſta q.156.nu.*10. legitimatio ex vna cauſa ad ſuccedendum ad aliam non extenditur, *Soc.d.conſ.246.nu.5.Curt.ſen.d.*

conſ.

conf.73.nu.60.Burf.d.conf.355.nu.27.& omnia potissimum regulantur à voluntate paterna, vt ijdem *DD.modo citati testantur,& Alciat.in rub.ff.de lib.& posth.nu.3. Decian.d.conf.419.nu.15.26.& 27.*

301 Cōfirmatur prædicta ex alio, quia antiquitus legitimationes Castellæ fiebant ita amplæ, quòd legitimatus poterat succedere tam ex testamento, quam ab intestato, *vt in l.9.titu.18.par.3.* Hæc autem generalis forma legitimandi deinde ex Consuetudine Regum posteriorum fuit restricta ad id solum, quod pater vellet relinquere, vt animaduertit *Gregor.Lop.in ead.l.9.glo.in verb.testamento,in fi. ibi, secus si sit limitata,* vt communiter hodie fiunt, ad ea, quæ pater vellet sibi relinquere, & sic contra dispositionem illius legis admittentis filium legitimatum ab intestato, idem testantur *Suarez in d.l. quoniam in prioribus limit.12.nu.4.post princip.fol.383.in paruis, Couarr.de sponsal.2.par.cap.8.col.2. Gamm.decis.Lusit.11, Tell.d.l.12.nu.20.Azeued.lib.5.tit.8.l.10.nouæ recopilationis, Caldas in d.l.si curatore, in verbo sine curatore,nu.52. Valasc.consult.165.nu.6.cum seq.& in praxi partit.loco citato,& Molin.in d.disput.173.col.8.lit.C.&* D. Ideo obseruanda erit omnino limitata successio, prout dictat tenor legitimationis, & si forma consueta restrinxit formam antiquam legitimandi, *de qua in d.l.9.* non in alio restrinxit, nisi in tollendo successionem ab intestato, quæ concedebatur per antiquam formam legitimandi, maximè dum limitatur successio in eo, quod pater reliquerit in testamento, vel donatione.

302 *Consilium vero Ruin.84.lib.3. non obstat.* Non enim dicit illud ad quod allegatur, Testatur namque, quod si quis legitimatus fuerit ab habente facultatem plenè legitimandi, si tamē successio limitetur, vt solum succedat ex testamento, vel donatione à volentibus relinquere, quod ex hac restrictione legitimatio non conuertitur in dispensationem, sed remanet vera legitimatio, & hoc quoad personam, quia successio est quid à filiatione distinctum, vt dictum est supra, non autem dicit Ruin. quòd facultas succedendi ex tali clausula non dicatur restricta, vt ad modos non expressos extendatur, vel procedit in legitimato a Comite Palatino, cui data erat potestas plenè legitimandi, quo casu illa verba possunt videri posita augumentatiue secus in legitimato à Principe cum dicta limitatione, cuius vigore successio posita est in voluntate patris dispositiua, vt idem *Ruin. declarat in conf.86.post nu.19. vers. non obstat eod.vol.3.*

303 Verbum autem (heredar) simpliciter appositum importaret vtramque successionem ex testamento, & ab intestato, sed quia statim sequuntur verba ibi (*que por vos por testamēto, &c. ò qualquier personas le fueren dados, dexados, &c.*) hæc verba limitantia, quæ statim subsequuntur restringunt præcedentia, & generalitatem præcedentis verbi (heredar) vt succedere valeat in eo, quod pater reliquerit vno, vel alio, ex modis prędictis, & non simpliciter ad notata *in l.si seruus plurium.§.vlt.ff.de leg.1.& in l.si cum sibi fundum, ff.de verb.signif.* Nec verbum prędictum referri potest ad hæreditatem simpliciter, sicut ad honores simpliciter fuit legitimatus, quia post perfectam orationem quoad successionem limitatam modo prædicto longe post successionem agitur de honoribus, & officijs per alia verba habentia perfectam orationē, iuxta notata *in l.in repetendis, ff.de leg.3.* & si successio limitata ab initio habuit suam specificam determinationem, non potest regulari à subsequenti oratione quoad honores, ex doctrina *Bal. in l.1.num.5. C.de legitim.hered.Alex.late declarat in cōs.48.post nu.7.vol.1.*

304 *Doctrina vero Gregor.Lopez in d.l.9.par.3.tit.18.* nedum parti prodesse non potest, sed principaliter aduersatur, & confirmat, quæ supra retulimus, dicit enim, quòd filius legitimatus potest impugnare testamentum per quærelam, intelligas dicit ipse in legitimatione simpliciter facta, vel hic, idest in illa l.9. quam glosabat, vbi est casus, vt filius legitimatus succederet in omnibus bonis patris tunc præsentibus, vel futuris, quandocunq; pater decesserit cum testamento, vel sine testamento. Quare illa legitimationis formula perinde habetur, ac si esset facta simpliciter, dum absque limitatione admittitur filius ad bona patris, siue decesserit testatus, siue intestatus, addit *Lopez, secus vero si est limitata, vt communiter hodie fiunt ad ea, quæ pater vellet sibi relinquere,* vbi videndus est, & sic clarè sentit, quòd dum confertur legitimatio ad ea, quæ pater vellet relinquere non erit simplex legitimatio quoad successionem, sed erit attendenda dispositio paterna, contra quam non competit querela, nec ius dicendi nullum testamentum, quod fortius procedit, dum sunt declarati modi succedendi, vt in casu nostro.

305 Quòad secundum ponderatio partis diri mitur facillimè, quoniam non ex hoc, quod legitimatio non inferat præiudicium hæredibus ascendentibus, vel descendentibus ex testamēto, & ab intestato, sequitur quod filius taliter legitimatus succedere potuisset etiam ab intestato, vt illa verba non essent inutilia, siquidem verba illa satis operari poterant, & vtilissima sunt, etiam testamento non facto, & non includunt successionem filij ab intestato, quoniam

dum

dum Cæſar fuit habilitatus ex legitimatione, tam ex teſtamento, quàm ex donatione poterat pater illi facere immenſam donationem, & decedere inteſtatus, & ſic præiudicare aſcendentibus, qui ab inteſtato ſucceſſiſſent, & à legitima potuiſſent excludi, ſi talis filius reputaretur adinſtar legitimi, ſicuti per exiſtentiam legitimi nihil debetur parentibus etiã ratione legitimæ, vt docet *Peregr. de fideicom. art. 32. nu. 27. art. 38. nu. 44.* & proinde illa clauſula ſine præiudicio hæredum deſcendentium, vel aſcẽdentium ex teſtamento, vel ab inteſtato conſeruat iura prædicta, vt aduerſus inofficioſam talem donationem venire poſſent, *iuxt. tex. in l. ſi filius, vbi glo. Bart. & cæteri, C. de inoffic. donatio.* & eis legitima debeatur non obſtante donatione, non autem quòd filius ita limitatè legitimatus valeat ſuccedere ab inteſtato.

306 Quòad tertium, aduertatur primò talem legitimationem eſſe vtilem, quia reſtituit filiũ natalibus, & deleuit omnem maculam, & alia, vt conſiderat *Lupus de illegitim. dicto contẽto 3. §. 1. nu. 51. & Peregri. punctualiter art. 23. ſub nu. 83. verſ. verum,* vbi addit, quod poterit etiam totum capere ex diſpoſitione paterna deficientibus illis, quibus ius fuit reſeruatum, erit etiam ſecũdo vtilis, quia, cum de iure cummuni ſtantibus legitimis vnciam tantum ex ſubſtantia paterna capere poterat, *l. 2. vbi Doct. C. de naturalib. liber. Alex. in l. ſi quis ex bonis in princ. ff. de vulg. & pupill. & in conſ. 198. lib. 6. Cagnol. in l. ſi qua Illuſtris nu. 6. C. ad Senatuſconſult. Orfician.* legitimatus tamen poteſt ex teſtamento plus capere, licet aliqui voluerint, vt non capiat minus quam vnus ex legitimis, cui minus ſit relictum, *ex tex. in l. communium, §. fi. C. de naturalib. liber. Ioan. Andr. in regula ſine culpa, in 2. q. de regu. iur. in 6. Dec. conſ. 393. col. 2. Laderch. conſ. 107. nu. 76. Pariſ. conſ. 12. lib. 2. nu. 172.* & alij relati per *Peregr. d. art. 23. nu. 31.* Alij vero, vt ſuccedat ex teſtamento in totum, detracta tantum legitima filiorum legitimorum. *Alex. conſ. 187 ante nu. 8. lib. 5. Arct. in d. §. & quid ſi tãtum, ſub nu. 27. Capyc. deciſ. 22. num. 8. Alcia. in d. rub. de lib. & poſth. num. 13. Caſtren. conſ. 27. lib. 2. Couar. de ſponſal. par. 2. cap. 8. §. 10. ſub num. 1. verſ. in cæteris operatur,* & tertio dicta legitimatio, quamuis reſtricta quoad ſucceſſionem operatur, vt confecto teſtamento licet imperfecto ſubſtineatur, nedum in beneficium filiorum legitimorum, & naturalium, ſed etiã in beneficium huius filij legitimati, vt docet *Burgoſ. de Pax. in 1. part. l. 3. num. 320.*

308 Nec inſuper eſſet damnoſa, vt figuratur, quia de iure communi aſcendentibus debetur legitima, ipſis vero naturalibus reſiduum relinqui poteſt, etiam attenta illa clauſula ſine præiudicio, & ex paterna diſpoſitione omne illud quod de iure cõmuni capere poterat ante legitimationem, etiã nunc licitè conſequitur, quia illa clauſula reſeruatiua nihil ponit in eſſe, ſed tantum conſeruat ius aſcendentibus, quod habebant tempore legitimationis, ex traditis per *Bar. in l. ille à quo, §. ſi de teſtamento, nu. 5. ff. ad Trebell. Dec. conſ. 106. col. fi. Iſern. in cap. 1. nu. 7. in fi.* qui ſucceſſores teneantur, & ſic conſeruat etiam petitionem legitimæ parentibus extra Regnum Caſtellæ, cum illa lex 10. locum habeat intra Regnum Caſtellę, nõ vltra, ad notata *in l. 1. C. de ſumm. Triu.* Immo illa clauſula conſeruat iura aſcendentibus, ſed non tollit iura tranſuerſalibus, de quibus non loquitur, & illorum ommiſſio relinquitur in diſpoſitione iuris communis, *l. ſi extraneus, ff. de cond. ob cauſ.* quò iure agnati excludunt legitimatum cum limitatione ad ſucceſſionem ex teſtamento, quemadmodum in eadem legitimatione habilitatur filius, etiam ad relicta ab extraneis ibi (*ò por otras qualeſquier perſonas*) quæ tamen omnia citra legitimationem quilibet illegitimus conſequi potuiſſet, dummodo non apparentibus, *l. ſi is qui ex bonis, ff. de vulg. & pupill. vbi Bart. Bald. Caſtrenſ. num. 6. Imol. num. 2. Iaſ. num. 3.* & ſic expreſſio, quæ inerat, & reſeruatio, quæ iura conſeruat non tollit iura collateralium, ex quibus reſultat, quod ſi pater non diſpoſuiſſet, talis filius non ſucceſſiſſet ab inteſtato, attento tenore legitimationis prędictæ, & remanſiſſet ius ſaluum, vel quoad duas vncias, non exiſtentibus liberis, *d. auth. licet,* vel quoad alimenta, quæ iam habuit Cęſar, etiã ex diſpoſitione teſtatoris, facto autem teſtamento ceſſat querela, & ius impugnandi, & ſucceſſiuè nullo modo competit petitio legitimę, dũ contra teſtamentum venire non poteſt.

308 Ratio autem principalis ſupradictæ veriſſimæ concluſionis vltra alia ſuperius adducta, reſultat ex eo, quod licet perſona ſit verè legitimata, cum tamẽ de ſucceſſione quærimus, tota videtur repoſita in patris volũtate, cuius liberum eſt arbirrium filio aliquid relinquere, vel in totum pręterire, iuxta doctrinam *Alex. punctualem in d. rub. ff. de liber. & poſthum.* qui dum loquitur in legitimato ſimpliciter, ꝙ rumpat teſtamentum paternum, limitat ſi forma legitimationis aliud importaret, ſcilicet, ſi filius ad ſuccedendum admitteretur ex voluntate teſtatoris, à cuius arbitrio totalis recluſio filij dependet, ita ſequendo *Alexan. declarant Decia. d. cõſ. 19. Rebuff. in prax. benef. in tit. de reſcrip. nu. 13. & 14. fol. mihi 398. Iaſ. d. conſi. 202. nu. 14. per tot. optimè Rui. d. conſ. 86. poſt nu. 19. verſ. non obſtat vol. 3. Tell. diffuſis loco citato.*

Non

309 Non est etiam omittendum, quòd si vera esset prætẽdentia partis, quòd taliter legitimatus potuisset succedere ab intestato (quod est falsum) certè secunda, & posterior legitimatio Cæsaris ex hoc solo indubitanter corrueret, nam in secũda legitimatione facienda est mentio prioris legitimationis alterius filij, cum vel secundam Princeps non concessisset, vel difficilius, & omissis generalibus, propriè loquẽdo in duobus filijs legitimatis, vt sit facienda men-
310 tio præcedentis legitimationis, alias secunda non subsistit, latè probat *Soc.conf.65.num.10. in fi.cum seq.vol.3.* quem sequitur *Gab.comm. opin.lib.6.in tit.de legitim.conclus.7. num.5. Tell.d.l.12.num.4.Costa in d.§.& quid si tantum, par.1.num.138. versic.fortassis tantum, iuncto vers.præcedẽti.Honded.cons.89.nu.3. vol.1.* & licèt ibi defendat secundam legitimationem, nu.20. illud procedit ea ratione, quia primus legitimatus (vt in casu nostro) non poterat ab intestato succedere. Proinde ex duobus alterum fateri necesse est, vel quod taliter legitimati nullatenus ad intestati successionem admittantur, vt valida sit secunda legitimatio, vel si illius successionis ab intestato capaces existant, corruat secunda legitimatio, non facta mentione primæ legitimationis, vt per *Soc.in d.cons.65.* à quo nemo dissensit.

311 Contra hanc verissimam cõclusionem tot medijs confirmatã aduersarius allegat. Primo aliquas rationes in contrarium. Secundo prætendit Doct. allegatos pro nostra opinione loqui in casibus diuersis, nempe in spurio legitimato, vel in dispensato non illegitimato verè, vt hic, aut in legitimatione restricta cũ dictionibus taxatiuis tantum, vel dumtaxat, vel in legitimatione per verba negatiuè concepta. Tertio adducit nonnullas DD. authoritates, quæ tamen sicut veritatem supradictæ conclusionis obumbrare non possunt, ita facillimè ex infrascriptis pro maiori claritate reijciuntur.

312 Et omissis rationibus, de quibus verba faciamus in secundo articulo grauaminis, & substitutionis, deueniendo ad secundum, primo est aduertendum, quòd plures ex Doct. à nobis citatis loquũtur de filijs naturalibus legitimatis, nõ de spurijs, cũ clausula limitatiua successionis, vt Honded. Costa, & Peregr. licèt malè de spurio ab aduersario intelligatur, qui alios allegãt, quamuis adhuc DD. loquentes de spurio respexerint ad omnes illegitimè natos, non tamen ex concubina domi retenta, iuxta tradita per *Couar.de sponsal.par.2.d.c.8.§.5.nu.1. Lupus de illegitim.in præfat.nu.9.*

313 Secundo licet facti series in aliquo casu fuerit in filio spurio, non tamen Doct. se fundant in eo quod filius legitimatus erat spurius, quoniam licèt esset filius spurius, si tamẽ Princeps vult, potest eum plenè legitimare, & erit verè legitimatus, & restitutus ad omnia iura legitimorum, tam quoad personã, quàm quoad successionem, vt colligitur ex *Alex.in d.rub.ff.de lib.& posthum. Dec.cons.55.num.4.vers.nec obstat,* maximè si adsunt clausulæ derogantes, vt notat *Peregr.art.23.nu.32.Lup.d.comm.3. §.1.nu.51.* Etenim in spurio etiam dicitur plena legitimatio quoad personam, licet esset restricta quoad successionem, quamuis eo tẽpore matrimoniũ contrahi non potuisset, quia ante legem ciuilem omnes legitimi nascebantur, *§.liceat, auth.quib.mod.nat.effic.legit.* deinde lex restrinxit successionem ad eos, qui ex matrimonio nati essent, ideo potest Princeps tollere impedimentum legis, & omnem differentiam à iure ciuili inuentam, ac ius positiuum, & secundum primæua iura legitimatũ admittere, quamuis dispensari non possit super radice matrimonij, aliàs sequeretur, quòd Imperator nõ posset quemquam verè legitimare, cùm non sit suum prouidere super radice matrimonij, quod est falsum, *Soc. optimè in l.Gallus, §.si eius, col.3.in fi.post nu.5.in vers.sed vltra ea quæ ipse dicit, ff.de lib.& posthum. Alber. in rub ff.de decr.ab ord.faciend. Abb.& Præpos.in cap.per venerabilem, §.quod autem, qui fil.sint legit. Ant.de Rosell.de legitim.part.2. lib.2.cap.legitimationis effectus, nu.7.tom.8. Natta par.2.in nouiss. Aret.in l.ex facto, nu. 12.ff.de vulg.& pup. Minad.decis.34.num.1. Mãtic.de coniect.vltim.volun.lib.11.tit.10. nu.31.Couar.* latè declarat *d.c.8.§.8.sub nu.4. vers.quod ex prædicta opinione, & vers.quod verum est, et versic. quia licet ipse Princeps, Peregr.d.cap.23.nu.32. et propriè num.36. et Gonzal.reg.8.cancell.glos.5.nu.122.* Idemq; spurius verè legitimatur à Principe, non per approbationem matrimonij, immo remedium legitimationis per rescriptum inuentũ est, vbi matrimonium interuenire non potest, *§.sed & aliud, authent.quib.mod.natur. effic. legitim.* Et sic DD. nõ se fundant in eo quod legitimatus erat spurius, sed in successione limitata ex voluntate legitimantis, ob quod clausulę limitatiuæ efficiunt, vt quoad successionem remaneat tanquam illegitimus, qua ratione *Alex. singulariter in d.rub.ff.de lib.et posthu.nu.3.* dicit, quòd spurius simpliciter legitimatus rũpit testamentum sicut filius naturalis legitimatus, nisi (dicit ipse) adsit clausula restrictiua, & sic nulla cõstituitur differentia inter spurium, & naturalem, sed tãtummodo est vis in clausulis limitatiuis respectu successionis, sicut in casu nostro, quem Dec. & alij supra relati sequuntur.

314 Similiter non est facienda vis, quòd aliqui Doct. loquantur in dispensato, licet multi testentur

ſtentur de legitimatis, vt *Burſat. d. conſ. 355. nu. 17. et 60. Peregr. Cald. Tell. Matthienſ. et Cęſar de Graſſ. in locis citatis, Iaſ. d. conſ. 202. lib. 2. Suarez d. l. quoniam in prioribus, nu. 4. Lopez d. part. 3. l. 9. gl. 3. Couarr. d. §. 8. num. 2. Rimin. ſen. d. conſ. 289. nu. 51. lib. 2. Dec. d. cõſ. 264. num. 3. et Soc. d. conſ. 246. lib. 2.* quoniam Doct. omnes etiam loquentes in diſpenſato nõ ſubſiſtunt in eo quod filius dicatur diſpẽſatus, nõ legitimatus, ſed in ratione iuris, quòd filius legitimatus cum ſucceſsione reſtricta dicatur diſpenſatus, vel quod licet reſpectu perſonæ dicatur verè legitimatus quoad ſucceſsionem, tamen remaneat tantummodo diſpenſatus ſecundum patris voluntatem, & reſpectu ſucceſſionis habetur pro illegitimo. Et aduertatur, quod non dicimus filium eſſe pro parte legitimum, quia etiam data pro vera contraria opinione, filius quoad perſonam dicetur verè, & integrè legitimatus indiuiſibiliter, & integraliter.
» *Verum quia ſucceſſio non eſt pars integralis*
» *legitimationis, poterit reſtringi, et limitari,*
» *et dicetur filius, ſed nõ ſuccedet in plus, quàm*
» *pater in teſtamento relinqueret.* Sunt verba Curtij Senioris *in d. conſ. 73. poſt num. 7. verſ. et ſic ex his omnibus*, & latè inter alios conſiderat *Io. Baptiſta Coſta in d. q. 156. poſt nu. 7. et Lupus num. 55.*

315 Ponderatio autem partis, vt legitimatus cũ ſucceſsione reſtricta tunc non admittatur quãdo adfuerint in legitimatione dictiones taxatiuè tantum, dumtaxat vel ſimiles aliqua ratione fundari nõ poteſt, quia vltra quod multi ex Doct. ponũt caſum in legitimatione facta ſine dictione taxatiua, vt *Alex. conſ. 25. lib. 1. et cõſ. 30. lib. 4. Dec. d. conſ. 264. et in l. 1. C. de bon. poſſ. contra tab. Tell. d. l. 12. nu. 26. et 27. Matthienſ. Soc. et Lup. locis citatis, Iaſ. d. rub. ff. de lib. et poſthum. Couarr. d. cap. 21. lib. 4.* Cæteri etiam Doct. dum narrant factum ſucceſſionis limitatè referunt, ſeu ponũt diuerſas clauſulas reſtrictiuas aliquando cũ dictionibus taxatiuis, nonnunquam verò ſine, ſcilicet, quod ſuccedat filius in certa parte tantum, vel dumtaxat, aut in eo quod pater voluerit, vel ſine præiudicio venientium ab inteſtato, vel ex teſtamento, aut donatione, vel conſimiles. In deciſione autem articuli non ſe fundant in verbis taxatiuis, aut quod ille tantum operentur limitationem, ſed in clauſulis reſtrictiuis, per quas ſucceſſio remittitur voluntati paternæ, vt *Alex. poſuit in d. conſ. 30. lib. 4. et conſ. vltimo, lib. 5.* allegãdo *c. 1. de fil. natis ex matrim. ad Morgan. cõtract.* qui tex. etiam ponderatur ad dignoſcendum an ſucceſſio limitata efficiat vt filius dicatur diſpenſatus, vel verè legitimatus quoad perſonã. *Dec. quoque in alleg. conſ. 264. verſ. ſed quicquid ſit*, vtitur illo medio ad tollendum omne dubiũ, & quamlibet controuerſiam verborum, quod ſufficit effectum ſucceſſionis fuiſſe limitatum, quomodocunque ſe habeant verba legitimationis, etiam quod ſit vera legitimatio, pariter clauſula, de qua ſupra diximus, quòd ſuccedat filius in eo quòd pater reliquerit ex teſtamento, vel ab inteſtato, eſt abſque dictione taxatiua, & illius vigore communiter Doct. concludunt non dari filio ſucceſſionem aliquam cõtra teſtamentum, de quo latè *Couar. d. c. 21. lib. 4. var. reſol.* Item quod ſuccedat ex teſtamento, non ab inteſtato, de quo *Caſtrenſ. in l. ſed ſi hac, §. patronum, num. 7. ff. de in ius voc. Soc. conſ. 246. lib. 2.* loquens in plene legitimato abſque dictione taxatiua, *Iaſ. in rub. de lib. et poſthum. num. 15.*

316 Inſuper videantur omnes clauſulæ relatæ per *Tell. in l. 12. ſupra nu. 26. verſ. 2.* in quibus non adijcitur dictio aliqua taxatiua etiam in vera legitimatione, veluti quod ſuccedat ex teſtamento, & ab inteſtato, vel ſine præiudicio aſcendẽtium, vel deſcendẽtium, vel in eo quod patri placuerit, vel alio quouis modo, & tamẽ filius non ſuccedet, niſi ſecundum voluntatem patris diſpoſitiuam, vel permiſſiuam, contra verò, vel præter volũtatem nihil conſequetur, vt ibi latiſſimè comprobat, & ſequitur *Matthienſ. tit. 8. l. 10. gloſ. 1. nu. 6.* omnino vidẽdi, & Lup. amplè declarat *d. §. 1. num. 49.* quod ſi aliter diceremus, ſequeretur clauſulas reſtrictiuas abſque dictionibus taxatiuis in aliquo non operari, & daretur ſucceſsio filio hoc modo legitimato contra teſtamẽtum paternum, quod eſt omnino falſum, vt per Couarr. ex aduerſo malè ponderatum *in d. c. 21. num. 3.* vbi vſque ad finem iuribus, & rationibus reprehendens Gozad. fundat legitimatum, quod ſuccedere poſsit patri ex teſtamento, vel ab inteſtato non poſſe modo aliquo impugnare, ibique *in verſ. quo fit*, ſubdit dictionem tantum nullius eſſe conſiderationis, nec per illam ſimiles caſus excluduntur, quæ dictiones taxatiuę non tollunt ſignificationẽ illorum verborum, quibus adijciuntur, immo illam extendere ſolent ad ſimilia, & comprobat viua ratione *in verſ. id verò*, nam filio naturali legibus denegatum erat agẽdi contra teſtamentum, vt dicit glo. communiter recepta *in d. l. 1. in verſ. naturales, ff. de bon. poſſ. contra tab.* ſicut in principio allegationum notauimus. Dum itaque Princeps habilitat filium ad ſuccedendum ex teſtamento, vel etiam ab inteſtato, vtique ſuccedere non poterit contra voluntatẽ, cum illa nõ ſit ſpecies ſucceſsionis, ſed potius habilitatio ad ſuccedendum, & ſi admitteretur, aperiretur via ſucceſsionis ab inteſtato, tabulis reſciſsis, *l. vt liberis, cum ibi notatis, C. de collat.* immo nulla ratione ſuaderi poteſt, vt habilitatio ad ſucceden-

cedendum secundum voluntatem, trahatur ad casum contrariæ voluntatis, & sic ad impugnandum testamentum, & notant *Soci. Alex. Ias. & cæteri in rubr. ff. de liber. & posthum.* absque contradictione, & remanet indubitatum ex clausulis restrictiuis etiam sine dictionibus prędictis dari filio successionem secundum voluntatem patris, & non aliter, quòd tāto fortius procedit in quęstione nostra, dum limitata est successio in dispositione patris per testamentum, vel aliam vltimam voluntatem, aut donationem, vt diximus supra.

317 Vltimum assumptum partis constituentis differentiam inter legitimationem conceptam verbis negatiuis, aut affirmatiuis leuissimum est, quoniam si filius legitimatus cum limitatione successionis, etiam per verba affirmatiua admitteretur, sine dubio consequeretur legitimam contra voluntatem patris, vt infra fundabimus, & sic daretur successio contra testamen tum paternum (quod est falsum) & clausula restrictiua successionis affirmatiuè non operatur contra communem conclusionem supra firmatam, nec talis filius in aliquo differret à filio legitimato simpliciter, seu à filio legitimo, & naturali. Insuper quamplures Doctores superius citati loquuntur in clausulis appositis affirmatiuè, *vt Alexan. d. conf. 30. Dec. d. conf. 264. & in d.l.1. num. 10. C. de bono. possess. contra tabul. Perez. tom. 2. lib. 5. tit. 2. fol. 95. vers. posterior modus, Couar. d.c. 21. Azeued. d. lib. 5. tit. 8. l. 10. nu. 41. Tell. Matthien. Caldas, & Cost. d.q. 156. & Lup. loc. cit. & Gregor. Lopez in d.l.9. partita 3. tit. 18.* Fundamentum autem principale non consistit in conceptione verborum negatiuè, sed solum in eo, quod successio restricta est ad id, quod pater voluerit, siue affirmatiuè, vel negatiuè loquatur, vt successionis causa dicatur reposita in voluntate patris, a cuius arbitrio exclusiuo, vel admissio legitimati dependet, *vt dicit Cæsar de Graff. in d. decis. 179. nu. 15. in fi.* & omnes clausulæ tam negatiuę, quam affirmatiuę conuertuntur, & paria sunt dicere, succedat in eo, quod pater reliquerit, vel non succedat, nisi in eo, ꝙ pater reliquerit, cū totū remittatur voluntati paternæ, alias pater de necessitate cogeretur relinquere, qđ est falsum, vt mox infra demonstrabimus.

318 Nec est verū, quòd dum legitimatur filius, vt possit succedere ad ea, quæ pater reliquerit, teneatur pater de necessitate relinquere ex significatione illius verbi, potest, quod videtur importare necessitatem secundum tradita per *Doctores in l. Gallus, in princip. ff. de liber. & posthum.* quoniam illud verbum, potest, necessitatem importat, quando præcedit negatiua, & subsequitur verbum potest, *cap. 5. vbi glos. de regu. iur. in 6.* Aut si implicitè, & pernecesse includeretur negatiua, ita declarant *Doctor. in d.l. gallus in princ. Bero. conf. 27. nu. 10. vol. 2. Rolan. conf. 20. nu. 40. vol. 1.* veluti si fuerit dictum, quod non possit disponere, aut quòd possit disponere certo modo, tunc resultat, quod aliter disponi non possit, *vt probat tex. in d.l. gallus, in princ.* vbi quia posthumi nepotes instituti non poterant, inuentus fuit modus instituendi a Gallo Aquilo, & dicitur sic posse instituí posthumos nepotes induxit, &c. absque negatiua, intelligunt tamen ibi Doctor. inclusam negatiuam, quia nepotes posthumi aliter institui non possunt nisi illo modo. In casu autē nostro simpliciter habilitatur filius, vt possit succedere in eo, quod pater reliquerit, & sic remittitur arbitrio paterno, nec includitur negatiua, vt disponere forte non posset, nisi in beneficium dictorum filiorum, & sic cessat necessitas relinquendi, vt in indiuiduo concludit *Caldas* ponderando dictum verbum, potest, *in d.l. si curaterem, num. 51.* cuius verbi, & vocis proprietas necessitatem non inducit, dicit *Alciat. in d.l. gallus, nu. 16.* Nisi in casu illius legis, ex ratione superius ponderata, & latius confirmabimus.

319 Quoad vero ad Doctorum authoritates, quas aduersarius allegat, quia multi ex ipsis loquuntur etiam respectu legitimæ prætensæ in relicto à patre cum grauamine substitutionis, vel restitutionis, ne responsiones iterum repetantur, & cum resolutio vnius facile ab altero dependeat in subsequenti articulo, dabimus responsum omnibus alijs obiectis, & doctorum authoritatibus, quæ adducuntur ex aduerso.

320 Ex supradicta autem conclusione resultat patrem non teneri huic filio legitimato ex necessitate relinquere, quia effectus successionis, & capacitatis non se extendit vltra voluntatē patris, *Dec. d. conf. 264. Ias. d. conf. 202. col. fin. vol. 2. Alex. d. conf. vlt. in fi. vol. 5. Gabr. d. cōs. 24. num. 10. & 11. in fi. Caldas in d.l. si curatorem habens, nu. 52. Tell. & Mattiens. in locis allegatis, plenissimè Molin. de iustit. & iur. d. disposit. 173. fol. 684. lit. D.* non enim filius per legitimationem supradictam fit capax ad impugnandam voluntatem paternam, sed solum habilitatur, vt possit pater eidem in testamento relinquere, *Doctor. in d. l. gallus, §. & quid si tantum, vbi Castr. nu. 16. in fi. Aret. num. 26. vers. nec obstat, Curt. sen. d. conf. 73. Soc. consi. 95. col. 5. sub nu. 43. vol. 4.* & efficitur ad succedendum ex testamento, non contra testamentum, *vt per Ang. in conf. 264. post num. 3.* & si non compellitur pater relinquere, impossibile est, quod tali filio legitima competat, *Gabriel. d. conf. 240. nu. 4. & 5.* ob quod Doctor. prædicti concludunt posse patrem sine dubio filium totaliter etiam legitima priuari pro ipsius arbitrio,

bitrio, *Iaf. in d. rub. ff. de lib. & posthum. num. 13. vbi Socc. eod. num. 13. idem Iaf. d. conf. 162. nu. 4. vol. 2. Tell. Matthienf. Azeued. Caldas, & Molin. in locis citatis, Peralta in l. cum pater, §. à filia, nu. 32. ff. de leg. 1. & in l. in actionibus, §. 1. ff. de in lit. iuran.* de qua potestate nullus ex Doct. quotquot scripserunt dubitauit dicit expressè *Couar. d. c. 8. §. 8. col. 3. verf. verũ hæc minime probant.*

321 Succedit ex his alia conclusio principalis supposita prædicta potestate grauandi quomodo libuerit, etiam nihil relinquendo (vt indubitatum est) quòd pater grauando filium aliquo non expresso respectu legitimæ, ex onere illo fideicommissi simpliciter adiecto voluerit in casu restitutionis legitimam detrahi nõ posse, nec retineri, & minus Trebell. de qua suo loco dicemus, quam conclusionem probarunt *Alcia. in rub. nu. 35. ff. de libe. & posth. & in l. nemo potest, nu. 34. ff. de leg. 1.*

Idem Alcia. videndus in conf. 98. sub nu. 7. lib. 9. vbi ait ita iudicatum.

Ruin. in d. l. gallus, §. & quid si tantum, nu. 14. ff. de liber. & posth.

Peregrin. de fideic. art. prædict. 36. sub nu. 9. & in conf. 27. nu. 6. lib. 3.

Mandel. conf. 7. nu. 2. & 3.

Caldas in d. verb. fine curatore, sub nu. 54. vbi improbat *Dec. in conf. 257. infra citandũ.*

Gabriel d. conf. 24. nu. 11. & 14. Tell. videndus, Matthien. Azeued. Suar. & Didac. Perez in locis allegatis.

Cæsar de Graff. d. decif. 179. nu. 19. qui fuit casus conf. Gabriel. in d. conf. 24. relatus similiter in *decif. Rot. diuerf. 353. & 355. par. 1.* in quibus licet casus primo loco visus fuisset dubitabilis ex clausula omni modo meliori, & alijs consideratis inclinabant domini contra *Parif. Cephal. & Dec. in conf. 257. attendẽdo conf. eiusdem Decij 264.* & tandem in eadem causa in anno 1603. die 24. Nouembris fuit decisum legitimam non deberi, vt ex decisione nouissimè transmissa ad Vrbem Romæ; quod fortius procedit in spetie nostra stante strictiori limitatione successionis, vt supra ponderauimus.

322 Quæ conclusio pluribus rationibus indubitanter comprobatur. Primo, quia dispositio facta de hereditate ad totam hereditatem refertur etiã in dispositione facta per fideicommissum, *Alba. in l. Titia, nu. 7. ff. ad leg. falcid. d. arg. tex. in l. si sponsus, §. fin. ff. de donation. inter virum, & vxor. qua de re Soci. in l. centurio, nu. 31. ff. de vulg. & Deci. in l. precibus, sub num. 24. C. de impub. & alijs subftit.* dixerunt fideicommissum factum de restituenda hereditate ad totam refertur, & legitimam comprehendit ex ipsa testatoris voluntate, licet filius legitimè natus ex defectu potestatis hoc non officiat, *ex l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam. quod dictum Socc. & Dec. late defendit Socin. iun. in d. l. centurio, à nu. 152.* quando igitur in testatore adest potestas grauandi in legitima (vt in casu nostro) & si generalibus verbis explicata semper in vniuersali fideicommisso intelligitur grauamen etiã in legitima.

323 Secundo, si pater in specie, quam agimus, non tenetur ex necessitate filio aliquid relinquere fortius poterit quodcunque onus, & grauamen imponere in beneficium alterius, cũ illa institutio ex volũtate procedat, probat *tex. in l. iurisgentium, §. adeo, ff. de pact. ibi, nam si rei potest tolli in totum, cur, & nõ reformari? l. quidam testamento, §. fin. verf. nam cum, ff. de leg. 1.* Si enim pater poterat in totum excludere non minus vincula, & conditiones apponere, docet *Peralta in d. §. à filia, sub num. 32. verf. ex quibus ll. Vafq. de success. creat. in repet. l. quoniam in prioribus, limit. 73. num. 486. allegans nõnulla iura, & signanter tex. in l. si Titio pecunia, §. fideiti, ff. de leg. 1.* sicuti in filio, qui renunciauit paternæ hæreditati, q si pater eum hæredem instituat, liberum erit arbitrium quodcunque onus, & grauamen apponere, cum illa institutio non ex necessitate procedat, *Costa in cap. si pater, de testam. in 6. par. 1. verf. absque deductione nu. 25. Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. nu. 5. Caldas diffusè com probat in d. l. si curatorem, num. 53. verf. secundo infero. in fin. fatentur omnes in d. rubr. ff. de liber. & posthum. Ruin. in d. §. & quid si tantum, nu. 114. verf. quartus, & vltimus casus, quem refert & sequitur Gabriel. d. conf. 24. sub nu. 10. & D. de Franch. decif. 720. nu. 5.* loquens in filio naturali, qui licet succedere possit in duabus vncijs, non existentibus alijs filijs legitimis, & naturalibus, condito tamen testamento pater, qui de necessitate relinquere non tenebatur in relicto, potuit onus imponere, & illud grauamen includit etiã dictas duas vncias, cum filius non potuisset testamentum patris impugnare, & si aliter diceremus, sequeretur, quòd filius legitimatus limitate quoad successionem, si legitimam reiecto grauamine retinere posse, absq; dubio veniret contra voluntatem defuncti, quod non est admittendũ ex allegatis superius etiam in nihilo differret à filio legitimo, & naturali.

324 Tertio, sicut filius conqueri non posset, si nihil vel modicum reliquisset. Nec minus si eũ instituendo grauauit simpliciter onere fideicõmissi, *Suarez in d. l. quoniam in prioribus, d. limit. 12. col. pen. & vlt.* referens sic fuisse iudicatum, sequitur *Perez d. l. 5. tom. 2. tit. 11. fol. 95. verf. posterior modus, Azeued. lib. 5. tit. 8. l. 2. nu. 41.*

num.41. prope fin. Dec.d.conf.264. latissimè comprobat Tell. & Matthiens. vt supra efficacissimis rationibus, dicunt enim, quod dum pater non tenetur relinquere contra eius voluntatem, illud quod relinquitur cũ grauamine, vel onere, illo grauamine minuitur relictum. Ita quod nõ est facienda computatio de relicto simpliciter, sed de relicto cum onere, & cum si nihil reliquisset, filius nõ posset conqueri, quia legitimatio ad hoc non porrigitur à fortiori, si modicum, vel grauatũ reliquisset, vt per DD. quos allegant, & inter alios *Dec.d.conf.264. col.pen.* quo loco licet antea disputasset de verbis legitimationis, quam videre voluisset, & an intelligeretur vera legitimatio, quamuis limitata respectu successionis, tandem concludit, quòd quomodocunque se habeant verba legitimationis, dato quod propria fuisset legitimatio, de qua agitur, nobis sufficit, quòd effectus successionis sit limitatus, quia non potest succedere ex testamento, nec ab intestato, nisi in eo quod pater voluerit, nec potest petere legitimam aliquam, stante ista legitimatione, & si vera esset prætensio partis, sequeretur quod hic filius reputaretur ad instar legitimi, & naturalis, si non obstante grauamine posset legitimam detrahere, & sic contra voluntatem testatoris, quod non permittitur filio legitimato limitatè, ita vt nec legitimam, nec supplementum petere possit, etiam quia legitima, nisi sit relicta, detrahitur contra voluntatem. *Bart. in l. liberto, §. filium, ff. de ann. legat. Soc. in d. l. Centurio, num.31. ff. de vulg. & pupill. Alex. conf.138. col.1. lib.1. Ruin. conf.55. nu.8. lib.2. latè Peregr. in d. art.36. num.151. Rip. in l. in quartam, nu.114. ff. ad leg. Falcid. Soc. in l.1. §. si heres, post num.7. ff. ad Trebell. Riminald. sen. d. conf.289. num.11. lib.2. Crauet.* qui de communi testatur in *l.1. num.135. vers. sed in contrarium, ff. de leg.1. Costa in d. q.156. post num.7.* cumulat *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.7. tit.11. num.8. vers. sed Bart. & num.11. circa fin. Caldas in d. l. si curatorem, num.54.* sicuti supplementum legitimæ loco querelæ successit, *l. omnimodo, & l. sancimus, C. de inoffic. testam.* quæ contra voluntatem defuncti intentantur, *Bart. in l. libera, §. filiũ, ff. de ann. legat. Soc. in d. l. Centurio, num.24. Dec. in d. l. precibus, num.14.*

325 Ex aduerso adducũtur aliquæ rationes, quæ principaliter deducuntur ex *Dec. in conf.257.* vbi concludit pro filio legitimato, quibus sigillatim respondetur, vt cognoscatur meritò fuisse a cæteris reprobatum dictum conf. Dec. sicut pluries contra iudicatum fuit, vtq; confirmata clarissimè remaneat conclusio prædicta, reiectis quibuscũque cõtrarijs, licet tam exacta discussione opus nõ esset in præsenti quæstione.

326 Primo allegat aduersarius non esse verum, quòd ex potestate grauandi, quam pater habet in legitima, videatur testator quoad illam in dubio grauamen imponere, cum habeat etiam potestatem prohibendi falcidiam, & trebellianicã, quę tamen in dubio minimè prohibitę dicuntur, etiam extraneo hærede instituto, & adhuc dicuntur detrahi contra voluntatem testatoris, ad *tex. in l. Titia,* cum ibi not. *ff. ad l. Falcid. vbi Alber. nu.7. probat tex. in l. si spõsus, §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxo. gl. in c. Raynutius, vbi Abb. num.16. de testam.* ibiq; *Couar. §.3. ante nu.7. vers. nempe. Alciat. in l. nemo potest, nu.34. ff. de leg.1. Bereng. in d. l. in quartam, in 4. præfat. post nu.6. vers. quarto puto,* vbi etiã *Rip. nu.48. Castr. in l.1. C. ad l. Falcid. Salyc. & Ias. nu.23. in l. filium quem habentem, C. fam. hercisc. Curt. conf.75. nu.5. Ruin. conf.146. nu.13. et cõs.159. nu.15. vol.3. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.7. c.11. num.1. Gabr. conf.86. num.25. vol.2.*

327 Huic rationi facillime respondetur constituendo differentiam inter legitimam, & falcidiam, seu trebellianicam in præsenti casu, & de vna ad aliã inferri non potest. Etenim falcidia debetur hæredi ex dispositione iuris cõmunis ita statuentis in *§. sed quia, in fine, instit. de fideicom. hæred.* Et antiquo iure falcidia veniebat detrahenda, etiam nolẽte testatore, *d. l. Titia,* cum not. *ff. ad l. Falc.* iure autem nouo non debetur, si fuerit prohibita, *Auth. sed cum testator,* vbi *DD. C. ad leg. Falc. et in l. iubemus, C. ad Trebell.* Igitur in casu, quo testator non prohibet, remanet dispositio iuris communis, quæ non reperitur correcta, sed tantũ limitata in casu prohibitionis, vnde cessãte prohibitione, locum habet detractio falcidię, & trebellianicæ, etiam quod grauamen totam hæreditatẽ comprehendat, licet detrahatur contra voluntatem testatoris, qui nõ prohibendo, censetur cum iuris dispositione se conformare, ad not. in *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* in filio autem legitimato non simpliciter, sed limitatè quoad successionem cessant omnia prædicta, quia circumscripta legitimatione iure communi non est cautum, vt ei legitima debeatur, & ideo etiam non existente prohibitione, non adest dispositio iuris pro filio taliter legitimato, cui dici posset, patrem se conformare voluisse, & minus attento tenore legitimationis, cùm necessaria sit voluntas testatoris, à qua relictum regulari debet, & sic videtur potius se conformare cum iure competenti ex legitimatione, cuius vigore successio fuit limitata, *Soc. in conf.150. vol.2. Ruin. conf.40. num.19. & 20. volum.3. Gabr. d. conf.24. nu.23. Cæsar de Grass. in d. decis.179. num.18. cum seq.* qua attenta, filius grauatus legitimam nõ detrahit,

vt

vt dicti Doct. testantur, & Alciat. Pereg. & Costa in locis superius adductis.

328 Secundo, aduersarius ex rationibus Dec. in d. conf. 257. deducit, quod licèt filius ita legitimatus nihil habere possit contra voluntatē patris, illud intelligitur de prima acquisitione, cum hæres efficitur vt illam quantitatē habeat prout pater disposuerit, at postquā ei fuerit relictum acquisitum inspecta secunda acquisitione, poterit legitimā retinere, cum facilius concedatur retentio, quam petitio, *c. intelleximus, de iudic. l. si per retentionē, C. de vsur.* & hæc fuit præcipua ratio Dec. ibi num. 2.

Hæc ratio nullam subsistentiā habet, immo attento tenore legitimationis, corruit ineuitabiliter, siquidem in legitimatione personæ Cęsaris in principio priuilegij legitimationis prius fuit habilitata ad succedendum limitatè, prout pater disposuerit in testamento, vel donatione, & deinde reintegratur persona ad honores, dignitates, & officia, quod DD. tradunt cōmuniter fieri posse in principio creationis, & erectionis legitimationis cum dicta limitatione, vt latè *Tiraq. in l. si vnquam, in verbo donatione largitus, nu. 305. et 319. C. de reuoc. donat. Alciat. optimè in conf. 6. num. 4. lib. 4. Gabr. in d. conf. 24. post nu. 16. vers. verum in casu nostro*, & sic clausula limitationis qualificauit in initio modum successionis, vt patri videbitur, & à principio legitimatio fuit in esse deducta cum effectu limitato, sunt verba Alciat. & aliorum citatorum, licèt secus esset si à principio in esse deduceretur legitimatio plenariè quoad substantiam, & effectum, quo casu nō posset ex post facto alterari, cum igitur in specie nostra legitimatio ab initio fuerit in esse deducta limitatè respectu successionis reposita in volūtate patris, illa limitatio, & voluntas patris attendēda est, & modus relicti iuxta tenorē legitimationis cum grauamine, alias limitatio prædicta in nihilo deseruiret, ob quod voluntas patris cum onere non potest filio patrocinari, nisi eo modo quo interuenit, & successiuè filius onus recusare nō potest, sed adimplere qualitatem annexā, plenè *Cald. loco cit. nu. 54.* institutio namq; filij fuit onerata fideicommisso, & eo ipso quo institutio ponitur in esse, habet esse diminutum cum onere. Igitur quando filius in prima acquisitione habet hæreditatem, eam diminutam habet cū illo onere restituendi totam portionem relictam, & adueniēte casu, onus impositum obligat ad restituēdum, cum sic filius institutus acquisierit, & non possunt dici plures acquisitiones, sed vnica tantum suæ portionis hæreditatis diminutæ cum onere restituendi, & sic non agitur de iure absolutè quæsito, sed de iure quęsito reuocabiliter secundum voluntatem testatoris, vt idem Dec. notabiliter posuit (de quo infra dicemus) *in l. precibus, nu. 24. C. de impub. & alijs substit.* qui videri debet. Retentio autem non datur, vbi debitum verè, & absolutè non præcedit, vt Dec. ibidem docet, ideoq; prohibitus petere, nec retinere potest cessante obligatione, in qua retentio fundari posset, *l. amplius nō peti, ff. rem rat. hab. Alciat. in l. nemo potest, num. 41. ff. de leg. 1. Tell. latè loco cit. nu. 27. Caldas sub num. 24. & Pereg.* etiam considerauit *in d. conf. 27. nu. 6. circa finem.*

329 Denique considerat aduersarius, quod testator instituendo Cæsarem, illum tractauit vt filium, proinde censetur voluisse, vt tanquam filius legitimā detraheret, cum onus fideicommissi reguletur ab institutione, vt quoad legitimam remoueatur, ex quo intelligendum est secundum iuris dispositionem, quæ filio legitimam concedit, *l. si duo, ff. de acq. hæred.* sicuti videmus in milite, qui licèt habeat facultatem priuandi filium legitima, *l. fin. C. de inoff. test.* si filium instituerit, & onere fideicommissi grauauerit in fideicommisso, legitima non comprehenditur, iuxta doctrinam *Alex. & Ias. in d. l. precibus, Rip. in d. l. Centurio, nu.* 48. quam grauatus filius poterit retinere, vt dicūt etiam *Bal. in d. l. Centurio, nu. 31. Angel. sub nu. 12. Salyc. sub nu. 11. Castrens. sub nu. 19. Alex. sub nu. 17. Ias. nu. 17. vers. subijcit, Galiula nu. 74. Soc. iun. sub num. 145. & Menoch. de præsumpt. lib. 4. c. 196. nu. 18.* pariter videmus in filia per statutum à paterna successione exclusa, vt sit contenta parte à patre relinquenda, quæ contra voluntatem patris legitimam non consequitur, vt per *Bart. in l. Titio centū, §. Titio genero, ff. de cond. & demonstr. Decius conf. 86. nu. 4. Tiraq. de iure primog. q. 55. nu. 9. Crassus de success. §. legitima, q. 3. sub num. 3. vers. contrarium*, & tamen si fuerit instituta cum onere restituendi, retinebit legitimam, & illam portionem liberè absque onere restitutionis, *ita Dec. posuit in d. conf. 257.* ex mente *Iacob. Butrigar. in d. l. quoniam in prioribus in princ. vers. in multis partibus*, consuluit etiam *Benedict. Capra in conf. 19.* & sequitur *Gomez var. resol. tom. 1. c. 11. nu. 18.* & antea eos *Oldrad. conf. 107. Bero. conf. 107. nu. 20. Surd. conf. 185. nu. 19. lib. 2.*

330 Hoc assumptum partis nedum non obest, sed potest in cōtrarium retorqueri, licèt enim pater Cæsarem tractauerit vt filium, nō ex hoc sequitur, quod legitimam consequi possit, cum nullo iure tali filio debeatur, & potuisset quoque instituere filium naturalem, vt in *auth licet, C. de natur. liber.* qui non propterea legitimam retinere posset, ideo non sufficit esse filiū, vt detrahatur legitima, sed requiritur, vt sit filius legitimus, & naturalis, vt per *glo. & DD.*

*in l.1.ff.de bon.poss.contra tab. Peregrin.in d. art.*36.*nu.*40. vel vt sit legitimatus simpliciter quoad omnia ad instar legitimi, & naturalis, iuxta doctrinã *Bal.in d.c.de causis,de off.deleg.* quem ita intelligunt Doct. superius citati, & inter alios *Greg.Lop.in d.l.9.tit.18.par.3.gl.3.* Cum autem legitimatus est cum limitatione, eidem nullo iure legitima debetur, igitur nec pater voluit contra dispositionem iuris relinquere, sed grauamẽ totæ hæreditati apposuisse censendus est, ad *tex.in d.l.si sponsus,§.fin. si quis rogatus, ff. de donat. inter vir. & uxor.* & videtur se conformare cum iure communi à legitimatione regulato, secundum quam limitata est successio, cessante alia iuris dispositione in beneficium filij, vt ex *Soc. d. consil.*150. *Ruin.d.cons.*40. Gabr.& Cæsar de Grass.paulò ante citatis comprobauimus, vnde potest argumentum retorqueri in contrarium, ex alio etiam constat testatorem non tractasse Cæsarẽ vt filium, quia cum primo reliquisset legata vsque ad summã ducatorum 70.mil. in reliquo pro sexta parte Cæsarem nominando filium naturalem hæredem instituit, vt dicemus inferius in coniecturis.

331 Simile verò, quod deducitur ex institutione facta à milite parti prodesse non potest, quoniã illa opinio, vt filius militis grauatus simpliciter valeat retinere legitimam, quamuis pater eum priuare potuisset, non est omnino tuta, & contra eam tenuerunt *Bar.in d.l.precibus,sub nu.*8.*Fulgos.& Dec.d.nu.*24. *Soc.in d.l.Centurio,nu.*31. qui validissimis rationibus eam impugnant, & propterea aut est vera opinio eiusdem Dec. & aliorum prædictorum, quod miles grauando simpliciter, censeatur priuare filium legitima, etiam quod de iure deberetur, & tanto fortius procedit in casu nostro cum filio legitimato de iure legitimandi debeatur: aut vero opinio contra Decium est verior, & id procedit ex eo quod miles non fuit vsus iure speciali, prout in dubio non præsumitur, sed iure cõmuni, vt notant *Doct.in d.l.Centurio,* vbi *Castrens. & Alex. & Ripa nu.*24. & cum vtitur iure communi, debetur legitima filio, vt *Caccialup.posuit in d.l.precibus,num.*88. & quod vsus fuerit etiam iure cõmuni colligitur, nam cùm iure militari potuisset directo substituere etiam adultis, elegit viam fideicommissi, quæ eidem cum Pagano communis est, proinde filius tunc legitima non censetur priuatus, secundum aliam opinionẽ. In casu verò nostro non potest dici ita testatus iure communi, vt filius non dicatur priuatus legitima, qua priuatus dici nõ posset, cum illam nullo tempore habuerit, vel cõpetierit, vt docet *Io.Baptista Costa* (vltra prædictos) in specie *in d.q.*156. *post nu.*7. ideoq; cum filius alio iure succedere non poterat nisi virtute legitimationis, non consideratur iuris diuersitas in relicto, & institutione, sed attendenda est voluntas, & onus impositum absque distinctione prædicta, quæ non cadit in præsenti quęstione, cum iure communi filio ita legitimato legitima non competat.

332 Argumentum verò de filia exclusa per statutum non est applicabile ad casum nostrum, quoniam etiam si esset vera illa opinio, de qua dubitarunt DD. *in d.§.& quid si tantum,* vt docet *Paris.cons.*7.*sub nu.*28. *lib.*2. qui citat *Corn.cons.*150.*nu.*10.*cũ seq.lib.*2.*& Couarr. in eod. c.*88.*col.*3. Consideratur diuersa ratio inter vtrũque casum, nam filiæ exclusæ per statutum debebatur legitima de iure communi, iuxta *auth.nouissima,* C.*de inoff.test.* & ideo illa portio relicta à patre, qua debet esse cõtenta vigore statuti subrogatur loco legitimæ portionis, quæ ante à iure communi debebatur, & sic liberè, & sine onere ita declarando doctrinam *Iacob. Butr.posuit Gomez variar.resol. d.cap.*11.*num.*18.*in princ. Couarr.expressè d.*2.*par.cap.*8.*§.*8.*col.*3.*in fi. à versic. nec his oberit, Bal.in cons.*131.*circa prædicta,vol.*2. *Gabr.d.cons.*24.*nu.*12. intelligendo similiter in casu prędicto *cons.Oldrad.*107.*col.*1. Immo nonnulli voluerunt posse filiam, quamuis exclusam, petere etiam supplementum legitimæ, de quo latè *Soc.* referẽs 53. Doctor. in *cõs.*150. *vol.*1. At in casu nostro cùm huic filio, vt supra legitimato, semota legitimatione, aliquid non debeatur, nisi quatenus à patre fuerit relictum, cum respectu successionis certi modi fuerint adiecti, illud relictum non potest succedere loco legitimæ, quæ non debebatur, vt particulariter considerat Couarr. loco citato, & reiectis rationibus ex aduerso ponderatis, superest respondere DD. auctoritatibus.

333 *Dec. enim in d. cons.*257. in quo pars facit fundamentum, non allegatq; nisi rationes superius modo confutatas contra communem sententiam omniũ, quos citauimus, & eius authoritates tollitur ex alio ipsius cons. supradicto 264. vbi indubitanter concludit contra filium, nec obest partis consideratio, *quod in d. consi.* 264. legitimatio continebat clausulam, quod filius aliquid petere non posset pro legitima, aut ipsius supplemento, quoniam Dec. non se restringit ad clausulam prædictam, imo patet non vidisse legitimationem, cum dicat voluisse videre verba legitimationis, quia taliter cõcipi potuissent, quod esset vera legitimatio, licet successio limitata, vt ibi post *num.*3.*vers. in hoc tamen voluissem,* & nihilominus ad tollendas omnes dubietates expresse decidit, quod sint quomodocunque verba legitimationis, & dato, quod esset propria legitimatio, sufficit,

quod

quod effectus ſucceſſionis limitatus, vt ſuccedere non poſſit, nec legitimam petere, nec impugnare voluntatem patris,& ita intelligũt Dec. omnes ſupracit. Doctor. qui eum allegant,& in ſpecie habetur *in d. deciſ.* 179. *Caſar de Graſſ. nu.* 10. *&* 15. *Tell. Matthienſ. ſpecificè, & Alciat. d. conſ.* 98. *nu.* 6. *lib.* 9. aſſerens prædictum conſ. Dec. erroneum, & facillimè reſponſum eius fundamentis per Roland. Curt. & contra illud fuiſſe iudicatum, *Gabriel. idem dicit d. conſ.* 24. *nu.* 13. *Peregr. d. art.* 36. *nu.* 9. *in fin. & Mantic. de coniect. lib.* 7. *tit.* 11. *nu.* 11. *in fi. & idem Dec. in d. l. precibus, nu.* 24. *& propriè in verſ. ſed tamen aduertendum eſt*, qui allegatur ad confirmationem poſitorum *in d. conſ.* 257. *determinat contrariũ*. Ad quod nemo ex Doctor. quos viderim aduerſit. niſi tantummodo Couar. qui aliqua pauca verba ſubnectit *in d. §.* 8. *col.* 3. *circa medium*, concludit enim faciens mentionem de conſ. quod in fideicommiſſo iniuncto a milite ſimpliciter legitima includitur ex natura vniuerſalis fideicommiſſi, ſtante poteſtate grauandi filium etiã legitima, cum agatur de iure quęſito reuocabiliter ſecundum voluntatem patris, quæ fortius militant in caſu noſtro, ſiue ſit vera, aut nõ recepta opinio Dec. vt ſupra ponderauimus,& ſufficit vim fieri nõ poſſe *in d. conſ. Dec.* 257. ex quibus ſimiliter remanent confutatæ rationes, & authoritates *Butrig. Gomez. Pariſ. Cephal. ac Riminal.* quatenus ſequuntur rationes *Deci. in dicto conſ.* 257.

334 Inſuper *Pariſ. qui in eius conſ.* 7. *num.* 45. *lib.* 2. tenet deberi legitimam filio taliter legitimato. Agnoſcens bene rationes in contrarium militantes, ſaluat eius opinionem, diſtinguendo, quod aut legitimatur ad certam portionem relictam in teſtamẽto iam confecto, & hoc caſu dicit legitimam deberi, quæ non poteſt eſſe minus portione relicta, ad quã filius legitimatus cenſetur, vt ibi *nu.* 28. *&* 32. Aut legitimatur ad portionem relinquendam à patre,& ſic incertam (vt eſt caſus noſter) & tali caſu denegat deductionem legitimæ, & ſic reſpond. ad *Alex. & Dec. in d. conſ.* 264. vt ibi *num.* 55. *in fin. cum duob. ſeq. vltra quòd opinio Pariſ. improbatur vnà cum Cephal. vt in d. deciſ. Rota diuerſor.* 355. *nu.* 9.

335 *Cephal. in conſ.* 117. *in primo dub. lib.* 1. *ſequitur Pariſ.* quibus ex prædictis remanet reſponſum, nec obſtat alia ratio ponderata per *Cephal. & Rimin. iun. in conſ.* 469. *nu.* 13. *lib.* 4. quod inſtituto filio cum grauamine illud onus reſpicit, id quod excedit legitimam non infra legitimam, in qua requiritur expreſſa prohibitio, quoniam hæc eſt mera fallacia (pace dixerim) ſi quidem loquendo etiam in filio verè legitimo,& naturali, deducta legitima, pater illud plus poteſt proijcere in mari, & cuilibet relinquere, vt docent *Bald. Ang. Caſtr. & alij in l. hac edictali*, C. *de ſecund. nupt. Surd. deciſ.* 21. *nu.* 14. & ſic onus in filio legitimo, & naturali intelligitur adiectum in eo, quod excedit legitimã,& à legitima reijcitur, *d. l. quoniam in prioribus*, ſi modo idem eſſet in filio legitimato cum limitatione prædicta, vt ſuccedat in eo, quod pater reliquerit in teſtamento, vel donatione, nulla differentia eſſet inter hũc filium legitimatum limitatè, & filium legitimum,& naturalem,& clauſula prædicta in aliquo non operaretur, cum ſucceſſio, ſecundum rationem Cephal. reguletur à ſucceſſione filij legitimi,& naturalis, & ſic de iure communi, & non à voluntate patris, in cuius arbitrio repoſita eſt quælibet diſpoſitio qualificata quomodo voluerit. Ideo aſſumptum prædictum procedere non poteſt in caſu noſtro, cum iure communi talis filius nihil conſequi poſſet, cui rationi congruè non reſpondit, nec Riminal. nec Cephal. qui licet alia adducere conetur, ex ipſorum lectura faciliter reſponſio colligitur, vt videri poteſt, & ſic remanet reſponſum etiã authoritati Riminaldi, qui inſuper loquitur in caſu diuerſo in filia Ducis Ferrariæ legitimata, vt ſuccedat ex teſtamento,& ab inteſtato, & habeat omnia iura legitimorum, & naturaliũ, ac ſi de legitimo matrimonio procreata fuiſſet, quæ clauſulæ deſunt in caſu noſtro.

336 *Gomez. varia. reſol. d. cap.* 11. nihil allegat, nec iura, aut authoritates; ſed tantum dicit relictum intelligi ex neceſſitate, & quia id iure non probatur, ſubdit nota nouiter, & ſubtiliter agnoſcens eſſe opinionem non ſubſiſtẽtem, & contra opinionem omnium aliorum DD. citatorum, qui contrarium affirmant ſine contradictione, ſicut diximus ſupra, & contrariũ in ſpecie tenet *Emanuel Coſta in addit. ad ipſum Gomez.*

337 *Iaſ. in conſ.* 162. *vol.* 2. expreſſe concedit poteſtatem patri priuandi filium etiam legitima, cum nihil relinquere teneatur, verum in caſu illius conſilij de voluntate tantum dubitauit, *vt Couarr. dicit d. cap.* 8. *§.* 8. *col.* 3. *circa med. verſ. ſic ſane nullus*, & ſic arguit Iaſ. ex coniecturata voluntate patris ex duobus. Primo, quia dum ex legatis factis vxori, quæ firma eſſe voluit filius legitimatus, nec quantitatem vſque ad legitimam conſequebatur, non præſumitur teſtatorem (ſi de hoc fuiſſet interrogatus) voluiſſe filium vnicum, & valde dilectum remanere mendicum ob legata facta vxori, *vt ibi notat nu.* 5. Quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, in quo amplius non agitur de legitima in beneficium filij, ſed hæredis illius extranei, cui pater interrogatus omnino denegaſſet, cum diuitias ſuæ nobilis familiæ de Cataneis conſer-

seruari voluisse præsumitur, *l. pater*, *§. Iulianus, ff. de leg. 3. Abb. cons. 63. num. 3. lib. 2.* pariter quia instituerat filium legitimatum cum alijs filijs legitimis, & naturalibus forte nascituris, quibus filiũ legitimatum æquiparauit, videtur voluisse, vt saltim habeat legitimam, vt ibi *post num. 5. vers. 3.* & sic casus ille longe diuersus est ex coniecturata mente, & confirmat in spetie nostram opinionem indubitatam superius relatam.

338 *Consilium vero Laderch.* 170. similiter nõ refragatur, quia diuersum ipsemet censet, vbi filius succedere debet secundum voluntatem patris, vt tunc non competat ius contra testamentum, vt ibi *post num. 4. vers. secundo respond. allegans cons. Ias. 202. vol. 2. & Alex. cons. 30. vol. 4.*

339 *Rip. in l. centurio* simpliciter sequutus est Decium; cuius obiectis iam fuit responsum etiã ex alijs fortius in contrarium allegatis per eundem Decium, & contrarium idem *Rip. docuit in d. resp. 19. Decian. pariter in cons. 49. simpliciter sequitur Paris. & Cephal. in d. consil. nihil addens, vt num. 43.* quibus iam plenè responsum est, vltra quod videtur sibi contrarius dum num. 37. concedit hunc filium non habere ius contratabulandi, nec succedere ab intestato, nec agere pro supplemento legitimę, & idem *Decian.* aliter scripsit *in cons. 19. superius citato, & similiter Surd. meliores rationes allegauit in d. cons. 337. vol. 3. & in cons. 185. in fin.* loquitur in milite, cui de iure communi legitima debebatur, & mouetur author, *Dec. in d. l. precibus*, qui cõtrarium affirmauit, imo ille casus fortius confirmat nostram opinionem, vt ponderauimus supra.

Mənoch. vero in cons. 737. nu. 6. in fi. & nu. 8. lib. 8. nihil vltra allegat præter citatos DD. & amplius loquitur, quando in legitimatione adest clausula, vt possit succedere ab intestato, quæ deficit in casu nostro, & similiter *Garz.*
340 *de nobilit. glos. 21. nu. 8.* nec rationem, aut authoritatem adducit, vt videri potest *Renat. Coppin. in consuet. Andeg. c. 4. nu. 4.* de legitima non loquitur, immo decipitur, quoniam præsupponit clausulam limitatiuã referri tantummodo ad hæreditates collateralium, non patris, vt clarè ibi legitur, quod in casu nostro esset de directo contra verba legitimationis, nedum respectu aliorum, sed principaliter patris, *Burgos de Paz*, si forte ex aduerso allegatur in *1. par. l. 3. num. 320.* tractans an *tex. in §. ex imperfecto*, vt testamentum coram duobus testibus valeat inter liberos, locũ habeat inter legitimatos, dicit, quod si persona est plenè legitimata, quamuis respectu successionis adsit limitatio, procedit doctrina *Bal. in c. de causis, de offic. deleg.* qui *nu. 34.* loquitur in simpliciter legitimato, & addit etiam quod ei debetur legitima; si verò persona non est legitimata, non habet locum *tex. in §. ex imperfecto*, & sic de hoc tantummodo tractat Author prędictus de *tex. 53. in d. §. ex imperfecto*, non de legitima. *Honded. cons. 89. nu. 7. circa fin.* videtur dubitatiuè loqui in eo, quod ex aduerso allegatur, immo concludit legitimam non deberi legitimato cum clausula vt succedat in eo quod pater voluerit, & licèt approbet Paris. loquitur tamen ibi in suo casu, quando est facta mentio portionis relictæ, vt supra diximus num.

341 *Gozad. in cons. 48.* si bene inspiciatur, loquitur de legitimatione plenissima, ac si filius esset de legitimo matrimonio natus in omnibus, & per omnia, & quoad omnia, & quod habeat vim plenissimę legitimationis, in tantum quod de mente legitimantis apparet quod voluit etiam cõtra testamentum posse succedere, vt ibi legitur apertè, & licet dicat non adesse dictionem taxatiuam, subdit insuper suppleri per alia verba sequentia, quod in omnibus, & per omnia dicatur legitimatus, vt ibi per ipsũ, sicut in casu Rimin. iunior, & sic Gozad. declarat Couar. qui dicit non esse faciendam vim in dictione taxatiua, existentibus alijs similibus limitationibus in d. c. 21. var. resol. sicut supra ponderauimus num.

342 *Consilium vero Ruin.* 84. similiter non obstat, sicut superius demonstrauimus, minus resolutio *Mantuatens. 28. lib. 2.* quoniam dum loquitur de legitimatione sine pręiudicio venientium ab intestato, se fundat in consil. *Decij 49. Cephal.* 117. & *Paris. 7.* quibus supra iam plenè responsum fuit, & contra illam iudicatum, vt notauimus num.

343 Doctrinæ vero *Suarez in d. l. quoniam in prioribus, in 12. limit. col. penul. & vlt. Didac. Perez lib. 5. ordinatio. tit. 11. fol. 95. colum. 1. vers. posterior modus legitimãdi, & Azeued. lib. 5. tit. 8. l. 10. nu. 41.* iam fuerunt ponderatæ, & adductæ pro nostra opinione, & quamuis pars ponderat eosdem *Suarez, Perez, & Azeued.* addere bonum esse obtineri legitimationes cum vinculis, & conditionibus visis, accedente consimili patris petitione, vel quod possit quomodocunque onus imponi, quæ in casu nostro deficere videntur, imo memoriale Baldassaris patris fuit simplex ad honores, & officia, & successionem absque limitatione. Aduertatur primo, quod memoriale prætensum Cæsaris non est exhibitum. Item licet adsit copia memorialis Stephani non potest argui de vno ad aliud, quod non producitur, & in eodem memoriale Stephani, post illud verbum, *becha*, dicitur, *en forma*, forma autem non intelligitur iuxta legem antiquam 9. *tit.* 18. *par.* 3. sed prout reperitur extensa in rescripto legitimationis,

quæ

quæ attenditur, & non alia, quæ figuratur extra rescriptum, cum legitimatio sit donũ Principis, *vt Bald. dicit in consil. 19. in quæstione proposita vol. 5. Gregor. Lopez. par. 1. tit. 15. l. 4. glo. 2.* & iuxta concessionem, & formam Cancellariæ nouissimè cum limitatione introductam intelligenda est, & iuxta contenta in priuilegio legitimationis, & non aliter. Vlterius Suarez dicit onus adiectum censeri etiam legitima, & sic limitari *tex. in d. l. quoniam in prioribus*, Sicq; fuisse iudicatum, & Perez addit grauamen illud intelligi in toto relicto, nec mirum, cum huic filio legitima non sit debita, & licet dicant, quod vt dubiũ tollatur, potest addi in rescripto, vt possit quoduis onus imponi, non ex hoc cessante dicta clausula, concludũt deberi fortè legitimam, quam expresè denegauerunt, nec propterea recedunt à determinatione prædicta, etiã quia restrictio nõ operaretur, vt diximus, & fundauimus opinionem prædictam tanquam verissimam, etiam in simplici grauamine.

344 Denique Rex dum legitimat Cæsarem ad succedendũ in eo, quod pater reliquerit ex testamẽto, vel donatione, addidit, *en qualquier manera.* Ideo relaxatur patri, & quibusuis alijs facultas relinquendi, quæ voluerint quouis modo, cum ex verbis prædictis generalibus non possit dari restrictio, aut limitatio in voluntate patris, vt *Dec.* ponderat *in cons. 137. post nu. 1. circa finem*, attentis verbis prædictis, *en qualquier manera*, quæ non possunt intelligi, vt filius succedat quouis modo, cum specificè taxauerat modos succedendi ex testamento, vel donatione, sed referũtur ad dispositionem patris, vel aliorum, faciendam quouis modo, nedum respectu quantitatis, sed modi, & insuper Baldassar pater benè agnoscens facultatem cõcessam, prout voluerit post nonnullos casus continuatiuè contentos in eius testamtuto, referẽdo se ad vincula, cõditiones, & substitutiones, dicit hæc verba, *vsando de la facultad, que el derecho, me da para poder disponer de los dichos mis bienes libremente con los vinculos, y conditiones, y substitutiones, que yo quisiere.* ex quibus vndique patet ex parte Regis concedentis, & Baldassaris, partis etiam si legitimè constaret supplicasse pro legitimatione de facultate disponendi pro eius arbitrio cum limitatione quacunque melius visa.

345 *Couar. autem in d. c. 8. col. 3. circa medium a vers. sic sanè nullus*, non bene à parte ponderatur, quoniam dum concludit ex omnium opinione posse patrem filium legitimatũ grauare etiam quoad deductionem legitimæ portionis, de voluntate tantum videtur esse controuersia in fideicommisso, vnde si volũtas patris manifesta sit, aut certis cõiecturis comprehendi possit, nõn est dubium hãnc patris volũtatem legitimam censeri, & esse constanter obseruandam, & adimplendam, præter prædicta, licet Decij responsum sibi omnino non displiceat in d. cõs. 257. dicit illud improbari ab Alciat. referẽs alias rationes pro opinione nostra respondens rationibus Butrigar. & aliorum, & sic concludit expresse contra opinionem Dec. vt patet vsq; ad vers. secundo infertur, & si voluntas Baldassaris ex coniecturis inspiciatur, quæ euidens dicitur etiam ex coniecturis, *l. licet imperator, ff. de leg. 1. Molin. de primog. lib. 2. c. 4. num. 39. & seqq.* apertissimè patebit onus adijcere voluisse in toto relicto absque aliqua detractione legitimæ portionis.

346 PRIMA igitur coniectura, quam etiam considerauit *Peregr. in hac causa in d. cons. 27. nu. 3. lib. 1.* deducitur ex eodem testamento Baldassaris, qui post nonnulla legata relicta vsque ad summam duc. 70. millia, illis solutis, in reliquo instituit Cæsarem hæredem pro sexta parte, Stephanum pro duabus sextis partibus, Dominicum fratrem pro sexta parte, & reliquas duas sextas partes ordinauit distribui pro exoneratione suæ conscientiæ, quæ distributio adhuc durat, & adiecit grauamen in toto relicto Cæsari, & Stephano, in beneficium filiorum procreandorum, & illis deficientibus, in beneficiũ Dominici, & eius filiorum, & hæredum, modo legitima Cæsaris si competijsset erat sexta portio eidem relicta, cum essent duo filij, iuxta *authen. nouissima, C. de inoff. testam.* Imò dicta sexta portio erat minus legitima, quia fuit relicta ex reliquo hæreditatis, solutis prius legatis prædictis, & sic in sexta parte residui fuit institutus, *ad not. in l. non amplius, & in l. ciuitatib. in fi. ff. de leg. 1.* Cũ ergo grauatus fuerit, & non in plus, quam fuerit in legitima honoratus, dicendum est noluisse testatorem legitimã retineri, sed in ipsa iniunctum fuisse fideicommissum, stante dicta potestate grauandi, ex his, quæ notat *Cuman. in l. cohæredi, §. cum filiæ, post num. 5. ff. de vulg. & pupill. Castrens. in l. ex tribus, nu. 5. C. de inoff. testam. & Mant. de coniect. lib. 8. titu. 3. post nu. 5. vers. hæc autem sententia.* Si modo Philippo competeret legitima ex persona Cæsaris, illamque retinere posset, sine dubio fideicommissum euanesceret, & non esset in quo posset verificari, cum nihil ad substitutum perueniret, & proinde in dicta legitima grauamen censetur adiectum, ac si expresè testator in legitima grauasset, *Tiraq. de leg. connub. glo. 7. nu. 128. cum seq. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 11.* & in generali dispositione tunc legitima venit, quando verba id important, & pernecesse ad illam referuntur. *Cuman. cons. 288. Dec. cons. 299. & consi. 325. ante nu. 9. Peregr. d. art. 36. nu. 78. & 79.*

Ex

347 Ex aduerso supponitur Cæsarem non esse heredem pro sexta parte, sed in quarta, sicut in quarta fuit declaratus hæres in ciuitate Ianuę, ex eo quod facta distributione illarum duarum partium, quod superest, cedit in beneficium institutorum pro portionibus contentis in institutione, & sic si integræ dictæ duæ portiones veniunt distribuendæ, remanent in effectu hæredes instituti pro quarta parte, & si aliquid superest accrescit vnicuique eorum cohæredibus, ob quod similiter in effectu resultat institutio Cæsaris pro quarta parte, quæ transcendit legitimam, quæ est sexta, & successiuè deducta sexta parte legitimæ in eo, quod superest vsq; ad quartam partem relictam, potest habere locum fideicommissum.

348 Huic obiecto respondetur primo, quod dū testator instituit Cæsarem in sexta parte decretum præambuli intelligitur seruata forma testamenti, nec illud mutare potest, ad quod refertur, *vulg. l. asse toto, ff. de hered. instit.* & tempore testamenti, quod attenditur, *l. cum quæritur, C. de inoffic. testam.* sexta pars tantummodo competebat. Secundo, & melius in casu nostro inspicienda est voluntas testatoris, qui specificè instituit Cæsarem in sexta parte, & dum in eadem sexta parte relicta grauauit, sine dubio eandem sextam partem, & sic legitimam includere voluit, secundum eius mētem, in grauamine imposito. Tertio, sexta pars relicta fuit in reliquo hæreditatis, solutis prius legatis prædictis ascendentibus ad dictam summam duc. 70. milia, vt dictum est, & sic nō fuit sexta pars totius hæreditatis, legitima autem si competeret, liquidaretur inspecta tota hæreditate etiam inclusis dictis legatis, quæ non minuunt legitimam, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. test.* etiam si legata essent ad pias causas, vt *Bart.* docet in *l. Papinianus, §. si Imperator, Abb. cōs. 63. lib. 1. & Pereg. de fideicom. art. 4. nu. 14.* & proinde illa quarta portio relicta, detractis prius legatis prædictis, quæ effectiuè non est quarta pars omnium bonorum, videtur ferè æquipollens sextę parti totius cōpetenti pro legitima, ideoq; onus iniunctum in sexta parte pernecesse amplectitur legitimā, ne dispositio substitutionis fit elusoria.

349 Insuper clarum est Trebellianicam, quando est locus detractioni esse deducēdam, etiam ab hærede in quota, de illa portione, quam restituere tenetur, *§. in primis, & §. nihil, instit. de fideicom. hæreditat. Berengar. in l. in quartam. in 3. præfatio. nu. 8. vers. secunda conclus.* Si modo vltra legitimam deduceret Philippus ex persona Cæsaris etiam Trebellianicam ex eadem sexta parte, nihil fideicommissario restituendum esset, quod nullus admitttere poterit, de quo etiam dicemus in articulo Trebellianicæ. Et si attenderetur lex Hispaniæ, vbi conditum est testamentum, legitima filiorum, essent omnia bona præter quintam partem, vt in *l. 28 taur. quæ est l. 12. tit. 6 lib. 5. nou. recopil.* quo casu institutio esset satis infra legitimam, & sic in grauamine imposito, sine dubio portio legitimæ in restitutione includeretur.

350 Secunda coniectura est, quoniam etiam si Cæsar esset institutus in maiori parte, quam sit legitima, tamen quia testator grauauit Cæsarem in toto relicto, vbi, *todo lo qual sin lo poder vender, &c.* vocando primo descendentes, & in defectum Dominicum fratrem, eiusque filios, & hæredes, si ex toto relicto Cæsar grauatus est, eius hæres aliquid detraheret ratione legitimę, contraueniret dispositioni testatoris, cum non integra bona oneri submissa venirent ad substitutos, ex traditis per *Bart. in d. l. precibus. nu. 14. per Dec. cons. 572. nu. 6.* Quod non permittitur Cæsari restrictè legitimato, vt diximus. Dum enim vtitur verbo totum, integrā portionem amborum filiorū oneri restitutionis, suppofuit etiam comprehensa legitima, licet alias non includeretur, *ex no. in l. Iulianus ff. de leg. 3. Bar. in l. generaliter, §. vxori, ff. de vsufr. leg. num. 4. plura Dec. cons. 94. nu. 31. & Surd. cons. 31. nu. 27. lib. 1.* & quod legitimatus grauatus de restituendo totum non possit legitimam retinere, voluit *Menoch.* qui in contrarium allegatur *in d. cons. 737. nu. 9. lib. 8.* Sicut plenius confirmabitur in articulo Trebellianicæ, cum hæc dictio comprehendat prohibitionem vtriusque quartæ.

351 Tertia coniectura succedit ex eadem dispositione, dum testator voluit, vt prædicti filij legitimati quousque peruenerint ad ætatem 25. annorum alimēta tantum ex fructibus suarum portionum perciperent, relictum verò vnà cum augumento ex fructibus faciendo ad substitutos deueniret, & factus est casus, quod filij mortui sunt infra 25. annum. Si igitur filijs vsque ad ætatem prædictam alimenta tantum concessit, & fructus superexcedentes non ipsis reseruauit, sed substitutis non est credendum voluisse tribuere hæredi Cæsaris extraneo detractionem legitimæ, quæ debetur in corpore, & in proprietate, non in fructibus, *l. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testam.* & sic repugnaret expressè dispositioni testatoris, vltra quod hæres Cæsaris extraneus incognitus testatori esset melioris cōditionis, quàm filius magis dilectus, quod admittendum non est, *ad tex. in l. cum acutissimi, C. de fideicom. & l. cum auus, ff. de condit. & demonstr. & in l. qui filiabus, vbi glo. & DD. ff. de leg. 1. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 12. nu. 14.*

352 Confirmatur prædicta consideratio alia euidenti ratione, nam si legitima deberetur hæredi

redi Cæſaris, detrahenda eſſet ex corporibus vna cum fructibus a die mortis, cũ fructus percepti in legitimam non imputentur, *gloſ. Bar. & Ang. in l. Papinianus, §. unde ſi quis, C. de inoff. teſtam. Alex. conſ. 69. num. 3. lib. 1. Gabr. in tit. de legitim. concl. 1. nu. 41. D. de Franch. deciſ.* 16. *&* 522. Et ſic augumentum faciendũ ex fructibus excedentibus alimenta a die obitus teſtatoris reſtituendum eſſet pro rata legitimæ in beneficium hæredis extranei Cæſaris, quod eſſet contra expreſſam voluntatem teſtatoris, ſicq; abſque controuerſia deducitur patrem voluiſſe omne relictum includere in reſtitutione, etiã ſi legitima in præſenti caſu poſſet conſiderari, dum voluit augmentum ex fructibus poſt mortem ipſius teſtatoris ad ſubſtitutos peruenire, relicta tantum quantitate competenti pro alimentis.

353 Nec dicatur diſpoſitionẽ prædictam intelligi de fructibus peruenientibus ex portione hæreditaria vltra legitimam, de quibus diſponere poterat, *arg. tex. in l. qui tabernas, ff. de contrah. empt.* Quoniam id locum haberet in filio legitimo, & naturali, quem pater priuare non poſſet legitima, in qua pater nullam poteſtatem haberet, vt ex eodem tex. colligitur, ibi, *cùm in ſolo venditor nullam haberet poteſtatem*, ſed in caſu noſtro pater omnimodam poteſtatem habebat diſponẽdi, & grauandi quomodo uoluerit etiam quoad portionem legitimæ, quæ prætendi potuiſſet. Igitur, dum amplius de uoluntate conſtat ex fideicommiſſo, & ex coniecturis, non eſt dubitandum integram portionem relictam comprehendi abſque aliqua deductione.

354 Vltima coniectura colligitur ualidiſſimè ex alio, quoniam teſtator continuando diſpoſitionem in beneficium ſubſtitutorũ præuidit duos alios caſus. Primus, quando aliquis filiorum ingrederetur Religionem, & tunc ſi profeſſionem emittat, noluit bona ad Monaſteriũ peruenire, quod fieri poſſe, rectè poſt alios probat *Guttier. can. quæſt. 10. lib. 1. c. 32. num. 19. in fi.* Alius caſus eſt, caſu quo aliquis filiorum cõmitteret delictum, vnde bona venirent confiſcanda, tunc noluit ea poſſe à fiſco occupari, ſed diſpoſuit ad ſubſtitutos venire. Igitur ſignũ eſt noluiſſe detrahi legitimam, nam ex ea omne grauamen, ac teſtatoris diſpoſitio reijcitur, *l. quoniã in prioribus 32. l. ſcimus, C. de inoff. teſtam. Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 65. Franch. deciſ. 127. nu. 6.* ideo iudicatur tanquã filij patrimonium nulli oneri ſubiectũ, immo vt æs alienum, *Franch. deciſ. 374. nu. 4.* Vnde ſi pater uoluiſſet legitimam detrahi à Cæſare, & Stephano, conſequenter etiam voluiſſet illud quod eſt de natura legitimæ, & illam conſequitur, *arg. l. cum quid, ff. ſi cer. pet. l. cum dubitatur, C. de euictION. Surd. deciſ. 173. nu. 21.* eſt autem de natura legitimæ, ut tranſeat in monaſterium, quod capit eam ex perſona monachi, vt per *D. de Franch. deciſ. 29.* ſicut & cętera bona ingreſſi, *c. in præſentia, de probation. auth. ingreſſi, C. de ſacroſanct. eccl.* Maxime quando monaſterium non contendit cum alio filio teſtatoris, quo non extante excludit etiam ſubſtitutum in caſu mortis filij ſine liberis, vt late comprobat *Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 7. nu. 13.* Vndè ſi hanc noluit habere monaſterium, cui alias de iure competit, cum loco filij habeatur, ſignum eſt nolle per extraneos filij hæredes retineri, cum enim per ingreſſum religionis quis efficiatur legitimus, *§. 1. auth. de monacis, in princ. Doct. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccl. Alex. conſ. 121. num. 9. lib. 2. Ancharan. iun. lib. 3. quæſt. 36. nu. 13.* & ei monaſterium loco filij agnoſcatur excluſo monaſterio à teſtatore, quod videtur proximior, pariter remotiores cenſentur excluſi, *l. ſi viua matre, C. de bonis matern. l. aſ. in l. Gallus, §. nunc de lege, ff. de libe. & poſthum. Ruin. conſi. 108. num. 12. lib. 2. Crauet. conſ. 306. num. 6. Menoch. conſ. 204. nu. 36. conſ. 376. num. 62. Peregrĩ. de fideicom. art. 29. nu. 24.* & ſic extranei hæredes filij, cum ipſi non ſint loco filij ſicut monaſterium, ſimiliter cum filius delinquit in caſibus à iure ſtatutis, illius bona occupantur à fiſco, iuxta *tex. in auth. bona damnatorum, C. de bon. damn. Peregrin. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 49. cum ſeqq.* Nec prohibitio bonorum in monaſteriũ, vel fiſcum intelligi poteſt in quantitate excedẽte legitimam, quia clara ſunt verba teſtatoris, qui diſpoſuit, vt integræ portiones fideicommiſſo eſſent obnoxiæ, cum prohibitione alienandi etiam fauore Dominici, & filiorum ſubſtitutorum, & illarum vſum tantummodo per annum conceſſit a die ingreſſus, & in caſu profeſſionis expreſsè diſpoſuit, vt omnia bona filijs prædictis relicta, vna cum fructibus conſequerentur Dominicus frater, & eius ni j, *por el miſmo caſo todos los dichos bienes, y fructos dellos paſe, y los haya, y herede el dicho Domingo* Cataño *mi hermano, ò ſus herederos*, Quibus verbis conſtat omnino voluiſſe Monaſterium a toto excludi, multo fortius extraneos hæredes, & hęc quoad legitimam, vltra alia cõſideranda in articulo Trebellianicæ, quæ conferunt reſpectu vtriuſque quartæ.

Quoad

Quoad Trebellianicam:

355 NOuissimè Filippus Spinula trebellianicam prætendit posse retinere etiam semota legitimatione, quoniam licèt Cæsar filius nō esset legitimatus, saltem reputari debet ut quilibet extraneus, cui sola institutio cum grauamine, cessante prohibitione expressa lex tribuit beneficiū deductionis quartæ prędictæ, ideoq; filius non debet esse deterioris cōditionis, ut considerat *Hieron. Gabr. d. cons. 24.* qui secus dixit in legitima *nu. 15. Cæsar de Graff. in d. decis. Rota 179. in fi. & Rota diuers. par. 1. d. decis. 355. in fi. Alciat. d. cons. 98. num. 6. & Sarmiens. select. interpret. lib. 2. c. 7. num. 14.* & cum trebellianica in præsenti casu non sit omnium bonorum, sed illius quartæ partis, in qua Cæsar fuit institutus, *d. §. in primis, & §. nihil, inst. de fideicomm. hæred.* & si certa est,
356 secundū suam prętensionē, daretur immissio in quarta parte tantū dictæ quartæ portionis, in qua fuit institutus, ut ex mente *Zuccard. in d. l. fin. C. de edict. diu. Adria. nu. 382. in fi. posuit Achill. Personal. in d. tract. de adipiscen. poss. nu. 426. vers. si autem hæres, in fi. Thob. Non. cons. 80. num. 16. cum seq. Menoch. d. remed. 4. nu. 641.* quæ prætensio tanquam leuissima resoluitur ex infrascriptis.

357 Primo, Cęsar fuit legitimatus ad successionem limitatè in eo quod pater ex testamento, uel donatione reliquerit, qua de re nihil prætendere poterit, nisi eo modo, quo à patre fuerit relictū, & cum annexa qualitate oneris seruata in omnibus paterna voluntate, cessante qualibet facultate eam impugnandi etiam in minimo; ut in articulo legitimæ supra fundauimus. Ideoq; filius sic restrictè legitimatus, licet fuerit hæres institutus, trebellianicam detrahere non potest, vt contra *Dec. in d. consil. 257.* voluerunt *Alcia. in l. nemo potest, nu. 34. ff. de leg. 1. & in rub. ff. de libe. & posthum. eodem num. 34. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 11. nu. 11. vers. cæterum, Caldas in d. l. si curatorem, in d. verb. sine curatore, num. 54. Peregr. d. cons. 27. lib. 3. Lup. de illegitim. comment. 3. §. 1. sub nu. 64.* ea ratione, quia hic filius legitimatus debet exequi plenè voluntatem testatoris, & in aliquo non contrauenire, vt *Ias.* posuit in *d. rub. ff. de liber. & posth. Couar. var. resol. d. cap. 21.* cum alijs supra relatis, ideo nec quartam retinere dicit Mantic. uidendus loco citato, quoniā trebellianica detraheretur contra volūtatem testatoris etiam hodie, vt idem *Mantic. dicit eod. num. 11. & not. in l. Titia, ff. ad leg. Falcid. & in auth. sed cum testator, C. eod.* habetur in *cap. Raynutius, & in c. Raynaldus,* vbi *Couarr. §. 3. nu. 6. de testam. Costa in c. si pater, vers. absque deductione, eod. tit. in 6. Vasq. de success. creat. §. 8. nu. 18. Peregr. art. 3. nu. 86. Osasc. decis. 147. nu. 15.* vltra alios
359 superius relatos, & sic diuersa est ratio inter extraneum, & hunc filium ita legitimatum, quia extraneus habet dispositionem iuris pro se, vt trebellianicam detrahere possit, si non est prohibita, & nihil habet in contrarium, ne trebellianicam deducat, filius verò legitimatus habet onus, & qualitatem annexam in relicto, vt contra voluntatem patris aliquid consequi non possit, & si releuatur in multis ex legitimatione, vt supra diximus, in hoc est deterioris conditionis, vt integrè voluntatem patris, (vt dictat) adimplere teneatur, & non est notum, quod filius in aliquibus sit deterioris conditionis, quàm extraneus, vt per *And. & alios in cap. 1. an agnat.*

360 Secundo attendēdo voluntatem testatoris ex alio colligitur prohibitio detractionis trebellianicæ, pręmittendo prius trebellianicam hodie posse prohiberi sicut falcidiam, *Rip. in d. l. nemo potest. ff. de leg. 1. Couar. in d. c. Raynaldus §. 3. nu. 6. Crass. d. §. testamentum q. 62. nu. 4. Aret. cons. 37. num. 10. Honded. cons. 45.*
361 *nu. 19. lib. 2.* Et nedū respectu extranei hęredis, sed etiam in filijs primi gradus, & licet hęc conclusio satis quidem controuersa sit, & habeat hincinde innumeros DD. relatos per *Gabriel. commu. opin. in tit. ad Trebellianū, concl. 1. nu. 4. per Crass. in §. testamentum q. 62. nu. 5. Peregrin. d. art. 3. nu. 107. Clar. in §. testamentum. q. 63. Thesaur. quæstio. forens. lib. 1. quæst. 29. à num. 1.* & apud Hispanos late per *Burgos. d. l. 3. tauri. num. 969. Couar. in d. cap. Raynutius §. 11. nu. 7. Molin. de primog. lib. 1. cap. 17 nu. 12. Vasq. loco citato nu. 12.* Opinionem tamen affirmatiuam tanquam magis communem comprobarunt Vasq & Molin. vbi supra, *Costa in d. c. si pater de subst. & iur. tract. 2. disput. 187. col. 8. vers. vtrum autem,* & ita sæpius iudicatum in Rota Romana, vt per *Crescent. decis. 2. de testam. Lancellot. decis. 313. par. 2. diuersor. Farinac. decis. 135. nu. 1. Seraphin. decis. 570. num. 1. & 553. nu. 8. & in Rota Marchiæ,* vt refert *de Amatis decis. 11. in Regno Cataloniæ, Peguera decis. 107. num. 1. in statu Mediolani, Cotta in memorial. in verbo trebellianica. In hoc Regno, Viuius decis. 3. lib. 1. & in Sacr. Cons. D. de Franch. decis. 11. à num. 10. & sub nu. 19. & in decis. 612. num. 1.* & si hæc conclusio aliquam disputationem haberet in filijs primi gradus legitimis, & naturalibus,

ralibus, in filio tamen legitimato nemo contradicit, quod prohiberi possit, ita in specie testatur *Mantic. in d. titu.* 11. *num.* 11. vbi allegat *Ruin. cons.* 81. *nu.* 3. *vol.* 3. *Grat. cons.* 17. *num.* 969. *Menoch. cons.* 737. *num.* 18. & *cons.* 272. *nu.* 32. *Gabriel. in d. tit. ad Trebell. concl.* 1. *nu.* 16. *Cephal. cons.* 278. *nu.* 17. & *Lup. de illegitim. d. com.* 3. §. 1. *sub nu.* 72. quod fortius procedit in casu nostro stante legitimatione limitata quoad successionem, sicut superius firmauimus.

361 Hæc autem prohibitio detractionis Trebellianicæ fieri potest, nedum verbis expressis, sed etiam tacitè, & ex verbis generalibus, & ex coniecturis, quæ videantur inferre prohibitionem prædictam secũdum communem opinionem, de qua per *Bart. in d. l. centurio num.* 27. *vbi Galiaula nu.* 400. *Crot. nu.* 35. & 36. *Rui. cons.* 248. *nu.* 6. *vol.* 3. *Mascard. de probation. concl.* 1395. *nu.* 3. *Costa in d. cap. si pater par.* 3. *in verbo interdum, num.* 99. *Berengar. in l. in quartam, cap.* 1. *nu.* 316. *Mantic. de coniectur. lib.* 7. *cap.* 12. *à nu.* 10. *Menoch. lib.* 4. *præsump. cap.* 198. *nu.* 9. *Peguer. d. decis.* 107. *nu.* 2. *Gabr. com. opin. d. tit. ad Trebell. concl.* 2. *Matthiens. lib.* 5. *tit.* 4. *l.* 1. *glo.* 19. *nu.* 16. *Honded. d. consi.* 45. *num.* 25. & 95. 66. *nu.* 29. *lib* 2. *Petr. Anto. à Petr. de fideicom. art.* 15. *num.* 155. & *D. de Franch. d. decis.* 11. & 612. & attendendo dispositionem Baldassaris testatoris eliciuntur infrascriptæ euidentissimæ coniecturæ inducentes prohibitionem Trebell.

363 Prima coniectura colligitur ex eo, quod testator voluit, vt totum relictum filijs prædictis naturalibus detineretur cum vinculis expressis, vt in facto, & succedente casu iuxta conditiones appositas perueniret ad substitutos, vna cum augmento faciendo ex fructibus portionũ relictarum, quæ verba, & dictiones, *totum*, important omnino prohibitionem detractionis quartæ prædictæ, vtque restitutio fiat sine diminutione, seu detractione, *glos. in l. decem, ff. de fideicom. libert. Pau. de Castr. in d. auth. sed cum testatori, C. ad l. falcid. DD. in d. l. centurio, vbi Ang. Imol. & Aret. ff. de vulg. Cuma. cons.* 134. *Alex. cons.* 201. *col.* 2. & 3. *lib.* 6. *latissimè Burgos. de Pace referens quamplures DD. in d. conel.* 7. *a nu.* 977. *cum multis seqq. Crassus in verb. Trebellianica, quæst.* 8. *vsque ad nu.* 6. *Mascard. loco citato, vbi de communi nu.* 5. *Aymon. cons.* 179. *nu.* 1. & 712. *nu.* 14. & 719. *nu.* 6. *Cephal. cons.* 471. *nu.* 31. *Berengar. in d. l. in quartam, in* 5. *præfatio. ampliat.* 2. *à nu.* 11 *respondens specificè ad contraria, Menoch. cons.* 71. *nu.* 12. *lib.* 1. *Matthiens. qui allegat* 34. *Doctores tenentes hanc opinionem tit.* 4. *l.* 1. *glo.* 19. *à num.* 7. *Petr. de Gregor. syntagm. iur. par.* 3. *lib.* 42. *in titu. de trebell. deducto. cap.* 31. *nu.* 15. *Padilla in l. post mortem nu.* 31. *C. de fideicom.* vbi innumeros allegat, nec iudicando esse recedendum ab hac opinione, & respondet cõtrarijs pro quatuor col. vt procedant de iure veteri, quo trebellianica prohiberi non poterat, sicut nouissimè tradit *Mantic. d. lib.* 7. *cap.* 12. *à nu.* 13. *cum seq. Peregr. d. art.* 3. *nu.* 91. *vbi allegat* 28. *Doctores hanc opinionem confirmantes, & Rustic. qui catalogũ DD. complectitur in l. cum auus, lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 30. etiam si dictio prædicta apponatur verbo tam dispositiuo, si dixerit, relinquo totam hæreditatem, vel substituo in tota hæreditate, quo verbo executiuo, cum dixerit, volo restitui totam hæreditatem, *Mantic. d. lib.* 7. *cap.* 12. *nu.* 14. *circa fi. ex mente Ruin. in cons.* 148. *nu.* 1. *cum seqq. lib.* 3. & *Crass. in §. trebellianica, q.* 8. *nu.* 4. *in fi.*

364 Contra hanc primam coniecturam aduersarius obijcit istam dictionem *totum*, esse appositam in substitutione facta in beneficium filiorum descendentium à filijs institutis, non autem in beneficium Dominici Catanei, & eius filiorum, quæ obiectio reijcitur sine dubio ex pluribus.

365 Primo, quia dum voluit, vt in toto relicto filij descendentes succederent, cum deinde in defectum illorum vocauit Dominicum, eiusq; filios similiter in tota hæreditate vocasse censetur, & porrigitur prohibitio ad subsequentes substitutiones, punctualiter in prohibitione trebellianicæ, *Guid. Pap. decis.* 545. & 592. & *ibi addent. Simon de Pret. in tract. vlt. volunt. lib.* 2. *interpret.* 4 *dubit.* 2. *solut.* 1.

366 Secundo, quia prædictæ substitutiones tam descendentium quondam Dominici, & filiorum sunt factæ sub vna oratione, & vnica structura verborum vsque in finem. Idcirco illa dictio, *totum*, censetur in tota illa oratione repetita, *iuxta tex. in l. in repetendis, ff. de leg.* 3. *doctr. est Bal. punctualis in l. fi. nu.* 12. *vers. vltimo quæritur, C. de indict. vidui. tollen. Sfor. Odd. late cons.* 95. *num.* 85. *cum seq. Neuiz. ad materiam cons.* 71. *nu.* 14. & *Ludou. Casanat. latissimè in cons.* 52. *nu.* 22. *cum seqq.*

367 Tertio (quod fortius est) in casu nostro adsunt verba, quæ expressè referunt antecedentẽ dispositionem, & ex illis colligitur enixa volũtas vniformiter, & indiuidualiter demonstrata ab illo principio, ibi, *todo lo que fin lo poder vender, &c.* cui subsequitur, quod deficiẽtibus filijs, *soccedaen los dichos bienes, &* rursus, *es mi voluntad, que los dichos bienes, &c.* Idcirco verba prædicta, quæ repetunt præcedẽtem dispositionem, includunt eandem substitutionẽ, vt omnia dicta bona, prout expresserat ab initio ad substitutos deueniant, ita indiuidualiter ponderando verbum (li detti) docet *Paris. vi-*

X dendus.

dendus in conſ.21.poſt nu.36.& num.37. cum ſeq.vol.3.Petrus Bim.in conſ.127.nu.11.vol.
368 *2.& clarius in conſ.286.nu.27.vol.3.* Et aduertatur inſuper, quod præter dictiones relatiuas adeſt dictio copulatiua, quæ coniungit vtrumque gradum ſubſtitutionis, ex illis verbis, ibi, *y ſi lo que Dios no quiera qualquier de los dichos mis hijos muriera ſin dejar hijos, en tal caſo ſucceda el dicho Domingo, &c.* ſic copulãs teſtator ſequentem ſubſtitutionem cum præcedenti per illam dictionem, *y.* Ideoq; cum duo diſpoſitiones copulatiuè coniunguntur, qualitas adiecta vni, & ſic prohibitio trebellianicæ, cenſetur repetita in ſecunda, *Bar.in l.ſed in ea §.Caio,nu.1 ff.de fund.inſtruct. Aret. conſi. 1.nu.12.Bero.conſ.120.nu.166.lib.2.Iaſ.conſ. vlt.lib.4 Ruin.conſ.15.num.8.lib. . Gozad. conſ.72.nu.9.* Natura enim dictionis copulatiuæ, eſt vt ad copulata vniformis diſpoſitio inducatur, *l.quamuis,vbi Bald.C.de impub.* qua ratione idem firmat *Anchar.in ſpecie in duabus ſubſtitutionibus in conſ.137.nu.2. Crau. conſil.208.num.5. Menoch.conſi.117.num. 34.& 62.*

369 Vltimo confirmatur ex alio ſubſequẽti capitulo teſtamenti, dum voluit eadem ratione, vt per ingreſſum religionis omnia bona prædicta cum fructibus peruenirent ad Dominicũ, eiuſque filios, ibi, *por el miſmo caſo, todos los dichos bienes, y fructos dellos, &c.* & ſic in omni caſu ob defectum deſcendentium eadem ratione ductus, diſpoſuit, vt omnia bona prędicta ad Dominicum, & filios deuenirent, & ſic excluſit Monaſterium, fortius idem cenſetur voluiſſe contra extraneum (vt ponderauimus in articulo legitimæ) cui confert etiam prȩſens coniectura, & ſicut in Trebellianica, imo dum ſuccedente caſu in beneficium Dominici, & eius filiorum, voluit ad eos bona prædicta peruenire liberè, & abſque vinculo, reſultant argumenta maioris dilectionis, ex traditis per *Soc. iun.conſ.43.col.1.* confidens de vera naturalitate legitimi fratris, & filiorum legitimatorũ, quorum natura ſemper manca, deformis, & turpis, etiam poſt legitimationẽ, vt proſequitur *Toloſan.ſintagm.iur.can.lib.2.cap.3.nu.2.* Ideoq; in legitimatis nulla ex eis deſcendentia dici poteſt, vt per *Menoch.conſ.754.nu.5.* cum neq; ſint nobiles, *idem Menoch. conſ.202.nu. 260.* nec per eos conſeruari familiam ſicut per legitimos, *ſcripſit conſ.164.nu.19.* & ante ipsũ *Dec.conſ.320.col.4.*

370 Secunda coniectura colligitur ex eodem Capitulo ſubſtitutionis, in quo voluit teſtator, vt decedente quolibet ex alijs inſtitutis abſque filijs ſuccederet Dominicus frater, & eius filij, & ſic non ſubſtituit ad inuicem Cæſarem, & Stephanum, ſed vnicuique ſubſtituit Dominicum, & filios, quod ſi ad portionem Stephani morientis abſque filijs, non vocauit Cæſarem, nec è contra, & ſic excluſit filios dilectos, vocãdo Dominicum fratrem. Quomodo perſuaderi poterit in aliqua parte dictorum filiorum voluiſſe admittere extraneos incertos, ad quos non poterat cadere affectio potius, quam alterũ filium ſuperſtitem, vel fratrẽ, & nepotes? certe nullo modo, quoniam verba teſtamenti debent interpretari, prout ratio naturalis, & neceſſitudo ſanguinis dictat, *Curt.ſen.conſ.51. nu.10.Paris conſ.51.nu.21.vol.2.* Idcirco deducitur proniores eſſe teſtatores ad grauandũ extraneos, quam filios. *l.militis codicillis, §.miles in ſupremis, ff.de milit.teſtamen.Bal.conſ. 40.nu.1.ad fi.vol.5.* capienda eſt interpretatio, quȩ eſt magis fauorabilis deſcendentibus teſtatoris, quam extraneis, *Signor.conſ.171.ad fin. verſ.item ceſſat, Roman.conſ.134.nu.5.& Pariſ.conſ.67.nu.114.vol.3.* Dum igitur pater in nihilo ſubſtituit filios fortius voluiſſe credendum eſt, vt nullo modo aliqua detractio fieret legitimȩ, ſiue trebellianicæ, quæ faciliter potuiſſet ad extraneos, non ad filios peruenire, & ſic vt integrum relictũ ad Dominicum fratrẽ, eiuſq; filios de familia pertineret.

371 Tertia coniectura reſultat etiam ex his, quȩ diximus in legitima, dum voluit augeri fructus percipiendos ex relicto poſt mortem in beneficium ſubſtitutorum, detractis tantum alimentis, qui fructus erant hȩredis, & de iure nõ ſuppoſiti reſtitutioni, *vt Surd.* poſuit *in conſ.291. nu.6.vol.2.* habetur *in l.cohæredi, §.cum filia, ff.de vulg. & pupill.* ſequuntur *Rube.Gomez. Lopez.Matthieſ.& alij relati per Chriſtoph. de Pax ad ll.ſtili fol.151.nu.2.* Si igitur quod erat hȩredis poſt mortem, voluit in prȩiudiciũ filij includere in ſubſtitutione. Multo magis cenſetur voluiſſe integram ſuam hȩreditatem reſtitui fideicommiſſarijs ſuæ familiȩ, & parte illius nullo modo deuenire ad extraneos pȩnitus incognitos teſtatori.

372 Quarta coniectura indubitanter deducitur ex prohibitione alienationis ter adiecta a teſtatore pro integra portione vnicuique ex filijs relicta, ex qua prohibitione maxime geminata, ſine dubio inducitur prohibitio detractionis trebellianicæ, *auth.ſed in ea,* C. *ad l.falc.& in §.fi.*(vnde ſumitur d.auth) *in auth.vt ſpõſal. larg.* qui tex.licet loquatur in falcidia, pariter eadẽ ratione procedit in trebellianica, in terminis teſtatur *Bereng.in dict.l.in quartam, in 5. præfatio.nu.5.in fin.verſ.limita, & antea in 3.præfatio.nu.8.in fi.verſ.16. Molin.de primogen.d.lib.1.cap.17.nu.18. Molin.Theolog. de iuſt.& iur.tom.1.diſp.187.in fin.late Peregrin.de fideicom.d.art.3.nu.91.per tot. Decia. conſ.12.nu.17.vol.1.& conſ.57.num.36.eod. vol.*

vol. Paris. cons. 126. sub nu. 33. lib. 1. & cons. 9. nu. 15. lib. 2. Marzar. qui testatur de communi in cons. 4. num. 16. Menoch. cons. 272. num. 45. referens alios quamplures, & cons. 643. nu. 6. & 11. Matthiens. lib. 5. titu. 4. l. 1. glos. 19. nu. 24. Crau. cons. 790. nu. 2. Cephal. cons. 153. num. 90. lib. 2. Gabriel. commun. opin. lib. 4. in titu. ad Trebell. conclus. 9. num. 1. Petra de fideicom. quæst. 15. nu. 15. & ita decisum refert D. de Franch. etiam in filijs primi gradus decis. 612. in fine.

373 Et licet *Roman. in cons. 206. nu. 5.* intelligat procedere in simplici alienatione prohibita, non in prohibitione, quæ fit cum fideicommisso ex eo, quod in fideicommisso tacitè inest prohibitio alienationis, & tamen quarta detrahitur, ob quod expressa prohibitio in fideicōmisso, neq; operari debet, respondet *Peregr. nu. 91. ex mente Alex. in addit. ad Bald. in d. auth. sed cum testator,* vbi ait Roman. nescire quid dicat, quod si simplex prohibitio alienationis impedit detractionem quartæ fauore alterius, vt impleatur voluntas defuncti fortius, quando testator constituit fideicommissum cū prohibitione alienationis expressa in beneficium certarum personarum, maxime vt in casu nostro adiectā clausula omnium fideicommissorum. Ex fideicommisso namque insurgit tacita prohibitio alienationis, & quando adest expressa, dicitur adesse duplex, vna tacita ex natura fideicōmissi, alia expressa à testatore. Immo maiorem effectum parit, *Menoch. latè firmat in cons. 461. nu. 44. vol. 5.* qui respondet ad regulam taciti, & expressi, vt non habeat locum, quando id quod tacitè inest, procedit ex præsumpta voluntate disponentis, & alia ratione, vt ibi num. 45. & quod non operatur tacita prohibitio, operatur expressa, dicit *Molin. lib. 4. c. 11. nu. 11.*

374 Ex aduerso prætenditur hanc maximam procedere, si prohibitio esset facta nedū heredi, sed fideicommissario, vt ad suos successores bona peruenirent, quoniam tunc fideicommissarius diceretur alienare si pmitteret detractionem quartæ, vt not. *glo. in d. auth. sed & in ea,* & ideo prohibitio tunc operatur, ad quod fundandum adducit *Corn. cons. 164. nu. 6. vol. 1. Aret. cons. 37. & cons. 19. nu. 9. Alciat. cons. 113. sub num. 8. 15. & 19. lib. 9. Decian. cons. 120. num. 24. vers. sed omnis lib. 3. Paris. cons. 43. nu. 28. lib. 3. Roland. cons. 9. lib. 4.* aliosque relatos per *Mantic. lib. 7. tit. 12. nu. 20. & Peregr. art. 3. nu. 91.*

375 Sed prima opinio verior est, & communiter recepta, de qua inter alios *Ruin. cons. 115. nu. 25. in fi. vol. 3.* etiam si facta fuerit prohibitio alienationis ad tempus *in cons. 118. num. 29. eod. volum.* & sequuntur relati per *Peregr. d. art. 3. nu. 91.* vbi tenet opinionem prædictam contra partem, & allegat alios 28. Doctores maximæ authoritatis, *Marzar. cons. 14. num. 15. 17. & 18. Menoch. latè respondens obiectis de præsumpt. lib. 4. cap. 198. nu. 29. & in cons. 373. num. 51.* & quamuis pars habeat aliquos

376 Doctores pro se, nihilominus ijdem Doctores contrarium firmauerunt, *Corn.* namque aliter dixit *in cons. 182. nu. 8. & 9. vol. 2. Aret.* contrarium dixit *in d. cons. 37. num. 10. Bald. & Alciat.* similiter sibi contradicunt, vt refert *Mantic. loco citato in vers. & hæc quidem sententia,* & nunc respondebimus alijs adductis per Mantic.

377 Doctores namque ex aduerso adducti, vel fundant opinionem ex eo, quod in liberis primi gradus Trebellianica prohiberi non potest, quod verum non est, maximè vbi agitur de filio legitimato, vt diximus, vel ea ratione, qd præceptum factum heredi tanquam nudum præceptum, non operatur, quòd non limitat in casu nostro, cum non sit factum in beneficium certarum personarum, vel quia arguunt de tex. in d. §. fi. vbi prohibitio facta erat legatario, vt ad successores perueniret, & benè in illo casu prohibitio debebat fieri legatario, rei particularis grauato, quia aliàs hæres non prohibitus poterat falcidiam detrahere, & illa res diminuta perueniisset ad substitutum, vel mouentur, quia non est alienatio, sed retentio (& hæc est fallacia) quoniam illa detractio per quam dominiū transferretur ad hæredem grauati, alienationem continet, vt considerat *Paris. cons. 126. nu. 34. lib. 4. & Peregr. d. art. 3. num. 91.* & id probat *ex tex. in d. §. fin. vt sponsalit. largit,* & militat alia ratio in contrarium, quia testator prohibendo alienationem, integra bona voluit ad substitutum peruenire, vt *Corn. considerat in d. cons. 182. in 1. concl. lib. 2.* imo omnia in contrarium adducta non sunt applicabilia ad casum nostrum.

378 Primo, quia Trebellianica semel detrahitur, *l. 1. §. deniq; vers. inde Nerasius, ff. ad Trebell. l. lex falcidia. §. nunquid, ff. ad leg. falcid.* immo si hæres detraxit trebellianicam fideicōmissarius detrahere non potest, etiam quod nō adsit prohibitio. Igitur inhibitio alienationis facta fideicommissario non operatur, & esset inutilis, ideo prodest si est facta hæredi, cui rationi non rectè respondet *Mantic. ibi nu. 21.*

379 Secūda prohibitio alienationis debet operari, ne detractio fiat ab eo, cui facta est prohibitio, vt *tex. dicit in d. §. fin.* maximè ter repetita à testatore, cum præcipuè facta sit, vt bona non transferantur in alios, quam in vocatos à defuncto, vt *Corn. considerat d. cons. 182. post num. 8.* & alij sequuntur, & si testator fecerit vnum gradum substitutionis, vt in casu nostro,

quod morientibus filijs absque liberis bona deueniant ad Dominicum, & filios libere absque vinculo. Sufficit prohibitio alienationis facta hæredi; quoniam alias esset frustratoria, & si alias diceremus, operaretur contrarium effectũ alienationis per detractionem contra voluntatem expressam testatoris, quod dicendum non est, maxime in filio legitimato cum limitata successione, qui in aliquo impugnare non potest defuncti voluntatem; & illa inhibitio alienationis ter adiecta à testatore foret inutilis, quod nemo affirmare poterit, &c. hæc opinio in simplici prohibitione recepta est in S. Conf. teste *de Franch. d. decis. 612.* in hoc non est amplius insistendum.

CAPVT QVINTVM.

Filij exhæredati non possunt sine legitima causa, quæ exprimi debet in solemni testamento, & probari per hæredem. Hinc late examinatur quæstio, An filiusfamilias vxorem ducens teneatur paternum consensum obtinere? Et an filia, quæ virum ducit indignum sine patris consensu, possit exhæredari, & dote priuari? Et an si magna Comitissa nubit legum Doctori dicatur nubere indigno? Et hinc multa referuntur Doctorum priuilegia, aliaque nonnulla notabilia ad hanc materiam exhæredationis liberorum spectantia explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Filij antiquitus ob solam irreuerentiam exhæredari poterant.*

2 *Imò filius ingratus etiam vita priuari poterat.*

3 *Exhæredatio filiorũ, vt legitimè fiat, duo continere debet, scilicet, quòd exprimatur legitima causa in testamẽto, & ea probetur per hæredem institutum.*

4 *Causa, quòd exprimatur in testamento, est de forma, sine qua testamentum est ipso iure nullum.*

5 *Quòd causa probetur per hæredem, de iure nouissimo est introductum.*

6 *Hæres non solùm tenetur probare causam, sed etiam locum, & tempus commissæ ingratitudinis.*

7 *Si dubitatur an causa sit sufficiens, cum consistat in iuris articulo, ad eius decisionẽ proceditur sine termino.*

8 *Testamentum, quòd sit ipso iure nullum, vel quòd impugnetur per querelam. quæ vtilitas inde resultat?*

9 *Pater si exhæredauit filium cum causa, quæ non fuit probata per hæredem, an valeat exhæredatio quoad bona vltra legitimam?*

10 *Maledictio patris an habeatur pro exhæredatione?*

11 *Causæ exhæredãdi filios sunt quatuordecim, & inter cætera est verbalis iniuria, nu. 12.*

13 *Exhæredatio an fieri possit ex alijs similibus, seu maioribus causis?*

14 *Filius exhæredari potest, si patrem in carceribus detinet, vel eum excarcerari impedit.*

15 *Filia absque patris consensu viro nubens indigno infra vigesimumquintũ annum exhæredari potest.*

16 *Multi dicunt hanc pœnam esse sublatam, de iure canonico.*

Prima autem opinio verior esse asseritur, etiã attenta iuris canonici dispositione, nu. 17.

18 *Filia nobilis nubens viro ignobili exhæredari potest.*

19 *Matrimonia debent esse libera ab omni coactione, & pœna, & valent sine paterno consensu.*

Sed saltem de honestate etiam iura canonica commendant, quòd filia nubat cum consensu patris, nu. 20. alioquin pater valdè offenditur, vt nu. 24.

21 *Pater ex iustis causis filiorum sponsalia impedire potest, præsertim si timetur ex eo matrimonio aliquod scandalum oriri posse, num. 22.*

23 *Fi-*

1 
Bligatio autem qua pater astringitur instituendi filium hæredem eatenus durat, quatenus ei filius se gratum, & obediẽtẽ præstat, alioquin antiquitus ob solam irreuerentiam exhęredari poterat, put innuit *glo. in §. item non aliter, inst. de adopt.* quã refert *Amanell. de Clar. aqu. in sing. 246.*
2 Imò nedum bonis, sed etiam vita filium ingratum priuare licebat, iuxta illud *Deuteron. 21. prope fin.* ibi, *Si genuerit homo filium contumacem, qui non audierit patris, ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit, apprehendent eum, et ducent ad seniores populi, dicentq; ad eos, Filius noster iste proteruus, & contumax est, monita nostra audire contemnit, commessationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiuijs, lapidibus eum obruet populus* Ciuitatis, *& morietur.* Quam sententiam refert *Gul. de Bened. in repet. cap. Raynutius, de testam. in ver. in eodem testamento, in 1. par. nu. 205.* vbi multa refert exempla ingratorum filiorum, qui grauissimis pœnis afflicti, & castigati fuerunt.
3 Hodie verò benignius proceditur in exhęredatione filiorum: Duo enim sunt necessaria ad hoc, vt exhęredatio legitimè procedat, Primum scilicet, quod causa legitima in testamento specificè exprimatur; Secundum vero, quod ea probetur per hæredem institutum, vt post alios plenè refert *Curt. iun. in auth. non licet, nu. 17. C. de liber. præter. & in auth. ex causa, nu. 42.* & ibidem *Alex. nu. 2. et*
4 *Ias. nu. 18. C. eod.* Primum enim, quod causa exprimatur in testamento, pro forma traditũ est in *§. aliud quoque capitulum, Auth. vt cũ de appell. cognos.* & ideo si ea forma non seruatur, testamẽtum est ipso iure nullum, nec opus est illud impugnare per contratabulas, vt communiter affirmant omnes allegati Doctores in præcitatis locis, & idem testatur *Iul. Clar. in §. testamentum, q. 40. vers. aliquando enim, & Ant. Gomez in 1. tom. var. resol. c. 11. sub nu. 10. vers. item quæro*, quicquid in contrarium subtilizando dixerint *Fulgos. & Imol. in l. 1. ff. de testam.* quorum argumentis plenè respõdent *Curt. iun. in d. auth. ex causa, nu. 42.* & latè *Franc. Aret. in d. l. 1. sub nu. 1. & seq. ff. de testam.* & hanc opinionem communiorem, & ab ea in iudicando recedendum non esse fatetur idem *Imol.* qui tenuit opinionem contrariam *in d. l. 1. nu. 6.* quamuis eam quoque impugnent *Couar. in cap. Raynutius, de testam. in princ. nu. 6. & seq.* & plenè *Igneus in repet. d. auth. ex causa, nu. 24. cum plur. seq.* Secun-
5 dum vero, quod causa sit probanda per hæredẽ similiter secundum ius nouissimum inficiari nõ potest, per tex. clarissimum *in l. omnimodo, cum glo. in ver. arguantur, C. de inoff. testam. & glo. in l. non licet, in ver. probetur, C. de li-*
6 *ber. præter.* Imò, quod non solum hæres tenetur probare causam ingratitudinis, sed etiam locum, & tempus ingratitudinis commissæ, dixit notabiliter *Alex. in cons. 203. nu. 9. vers. tamen, vol. 2.* quem refert *Mascard. de probat. conclus. 714. nu. 18. & in concl. 897. nu. 10.* Sed in hoc Doctores magis conueniunt, quod si causa ingratitudinis fuit per testatorẽ expressa ita quod exhæredatio non deficit in forma, valet ab initio, sed non probata causa impugnatur, & rescinditur per querelam, vt dixit *Imol. in ead. l. 1. ff. de testam. nu. 6. Curt. iun. in d. auth. ex causa, nu. 42.* & ibidem *Alex. nu. 2. & Ias. nu. 18.* & alij quos refert *Iul. Clar. in d. §. testamentum, q. 40. vers. aut talis causa.*
7 Quo casu omittendum non est, quod si causa proposita negatur, tunc dandus est terminus, & probanda est per hæredem, vt supra dictum est, sed si dubitatur, an ea sufficiens, & legitima, tunc cum articulus sit iuris tantum extraordinarie, & absque termino ad eius decisionẽ procedi debet, iux. ea quæ dicit *Innoc. in cap. cum inter seniorem, de elect.* pulchrè *Imol. in ead. l. 1. ff. de testam. sub num. 6. in fi. Vinc. de Franch. in dec. 221. nu. 12. & 10. Vinc. de An-*
8 *na in sing. 470.* Vtilitas autẽ magna est, quod testamentum sit ipso iure nullum, potius quã impugnetur per querelam. Nam nullitas potest proponi vsque ad triginta annos, iux. not.
9 per *Bart. in l. filio præterito, ff. de iniusto rupto*

pto

pto teſtam.& Alex.in l.vn.nu.7.C.quan.non peten.par. Querela verò non vltra quinquennium, vt inquit *Aret.in §.1.inſtit.de inoff.teſtam.& Iaſ.in conſ.19.vol.1.* prout benè hanc differentiam animaduertit *Curt. iun.in ead. auth.ex cauſa,ſub nu.42.& Iul.Clar.in d.q.*
9 *40.verſ.neque putes.* Sed pulchrum eſt ſcire ſi pater exhæredauit filium a tota eius hæreditate, & allegauit legitimam cauſam, quam tamẽ eius hæres verificare non valuit, an ſaltim priuandus filius ſit illo pluri vltra legitimam, quo poterat à patre priuari abſq; cauſa, *Curt.iun.* nouit hanc quæſtionem in *authen. non licet, ſub nu.18.C.de liber.preter.* & poſt multa cõcludit, quod ſi in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, cuius vis eſt voluntatem teſtatoris conſeruare omni meliori modo quo conſeruari, & adimpleri poteſt, dum ea voluntas ſuſtineri non valet quoad legitimam ex defectu cauſæ non probatæ, ſaltim ſuſtineri debet in reſiduo bonorum quo filius abſque cauſa priuari poterat. Erat enim in arbitrio patris ea bona in mari proijcere, iux.ea quæ notant cõmuniter *Bart.Iaſ.* & omnes alij Doctores in *l. parentibus,C.de inoff. teſtam. per tex. in l.Si quaeritur cum auth.ſeq.C.eod.tit.* idem *Curt. iun.in d.auth. non licet, nu.1.* & alij quos refert *Io.Vinc.Honded.in conſ.14.nu.1.vol.1.* & pro huius concluſionis corroboratione faciunt ea, quæ doctè, & ſubtiliter tradit idem *Curt.in conſ.148.nu.6.cum plur.ſeq.* Non au-
10 tem ſufficeret ad filium exhæredandum, quod pater eum maledicat etiam ex cauſa legitima, ſicut neque ſufficeret benedictio ad inſtituendũ, vt pulchrè inquit *Caſſan.in conſuet.Burg. in 7.rubr. §.2. in ver.ſi non pour algune des cauſes,nu.27.fol.mihi 232.à tergo,& Cott. in memorab.in ver.filiusfamilias,qui à patre,in*
11 *fi.* Cauſæ verò ex quibus filius exhæredari poteſt ſunt quatuordecim, quas ponit *Imperator in §.cauſas auth.vt cum de appell.cognoſ.* quarum aliquas recenſent *Couar. in cap.Raynutius,de teſtam.in princ.ſub nu.8.& Iul.Clar.*
12 *in d.§.teſtamentum,q.41.per totam.* Et inter cæteras cauſas Doctores dicunt etiam verbalẽ iniuriam ſufficere ad filium exhęredandum, vt ſi filius vocaſſet patrem proditorem, prout in caſu quem refert *Alex.in conſ.203. vol.2.* vel ſi eum vocaſſet ſtultum, vt in caſu relato per eundem *Curt.in conſ.148.vol.2.* licet enim leuis forte hæc reputaretur iniuria in perſonam extranei, atrox tamen eſt in perſonam patris, cui omni iure ſummus honor, & reuerentia debetur, vt elicitur ex *tex.in §. atrox, inſtit.de iniur.* quem ad hoc propoſitum benè ponderat *Curt.iun.in d.conſ.142.nu.2.* quem refert *Iul.Clar.in d.q.41. verſ. ſed an propter iniu-*
13 *riam verbalem.* An autem filius ex alijs ſimilibus, vel grauioribus cauſis quã à iure expreſsis exhæredari poſſit? Doctores valde torquentur in hoc articulo, ſed verior, & communior opinio eſt, quod poſſit, vt teſtantur *Ant. Gomez in d.lib.var. reſol. tom.1. c.11.nu.12. Eman. Suarez in lib.recept.ſent.in ver.exhæredatio, nu.205.Couarr.in d.cap.Raynutius,in princ. nu.16.& Iul.Clar.in d. q.41. verſ.ſed quæro*
14 *nunquid filius.* Hinc eſt, quod etiam exhæredari poteſt filius qui patrem in carceribus detinet, vel eum excarcerari impedit, vt cõſuluit *Curt.iun.in d.conſ.148.nu.4.& per tot.* Item
15 potiſſima exhæredationis cauſa eſt, ſi filia infra vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum abſque patris conſenſu viro nubit indigno, vt à contrario ſenſu elicitur *in auth. ſed ſi poſt C. de inoff. teſtam. & in §. aliud quoque capitulum in fi.auth.vt cum de appell. cognoſc.* quæ concluſio procedit etiam in filio ducente turpem, & ignominioſam vxorem, vt cauetur *in l.3. §. ſi emancipatus filius, ff. de bonor. poſſ. contr. tabul.* ex quo tex.ita arguit *Curt. iun. in auth.non licet, num.27.& ſeq. C.de liber. preter.* & alij relati per *Surd.in tract.de alim. tit.1.q.6.nu.5.* qui ſub *nu.17. verſ.ſed ſi verũ dicere fas eſt,* aſſerit hanc eſſe magis communẽ
16 opinionem. Et licet multi dicant hanc exhæredationis pœnam eſſe ſublatam per ius canonicum, nam filij familias etiam inuitis parentibus matrimonium contrahere non prohibentur, *cap.ſuper eo,de condit.appoſit. & cap. ſufficiat, cum glo.27.q.2.* & idem expreſsè declaratum eſt in *Trid.Sin.ſeſſ.24.c.1.de reform. matr.* cum matrimoniorum libertas nec directè, nec indirectè impediri debeat, vt cauetur in *ead.ſeſſ.24. c.1.* & conſequenter omnis pœna ceſſare debeat, ex qua per indirectum matrimoniorum libertas impediri poteſt, vt plenè tradit *Dec.in l.nuptias,nu.13. ff. de regul. iur.Couarr. in epit. de ſponſal. in 2.par. c.3. §.8.nu.6.Craſſ.in 1.lib.recept.ſent.§.teſtamẽtum,q.42.nu.5.& ſeq.* & alij plenè relati per *Surd.in d.q.6.nu.6.& ſeq.& Barboſ.in 4.par. l.1.ff.ſol.matr.nu.36.& ſub nu.39. verſ.contrariũ nihilominus,* & pleniſſimè per *Thom. Sanchez in tract.de matr.lib.4.diſp.25.nu.2.*
17 *verſ.ſecunda ſententia.* Nihilominus verior, ac magis cõmunis mihi videtur opinio, quod etiam attenta diſpoſitione iuris canonici filia nubens viro indigno infra vigeſimumquintũ ſuæ ætatis annum, ſpreto parentum conſenſu, iuſtè exhæredari poteſt, vt plenè probant *Pariſ. in conſ.29. vol.3. Laur. Siluan. in conſ.2. nu.42.* pleniſſimè *Barboſ.in d.4.par. l.1.ff.ſol. matr. num.40. verſ. ſed his non obſtantibus,* optimè *Fern.Rebell.in tract.de oblig.iuſt. in 2.par.lib.2.q.14.ſect.2.nu.16.& ſeq.* & latè *Ludouic.Molin.Ieſuita in tract.de iuſtit.in 1.tom.*

1.*tom.tract.2. disput.176. fol.mihi 667.vers.*
18 *contrariam sententiam.* Vnde iustam esse cau-
sam exhæredandi filiam nobilem, quæ nubit
viro ignobili, afferit *Tiraq.in tract.de nobilit.*
*c.20. nu.*176. præterquam si pauper nuberet
valde diuiti, nam diuitiæ vnius compensaren-
tur cum nobilitate alterius, vt inquit idem
19 *Tiraq.in eod.c.20.nu.*177. Quamuis enim ve-
ra sit propositio, quod in matrimonijs nō opus
est paterno consensu, ex not.per *glo.in cap.fin.*
22.q.2.& in c.1.de desponsat. impub. nam de-
bent esse libera ab omni coactione, & pœna,
cap.cum locum, & cap.requisiuit, & cap.gem-
ma, cum ibi not.per DD.de sponsal. Nihilomi
20 nus etiam iura canonica commendant, quòd
filia saltim de honestate nubat cum patris con-
sensu, cum virginali pudori repugnet virum
eligere, *cap. honorantur 32.q.2.* Vnde licet
matrimonium contractum sine patris consen-
su sit validum, propter eius libertatem, tamen
negari non potest, quòd pater valdè offenditur
ex irreuerentia, & ingratitudine filij, vel filiæ
indignas nuptias contrahentium, spreto eius
consilio, & consensu, vt elicitur ex *cap. aliter*
30.q.5.& ex c.1.de despons.impub. Hinc pa-
21 trem iure posse ex legitimis causis se opponere
aduersus matrimonium per filium contrahen-
dum, & etiam sponsalia per eum contracta cū
iuramento dissoluere testatur *Abb. in cap. re-*
quisiuit, nu.4.de sponsal. & plenè probat *Me-*
noch.in cons.69.nu.32.& seq.lib.1. & plenissi-
mè confirmat *Fernan. Rebell.* omninò viden-
dus *in d.q.14.sect.1.per totam, & in sect. vlt.*
22 *nu.29.* Et inter legitimas causas connumera-
tur quando ex eo matrimonio aliquod magnū
scandalum inter ipsos coniūges, aut eorum pa-
rentes probabiliter timetur, *cap. cum in tua,*
cum ibi not.per glo.& DD. de sponsal. vt in
specie notāt *Menoch. in d.cōs.69.n.44.& 66.*
Guttier.in 1.lib.canonic. quæst.c.20.n.20.&
seq.& Sanch. de matr.lib.1.disput.14.nu.3.
23 Vnde si filiusfamilias absque rationabili causa
in nuptijs contrahendis paternum consensum
prætermittat, a culpa immunis non est, ex not.
per *Nauar.in manual. confess.c.14.nu.15.* &
alios quos plenè refert *Fern. Rebell.in d.tract.*
de oblig.iustit.in 2.par.lib.2.q.14.sect.1.vers.
sit quinta conclusio, & in sect.vlt. sub nu.29.
24 *vers.quod vero nec etiam obstat.* Magna enim
iniuria parentibus infertur, si in re tam graui,
filij sine eorum consensu deliberant, cum ex
omnium gentium obseruata consuetudine pa-
rentum curæ, & muneri tribuatur quærere nu-
ptias pro filijs, quam laudabilem consuetudi-
nem nedum a iure pontificio approbatam; sed
etiam iuri diuino esse conformem pluribus au-
thoritatibus, & exemplis sacræ scripturæ ple-
nissimè probat *Io. Lopez in repet. cap. per ve-*
stras, de donat. int.vir. & vxor. §.51.nu.17.
fol.mihi 138 in paruis impress. & Card. Pa-
leot.in suo aureo tract.de nothis, & spur. c.8.
25 *nu.4.* Et proinde sine pœna lethalis culpę non
posse filios spreto genitorum consensu nuptias
contrahere, non existente aliqua legitima cau-
sa, ex nonnullorum grauissimorum Doctorum
authoritate refert *Hier. Ceuall. in commun.*
opin.contra commun. q.604.nu.33.et Sanch.
in d.tract.de matrim.lib.4.disput.23.nu.8. &
quamuis ipse postea concludat, quod filij mor-
taliter peccāt si matrimonium contrahunt in-
scijs, & inconsultis parentibus, sed quod solū
tenentur eorum consilium requirere, non autē
26 præcisè illud sequi. Nihilominus idem nu.11.
fatetur, quod vbi immineret timor scandali,
ita quod filius probabiliter nosceret ex eo ma-
trimonio, quòd inuito parente contrahere in-
tendit, odia capitalia oriri posse, in eo casu de-
beret omnino ab eo abstinere, alioquin letha-
27 liter peccaret, & contra charitatē. Vnde no-
tabilis est ad hoc propositum sententia *Rebuff.*
in cons.7.num.13. vers.poterit tamen Episco-
pus, qui dicit, quod potest Episcopus statuere,
quod singuli Curati in suis Ecclesijs moneant
parochianos, ne sine parentum consilio, aut
consensu matrimonia contrahant, vt honor,
& reuerentia parentibus conseruetur, & ne
odium inter genitores, & filios oriatur, & vt
boni mores seruentur, ac ne iuuenes filij, & fi-
liæ in huiusmodi connubijs decipiantur, quā
monitionem dicit valdè prodesse posse. Ex his
28 ergo sequitur, ꝙ directè, nec indirectè contra
matrimonij libertatē non est, ꝙ pœna exhære
dationis a iure ciuili inducta cōtra filios, & fi-
lias turpes, & indignas nuptias, spreto pater-
no consensu, infra vigesimumquintū suę ętatis
annum contrahentes remaneat in suo robore,
vt plenè probat *Paris.in d.cons.29. nu. 36.* cū
29 *plur. seq. vol. 3.* Nam per huiusmodi exhære-
dationis pœnam non impeditur connubiorum
libertas, sed potius perficitur, & regulatur. Si-
quidem turpes, & ignominiosas nuptias con-
trahere sine parentum consensu non est liber-
tas, sed potius libertatis abusus, quod fieri non
potest sine graui parentum iniuria, & sine pec-
cato, cùm sit contra diuinum pręceptum, quòd
honorentur parentes, vt benè animaduertunt
Sot.in 4.dist.28.quæst.1.num.1. & alij relati
per *Menoch.d.cons.69. num. 23.& 31.& per*
Petr.Cened.in collect.iur.canon. super decre-
tal.collect.58.nu.8. & plenè probant *Barbos.*
in d.4.par.l.1.ff.sol.matr.n.37.& Io.Guttier.
in canon.quæst.cap 20.nu.3.& seq. Vnde se-
quitur, quòd si Regni cœlestis exhęredatio, quę
inducitur ob huiusmodi peccatum, non tollit
liberum matrimoniorum consensum, multò
minus inferendum est eum tolli per exhæreda-
tionis

tionis bonorum pœnam a legibus ſtatutam, vt
benè arguit *Fern. Rebell. in d. quaſt. 14. ſect.*
vlt. num. 29. verſ. quod verò nec etiam obſtet.
30 Vltra quòd dum lex ciuilis non diſponit prin-
cipaliter circa matrimonij libertatem, ſed solū
tendit ad puniendum modum inordinatum in
eo contrahendo, quod etiam ius canonicum
abhorret, vt ſupra demonſtratum fuit, optimo
iure ſubditum ſic ordinatè contrahentem pu-
nire, & caſtigare poteſt, non obſtante, quòd in
conſequentiam ea pœna reſultare aliquantulū
videatur contra diſpoſitionem Iuris canonici,
vt colligitur ex ijs, quæ tradit *Gaiet. in ſumm.*
in ver. excommunicatio, cap. 31. verſ. ſexto, &
Nauarr. in manual. cap. 27. nu. 120. qui aſſe-
31 runt, quòd ſi Princeps ſecularis diſponat prin-
cipaliter circa ea, quæ pertinent ad poteſtatē
politicam, quamuis inde in conſequentiam, &
per accidens aliquid reſultet, quod videatur li-
bertati eccleſiaſticæ repugnare, validum tamen
eſt, nam cùm ea conſtitutio principaliter refe-
ratur ad id, quod pertinet ad iuriſdictionem
ſecularem, non debet eſſe in conſideratione id,
quod in conſequentiam accidentaliter venit, *l.*
ſi quis nec cauſā, ff. ſi cer. pet. prout in his ter-
minis notabiliter arguit *Barboſ. in d. 4. parih. 1.*
ff. ſol. matr. nu. 37. verſ. non obſtat. ſecunda ra-
32 *tio*. Pro qua concluſione facit etiam notabilis
doctrina *Bal. in l. omnem, prope fin. C. ad Ter-*
tull. qui dicit valere ſtatutum puniens contra-
hentem matrimonium cum filiofamilias ſine
conſenſu patris, nam contrahere ſine paterno
conſenſu eſt contra bonos mores omnium, &
maximè prudentium, & inducit odium capita-
le, & ideo cōcludit validum eſſe ſtatutum, quia
non vetat ſubſtantiam matrimonij, ſed punit
malos mores, & in republica facinora ſeminā-
tes, & eandem ſententiam confirmat etiam
Fely. in conſ. 26. nu. 21. Et licet multi aſſerant
non valere ſtatuta laicorum punientia filios
contrahentes matrimonia ſine parentum cō-
ſenſu, vt affirmant *Dec. in cap. eccleſia Sancta*
Mariæ, num. 36. de conſtit. & alij plenè relati
per *Hieron. Cevallos in opin. commun. contra*
commu. quæſt. 5. nu. 6. tamen cōtrarium verius
eſſe teſtantur *Sarmient. in 1. lib. ſelect. interpr.*
cap. 11. nu. 8. & Io. Lopez in cap. per veſtras,
de donatio. inter vir. & vxor. in 3. notab. §. 3.
nu. 9. cum plur. ſeq. fol. mihi 137. *in paru. im-*
preſſ. & hanc concluſionem nouiſſimè confir-
mat *meritiſſimus Regens in Supremo Conſilio*
Italiæ Carolus Tapp. Vir quidē ſingularis do-
ctrina, moribus benè compoſitus, ac omni alio
virtutum genere præclarus, in 4. lib. Iuris Re-
gni, rubr. 12. de matrim. à feudat. pub. cont. nu.
10. *& ſeq.* qui pro ea multas notabiles, &
valdè concludentes rationes conſiderat, quæ
33 penes eum videri poſſunt. Vnde contra filias
nubentes ſine patris conſenſu multas leges, &
particulares conſtitutiones proditas fuiſſe
tam in Gallia, quam in Hiſpania, & alijs locis,
refert *Gaſp. Theſau. in quæſt. forenſ. 70. nu. 4.*
lib. 1. & idem nu. 8. aſſerit in Pariſienſi prouin-
ciali Concilio tempore Pelagij Papæ decretū
fuiſſe ſub pœna excommunicationis, quòd ne-
mo ſine parentum licentia aliquam ducere, vel
abducere præſumeret, etiam regio brachio po-
ſtulato, quod Concilium dicit eſſe regiſtratum
34 *in tom. 2. concilior. general. fol.* 649. Et demū
concluſio hæc, quòd paternus conſenſus ma-
trimonij libertatem nullo modo offendat di-
rectè, nec indirectè pluribus alijs rationibus
confirmatur ab *Illuſtriſs. Cardin. Paleott. in*
ſuo aureo tract. de notb. & ſpur. cap. 8. num. 5.
& ſeq. qui inter cætera conſiderat, ex paterno
conſenſu nullam filijs iniuriam, aut damnum
inferri, nam ſi vltra vigeſimumquintum annū
pater filiam diſpenſare differat, tunc ei liberè
licet maritum eligere, vt cauetur *in d. §. aliud*
quoque capitulum, in fi. auth. vt cū de appell.
cognoſc. & ſi infra eam ætatem bonum virum
inueniat, ſibique genere, & opibus æqualem,
iudicis officium implorare poteſt, vt patrem
etiam inuitum ad conſentiendum, eamque cō-
gruè dotandam cogat, *iux. tex. in l. qui liberos,*
ff. de rit. nupt. vnde inquit abſurdum nimis eſ-
ſe nobis ignorantibus vel inuitis bonorum
noſtrorum ſucceſſores nobis oriri, *arg. l. in bel-*
lo, §. medio, ff. de captiu. & poſtlim. reuer. Cō-
ſiderat etiam, quòd dum lex ciuilis dicit non
solùm ciuili, ſed etiam naturali iure inſtitutum
fuiſſe, quod in nuptijs filiorum patris conſen-
ſus præcedat, *inſtit. de nupt. in princ.* hæc ver-
ba arguunt vix aliud in contrarium poſſe de-
cerni, cùm iura naturalia immutabilia ſint, *§.*
ſed naturalia, inſtit. de iur. nat. gent. & ciu.
tanto magis quia nil in contrarium apparet eſ-
ſe ſtatutum, imò iura canonica id expreſsè ſua-
dent, nam Euariſtus Pontifex aliter legitimū
connubium fieri non poſſe dixit, niſi à paren-
tibus petatur, *cap. aliter, 30. q. 5.* & Leo Ponti-
fex inquit, quòd paternus conſenſus deſidera-
tur in nuptijs, nec ſine eo legitimæ habentur,
vt legitur *in cap. non omnis, in fi. 32. q. 2.* quod
etiam Toletano Concilio comprobatum fuiſſe
apparet *in cap. ſanctum, ead. quæſt. 2.* & Diuus
Ambroſius, virginalis pudoris non eſſe ait ma-
ritum ſpontè eligere, vt habetur *in cap. hono-*
rantur, ead. quæſt. licet enim libera matrimo-
nia de iure canonico eſſe debeant. *cap. cum lo-*
cum, de ſponſal. eadem tamen libertas etiam
de iure ciuili requiritur, *l. fi. in fi. C. de ſponſal.*
& nihilominus eo iure paternum conſenſum
requiri non dubitatur, nam ex eo matrimonij
libertas non impeditur, cùm patre renuente
ſuum preſtare conſenſum iudex ad eum cogen-
dum

dum suas partes interponat, ex not. per *Bar. in l. 1. §. si plures, nu. 9. ff. de exerc. act.* Ideo enim lex paternum consensum requirit, quia existimauit eum bene filijs consulturum, *l. si pater, C. de sponsal.* & si secus eueniat, tunc iudex id in quo pater deficit, supplebit, & filiorum votū paternæ obstinationi præponet, *l. vidua C. de*
35 *nupt.* Quibus, & alijs rationibus denique concludit etiam de Iure pontificio paternum consensum ex præcepto requiri, verùm si adhibitus non sit, matrimonium non esse dirimendum, tum quia multa alia à iure fieri prohibentur, quę tamen facta sustineri solent, *l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* cū etiam, quia publicæ honestatis ratio magis lædi videtur, si coniugium dissoluatur, quam si omittatur paternus cōsensus, nam semel amissa pudicitia, amplius reuocari non potest, *cap. si Paulus, 32. q. 5.* quam opinionem sumptam esse refert ex libro sententiarum Iulij Pauli in lib. sent. c. 2. de nupt. qui ita ait, ***Eorum qui in potestate patris sunt, sine voluntate eius matrimonia iure non contrahuntur, sed contracta non soluuntur, contemplatio enim publicæ vtilitatis priuatorum cōmodis præfertur.*** Et demum hanc opinionem, quod paternus consensus etiam de Iure canonico necessario interuenire debeat in matrimonio contrahendo, ita vt eo non adhibito pater possit vota, & instrumenta per filiam sub eius potestate existentem præstita reuocare, matrimonium verò contractum sine paterno consensu dirimi non possit, pluribus rationibus plenè confirmat *Io. Bosch. in tract. de legitim. nupt. lib. 2. num. 17. vers. quicquid tamen dictum fuerit.* Hæc au-
36 tem conclusio, quòd filia nubens sine patris consensu viro indigno infra vigesimumquintum suæ ætatis annum potest exhæredari, procedit quando pater paratus erat eam dotare, & viro digno, & æquali eam nuptui tradere, vt ex multorum sententia refert *Barbos. in citato loco, num. 34. & Fern. Rebell. in d. q. 14.*
37 *sect. 2. nu. 16. & seq.* Et in dubio præsumitur, quod pater volebat eam dotare, & cum viro digno in matrimonium collocare, nisi contrariū probetur, vt refert *Sanch. in d. tract. de matr.*
38 *lib. 4. disput. 24. nu. 5.* Sed si pater nullo modo intendebat filiam dotare, & nuptui tradere, ob quod ipsa huius paternæ deliberationis conscia minus dignum virum ducat, hæc non erit iusta causa exhæredandi eam, dum voluit vti remedio a Deo permisso ad occurrendum concupiscentiæ, & euitandum spiritualem ruinā, iux. illud dictum *Apost. ad Corinth. Melius est nubere, quam vri,* vt affirmat *Fern. Rebell. in*
39 *citato loco, nu. 20.* Multi autem non simpliciter approbant, neque impugnant supradictam conclusionem, sed mediam viam tenentes dicunt, quod filia nubens indigno non potest in totum exhæredari, sed minor dos ei dari debet, prout post multas opiniones affirmare videtur *Gasp. Thesaur. in quæst. forens. 70. nu. 10. in fi. lib. 1.* & secundum hanc opinionem iudicatum fuisse per Senatum Bononiensem refert *Cesar Barz. in decis. 29. per totam,* & cum eadem distinctione post multa hinc inde considerata se conformasse illud Cōsistorium refert *Garz. Mastrill. in decis. 163. nu. 21. & seq.* Alij ve-
40 rò distinguunt, quod si mulier, & vir habent vnde se alant, non teneatur pater eis dotem, neque alimenta præstare, cum iniquissimum videatur compellere genitorem ad dotandum filiam diuitem, quæ turpi coniugio totum familiæ decus denigrauit, sin autem non habent vnde se alant, tunc teneatur pater dotem, seu alimenta præstare, attenta ipsorum coniugum qualitate, ne fame pereant, vt post alios quos allegat refert *Molin. de primog. Hispan. lib. 2. c. 16. nu. 8. vers. cæterum contrariam opinionem, Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 6. nu. 26. &*
41 *Sanch. in d. disput. 26. nu. 19. & seq.* Sed hanc distinctionem impugnat *Barbos. in citato loco, nu. 41. & seq.* plenè probans etiam in casu maximæ inopiæ nulla esse alimenta præstanda filiæ, quæ tali iniuria patrem offendit, & omnibus contrarijs optime respondet. Multi ve-
42 rò dicunt filiam indigno viro nubentem posse dote priuari, sed non posse exhæredari saltim à legitima post patris obitum, vt refert *Anchar. Rhegien. in quæst. familiar. lib. 2. q. 46. post Paul. de Castr. in cons. 73. nu. 1. lib. 1.* sed hanc quoque opinionem impugnat *Gasp. The-*
43 *saur. in d. quæst. forens. 70. nu. 25.* Et multo fortius hæc pœna exhæredationis procedit quando filio ante matrimonium cum amasio luxuriosè vixisset, nam per sequens postea matrimonium non diluitur pœna à lege irrogata, etiam si sub spe, & promissione coniugij se carnaliter cognosci permisisset, prout per Senatum Pedem. iudicatum fuisse refert idem *Gasp. Thesaur. in allegata q. 70. nu. 13. & seq.* quo casu concludit nedum dote, sed etiam necessarijs alimentis huiusmodi mulierem esse priuandam, sed hæc conclusio redditur valde dubia ex ijs, quæ plenè refert *Steph. Gratian. in 2. lib. disceptation. forens. c. 213. nu. 31. cum plur. seq.* qui ex magis communi Doctorum sententia copiosissime probat, non sufficere, ꝙ filia peccet in corpus suū ad hoc, vt exhæredari possit, sed opus esse quod turpiter, & obscenè viuat, & publicè meretricalem vitam ele-
44 gerit. Hæc autem omnia procedunt quando filia infra vigesimumquintum suæ ætatis annum sine patris consensu viro nubit indigno, sed si æqualem suæ cōditioni virum ducit, tunc nullo modo eam exhæredari posse, etiam at-

tenta

tenta diſpoſitione iuris ciuilis, ex magis com-
muni Doctorum ſententia plenè probat Bar-
boſ.in d.4.par.l.1.ff.ſol.matr.ſub nu.32.verſ.
ſecunda principalis concluſio, & Menoch. de
præſ.lib.4.præſ.189.nu.61.cum plur.ſeq. Et
45 hoc habere locum etiam ſi pater vellet eam
nuptui tradere alteri viri æquè digno, probat
idem Barboſ.in citato loco, nu.34.verſ.quod
amplianaum eſt, quamuis contrarium referat
tenuiſſe Fulgoſ.in l.ſed ea, nu.1.ff.de ſponſal.
46 Sed ex particulari Hiſpaniarum lege cautum
eſt, quod ſi filia contrahit matrimonium clan-
deſtinum ſine patris cōſenſu, poteſt ab eo exhę-
redari, & alijs pęnis ſubijcitur, vt in l.49.
taur.quæ habetur in 5.lib.recopilat.tit.1.l.1.
cuius legis diſpoſitionem procedere etiam ſi fi-
lia cum viro digno matrimonium contrahit,
cum per hoc non ceſſet iniuria, quæ patri ex
clandeſtinis nuptijs eo inconſulto contractis
irrogatur, ex communi Doctorum ſententia
teſtantur Barboſ.in d.4.par.l.1.ff.ſol.matr.nu.
38. & alij relati per Thom.Sanch.in tract.de
matr.lib.3.diſput.47.num.4. & nouiſſimè per
Gaſp.Theſaur.in d.quæſt.foren.70.nu.11.&
47 ſeq. Et hanc legem validam eſſe, & in practica
ſeruari, cum ſit conformis Iuri canonico, ac ſa
cro Cōcilio Tridentino, quod huiuſmodi clan-
deſtina connubia improbat, & deteſtatur in c.
1.ſeſſ.24.de reform.matr. plenè probant idem
Barboſ.in citato loco, nu.38.& ſeq. Sanch.in
d.diſput.47.nu.52.& ſeq. Hier.Ceuallos in
commun.opin.contra commun.q.5.nu.7.&
nu.16.& Didac.Perez in d.l.1.tit.1.in 5.lib.
ordinam.quam refert Regens Carol.Tap.in d.
conſtit.ſancimus, de matr.pub.contr.nu.50.
48 cum plur.ſeq. Et ratio eſt, nam lex, quæ non
contradicit iuri canonico, ſed illud adiuuat ad-
dendo pœnas contrafacientibus, ſeruanda eſt
in vtroque foro, ex not.per gl.in clem.ne Ro-
mani, in ver.tolli, de elect. vt affirmant Ant.
Gomez in d.l.taur.49.nu.2.& Molin.de pri-
mog.Hiſpan.lib.2.c.16.nu.10. & ita in cauſa
ardua iudicatum fuiſſe refert Gregor.Lopez in
4.par.tit.1.l.10.in ver.puedela desheredar,
49 ad fin. Cui legi Hiſpaniarum ſimilis quoque
eſt in hoc Regno, dicta cōſt.ſancimus lege præ-
ſenti, ſub rubr.22.de matrim.publ.contrahen.
qua cautum eſt, quod contrahentes matrimo-
nia clandeſtina abſque Sacerdotali benedictio-
ne in facie Eccleſiæ careant legitimis ſucceſſo-
ribus, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, &
quod mulieres etiam dotes alijs nubentibus le
50 gitimè debitas non habeant. Dupliciter autē
ad hoc propoſitum dici poteſt matrimonium
clandeſtine contractum, primò quando con-
trahitur ſine Parocho, vel ſine teſtibus, quo ca-
ſu eſt omnino nullum, vt expreſsè cauetur in
d.ſeſſ.24.c.1.de reform.matr. & notant in ſpe-
cie Nauarr.in cōſ.1.ſub tit.de ſponſal.Didac.
Spin.in ſpec.teſtam.in glo.15.nu.24.Franc.
Sarmien.in 1.lib.ſelectar.interpret.c.6.nu.7.
verſ.at hodie, & Menoch.de præſumpt.lib.3.
præſ.1.nu.102. Ita, quod licet ab eo matrimo-
nio propria authoritate recedere, etiam ſi ſe-
quuta ſit copula, nec ſuſtineri poteſt in vim
ſponſalium, vt inquit Menoch. in conſ.368.
nu.9.quem refert Peregr.in conſ.91.num.29.
51 lib.2. Is autem dicitur proprius Parochus ſub
cuius parochiali Eccleſia contrahentes habi-
tant per totum annum, vel pro maiori parte
ipſius, non autem vbi per aliquot dies, vel men
ſes permanſerunt recreationis cauſa, c.15.qui,
de ſepult.in 6. vt plenè probat Menoch.in
conſ.398.per totum, cui ſe ſubſcripſerunt plu-
res famoſi Doctores, & in tract.de præſumpt.
lib.6.præſ.88.Borg.Caualc.in deciſ.Fiuiz.21.
nu 44 in 3 par.& Hier.Ceuallos in commun.
52 opin.contra commun.q.604.nu.61. Et ideo
non valere matrimonium contractum in rure
coram Sacerdote rurali teſtatur Nauar.in cōſ.
2.ſub tit.de clandeſt.deſponſ.quem refert Pe-
53 regr.in conſ.91.nu.31.lib.2. Imò nec valere
matrimonium contractum coram proprio Pa-
rocho, extra tamen eius diœceſim, tenuit Na-
uarr.in conſ.47.ſub nu.3.& in conſ.52.ſub
tit.de ſponſal. ſed contrarium verius eſſe affir-
mat Peregr.in cōſ.79.per totum, lib.5.Sanch.
in d.diſp.19.nu.7.& nu.14.& Didac.Spin.in
54 d.glo.15.nu.42.& ſeq. Secundo verò modo
poteſt matrimonium clandeſtinum conſidera-
ri quando contrahitur coram Parocho, & te-
ſtibus, ſed omiſſæ ſunt legitimæ publicationes,
quo caſu validum eſſe matrimonium, ſed clan-
deſtinum affirmat Nauarr.in manuali latino,
c.22.nu.70.Menoch.in conſ.69.nu.70.lib.1.
Didac.Spin.in d.gl.15.nu.22.& ſeq.Sarmien.
in d.c.6.ſub nu.7.Borgn.Caualc.in deciſ.29.
nu.18.in 1.par.Honded.in conſ.72.nu.23.lib.
2.Peregr.in d.conſ.91.nu.34.lib.2. Io.Roſas
in epith.de ſucceſſ.cap.2.nu.23.& ſeq. plenè
Sanch.in d.tract.de matr.lib.3.diſput.5.per
totam, & Io.Guttier.in tract.de iuram.con-
55 firmator.in 1.par.c.51.nu.25. Non tamen de-
ſunt qui ſtrenuè defendunt etiam matrimoniū
celebratum coram Parocho, & teſtibus, omiſſis
tamen denunciationibus eſſe nullum, vt plenè
pluribus rationibus probant Cephal.in conſ.
421.nu.72.lib.3.Menoch.in d.conſ.69.nu.71.
& ſeq.& in conſ.398.& Fab.Turrett.in cōſ.
56 28.nu.25.lib.1. Poſita autem pro vera prima
opinione, quæ verior, & magis communis eſt,
vt plenè probat Steph.Gratian.in 1.tom.di-
ſceptation.forenſ.c.83.nu.7.cum plur.ſeq.&
Io.Aloyſ.Ricc.in prax.fori eccleſ. nouiſſimè
edita in deciſ.257.nu.6.in dubium reuocatur;
an dicta pœna exhæredationis habeat locum
quan-

quando contrahitur matrimonium clandestinum sine præsentia Parochi, & testium, vel etiã quando omissæ sunt legitimæ publicationes? pro cuius resolutione animaduertẽdũ est, quod quando matrimonium est clandestinè contractum sine præsentia Parochi, & testium, tunc aliqui dicunt non posse habere locum, pœnam exhæredationis, nam actus est ipso iure nullus, & consequenter non videtur punibilis, ex not. in simili per *Bal. in l. 2. nu. 3. C. de episc. aud.* & plenè per *Tiraq. in tract. de vtroq. retrac. in 1. par. §. 1. glo. 2. nu. 6. & in §. 26. glo. 2. nu. 8. & in l. boues, §. hoc sermone, in 1. limit. ff. de verb. signif.* vt in specie affirmant *Didac. Perez in d. l. 1. tit. 1. in 5. lib. ordinam. in verb. dubitatur vlterius*, & ibidem *Matthiens. in glos. 7. num. 5. & Azeued. num. 46.* quos refert *Barbos. in d. 4. par. l. 1. ff. sol. matrim. sub num. 38.* & hanc opinionem plene defendit *Sanch. de matrim.*
57 *lib. 3. disp. 2. per tot.* Sed communior opinio est, quòd etiã pro huiusmodi matrimonio clandestino sic nulliter cõtracto habet locum dicta pœna exhæredationis, vt plenè probant *Molin. de primogen. hispan. lib. 2. cap. 16. nu. 16. & seq. Barbos. citato loco, nu. 38.* & alij, quos refert *Hieron. Ceuallos* omnino videndus *in commun. opin. contra commun. quæst. 5. nu. 7.*
58 *& seq. & in quæst. 604. nu. 38.* Pro qua opinione facit, nam filia contrahens matrimoniũ cum consanguineo, licet nulliter contrahat, tamen exhæredari potest, tanquam indignas nuptias contrahens, vt notabiliter inquit *Ioã. Lopez. in cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. in 3. notab. §. 7. nu. 4.* nam lex videtur magis punire affectum quàm effectum, *l. cum quis duas*, C. *de adult. iux. not. per Ias. in l. vbi pactum, nu. 27. C. de transact.* & alios relatos per *Barbos. in cit. loco, nu. 39.* & hanc opinionem pluribus alijs rationibus, authoritatibus, & exemplis nouissimè confirmat *Stephan. Gratian. in 2. lib. disceptation. forens. cap. 213. nu.*
59 *8. cum plur. seq.* Secundo verò casu quando matrimonium est contractum cum præsentia Parochi, & testium, sed omissæ sunt publicationes, tunc non habere locum dictam exhæredationis pœnam, tenet *Barbos. in citato loco, sub nu. 39.* ex quo Sacrum Concilium non videtur illud omnino habere pro clandestino.
60 Sed quod etiam in eo casu locum habeat dicta pœna exhæreditionis verius esse affirmãt *Hieron. Ceuallos in d. quæst. 5. nu. 9. & seq. Didac. Spino. in spec. testam. glo. 15. nu. 74.* & alij plenè relati per *Petr. Cened. in collect. iur. canon. in 2. par. super decretal. collect. 58. nu. 5.* & hãc quoque opinionẽ plenissimè confirmat *Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 1. nu. 5. cum plur. seq.*
61 Cuius conclusionis potissima ratio est, nã præfatæ constitutiones generaliter loquuntur contra filios, quæ spreto parentum consensu audet contrahere matrimonia clãdestina, & propterea comprehendũt omnes casus, in quibus matrimonium ab ecclesia clãdestinum reputatur, nam lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, *l. non distinguemus, ff. de recept. arbitr. & l. de pretio, ff. de public. in rem act.* negari autem non potest, quòd etiam matrimonium, in quo legitimæ denunciationes omittuntur, clandestinum ab Ecclesia nuncupatur, vt constat ex not. per *glo. in cap. cum inhibitio, §. fin. de clandest. despons.* ergo sequitur, quòd quomodocunque filia clandestinas nuptias cõtrahere audet, pater eam licitè exhæredare po-
62 test. Tanto magis, quia mulier, quæ clàm nubit non dicitur proba, nec morigerata, & honesta, nam mortaliter peccat, vt inquit *Io. Bapt. La-*
63 *derch. in cons. 185. nu. 3. & seq.* Hæc autem pœna non habet locum, quando mulier excedit vigesimumquintum annum, tunc enim quamuis virum ducat indignum absque Patris consensu, nihilominus potest genitorem cogere ad congruam dotem sibi præstandam, vt expressè cauetur *in d. auth. sed si post, C. de inoff. testam.* & notant *Barbos. in d. 4. par. l. 1. ff. sol. matrim. nu. 27. & nu. 32. & Surd. in d. tracta.*
64 *de alim. tit. 1. q. 6. nu. 24.* Imo etiam si peccat in corpus suum, & turpem vitam eligit, exhæredari tamen nullo modo potest, nam patris culpę imputandum est, qui tandiu distulit eam nuptui tradere, vt expressè cauetur *in ead. Auth. sed si post.* & de Iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis sufficit, quòd mulier excedat decimumsextum annum, infra quẽ pater eam nuptui tradere neglexerit, ad hoc, vt si viro nubat indigno, seu luxuriosè viuat, ab hac pęna excusetur, vt elicitur ex notatis per *Napod. in consuet. in omnibus, sub tit. de alim. num. 76. cum ibi not. per Vinc. de Franch. in addit. fol. mihi*
65 *227.* Verùm hęc conclusio declaratur nõ procedere, quando mulier seruo se copularet, vt bene animaduertunt *Barbos. in cit. loc. Couar. in d. c. 3. §. 8. nu. 5.* & alij relati per *Sanch. in d. tract. de matrim. lib. 4. disput. 24. nu. 10. &*
66 *sub nu. 13.* Et demùm hęc conclusio limitatur, ꝙ non procedit, quando per patrem non stetit filiam nuptui tradere, & fecit quicquid potuit, vt virum dignum pro ea inueniret, ita quòd nihil potest eius culpæ imputari, tunc enim si filia virum indignum inuito patre eligit, vel peccat in corpus suum etiam post vigintiquinque annos, iustè exhęredari potest, vt benè animaduertit *Ludou. Morot. in cons. 99. nu. 59. &*
67 *sequen.* An autem mulier nupserit digno, vel indigno, considerandæ sunt vtriusque coniugis qualitas, progenies, scientia, diuitię, & alia, quæ plenè animaduertit *Paris. in d. cons. 29. nu. 17. & seq. vol. 3. Io. Lopez in d. cap. per vestras,*

*ſtrat,§.55.verſ.tertium quod habet concurre-
re,nu.4.& ſeq.& nu.12.& Surd. in d. quæſt.
6.num.21. & ſeq.* qui ad hoc propoſitum dicit
68 vnum valde notabile; Quod etiam ſi magna
Comitiſſa nuberet legum Doctori, non diceretur nubere indigno,ad quod allegat *Salyc. in l.
prouidendum,C.de poſtulan. & Io. Campeg.*
69 *in tract.de dot.q.13. in 1.par.* Quæ concluſio
ratione fundatur, nam Doctoratus eſt dignitas
ſecundum *Bar.in l.1.per tex. ibi in ver. Theophilum virum clariſſimum, C.de nouo codic.faciem.& Alexan.in l.centurio,nu.13.verſ. &
quod Doctor,ff.de vulg.& pupill. Vincen.de
Franch.in deciſ.164.nu.3.* ita quod Doctor debet Dominus appellari, *auth.habita*, propè fi.
cum ibi not.per *gloſ.in ver.eoram Domino.C.
ne fil.pro patr.Luc.de Penn.in l.mulieres,col.
2.verſ.quinimo,C.de dignit.lib.12. & Rip. in*
70 *d.l.centurio,nu.15.* Et hoc procedit etiam in
eius vxore, quæ ſimiliter Domina nuncupari
debet,ſecundum *Bar.in l.ſi iudex,ff.de minor.*
71 Et per Doctoratum nobilitas acquiritur, *l.2.
§.fi.ff.de excuſat.tutor.glo.in l.prouidendum,
C.de poſtulan.Barto.in l.iudices, C.de dignit.
lib.12.& in l.2.§.amplius.ff. de excuſ. tutor.*
Imò ſecũdum *Cyn.in d.l.prouidendum, nu.2.*
magis commendandus eſt, qui nobilitatem propter meritum ſcientiæ acquirit, quàm ex nobili genere ortus,cum quo concordat *Alexan. in
conſ.94.nu.2.in fi.vol.1.& Viu. in commun.*
72 *opin.197.n.31.in 1.par.* Et quicunque ſcribit
Doctori,tenetur eum vocare patrem, non fratrem,alias puniendus eſt pœna arbitraria, per
tex.ſing.in l.2.cum glo.C.de offic.diuerſ.iudic.
73 *& ibi Alex.in addit.ad Bar.* Tantaque eſt Doctorum eminentia, quòd poſſunt propria authoritate ingredi Conſiſtorium Principis, &
Cameras quorumcunque Officialium quãtumuis maiorum vſque ad eorum ſecreta, qui tenẽtur eos honorare, & inuitare ad ſedendum,
aliàs puniuntur in tribus libris auri, *l.fin.C. de
offic.diuerſ.iudic.* per quem tex.ita dicit *Card.
in clem.2.de magiſtr.* cum quo concordant
*Petr.de Lenouder.in tract.de priuil.doctor.in
2.par.nu.24.& Luc.de Penn.in l.ſacris, C.de*
74 *prox.ſacr.ſcrin.lib.10.* Vnde propter eorum
magnificentiam multas habent prærogatiuas,
& inter cæteras,quòd pro debito carcerari nõ
poſſunt,vt refert *Ludou.Gomeſ.in §.1.nu.65.
inſtit.de action.* plenè *Couar. in 2.lib. variar.
reſolut.cap.1.nu.4. & ſeq.* & pleniſſimè *Farinac.in tit.de carcerat.quæſt.27.num.77. cum
plur.ſeq.* qui hanc concluſionem multipliciter
ampliat, & limitat, multiſque alijs modis eam
declarat *Io.Bapt.Laderch.in conſ.30. per tot.*
75 Item poſſunt arma impunè portare, & familia
curiæ non debet eos ſcrutari, cur armati incedant,vt inquit *Petr.Duenn.in reg.55.in 7.li-*
76 *mit.* Et non tenentur hoſpitari milites,nec cõtribuere, *l.medicos, C.de profeſſor. & med. lib.
10.l.fin.ff.de muner.& honor.l.1.C.de ſacroſ.
eccl.& l. Aduocati, C.de aduoc. diuerſ. iudic.
Iul.Ferrett.in tit.de gabell.nu.465.Rip. in 2.
lib.reſponſor.cap.20.nu.9.Io.Ant.de Nigr. in
cap.Regni.Item ſtipendiarij,nu.24.Gui. Pap.
in deciſ.88.et in deciſ.388.* plenè *Rol.à Vall.in
conſ.66.nu.36.et ſeq.vol.1.* & pulchrè *Natt.
in conſ.1.per tot.et in conſ.65.et ſeq.vol.eod.*
Verùm hæc concluſio intelligenda eſt iuxta
ea, quæ notabiliter animaduertit *Gaſp.Theſ.*
77 *in quæſt.foren.93.lib.1.per tot.* Quæ immunitas extẽditur etiam ad fratres Doctorum ſimul
habitantes,vt tenet idem Natt. in locis allegatis,cum quo concordat *Laur. Siluan. in conſ.
20.nu.12.et ſeq.et per tot.* reprobata opinione
Bart.reſtringentis hoc priuilegium ad Doctores actu legentes tantum. Eadem enim priuilegia competunt etiam Aduocatis, prout ex
communi Doctorum ſententia plenè probat
Stephan.Gratian.in 1.tom.diſceptatio.foren.
78 *cap.186.nu.3.et ſeq.* Imò hoc priuilegium extendi etiam ad eorum vxores viduas, teſtantur
Guid. Pap.in deciſ.389. & plenè *Menoch.de*
79 *arbitr.iudic.lib.2.caſ.379.nu.5.* Item de iure
Doctores torqueri non poſſunt, ſecundùm
*Cyn.in l.milites,C.de quæſt.et in l.4.C.ad leg.
Iul.maieſt.Bar.in l.1.C.de Aduoc. diuerſ. iudic.* & plenè *Hippol.in pract.crimi. §. expedi-*
80 *ta,nu.29.et ſeq.* Nec valet conſuetudo in contrarium, *arg.tex. in l.omnes iudices, cum ibi
not.per Barto.C.de decur.lib. 10.* quem refert
81 *Gramm.in vot.1.nu.12.* Præterquàm in crimine falſi, *l.ſi quis decurio,C.de falſ.* vt inquit
82 idem *Gramm.in vot. 23.nu. 5.* Vel ſaltim ſecundum aliorum opinionem grauioribus eſt
opus inditijs ad torquẽdum Doctorem, vt plenè teſtantur *Farinac.in quæſt.41. num.47.et*
83 *ſequen.et Eugen.in conſ.63.nu.89.* Hæc autem intelligenda ſunt de Doctoribus peritis,
ſecus verò de illis, qui exercẽt officium procuratoris,& ſunt Doctores nomine tm̃,vt inquit
Rol.à Vall.in d.conſ.66. num.38.et 49.vol. 1.
84 Alia autem Doctorum priuilegia,quæ multa
ſunt,non refero, cùm non attineant ad materiam,de qua agimus, ſed hæc obiter tetigiſſe
ſufficit,remittendo me de reliquis ad ea, quæ
plenè dixerunt Doctores omnes, & præcipuè
*Alex.et Rip.in l.centurio,ff.de vulg.et pupil.
ſubſt.Signorol.de Homod.in tract.de praeced.
Doct.et milit.Petr.Lenauder.in tract. de priuil.doct.Rebuff.in tract.de priuil. ſcolar.Camill.Saler.in addit.ad Napod.in probem. conſuet. in ver. Doctoratus eſt dignitas, Barboſ.
in l.1.ff.ſol.matrim.in 7.par.nu.23.cum plur.
ſeq.* & pleniſſimè *Stephan. Gratian. in d. cap.*
85 *186.per tot.* An autem Medici dicantur etiam

habere dignitatem? vide *Alex. in consi. 94. nu. 2. vol. 1. Boer. in decis. 222. num. 11.* plenè *Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 31. nu. 414. et*
86 *nu. 522. Vinc. de Franch. in decis. 564.* Et quid in filijs medicorum? vide *Io. Vinc. de Anna in repet. constit. Reg. terminum vitae, nu. 25.* Sed redeundo ad materiam vnde digressi sumus, alia notabilis occurrit dubitatio, nùm scilicet
87 pater ex eisdem causis, quibus potest filium exhæredare, possit quoque illum primogenitura, & Regno priuare? hanc quæstionem tetigit *Hond. in cons. 94. nu. 8. et seq. et num. 16.* & plenè *Io. Lecirier. in tract. de primogenit. lib. 3.* qui pluribus exemplis Sacræ scripturæ probant filium ingratum posse primogenitura, & Regno priuari, cui conclusioni inhærent *Iacobin. in l. cum antiquioribus, num. 28. C. de iur. deliber.* plenè *Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, de testam. in ver. in eodem testamento, in 1. par. num. 203. cum plur. seq.* & alij, quos more suo plenissimè cumulat *Tiraq. in tract. de iur. primogen. q. 21. nu. 4. cum seq. et Michael de Aguir.* olim Regius Consiliarius, & Iudex causarum criminalium Magnæ Curiæ Vicariæ integerrimus, & seuerissimus in Apologia pro Inuictissimo Hispaniarum Rege Philippo Secundo felicissimæ recordationis, circa successionem Regni Portugalliæ *in 1. par. num. 95.*
88 *cum seq. et nu. 131. et seq.* Animaduertendum tamen est, quòd in successione maioratus, non ita simpliciter procedit eadem iuris dispositio, vt ob ingratitudinis vitium possit eius successione priuari, sed distinguendum est inter maioratum, in quo iure hæreditario succeditur, & in eo, qui iure sanguinis ex prouidentia primi instituentis defertur, primo enim casu licebit successorem maioratus ex causa exhæredare, secundò verò non, iux. not. per *Ant. Gomez. in l. 40. taur. n. 71. et Peralt. in l. 3. §. qui fideicō-*
89 *missum, nu. 87. ff. de haer. instit.* Sed quid si ingratitudo committatur contra primum maioratus institutorem? *Peralt. in eod. §. qui fideicommissum, num. 87.* facit quandam distinctionem, quam pleniori methodo fertilissimè explicat *Molin. de primog. Hispanor. lib. 1. cap. 9. nu. 4. cum plur. seq.* qui cùm nihil intactum relinquat, vt videar eius labores transcribere,
90 ad eum me remitto. An autem possit exhæredari filius, qui post commissam ingratitudinem efficitur furiosus? communis Doctorum opinio est, quòd possit exhæredari, non obstante furore, vt patet ex not. per *Barto. in l. ex facto, num. 19. et ibidem Ias. sub nu. 29. ff. de vulg. et pupill. et Gul. de Bened. in d. cap. Raynutius, in ver. in eodem testamento, in 2. par. nu. 28. et*
91 *seq.* Licet enim quoad pœnam corporalem pro delicto inferendam, furor superueniens etiam compilato processu, & lata sententia, excuset à pœna, ex not. per *Bal. in l. humanitatis, num. 46. C. de impub. et alijs substit. et in l. furiosum num. 3. C. qui testam. fac. poss.* plenè *Tiraq. de pœn. temp. caus. 3. nu. 1. et seq.* & præsertim *nu. 6. et seq. Plaz. in epith. delict. lib. 1. cap. 29. sub nu. 1. et nu. 7. Iul. Clar. in q. 60. vers. item quaero, Couar. in clem. 1. in 3. par. relectio. in princ. nu. 1. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 325. nu. 12.* & plenissimè *Farinac. in 2. par. sui oper. sub tit. de pœn. tempor. q. 94. nu. 13. et per*
92 *tot.* Nihilominus secus est quoad pœnam non afficientem personam, sed bona, prout est exhæredatio, vt in specie respondet *Gul. de Bened. in eod. loco supra citato, nu. 28. in fi.* quæ opinio licet sit nimis dura, vt fatetur *Iul. Clar. in §. testamentum, q. 41. vers. sed pone filius,* nihilominus cùm sit comuniter recepta, perdiffi-
93 cile est ab ea recedere. An autē idem sit in prodigo, vide *Vinc. de Frāch. in decis. 461. et Pet. Caball. in resolut. crimin. cas. 48.* Sed quid si filius post ingratitudinem cōmissam pœnitentiā agat, an possit exhæredari? dic, quod non, vt notabiliter inquit *Alex. in l. 1. sub num. 33. ff. sol. matr.* quam sententiam tanquam admirabilem extollit *Ias. in l. in arenam, num. 7. C. de*
94 *inoff. testam.* Qui subdit, quòd si filius ex iusta causa fuit exhæredatus, & postea se reconciliat cū patre, exhæredatio censetur reuocata, quod dictum fuit originale *Bar. in l. 3. §. fin. ad fin.* per illū *tex. cum l. seq. ff. de adimen. leg.* quem refert *Catell. Cott. in memorab. in ver. filius familias, qui à patre,* & eandem sententiam plenè confirmant *Gul. de Bened. in d. cap. Raynutius, in ver. in eodem testamento, in 2. par. nu. 38. & seq. & Iul. Clar. in d. §. testamentum, quaest. 41. vers. praeterea quaero,* qui licèt titubando dicat hanc conclusionem in puncto iuris non esse omnino tutam, concludit tamen,
95 quòd in practica est tenenda. Ab his tamen multi, & forsan plures numero, & authoritate non inferiores dissentiunt, quos plenè refert *Menoch. de praesumpt. lib. 4. praes. 30. nu. 3. & seq. & Ludouic. Maurot. in cons. 99. nu. 62. cum plur. seq.* ea potissimum ratione moti, quòd si sola reconciliatione tolleretur exhæredatio, sequeretur, quòd euerteretur testamentum tanquam nullum præteritione filij, quod admittendum non est absque alia solemni voluntate.
96 Vnde pro huius conclusionis declaratione tria sunt animaduertenda. Primum, quòd ad tollendam exhæredationem non sufficit, ꝙ pater iniuriatus simpliciter iniuriam filio remittat, nam nō intelligeretur remisisse nisi animi rancorem, ad tollendam autem exhæredationis causam, requiritur specifica, & specialis remissio, prout post multos quos allegat, refert *Brunor. à Sole in compend. proposit. iur. in ver. pa-*
97 *ter iniuriatus.* Secundum, quòd non sufficit filium

filium commiſſi erroris pœnitentiam egiſſe, ſed opus eſt, quòd ſaltim per triennium a malo abſtinuerit, ac benè, & ſanctè vivendo perſeuerauerit, vt pulchrè dicit *Gul. de Bened. in eod.*
98 *loco ſupracitato, ſub nu. 39. & ſeq.* Tertium, quòd tunc per reconciliationem cenſetur iniuria remiſſa, quando adhuc ante reconciliationem ad actum ſolẽnem exhæredationis deuentum non eſſet, aliàs ſecus, vt optimè conſiderat *Menoch. in d. præſumpt. 30. num. 6. & ſeq.* & pulchrè *Barboſ. in 4. par. l. 1. ff. ſol. mat. nu. 47.* quibus addas omnino notata per *Surd. in d. tract. de alim. tit. 7. q. 1. nu. 28. & ſeq. & nu. 46.*
99 *cum ſeq.* An autem per ingreſſum religionis cenſeatur purgatũ ingratitudinis vitium? vide *Cyn. & Bal. in l. fin. C. de Epiſc. & cler.* & eundem *Gul. de Bened. in præcitato loco, num. 37.* & plenè *Surd. in eod. tit. 7. q. 1. num. 38. & ſeq.* qui relatis opinionibus ex magis communi Doctorum ſententia concludit religionis ingreſſum omnem ingratitudinis maculam abſtergere, & conſequẽter filium ob ingratitudines an-
100 tea commiſſas exhæredari non poſſe. Et quid ſi parentes peccent eodem vitio, pro quo volũt filiũ exhęredare, vt puta ſi mater meretrix vult exhæredare filiam ſub prætextu quod peccauit in corpus ſuum, an huiuſmodi cauſa ſit reijciẽda? vide *Curt. iun. in d. auth. non licet, nu. 12. & ſeq. poſt Iaſ. in l. in arenam, nu. 5. C. de inoff. teſtam. & Surd. in eod. tit. 7. q. 4. num. 3. & nu. 12. cum plur. ſeqq.* qui poſt multa concludit, ꝙ filia meretrix nõ poteſt patri eam exhæredanti, iddem vitium incontinentiæ obijcere, tum quia maior caſtitas requiritur in mulieribus, quàm in maſculis, vt inquit *gloſ. in l. palam. §. qua in adulterio, ff. de ritu nupt.* cùm etiam ratione reuerentiæ, quã filia tenetur patri exhibere, cùm improba reputetur filij vox, quæ patrem accuſat, *l. fin. C. de bon. matern. & l. cum oportet, §. non autem, C. de bon. quæ lib.* ſecus verò eſt in matre meretrice, quę ob impudicos filiæ mores, & inboneſtam vitam non poſſet eã exhæredare, nec alimentis priuare, per *tex. in d. l. in arenam*, cum ibi not. per *Bart. in fi. C. de inoff. teſtam.* præterquam ſi eo tempore mater eſſet emendata, & vitam honeſtã duceret, quod pluribus rationibus, & authoritatibus probat, vt ibi per eum, & pro hac concluſione plures alios concordantes refert *Sanch. in tract. de*
101 *matr. lib. 4. diſput. 24. nu. 7. & ſeq.* Quid autẽ ſi pater, vel mater ab inteſtato deceſſit relicto filio ingrato, & alijs gratis, an illi filij grati poſſint probata legitima cauſa ingratitudinis alterius fratris illum à ſucceſſione repellere? *glo. in auth. de nupt. §. ingratitudinem, in uer. lucrum* tenuit partem affirmatiuam, & eam ſequitur *Salyc. in l. fratres in 8. q. C. de inoff. teſtam*, ſed in contrarium eſt communis opinio, quam tenuerunt *Bart. & Bal. in ead. l. fratres* & ibidem *Iaſ. nu. 9.* & melius *in d. l. in arenã, nu. 1. C. eod. Ang. in l. 1. nu. 8. C. de inoff. teſtam. & Imol. in cap. fin. de poſtul.* pro qua ſecunda opinione *Angel. in præcitato loco* allegat *tex. in l. omnimodo, C. de inoffic. teſta.* vbi expreſsè cauetur, quòd ad hoc vt filius ingratus à paterna ſucceſſione repellatur, opus eſt, quòd teſtator eum nominatim exhæredet, & legitimam cauſam exprimat in teſtamento, prout etiam conſiderat *Iaſ. in d. l. in arenam, ſub nu. 1. & Molin.* qui plures alios concordantes refert in *tract. de primog. Hiſp. lib. 1. c. 9. nu. 15.* Vnde
102 ego alias in facti cõtingentia intrepidè tenui pro forma exhæredationis inductum eſſe quod fiat in teſtamento, & proinde non valere ſi pater in contractu inter viuos alicui fortè omnia eius bona donando, vel aliter contrahendo, filium etiam cum cauſa legitima exhæredauerit, quę poſt eius obitum vera eſſe probaretur, idq; pluribus rationibus fundabam, Primo per *tex. in d. l. omnimodo*, qui ſpecificè requirit pro forma, quòd cauſa exprimatur in teſtamento, & ita illum tex. intelligunt, & explicant Ang. &
103 Iaſ. in locis ſuperius allegatis. Secundo, quia exhæredatio nihil aliud eſt, quàm hæreditatis priuatio, *l. quidã cùm filium, ff. de verb. oblig.* vt refert *Iaſ. in l. 3. §. filius, num. 19. ff. de liber. & poſth.* Vnde ſicut hæreditas dari non poteſt niſi in teſtamẽto, adeò vt omni iure reprobata ſit donatio hæreditatis in cõtractu inter viuos, *l. hæreditas, C. de pact. conuent. & l. licèt, & l. pactum quod dotali, C. de pact.* cum in hæreditare tradenda certa forma, & ſolemnitas cum maiori teſtium numero, & pluribus circũſtantijs introducta ſit, vt pulchrè cõſiderauit *Bart. in cõſ. 202.* pari etiam, & maiori ratione idem dicendum eſt in exhæredatione, pro qua facienda ſimiliter certa forma tradita eſt, & inter cætera requiſita, lex non ſine miniſterio expreſsè dicit, quòd fiat in teſtamento, prout bis repetitur *in §. aliud quoque capitulũ, in princ. auth. vt cùm de appell. cogn.* omnia enim quæ in d. §. pro forma exhæredationis tradita ſunt, copulatiuè concurrere debere, plenè teſtatur *Moli.*
104 *de primogen. Hiſp. lib. 1. c. 9. nu. 15.* Et demũ quòd exhæredatio ſit actus ſolemnis, qui aliter quàm in teſtamento fieri non poteſt, in terminis affirmant *Iaſ. in l. filio quem pater, num. 6. ff. de lib. et poſth. & Surd. in d. tract. de alimen. tit. 7. q. 1. num. 50.*

CAPVT SEXTVM.

Totum hoc Capitulum respicit materiam l. fin. C. de dot. promiss. qua cautum est, quod pater præsumitur dotare filiam de bonis proprijs, etiam si filia habet alia bona propria. Quæ conclusio multipliciter ampliatur, limitatur, & declaratur; Et hinc etiam explicatur quæstio, An legatum dotis debeatur mulieri iam nuptæ, vel ei quæ postea fuit aliunde dotata? Et quid si aliquid legatum sit ab extraneo alicui mulieri pro subsidio sui maritagij, quæ postea nupsit sine dote, vel fuit à patre congruè dotata?

SVMMARIVM.

1 Pater in dubio præsumitur dotare filiam de bonis proprijs, etiam si filia haberet alia bona.

Et ratio est, quia paternum est officium dotare filiam, nu.2.

Ampliatur primo, etiam si pater expressè dicat dotare de proprijs bonis, & de bonis filiæ, nu.3.

Subampliatur quamuis filia dictæ patris protestationi expressè consentiat, nu.4.

Quid si filia tali patris protestatione annuendo specificè renunciasset bonis maternis, num.5.

Ampliatur secundo procedere quoque si pater immodicam dotem promisit, dummodo illā soluere possit, nu.6.

Subampliatur etiam si patri nō supersint bona pro maritandis alijs filiabus, nu.7.

Limitatur tamen quando non remanerent patri tot bona, vt sufficerent pro legitima filiorum, nu.8.

Ampliatur tertio, etiam in impensis factis à patre tempore nuptiarum filiæ, nu.16.

Ampliatur quarto, nam dotando filiam viduam, censetur quoque dotare de bonis proprijs, & non animo compensandi cum prima dote, nu.25.

Licet alij defendant oppositum, nu.26.

Quid si mulier se ipsam habet, num.27. remissiuè.

Ampliatur quinto, quia si pater, & mater dotem pro filia promiserint, censetur pater principalis, & mater fideiubens, nu.31.

Quod declaratur non procedere de Iure consuetudinis huius Ciuitatis, nu.32.

Primo limitatur principalis regula non procedere si tempore dotationis pater specificè declarauit quantū dat de proprijs, & quantum de bonis filiæ, nu.9.

Si tamen incongruam dotē promisisset de proprijs, cogetur officio Iudicis ad congruè dotandum, nu.9. in fi.

Quid si pater promisit mille, computato omni eo, quod filia habere posset tam de paternis, quàm de maternis, vel aliunde, num.10.11.12. & 13.

Secundo limitatur locum non habere dotata prius vna filia cum expressione pro medietate de paternis, & pro alia de maternis, nā si postea simpliciter dotauerit aliam filiam, censetur dotasse vt primam, nu.17.

Quod an sit verum, nu.19.20. & 21.

Tertio limitatur, quando pater esset administrator bonorum filiæ, tunc enim præsumitur dotasse ex bonis filiæ, nu.22.

Quamuis alij contrarium teneant, num.23. & 24.

24 Pater dum pro filia dotem promittit, statim ius filiæ quæritur irreuocabiliter super bonis paternis.

15 Dotalia pacta non possunt alterari, nisi concurrat consensus mulieris, & eius vtilitas.

Nec sufficit si ex pacto possit conditio mulieris effici melior, & deterior, nu.16.

18 Pater præsumitur voluisse inter filios æqualitatem seruare.

27 Mulier se ipsam nuptui tradendo, an censeatur in dubio eandem dotem secundo viro promittere, quam dederat primo, remissiuè.

Et an præsumatur dare viro donationē propter nuptias, quam lucrata fuit à primo viro, nu.28. remissiuè.

Et an simpliciter nubens censeatur in dotem dare omnia bona quæ habet, num.29. remissiuè.

Nomi-

Nomina autem debitorum nunquam in dotē dare præsumitur absque expressa cessione, nu. 30.

32 *Mater si pro filia dotem soluat eam repetet à viro actione negotiorum gestorum.*

33 *Mulieris obligatio vna cū marito ob causam dotis, an valeat, remissiuè.*

34 *Mater an possit intercedere pro filio ex causa dotis, & antefati, remissiuè.*

35 *Dote à patre legata filiæ in testamento, si superueniens illam nuptui tradat, & eandem, vel maiorem summam pro dote promittat, legatum censetur extinctum.*

Primo ampliatur, etiam si legatum esset simplex, & non in causam dotis, nu. 36.

Secundo ampliatur idem esse in legato facto filiæ spuriæ, nu. 42.

Si tamen maior sit quantitas legata, quàm dos postea à patre cōstituta, debetur illud plus, num. 37.

38 *Legatis mille pro dotādа cappella, quæ postea fuit dotata in quingentis, debetur residuū, non mutata voluntate.*

39 *Pater si prius dotem filiæ promisit, & deinde fecit eidem legatum, censetur fecisse animo compensandi, & nu. 40.*

41 *Pater si legauit filiæ aliquam summam pro dote, eandemque frater dotauit, non facta mentione legati, censetur legatum inclusum.*

43 *Legata certa pecunia ab extraneo in subsidiū maritagij puellæ, quæ à patre deinde dotata fuit, nil dicto de legato, an illud debeatur, & nu. 44. vsque ad fin.*

45 *Legatum dotis non debetur nuptæ à parentibus, vel alijs propinquis.*

46 *Legatum factum cum quis doctorabitur, vel pro expensis doctoratus, debebitur etiam si viuo testatore se doctorauit aliunde.*

47 *Legatis alicui ducetum pro ædificanda domo, si in ædificio centum impendit, habebis legatarius residuum, & nu. 48.*

50 *Legatum si fiat à patre, vel auo pro maritagio puellæ, quæ nupsit deinde sine dote, vel aliunde dotata fuit, debebitur.*

Fallit si fuerit factum ab extraneo, nu. 55.

51 *Legatum à patre factum, si nupserit filia, debebitur etiam si illa nupta sit.*

Idem est si fiat pro filia maritāda, & reperiatur virum habere, nu. 52.

Fallit si fuerit ab auo legatum factum, & neptis à patre fuerit dotata, nu. 54.

53 *Pater tenetur filiam dotare, etiam si nupta sit sine dote.*

56 *Dictio (pro subsidio maritagij) denotat causā finalem.*

57 *Legatum pro filia maritanda an differat à legato facto pro dote, & nu. 58. & 59.*

60 *Legatū catenus debetur quatenus adest causa, propter quam factum fuit.*

1 NOTABILIS quoq; est in hac materia Imperatoris constitutio *in l. fi. C. de dot. promiss.* qua cautum est, quod pater in dubio semper præsumitur dotare filiā de bonis pro-
2 prijs, etiam si fortè filia haberet alia bona aduentitia, cuius decisionis potissima ratio est, nam paternum est officium dotare filiam, *l. qui liberos. ff. de ritu nuptiar.* Et ideo dum pater dotem promittit, seu dat pro filia, cēsetur proprio, ac necessario muneri satisfacere, vt benè considerauit *Rip. in l. 1. nu. 54. ff. sol. matr. & ibidem Soc. iun. nu. 157*, quorum sententiam approbat, & a contrarijs defendit *Menoch. in tract. de præsump. lib. 3. præsump. 15. nu. 6. &*
3 *seq.* Tantaque huius præsumptionis vis est, quod etiam si pater expressè dicat se dotare filiam de proprijs bonis, & de bonis ipsius filiæ, nihilominus ex iuris intellectu fit interpretatio, quod bona filię cēsentur promissa in subsidiū, quatenus paterna non sufficerent, & nō aliter, prout expressè cauetur in ead. l. fin. quam ita communiter intelligunt omnes DD. qui eam interpretati sunt, & alij, quos late cumulant *Menoch. in d. præsump. 15. num. 22. & seq. & Mascard. in tract. de probat. concl. 1155. nu. 5. & seq.* qui hanc conclusionem adeò plenè, & copiosè pluribus ampliationibus, & limitationibus exornant, vt aliquid ab eis prætermissū non sit, quod si referre velim, non videatur ab eisdem Authoribus quasi trāscriptum; & ideo aliquas tantum pro dictæ legis declaratione conclusiones attingam, quæ nedum vtiliores, sed etiam magis apud DD. controuersæ sunt, earumque veriores decisiones quoad fieri pote-
4 rit nancisci conabor. Prima autem dictæ legis declaratio est, quòd etiam si filia dictæ patris protestationi expressè consentiat, nullum sibi præiudicium affert, nam eius consensus intelligitur eo modo, quo principalis promissio facta per patrem à iure interpretationem recipit, prout ex multorum Doctorum sententia testatur *Hier. Gabr. in cons. 156. sub num. 21. lib. 1. Berta z. in cons. ciu. 25. num. 103. Io. Vinc. de Anna in alleg. 88. nu. 5. & Barbos. in commentar. l. 1. ff sol. matr. in 4. par. num. 155. & seq.*
5 Quam conclusionem aliqui ampliant procedere, etiam si filia huiusmodi paternæ protestationi annuendo, specificè renunciasset bonis maternis, prout affirmant *Paris. in cons. 80. nu. 4. lib. 3. & Affl. in decis. 178. in 9. dub.* Sed

hãc ampliationem communiter Doctores impugnant ea ratione, nam filia renuncians bonis
maternis, non pôt amplius ad ea habere regressum, ex reg. *sex. in c. quamuis pactum, de pact.*
in 6. & consequenter frustra prętenderet se
fuisse dotatam de bonis paternis tantum, ad finem ne excludatur a bonis maternis, cũ ei obstet specifica illorum renunciatio, & quietatio,
vt animaduertit *Crau. in cons. 84. nu. 4.* cum
quo concordant *Catell. Cotc. in memorab. in*
verb. dos data, circa med. Vrsill. in add. ad Afflic. in d. decis. 178. nu. 3. & in decis. seq. nu.
3. Ioseph Ludou. in decis. Perus. 21. nu. 32. &
seq. & Barbos. in d. 4. par. l. 1. ff. sol. matr. sub
nu. 154. vers. hanc secundam conclusionem.
6 Secunda, quæ se mihi offert declaratio, seu magis ampliatio ad legem prædictã, est, quòd eius
dispositio procedit, etiam si pater immodicam
dotem promisit, dummodo tamen tot habeat
in bonis, vt eam soluere possit, prout ex eodem
tex. benè eius verba ponderando, notabiliter
considerant *Hier. Gabr. in d. cons. 158. nu. 21.*
vol. 1. Paris. in d. cons. 80. nu. 2. vol. 3. Menoch.
in d. præsum. 15. nu. 17. & Bursat. in cons. 215.
7 *sub nu. 3. vol. 2.* Quæ conclusio procedit, etiam
si patri tot bona non supersint, vt eandem dotẽ
possit alijs filiabus constituere, vt plenè defendit *Afflic. in decis. 179.* cum quo concordant
Paris. in eodem consil. 80. num. 3. & in repet. l. 1. ff. solu. matrim. num. 114. Gerard. de
Petr. San. in singul. 71. Menoch. in dict. præsump. 15. num. 18. & Mascard. in dict. con-
8 *clusio. 1155. num. 12.* Sed ea limitatur, quando non remanerent penes patrem tot bona, vt
sufficerent pro legitima aliarum filiarum, tunc
enim potius facienda esset interpretatio, quòd
pater voluerit eam dotare etiam de alijs bonis
aduentitijs ipsius filiæ, quam alias filias legitima portione fraudare, pro qua eis competeret
remedium reuocatorium ex beneficio, *l. unic.*
C. de inoff. dot. iuxtà notata per *Afflic. & Vrsill. in decis. 86. Vinc. de Franch. in decis. 104.*
& plenè per *Io. Lopez. in rep. cap. per vestras,*
de donat. inter vir. & uxor. §. 70. nu. 6. & seq.
fol. mihi 153. in paruis impress. prout benè considerat *Mascard. in eadem conclus. 1155. num.*
14. Quæ consideratio licet nec iuribus, nec
alijs authoritatibus fundata sit, nihilominus
mihi satis æqua, & rationabilis videtur, & in
eandem quoq; sententiam inclinat *Ioseph Ludou. in d. decisio. Perus. 21. num. 27. in 1. par.*
9 Tertia eiusdem principalis conclusionis declaratio est, quòd ea procedit in dubio, quando non constat de voluntate patris, nisi per verba generalia; sed si tempore dotationis pater
specificè declarauit quantum dare voluit de
propria pecunia, & quantum de bonis maternis, seu alijs aduentitijs ipsius filiæ, tunc non
est ab expressis verbis recedendum, nam in
claris non est opus coniecturis, *l. ille aut ille, §.*
cum in verbis, ff. de leg. 1. & l. continuus, §. cũ
ita, ff. de verb. oblig. prout in specie cauetur in
eadem *l. fin. in fin. ibi, vt reuera appareat quid*
ipse velit dare, et quid de substantia filiorum
proficiscatur, quam ita exemplificant *Socin. iun. in l. 1. nu. 178. ff. sol. matr. et ibidem Herculan. nu. 28.* Hoc autẽ intelligitur, vt pater,
facta hac declaratione, conueniri non possit, ad
integram dotem soluẽdam vigore suæ promissionis de bonis proprijs, prout teneretur si hãc
declarationem non fecisset, non autem vt sit
omnino liberatus, ita vt si filiam non congruè
dotasset de bonis proprijs, ea non possit implorato iudicis officio patrem cogere ad congruã
dotem consignandam etiam de bonis proprijs,
vt benè ex multorum DD. sententia animaduertit *Barbos. in d. 4. par. d. l. 1. ff. sol. matr. sub*
10 *nu. 24.* Verum in hoc magna est inter Doctores altercatio an satis declarata videatur patris
voluntas, si dotem promittendo non expressit
specificè quantum dare volebat de bonis proprijs, & quantum de bonis filiæ, sed exempli
gratiã, promisit mille aureos, computato omni
eo, quòd filia habere posset tam de bonis paternis, quàm maternis, vel aliunde? In quo dubio
Bal. Nouell. in rep. l. 1. ff. sol. mat. nu. 90. & in
tract. de dote, in 6. par. priuileg. 6. intrepidè tenuit, his amplis verbis non obstantibus, filiam
censeri absolutè dotatam de bonis paternis tãtum, si pater sit soluẽdo, & vltra dotem à patre
promissam petere posse bona materna, & subdit ita vidisse conclusum per Io. de Montesperello, & se subscripsisse eidem consilio, vnde
animaduertit incautos patres ne decipiantur
ob tabellionum imperitiam, & cum eadem opinione concordant *Ias. in §. fuerat, num. 106.*
instit. de actio. & in cons. 133. num. 11. & seq.
vol. 4. Paris. in d. cons. 80. nu. 3. vol. 3. Gul. de
Bened. in repet. cap. Raynutius, de testam. in
2. par. in ver. dotem quam ei dederat, num. 22.
pulchrè *Neuiz. in cons. 16. num. 8. & in Silu. nupt. in 2. lib. in verb. diuiti non est nubendũ,*
sub nu. 181. & Surd. in cons. 172. nu. 51. vol. 1.
& in tract. de alimen. tit. 6. quæst. 8. num. 50.
11 Sed horum opinio communiter impugnatur,
vt patet ex not. per *Soc. iun. in d. l. 1. ff. sol. mat.*
nu. 177. & ibidẽ per *Rip. nu. 92. Ruin. nu. 140.*
& plenè per *Camill. Visitarin. in eiusdem l.*
repet. nu. 109. Cott. in memorab. in ver. dos data, Corn. in cons. 16. sub num. 4. vol. 3. & alios
plenè relatos per *Mascard. in d. conclus. 1155.*
nu. 20. & Menoch. in d. præsumpt. 15. nu. 24.
& seq. quibus addo, quæ pulchrè considerat
Io. Lopez in rep. d. c. per vestras, de don. inter
vi. & uxo. §. 14. fol. mihi 145. in paru. impress.
in verb. quinto officium paternũ est, sub nu. 3.
& seq.

& seq. & Burs. it. in cons. 48. nu. 18. volum. 2. qui omnes concludunt ex huiusmodi verbis satis declaratam apparere patris voluntatẽ, quod in dote promissa compẽsari voluit etiam bona ipsius filiæ, & hanc quoque opinionem veriorem esse fatetur *Barbos. in d. 4. par. l. 1. ff. solut. matr. nu.* 158. & secundum eam iudicatũ fuisse
12 testatur *Gam. in decis. Lusitan.* 155. Verum animaduertendum est, quòd hæc secunda opinio etiam ex mente multorum DD. qui eam tenuerunt procedit, quando filia dotata suum cõsensum huic paternæ protestationi legitimè præstitit, alias enim nullum ei præiudicium inferri posset, quin vltra dotem a patre constitutam, habere etiã valeat bona materna, prout in specie tenuerũt *Io. Campeg. in tract. de dot. quæst.* 16. *sub nu.* 3. *Ias. ind. §. fuerat, nu.* 106. *vers. sed audite, Cavall. Vrsilarin. in rep. d. l.* 1. *nu.* 101. *ff. sol. matr. Bursat. in cons.* 215. *nu.* 6. *vol.* 2. pulchrè *Hier. Gabr. in cons.* 156. *sub nu.* 26. *vol.* 1. & alij relati per *Mascard. in d. concl.* 1155. *nu.* 23. *Menoch. in d. præsump.* 15. *nu.* 31. *& Mastrill. in decis.* 186. *nu.* 12. *lib.* 2. Sed contrarium verius esse affirmat *Barbos. in d. 4. par. l. 1. ff. sol. matr. sub nu.* 159. *vers. sed nõ placet,* ea ratione motus, nam licet filia non cõsentiat, tamen bona patris nõ debeat censeri obligata vltra eius intentionem, ex reg. *tex. in l. nõ omnis, ff. si cer. pet.* vltra quod pernecesse fatẽdum est, quod aut illa verba, cõputato omni eo &c. important expressam declarationem paternæ volũtatis, & parum curandum est de filiæ consensu, nã præsumptio, quæ oritur ex dicta l. fin. procedit solum quando verba sunt ambigua, non autem quando sunt clara, vt in eadem l. communiter affirmãt omnes DD. absque vllo contradictore. Aut illa verba sunt dubia, & similiter filiæ consensus, seu acquiescentia nihil operatur, nam censetur præstitus prout ius interpretatur paternam promissionem, vt notatũ fuit supra in prima declaratione. Vnde puto supradictam secundam opinionem esse simpliciter tenendam, cum re vera sit communior, &
13 melioribus rationibus fundata. Item animaduertendum est, quòd si tenenda est hæc secunda opinio, ea procedit quando huiusmodi protestationem pater fecit in ipso actu dotandi, secus si postea, vt patet ex relatis per *Menoch. in alligata præsumpt.* 15. *num.* 19. *Mascard. in d. concl.* 1155. *num.* 10. *& Bar. in tract. de non*
14 *melioran. filiab. cap.* 11. *nu.* 3. Dum enim pater promisit dotem pro filia, statim ex illa promissione fuit ius filiæ quæsitum super bonis paternis irreuocabiliter, etiam ea absente, *l. ex morte, in fi. C. de pact. conuent. & l. vn. §. accedat, C. de rei vxor. act.* & proinde non potest
15 amplius per patrem iuribus filiæ quæsitis præiudicari, nec eius cõditio deterior fieri. Ad hoc enim vt pacta dotalia alterari valeant, opus est quòd duo copulatiuè cõcurrant, scilicet ipsius mulieris consensus, & eius vtilitas, iuxta not. per *Soc. iun. in cons.* 118. *nu.* 11. *et seq. in* 3. *vol. & Io. V. inc. Honded. in cons.* 14. *nu.* 53. *& seq.*
16 *vol.* 1. Nec sufficit si pactum sit tale, quod ex eo possit melior, & deterior mulieris conditio effici, nam opus est, quòd ex euentu cũ effectu concurrat eius vtilitas, vt pulchrè consuluit *Natt. in cons.* 37. *vol.* 1. per tex. quem dicit esse mirabilem, *in l. Attilicinus, ff. de pact. dotal.* Quæ conclusio procedit etiam in impensis factis per patrem tempore nuptiarum filiæ, quas similiter in dubio censetur fecisse de bonis proprijs, nec poterit, si ab initio protestatus non fuit, postea declarare eas fecisse de bonis filiæ, vt inquit *Barbos. in d. 4. par. l. 1. ff. sol. matr. sub nu.*
17 144. *vers. amplia quinto.* Quarta eiusdem principalis conclusionis declaratio est, quod ea non procedit quando pater prius vnam filiam dotauerat, eiq; expressis verbis dotẽ constituerat pro medietate ex bonis proprijs, & pro alia medietate ex bonis ipsius filiæ, nam si postea alteram filiam nuptui tradat, eiq; dotem simpliciter constituat, præsumendum est, quòd eam similiter dotare voluit sicut primã, prout post *Soc. in d. l. 1. ff. sol. matr.* tenuit quoque *Rum. in*
18 *repet. eiusdem l. nu.* 144. Ea potissimum ratione, nam semper præsumendum est, quòd pater voluerit inter filios æqualitatem seruare, iuxta not. *in l. fin. C. commun. vtr. iud. & in l. vt liberis, C. de collat.* & plenè per *Zanch. in repet. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. in* 1. *par. nu.* 44. *cum plur. seq.* Sed hæc quoque conclu-
19 sio non ita simpliciter est intelligenda, sed animaduertendum est, quod aut pater quando secundæ filiæ dotem constituit, protestatus fuit se dotem dare ex bonis proprijs, & ex bonis ipsius filiæ, & hoc casu quamuis regulariter nõ obstante illa protestatione censeretur filia dotata de bonis paternis tantum, ex dispositione *d. l. fin. C. de dot. promiss.* Nihilominus ratione æqualitatis seruãdæ cum alia filia prius nupta, procedit supradicta declaratio, quàm etiam sequuti fuerunt in eadem *l. 1. ff. sol. mat. Soc. iun. nu.* 125. *& Bolognet. nu.* 110. *vers. secundo li-*
20 *mita.* Aut verò huic secundæ filiæ fuit à patre dos simpliciter promissa absque vlla protestatione, & hoc casu non habet locum declaratio prædicta, nam sola coniectura æqualitatis seruandæ hunc effectum operari non potest, vt benè animaduertit *Rip. in eadem l. 1. nu.* 93. cum quo concordat ibidem *Soc. iun. nu.* 175. *versic.*
21 *sed mihi verba.* Nisi fortè quantitas secundæ dotis esset eadem cum illa quæ fuerat primæ filiæ constituta, prout sub dubio innuit idem *Soc. iun. sub eodẽ nu.* 175. *vers. sed si quantitas,* quem refert *Menoch. in d. præsump.* 15. *nu.* 27.

Quinta

22 Quinta eiusdem principalis conclusionis de-
claratio est, quod ea nō procedit quando pater
esset administrator bonorum filiæ, nam tunc
præsumitur eam dotasse tanquam negotiorum
gestor ex bonis ipsius filiæ, secundum Bart. in
l. Nesennius, nu. 5. ff. de neg. gest. cum quo con-
cordat quoque Raph. Cum. in cōs. 88. sub nu. 5.
23 Sed animaduertas, quòd licet magna sit autho-
ritas Bart. nihilominus hæc opinio est commu-
niter reprobata ab omnibus DD. in d. l. 1. ff. sol.
matr. vt patet ex ibi not. per Rip. nu. 90. Par-
pal. sub nu. 16. & Camill. Visitar. num. 99. &
seq. & alios, quos plenè cumulant Menoch. in
d. præs. 15. num. 14. Mascard. in d. concl. 1155.
nu. 29. & Surd. in tract. de alim. tit. 6. quæst. 8.
nu. 50. & hanc quoque opinionem à contrarijs
defendit Barbos. in d. 4. par. l. 1. ff. sol. matrim.
24 nu. 145. & seq. Et licet aliqui conentur salua-
re opinionem Bar. in casu quo pater forte pro-
misisset dotem immodicam, & vltra vires sui
patrimonij, ita vt eo casu eatenus præsumatur
ex suis bonis dotem promisisse quatenus eius
vires sufficiant, & reliquum administratorio
nomine de bonis filiæ, prout sensit Soc. sen. in
eadem l. 1. ff. sol. matr. sub num. 36. vers. sed tu
considera. Nihilominus ab hac quoque opi-
nione dissentiūt Soc. iun. in eadem l. 1. nu. 170.
& seq. & ibidem Bald. Nouell. nu. 78. Paris. in
d. cons. 80. nu. 2. vol. 3. et Menoch. in d. præs. 15.
sub nu. 16. quorum sententia confirmatur etiā
ex ijs, quæ supra relata fuerunt num. 6. & seq.
25 Sexta dictæ conclusionis declaratio est, quòd
eiusdem l. præsumptio procedit quando pater
promittit dotem pro filia vidua secundò nubē-
te, nam tunc quoque censetur eam dotare de
bonis proprijs, & non animo compensandi cū
prima dote, vt dixit notabiliter Alex. in l. hu-
iusmodi, §. cum pater, nu. 7. ff. de legat. 1. cum
qua opinione concordant Soc. in cons. 100. sub
nu. 7. vers. et maximè, vol. 3. Soc. iun. in cōs. 79.
nu. 85. vol. 3. & Menoch. in d. præs. 15. nu. 13.
26 Sed etiam hæc conclusio non videtur omnino
tuta, ex not. per Guid. Pap. in decis. 375. nu. 3.
qui in contrarium allegat tex. in l. dotem, ff. de
iure dot. & Cyn. in auth. sed quamuis, in 3. q.
C. de rei vxo. act. cum quo concordant Gul. de
Bened. in repet. cap. Raynutius, de testam. in 1.
par. in ver. dotē quam ei dederat, nu. 15. & 18.
& alij, quos refert Boer. in decis. 137. num. 1. &
27 per totam. Quid autem si non pater pro filia,
sed ipsamet mulier se nuptui tradat, an censea-
tur in dubio eandem dotem secundo viro pro-
mittere, quā dederat primo? vide cumulata per
28 Viu. in comm. opin. 534. per tot. Et an præsu-
matur dare secundo viro etiam donationem
propter nuptias, quā à primo viro lucrata fue-
rat? vide quæ plenè tradit Surd. in cons. 392.
in 2. dub. vol. 3. & Pet. Caball. in cons. 5. per to-
29 tum, lib. 2. Et an mulier simpliciter nubens cē-
seatur dare in dotem omnia bona, quæ habet?
vide not. per Vrsill. in decis. 44. nu. 4. & plenè
30 per Eugen. in cons. 97. per tot. Et quod nunquā
censeatur dare in dotem nomina debitorum
absq; expressa cessione, tradit notabiliter Gui.
31 Pap. in decis. 499. nu. 2. Septima eiusdem con-
clusionis declaratio, seu potius ampliatio est, q
si pater, & mater dotem promittunt pro filia,
pater tantum tenetur tanquam principalis, &
vxor censetur interuenire tāquā fideiussatrix,
vt inquit Bal. Nouell. in tract. de dot. in 6. par.
priuil. 3. col. 2. cum quo concordant Io. Lopez
in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 6. Crau.
in cons. 77. nu. 2. & seq. Rol. à Vall. in cons. 64.
nu. 6. lib. 1. Surd. in cōs. 290. nu. 19. & in tract.
de alim. tit. 6. q. 17. nu. 15. cum seq. & Cather.
32 in decis. 44. nu. 7. Imo si mater soluit dotem
pro filia, eam repetit actione negotiorum ge-
storum à viro, vt not. Alex. Raud. in decis. 3.
nu. 9. De iure vero cōsuetudinario huius Ciuita
tis statutum fuit, quod si vir, & vxor simul do-
tem pro filia promittunt, videtur dos consti-
tuta de bonis vtriusq; pro rata ipsorum bono-
33 rum, vt in cons. si constante. An autem valeat
obligatio mulieris vna cum viro ob causam do-
34 tis? vide Surd. in decis. 164. per tot. Et an ma-
ter possit intercedere pro filio ex causa dotis, &
antefati? vide Vincen. de Franch. in decis. 182.
35 Octaua eiusdem principalis cōclusionis decla-
ratio est, quòd si pater legauit filiæ dotem in te-
stamento, & deinde superuiuens, filiam nuptui
tradat, & eandem, vel maiorem summam pro
dote promittat, legatum censetur extinctum,
& cum dote compensatum, l. filia legatorum,
cum ibi not. per Doctores, C. de legat. & l. Lu-
cius, la prima ff. de legat. 2. prout in specie affir
mant Ruin. in cons. 81. sub nu. 7. lib. 2. Soc. iun.
in cons. 79. nu. 18. lib. 3. Phanuc. in tract. de lu-
cro dot. glo. 8. nu. 83. & Surd. in cons. 14. nu. 13.
& plenius in cons. 119. nu. 10. & sequen. lib. 1.
quamuis contrarium suadere videatur Hiero.
Magon. in decis. Lucen. 28. nu. 15. cū plur. seq.
36 Quæ conclusio procedit etiam si legatum esset
simplex, & nō in causam dotis, prout ex magis
communi DD. sententia affirmant Ias. in l. hu-
iusmodi, §. cum pater, nu. 16. & seq. ff. de leg. 1.
& alij quos plenè refert Fab. de Anna in cons.
91. nu. 5. & seq. & Menoch. de præsump. lib. 4.
37 præsump. 109. nu. 24. In hac autem facti specie
maius dubium est an eadem cōclusio procedat
si maior sit quantitas legata, quàm dos postea
per patrē constituta? sed licet in hoc variè fue-
rint Doctorū opiniones, nihilominus verior,
magisq; cōmuniter recepta conclusio est, quòd
si minor est quantitas pro dote cōstituta, quam
legatum, non fit compensatio nisi pro rata do-
tis assignatæ, & reliquum vsque ad summam
lega-

legatũ filiæ debeatur, prout ante omnes tenuit
Oldrad.in d.l.Lucius, cuius opinionem appro-
bant *Iacobin.in d.l.filia legatorum, nu.2. &*
ibidem Paul.de Caſt.nu.2. et Iaſ.nu.3. Ruin.
in conſ.223.nu.4.vol.1. & alij relati per *Fab.*
de Anna in d.conſ.91.nu.14. cum plur.ſeq. et
38 *Vinc.de Franch.in deciſ.422.nu.6.* Vnde no-
tabiliter infert *Iacobin.in d.l.filia legatorum,*
num.5. quod ſi quis legat mille pro dotanda
Cappella, & deinde ſuperuiuẽs eam dotauerit
cum ducatis quingentis, eo decedente non mu
tata voluntate, debetur reſiduum vſque ad inte
gram quantitatem legati, quam concluſionem
ſequitur *Couarr.in d.cap.officij, nu.10.in fi.de*
teſtam. & Fab.de Anna in d.conſ.91.nu.19.
39 Eadem quoque cõcluſio ampliatur, quòd pro-
cedit etiam in caſu contrario, quando prius pa-
ter dotem promiſit, & deinde fecit filię legatũ,
nam illud cenſetur feciſſe animo compenſandi
cum dote promiſſa, vt communiter affirmant
DD.*in d.l.huiuſmodi,§.cum pater,ff.de leg.1.*
Pariſ.in conſ.95.nu.38.vol.2.Couarr.in c.offi-
cij,nu.2.de teſtam. & plenè *Menoch.in d.præ-*
40 *ſumpt.109.nu.16.et ſeq.in 4.lib.* Verum quia
in hoc articulo Doctores communiter diſtin-
ctionem faciunt inter debitum ex cauſa neceſ-
ſaria, & ex cauſa voluntaria, & inter legatum
quantitatis, & ſpeciei, ideo ne alienos labores
mihi adſcribam, remitto me ad ea, quæ refert
Card.Mantic.in ſuo elegãti, et vtili tractatu
de coniect.vltim.volunt.lib.10.tit.2.per totũ,
41 *et Menoch.in d.præſ.109.per tot.* Ampliatur
etiam eadẽ concluſio, quod ſi pater legauit filię
certam quantitatem pro eius dote, & poſtea fra
ter dotat ſororem nulla facta mentione legati,
in ea dote cenſetur incluſum, & compenſatum
paternum legatum, vt notabiliter dixit *pract.*
Papienſ.in for.libell pro legato rei ſingul.in
verb.coram vobis, nu.77. verſ.præterea quæ-
ritur, quem refert, & ſequitur *Soc.iun.in conſ.*
79.nu.104.vol.3. & hanc concluſionem plenè
defendit *Hieron.Magon.in deciſ.Florent.13.*
nu.23.cum plur.ſeq. & pro ea faciunt etiam
plenè notata per *Iaſ.in conſ.160.lib.4* & licet
contrarium videatur tenuiſſe *Bald.Nouell.in*
tract.de dot.in 6.par.priuil.45. dicens fauore
dotis compenſationem nõ præſumi, ſed potius
animum donandi, ſi non adeſt contraria prote-
ſtatio, nihilominus recedẽdum non eſt a ſupra-
dicta concluſione, quæ magis communiter re-
cepta eſt, niſi diſtinctionis ſede has opiniones
concordando dicas, quòd aut legatum erat in
quantitate, & ſolutio facta per fratrem fuit etiã
in quantitate, & ſine dubio cẽſetur facta animo
compenſandi, aut verò legatum erat in quan-
titate, & ſolutio facta fuit in ſpecie, & tũc cum
non poſſit habere locũ compenſatio, procedere
poteſt ſupradicta opinio, quod præſumatur ani
mus donandi, vt in ſpecie inquit *Catell.Cott.*
in memorab.in verb.frater dotans ſororem.
42 Item ampliatur eadẽ concluſio, quòd ſi pater
legauit certam quantitatem filiæ ſpuriæ, quam
deinde nuptui tradidit, & dotauit, legatum
cenſetur extinctum, vt in ſpetie dixit *Petr.de*
43 *Benintẽ.in deciſ.Bonon.22.per totam.* Et de-
mum pro cpmplemento materiæ eiuſdem con-
cluſionis ſubijciam notabilem quæſtionẽ, quæ
nunc vertitur in facto, & pendet eius deciſio,
quæ talis eſt. Quidam teſtator reliquit eius ne-
pti ex fratre viuente certam pecuniarum ſum-
mam pro ſubſidio ſui maritagij, quæ deinde
fuit nuptui tradita, & competenter dotata à
patre, nulla facta mentione dicti legati, verum
poſtea dicta legataria ceſſit iura conſequendi
dictum legatum eidem patri dotanti, qui nunc
vigore dictæ ceſſionis agit contra hæredes di-
cti teſtatoris pro conſequutione dicti legati,
qui excipiunt ad eius ſolutionem non teneri,
nam finalis cauſa legati fuit extincta, dum
mulier illud ante nuptias non petije, & aliun-
dę dotem habuit, prout in proprijs terminis
conſuluit *Bald.in conſil. 493. incip. Conſi-*
derato vol.5. qui dicit non obſtare, ſi ex aduer-
ſo dicatur, quòd etiam nuptæ dos conſtituitur,
& quòd matrimonium eſt cauſa productiua
dotis, non extinctiua, nam hoc procedit in do-
te ſimpliciter, vel iure naturæ debita, non in
caſu propoſito, in quo dos non erat ſimplici-
ter debita, ſed tantum grauatus fuit hæres cer-
tam quantitatem illi puellæ ſoluere pro ſubſi-
dio ſui maritagij, quæ cauſa penitus deficit tẽ-
44 pore quo hæres conuenitur. Quæ concluſio cõ-
firmatur authoritate eiuſdem *Bal.in conſ.360.*
in 4.vol. vbi conſuluit legatum dotis non de-
beri nuptæ à parentibus, vel ab alijs propin-
45 quis. Sed aduerſus hæc replicatur, in eiſdẽ ter-
minis cõtrarium conſuluiſſe *Imol.in conſ.115.*
nu.9.& Pau.de Caſt.in conſ.148.incip.propo-
nitur in facto, quòd quadam teſtatrix, vol.2.
qui eandem ſententiam cõfirmat *in l.Publius*
Meuius, num.2.ff.de condit.& demonſtr. vbi
etiam notabiliter infert, quòd ſi fiat legatum
alicui, cum doctorabitur, vel pro expenſis do-
ctoratus, qui viuo adhuc teſtatore doctoratus
inſignia acquiſierit, & aliũde fecerit expenſas,
47 non prohibetur poſtea legatum petere. Hinc
etiam idem *Paul.de Caſtr.in l.Lucius Titius,*
la prima, ſub n.2.ff.de leg.2. notabiliter dixit,
quòd ſi legata ſint alicui ducenta, vt ædificet ſi-
bi domum, qui poſtea centum tantum pro ex-
penſis ædificij erogauerit, ei debetur quoque
reſiduum aliorum centum pro integra ſumma
48 legati. Et pro hac ſecũda opinione plures alios
concordantes refert *Tiraq.in tract.cau.ceſſan.*
in 18.limit.nu.2. Quid igitur tenendum? In
hac controuerſia reperio, quòd *Natt.in conſ.*

485.in

49 485.*in princ.vol.3.* proponit hanc quæstionē, & relata vtraque opinione, nihil concludit, nā casus, in quo ipse consuluit, erat diuersus, & alium Doctorem, qui hanc quæstionem plenè explicet, adhuc inuenire non valui, & licet eā quoq; tangat *Quintil. Mandos. in cons.* 105.
50 Eius tamen fundamenta mihi non satisfaciūt, vnde pro vera huius articuli resolutione, duos casus distinguendos esse arbitror. Quorum primus est, quando certa quantitas fuit à patre, vel ab auo legata pro maritāda filia, seu nepte, quæ deinde fuit nuptui tradita sine dote, vel aliūde dotem habuit, & hoc casu nullo modo mihi dubitandum videtur, quòd legatum omnino debetur, nam causa legati non est extincta, sed cōfirmata per matrimonium, prout ipsemet *Bal.* consuluit *in cons.* 330. *vol.* 5. & in his terminis propriè loquitur *Gul. de Cun.* qui antesignanus pro contraria opinione allegatur *in l. cum it, §. si mulier, ff. de cōd. indeb.* quam refert *Ias. in l. huiusmodi, §. cum pater, nu.* 20. *ff. de leg.* 2. *& Alex. in cons.* 7. *sub nu.* 10. *vers. hoc in ter-*
51 *minis, vol.* 2. Pater enim tenetur dotare filiā, & ideo si facit ei legatum, si nupserit, quamuis nupta sit, legatum debetur, vt in terminis deciditur *in l. si quis heredem, C. de inst. & subst.*
52 Item legatum filiæ relictum pro ea maritanda, debetur etiam si tunc reperiretur virum habere, vt dixit *Bald. in d. l. filia legatorum, nu.* 1. *C. de legat.* quem DD. cōmuniter sequuti sunt, quos plenè refert *Surd. in cons.* 393. *nu.* 51. *&*
53 *seq. vol.* 3. Imo pater cogitur filiam dotare, etiā si nupta sit fine dote, vt communiter affirmant *DD. in l.* 1. & præcipuè *Rip. nu.* 55. *ff. sol. matr.* & alij, quos refert idem *Surd. in tract. de alim.*
54 *tit.* 1. *q.* 32. *nu.* 15. Verum si legatum dotis factū sit ab auo eius nepti, quæ deinde sit nuptui tradita, & dotata à patre, in ea dote imputandum esset dictum legatum, cum in dubio relictum censeatur contemplatione patris, vt ex magis communi DD. sententia, pulchrè refert *Magon. in d. decis. Floren.* 13. *in* 1. *dub.* & præcipuè
55 nu. 7. Secundus vero casus est, quādo huiusmodi legatum pro muliere maritāda, seu pro subsidio maritagij factum est ab extraneo, qui non habebat onus dotādi, prout in casu proposito, & tūc omni iure arbitror, quòd dum fuit à patre nuptui tradita, & simpliciter dotata, legatum amplius non debetur, & in his terminis propriè loquitur *Bal. in alleg. cons.* 493. *vol.* 5. dum respōdet obiectioni, quòd matrimonium est causa dotis productiua, non extinctiua, dicēs hoc verum esse in dote debita simpliciter, vel
56 iure naturæ. Et pro hac conclusione ponderantur da sunt illa verba pro subsidio maritagij, nam dictio, pro, denotat causam finalem, vt inquit *Glos. in l. dominus Sticho, in verb. pro quibus, ff. de peeul. legat.* & latè *Dec. in cons.* 46. *nu.* 1. *& per tot.* Et ideo cessante causa finali, cessat quoque legatum, hoc enim propriè denotant illa verba, pro subsidio maritagij, idest, quàndo aliunde congruam dotem non haberet, cum
57 qua nubere posset. Hinc notabiliter dixit *Bar. in l. Lutius, la prima, num.* 4. *ff. de leg.* 1. quòd differentia est inter legatum pro filia maritanda, & legatum pro dote, primo enim casu dicit, quòd si postea fuit maritata, & dotata legatum non debetur, quia finita est causa legati. Secundo vero debetur, nam dos etiam constante matrimonio augeri potest, pro qua opinione plures alios allegat *Petr. Beninten. in dict. decisio.*
58 *Bonon.* 22. *nume.* 14. Et licet hæc Barto. distinctio videatur communiter impugnari ab omnibus Doctoribus *in d. l. filia legatorum,* vt patet ex relatis per *Surd. in cons.* 393. *nu.* 52.
59 *vol.* 3. *& Fab. de Ann. in cons.* 91. *nu.* 18. Nihilominus omnes prædicti DD. loquuntur in casu quo huiusmodi dispositio facta sit à patre, ea ratione, quia est obligatus dotare filiam, etiā si huiusmodi legatum non fecisset, secus verò dicendum est, quādo legatum factum est ab eo, qui onus dotandi non habet, vt benè animaduertit *Iacob. Mandell. de Alba in cons.* 52. *nu.* 4. Quæ conclusio optimè cōfirmatur ex notat. per *Sim. de Petr. tracta. de interpr. vltim. volunt. lib.* 4. *dubit.* 12. *nu.* 37. *cum plur. seq.* vbi eadem distinctione vtitur ad fundandum, quòd legatum pro dote si fiat ab extraneo, qui non habet onus dotandi, est conditionale, secus vero si fiat à patre, & demum *nu.* 46. *& seq.* dum loquitur de huiusmodi legato facto ab extraneo, refert eandem opinionem *Bal. in d. cons.*
60 439. *vol.* 5. & cum ea pertransit. Vnde concludo, quòd legatum, de quo agitur in quæstione proposita eatenus debebatur, quatenus exigebat illa causa, propter quam factum fuit, nam quælibet dispositio regulari debet ab eius causa finali, iuxta plenè cumulata per *Dec. in dict. cons.* 46. *& Iacob. Mandell. in d. cons.* 52. *nu.* 6. *& per tot.* quem omnino vide, cogita tamen, quia articulus est notabilis, & quotidianus.

Finis Cap. Sexti.

CA-

CAPVT SEPTIMVM.

Diſpoſitio Auth. res quæ, C. commu. de legat. qua cautum eſt bona fideicommiſſo ſubiecta alienari, & obligari poſſe pro dotibus filiarum, & aliarum teſtatoris deſcendentium, pluribus quæſtionibus exornatur. Sed duo principaliores articuli pleno calamo diſcutiuntur, Quorum primus eſt an ſicut regulariter dictæ Authen. remedium non datur niſi in ſubſidium, quando alia bona libera non adſunt, ita etiam iddem ſeruandum ſit, quando fideicommiſſum eſt perpetuò conſtitutum inter deſcendentes maſculos cum onere dotandi fœminas? Alter eſt articulus, an dictæ Auth. diſpoſitio habeat locum etiam pro intereſſe dotis? Et demũ alia ſubijcitur concluſio, quod eiuſdem Auth. diſpoſitio procedit etiam pro dotis reſtitutione, eaque pluribus modis ampliatur, & declaratur.

SVMMARIVM.

1 Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt pro dotibus filiarum, aliarumque deſcendentium alienari, & obligari, & nu. 3. & 4.

Idque ex præſumpta teſtatoris mente ſuadetur, nu. 2.

Sed hoc intelligitur ſi dotandæ habent patrem inopem, cum beneficium Auth. res quæ, C. com. de leg. procedat in ſubſidium, num. 5. & 6.

Quid ſi mulier matrem habeat diuitem, & cui incumbat onus probandi non extare alia bona, nu. 7.

An autem Auth. res quæ, comprehendat filias naturales, & ſpurias, nu. 8. remiſſiuè.

Et an procedat in fideicommiſſo materno, nu. 9. remiſſiuè.

Et quid in fratre, nu. 10. remiſſiuè.

Quid ſi mulier velit religionem ingredi, n. 11. remiſſiuè.

An ſi teſtator alienationem expreſsè prohibuerit etiam ex cauſa dotis, num. 12. remiſſiuè.

Et an ſi fideicommiſſi reſtitutio ſit facienda Eccleſiæ, vel alteri piæ cauſæ, num. 13. remiſſiuè.

Et quando alienationis prohibitio eſt facta in contractu, nu. 14. remiſſiuè.

Auth. res quæ, procedit non ſolum pro dotibus conſtituendis, ſed etiam pro reſtituendis, num. 77.

15 Fideicommiſſum inter deſcendentes maſculos ſi perpetuò ſit conſtitutum cum onere dotandi fœminas naſcituras, an id in ſubſidium quoque intelligatur, & nu. 18. 19. vſque ad 31.

16 Teſtator in dubio ſemper præſumitur voluiſſe, quod lex diſponit, quod an ſit verum, num. 27.

17 Paternum tantum eſt officium dotare filiam, non auitum, niſi quando filius eſt egenus.

Dos data ab auo eius nepti, an cenſeatur contemplatione filij, Et an imputetur in legitimam filij, nu. 17. 28. 29. & 31.

20 Dos à fideicommittente relicta deſcendẽtibus debetur eis tanquam legatum in recompenſationem priuationis à ſucceſsione, & num. 21.

22 Statuto excludente fœminas, quibus aliquid tantum præſeruat, id cenſetur in compenſationem iniuriæ excluſionis.

Frater dotans ſororem de bonis paternis non poteſt apponere pactum, quod ea ſine filijs decedente dos ad eum reuertatur, num. 22. in fine.

23 Fœmina excluſa à ſucceſsione propter dotem dotari debet ex bonis illius, a cuius ſucceſsione excluditur.

24 Teſtatoris verba ſuperflua eſſe nõ debent, ideo operantur vltra diſpoſita per ius commune.

25 Dos in pecunia, vel in bonis mobilibus, licet de iure reſtituatur, poſt annum tamen, ſi à viro

viro fuerit legata vxori, statim debetur, quamuis legatum fuerit relatiuum ad instrumentum dotale.

26 *Assensus legis in feudalibus operatur exequutionem in subsidium, satus si adsit Regius assensus.*

Quid tamen hodie obseruetur, ibidem.

32 *Auth. res quæ, an locum habeat etiam pro dotis interusurio, & nu. 33. vsque ad 77.*

33 *Auth. res quæ, an sit exorbitans, an vero fauorabilis, & nu. 50.*

34 *Auth. res quæ, an procedat in dote confessata, & nu. 51. vsque ad 55.*

35 *Auth. res quæ, an habeat locum in antefato, & nu. 56.*

36 *Assensus præstitus super obligatione feudalium pro sorte principali, an extendatur ad interesse, & nu. 44 45. & 57.*

Quid respectu alimentorum, nu. 48.

37 *Feudum est subiectum tam constitutioni, quàm restitutioni dotis, sed non pro eius interesse.*

Tex. in l. ideo, ff. de compens. procedit in interesse, an vero in pœna, num. 37. in fine, & nu. 66.

38 *Creditor pro refectione domus an præferatur anterioribus solum respectu pecuniæ impensæ, an etiam quoad eius interesse, & nu. 66. in fine.*

Dotis priuilegium, vt pro dote obligentur bona fideicommissi, competit mulieri, sed eius interesse debetur viro, nu. 38. in fi. Quod an sit verum, nu. 67.

39 *Obligatio bonorum fideicommissi si daretur pro interesse dotis, aperiretur via fraudibus. Quod an verum sit, nu. 70. in fin. 71. & 72. cum seq.*

40 *Bona obligata pro sorte principali, censentur etiam obligata pro eius interesse.*

41 *Prior pro sorte principali præfertur quoque pro interesse ipsius.*

42 *Hypotheca competens pro dote, competit similiter pro eius interesse, sed non extenditur ad pœnam conuentionalem, nu. 66.*

43 *Fideiussor in contractibus stricti iuris, non censetur obligatus in interesse, secus est in dote.*

44 *Dos, & interesse considerantur vt vnum, & idem.*

Dotis causa pia, & fauorabilis est, & pro ea receditur plerumque à iuris regulis, nu. 44.

46 *Bona obligata pro dote, censentur etiam obligata pro alimentis.*

47 *Alimenta mulieri debita pro primo anno soluto matrimonio, habent quoque obligata bona fideicommissi.*

49 *Auth. res quæ, beneficio potest in eius casibus fieri venditio tot annuorum introituum.*

54 *Dotis confessio præcedente promissione capitulorum matrimonialiũ omnibus viri creditoribus præiudicat.*

Nisi vrgeant fraudis coniectura, nu. 55.

58 *Dispensatio licet sit stricti iuris, tamen extenditur ad annexa, & consequutiua.*

59 *Procurator constitutus ad accipiendum mutuo, præsumitur etiam ad promittendum cambia, & interesse.*

60 *Assensus dicitur stricti iuris, vel bonæ fidei secundum naturam contractus cui accedit.*

61 *Restitutio in integrũ concessa pro sorte principali non est extendenda pro vsuris, & in quibus vsuris procedat, & nu. 62. & 63.*

64 *Cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus, & nu. 65.*

68 *Socer non tenetur alere nurum, quam filius duxit indotatam.*

69 *Vxorem aliquam si quis iuret ducere, subintelligitur mediante dote congrua.*

70 *Vir si per decennium aluit vxorem, præsumitur ei dotem fuisse solutam.*

71 *Contractus attendendus est, etiam quod postea sequatur inobseruantia.*

73 *Dos est restituenda mulieri ex bonis fideicommissi, quamuis maritus tempore dotis receptæ habuerit alia bona libera, quæ deinde consumpsit.*

74 *Vxori non imputatur cur non curauit petere assecurationem, videns virum dissipare.*

75 *Dotis quantitas non reperitur taxata, sed quæ sit congrua, ideo potest augeri.*

76 *Auth. cõtra rogatus, C. ad Trebell. declaratur, & extenditur.*

78 *Pater tenetur pro filio vxorem ducente se obligare ad dotis restitutionem, vel assignare donationem propter nuptias.*

Et etiam pro dotario, nu. 79.

80 *Pater simpliciter consentiens matrimonio filij, censetur obligatus pro dotis restitutione.*

Imò solus filius potest obligare bona patris, si requisitus pater noluerit se obligare, nu. 81.

Sed hic intelligitur si dos fuit patri consignata, vel fuit soluta filio de eius ordine, n. 82

Vel quod dos soluta sit filio consentiente patre, nu. 83.

Et procedit in filiofamilias tantum, non in emancipato, nu. 84.

Nec locum habet paterna obligatio, quando pater dedit donationem propter nuptias æqualem doti, nu. 85.

Et an talis donatio hodie sit in vsu, nu. 86.

87 *Dotis augmentum ad quod pater se obligauit pro filio, an debeat imputari in partem filij, remissiuè.*

88 *Dos consignata patri deduci debet tanquam æs alienum, licet non probetur eam versam fuisse*

fuisse in communem filiorum vtilitatem.
89 *Dote consignata patri præsente filio, non censentur obligata bona filij pro eius restitutione.*
90 *Pater, & filius, si confessi sunt dotem recepisse, an & quando præsumatur integram dotem ad patrem peruenisse.*
91 *Pater an teneatur ad dotis restitutionem sibi, & filio promissæ, si appareat eam filio tantũ consignatam fuisse, remissiuè.*
92 *Pater an cogatur restituere dotem, & donationem propter nuptias filio seorsum habitanti, remissiuè.*
Et an liberetur dotem restituendo emancipato filio, vel in potestate manenti, eod. nu. 92. remissiuè.
Quid de iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis, nu. 93. remissiuè.



1 Adem quoque ratione, qua parentes tenentur filias dotare, alia iuris dispositio fundatur, qua cautũ est, quod bona fideicõmissi oneri subiecta, licèt regulariter alienari, & obligari non possint, ex reg. *tex. in l. fin. §. pen. C. commun. de leg.* tamẽ pro constituendis dotibus filiarum, seu aliarum descendentiũ eiusdem fideicõmittentis, alienari, & obligari possunt, non obstante fideicommisso, vt in *l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. & auth. res quæ, C. commun. de leg.* Quam
2 iuris prouisionem Doctores omnes affirmãt in præsumpta mente testatoris fundari, qui cum teneatur filias dotare, ex reg. *tex. in l. qui liberos, ff. de rit. nupt. & in l. fin. C. de dot. promiss.* præsumitur quoque voluisse suis hæredibus fieri id, quod ipse pro suis filiabus facturus esset si viueret, iux. *tex. in l. cum seruus, §. pen. ff. de cond. & demonstr.* vt pulchrè animaduertit *Curt. iun. in d. auth. res quæ, nu. 12.* cum quo concordant *Rol. à Vall. in cons. 85. nu. 36. vol. 1. Marc. Ant. Eugen. in cons. 54. nu. 25. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 189. nu. 5. et seq.*
3 *& Peregr. de fideicomm. art. 42. nu. 2.* Ex qua ratione aliqui fundant conclusionem, quod dictæ Auth. dispositio non solum procedit pro dotandis filiabus ipsius testatoris, quatenus eorum legitima non sufficeret, sed etiam omnibus ab eo descendentibus, postquam tex. vtitur verbo liberorum, quod est genericum, & omnes descendentes comprehendit vsque in infinitum, *l. liberorum, ff. de verb. signific.* cũ alijs concordantibus relatis per *Menoch. in cons. 1. nu. 194. vol. 1.* & ita tenent multi relati per eundem *in d. præs. 189. nu. 11. & per Ant. de Padill. in repet. eiusdem Auth. nu. 58. & Pe-*
4 *regr. in d. art. 42. nu. 32.* Vnde sequitur, quod dictæ Auth. dispositio non solum comprehendit filias, & descendentes ipsius testatoris natas tempore conditi fideicommissi, sed etiam nondum conceptas, & nascituras, prout ex magis communi Doctorum opinione testatur *Thesaur. in decis. 192. nu. 11.* quam conclusionem licet impugnent nonnulli Doctores relati per *Peregr. in d. art. 42. sub nu. 37. vers. contrariũ verò, & per Honded. in cons. 76. nu. 13. vol. 1. & Franc. Milanen. in decis. 7. num. 10. lib. 1.* nihilominus eam benè defendit *Marc. Ant. Eugen. in cons. 54. num. 20. & seq. et Menoch. in d. præsump. 189. nu. 18. et seq.* quorum opinioni tanquam melioribus rationibus fundatæ libenter adhæreo, eamq; nouissimè sequitur *Petr. Caball. in cons. 7. num. 20. lib. 2.*
5 Verum quoad præcedentem conclusionem, in qua diximus dictæ Auth. dispositionem comprehendere etiã nepotes, & descendentes eiusdem testatoris, qui fideicommissum constituit, animaduertẽdum est, quòd hoc intelligi debet, quãdo habent patrem inopem, qui non potest aliunde eis dotem cõstituere, quo casu auus eas dotare teneretur, vt benè considerauit *Bal. in eadem auth. res quæ, num. 12. & in l. fin. C. de dot. promiss. & Dec. in cons. 66. in fi.* quam con clusionem verissimam esse, & ab ea neminem dissentire testatur *Soc. iun. in l. 1. nu. 190. vers. & ex ista, ff. sol. matr.* & eam plenè confirmat *Menoch. in d. præs. 189. nu. 12. cum plur. seq.*
6 Regulariter enim dictæ Auth. beneficium non competit nisi in subsidium, quando ex alijs bonis liberis mulier dotari non potest, vt ex communi Doctorum sententia testantur *Crauet. in cons. 19. nu. 18. Rol. à Vall. in cons. 85. nu. 9. vol. 1. Marzar. in epit. de fideicommiss. subtit. lib. 2. q. 48. Molin. de primog. Hisp. lib. 4. cap. 7. nu. 1. & seq. Menoch. in eadem præsump. 189. nu. 8. et seq.* & alij relati per *Bursat. in d. cons. 179. nu. 20. vol. 2. Vinc. de Franch. in dec. 290. et 519. et Frãc. Milanen. in dec. 7. nu. 58. lib. 1.*
7 Qua in re magna est controuersia an mulier dicatur habere vnde se aliunde dotare possit, si habet matrem diuitem, vel potius hoc casu habeat dotari ex bonis paternis fideicommisso subiectis? in quo articulo mihi sequi placet *Ruini* responsum *in cons. 199. vol. 2.* qui pro matre contra fideicommissum consuluit, non obstantibus friuolis oppositionibus pro contraria opinione consideratis à *Pet. Placent. in tract. de fideicomm. q. 8. nu. 461.* quem benè reprobat *Pereg. in d. art. 42. nu. 47.* Onus autem probandi non extare alia bona libera ex magis communi Doctorum sententia incumbit mulieri, quæ prætendit fideicommissum pro suis

Z dotibus

dotibus euertere, vt refert *Marzar. in tract. de fideicommiss. subst. in 2. par. c. 48. vers. sed quod imo onus probandi*, reprobata opinione Dec. qui contrarium affirmauit *in cons. 519. in fine*, quam conclusionem confirmat *Vinc. de Franch. in decis. 241. nu. 2. & Mols. de primog. Hisp. lib. 4. c. 7. nu. 32. et seq.* Verum hæc conclusio limitatur, quod non procederet quando alienatio bonorum fideicõmisso subiectorum reperiretur iam facta pro constituenda dote, & mulier in eorum possessione permaneret, nam tunc præsumptio esset pro ea, vt post alios notabiliter refert *Petr. Caball. in cons. 11. nu. 10.*
8 *et seq. lib. 2.* An autem dictæ authent. dispositio comprehẽdat etiam filias naturales, & spurias? plenè declarant *Menoch. in eadem præs. 189.*
9 *nu. 25. et Peregr. in d. art. 42. nu. 38.* Et an procedat in fideicommisso materno? latè explicãt in eisdem locis *Menoch. nu. 26. cum plur. seq. et Peregr. nu. 45. Marzar. in epit. de fideicom. subst. q. 48. in fi. Cephal. in cons. 578. nu. 7. et 23. et Intrigl. in decis. Regni Sicil. 4. num. 5.* & omnino videndus *Stephan. Gratian. in 2. lib. disceptation. forens. c. 331. nu. 1. cum plur. seq.*
10 Et an procedat in fratre? declarant in eisdem locis *Menoch. nu. 38. et seq. et Pereg. num. 50.*
11 Et an possint alienari bona fideicommissi oneri subiecta pro dotanda muliere, quæ vult religionem ingredi? me etiam remitto ad notata per *Menoch. in eodem loco, nu. 89. et sequen.*
12 Magna autem inter Doctores controuersia est, an dictæ auth. dispositio procedat etiam quando bona sunt expressè alienari prohibita à testatore etiam ex causa dotis; In quo articulo sunt hinc inde grauissimorum Doctorum opiniones plenissimè relatę per *Menoch. in eadem præsump. 189. nu. 116. cum plur. seq.* qui plures casus distinguit, quos non refero, nam esset inutilis labor, sed ad eundem me remitto, cui tamen, vt omnium qui pro vel contra circa hunc articulum scripserunt, notitia habeatur, addi possunt notata per *Bursat. in d. cõs. 179. nu. 10. Peregr. in d. art. 42. nu. 6. et seq. Surd. in decis. 62. per totam, et Franc. Milanens. in decis. Re-*
13 *gni Sicil. 7. nu. 41. et seq. lib. 1.* Et quid si fideicommissi restitutio est faciẽda Ecclesiæ, vel alteri piæ causæ? me etiam remitto ad plenè notata per eundem *Menoch. in d. præsumpt. 189. nu. 120. cum plur. seq. et Bursat. in d. cons. 179.*
14 *num. 14.* Et quid si alienationis prohibitio est facta in contractu? vide *Crauet. in cons. 19. in fi. post Bal. et glo. in l. nulla, C. de iur. dot.* & plenè *Peregr. in d. art. 42. nu. 58. et seq.* Hæc ita breuiter, & compendiosè tetigi, nam sunt à dictis Authoribus adeo plenè discussa, vt à me nil noui addi possit, & cùm eorum opera omnibus sint quotidie præ manibus habenda, nihil pro-
15 desset eorum scripta transcribere. Duas autem in hac materia notabiles, & quotidianas quæstiones pleniori calamo discutiẽdas esse vtilius mihi visum est, cùm ex ijs, quæ ab alijs scripta sunt, multa, ni fallor, pro vera eorum decisione remaneant desideranda.

Quarum prima quæstio est, an si perpetuum fideicommissum inter omnes descẽdentes masculos à testatore constitutum fuit, cum onere tamen dotandi fœminas, quas pro tempore reperiri contigerit, in his etiam fœminis descendentibus seruanda sit dictæ auth. dispositio, vt ex bonis fideicommisso subiectis dotari nõ debeant nisi in subsidium, ita quòd si habent alia bona aliunde obuenta, ex quibus possent se dotare, non teneantur masculi ex bonis fideicommisso subiectis eis dotem constituere?

Secunda quæstio est, an pro interesse dotis possint alienari bona fideicommisso subiecta?

16 Et quoad primam, arguendo ad partes, videtur prima fronte dicẽdum, quòd dum testator ordinauit fœminas descendentes, existentibus masculis dotari de paragio, hæc dispositio debet reduci ad iuris intellectum, & regulari secũdum dispositionem d. Auth. res quæ, ita vt in subsidium tantum pro huiusmodi dotibus bona fideicõmissata alienari, & obligari possint, deficientibus alijs bonis liberis, nam in dubio sẽper testator præsumitur cogitasse, & voluisse id quod lex disponit, & quod eius dispositio sit conformis cum dispositione iuris, iux. not. per *Bar. in l. Gallus, §. 1. ff. de lib. & posth.* latè per *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 32. & Affl. in decis. 44. num. 20.*

17 Secundo augetur hoc motiuum alia ratione, nam paternum est onus dotare filiam, *l. qui liberos, ff. de rit. nupt. & l. fin. C. de dot. promiss.* Auus autem non tenetur neptem, nec alios descendentes dotare, nisi propter filium, quando ipse filius est egenus, vt benè animaduertit *Soc. in cons. 33. nu. 16. vol. 3.* quem refert *Cephal. in cons. 105. nu. 36. et seq. vol. 1.* & ideo dos ab auo nepti relicta dicitur profectitia, cùm censeatur relicta cõtemplatione filij, seu propter filium, *l. dotem dedit*, cũ ibi not. per *Bart. ff. de collat. bonor.* & consequenter huiusmodi legatum imputari debet in legitimam, quam neptis habere deberet in bonis sui patris, iuxta ea quæ plenè refert *Mascar. de probat. in conclus. 574. nu. 1. et seq. et Hier. Magon. in decis. Florent. 13. nu. 2. et seq.* quas regulas applicando ad casum de quo agitur, necessario fatendum videtur, quòd dos à dicto testatore fœminis ab eo descendentibus legata confundi, & compensari debeat cum ea portione, quam habent ex alijs bonis paternis.

18 Tertiò hoc motiuum confirmatur authoritate nonnullorum Doctorum, qui in proprijs terminis tenuerunt, quòd etiam quando ex dispositione

spositione testatoris vocati sunt perpetuò descendentes masculi ad fideicommissum cũ onere dotãdi fœminas, huiusmodi dispositio intelligi, & regulari debet secundum terminos dict. *Auth. res qua*, vt non nisi in subsidium ad alienationem, seu obligationem bonorum fideicõmisso subiectorum deueniatur, quatenus alia bona libera non adsint, ex quibus fœminæ ab ipso testatore descendentes cõgruè dotari possint, prout ante omnes consuluit *Ant. Rub. in cons.124.nu.3.& seq.* cum quo concordant *Cephal.in d.cons.105.nu.13.cum plur.seq. Marzar.in epit.de fideicomm.subst. q.48. vers. an autem, & in cons.1.nu.41. Molin.in tract.de primog.Hisp.lib.4.c.7.nu.2. vers. qua omnia, & Pet.Placent.in tract.de fideicom. quæst.8. num.497.* quem refert, & sequitur *Peregr. de fideicomm.art.42.sub nu.76.vers.verum tùm casus.*

Verum his non obstantibus contrariam amplector sententiam, pro qua moueor ex infra dicendis.

19 Conclusio autem, quam in puncto, de quo agitur, ego puto verisimam, est quòd licet regulariter remedium *d. Auth. res quæ*, sit subsidiarium, prout supra conclusum fuit, fallit tamen hæc regula, quando cum hac legis prouisione concurrit etiam prouisio hominis, ita, quod si idem testator, qui perpetuum fideicommissum, inter eius descendentes masculos instituit, onus quoque imposuit dotandi fœminas, hoc casu fœminæ ab ipso testatore descendentes omninò dotari debent ex eisdem bonis fideicommisso subiectis, à quorum successione propter masculorum superexistentiam repe riuntur exclusæ, non obstante quod ex alijs bonis paternis dotari possint, prout in indiuiduo tenuit *Menoch.in cons.88.nu.50. et seq. vol.1. et in cons.183.nu.30.vol.2.et in tract. de præs. lib.4.præsumpt.180. sub num.9. post Paul.de Castr.in cons.102. nu.2.vol.2. et Corn.in cõs. 197. nu.20. et seq. vol.1.* & hanc eandem opinionem in fortiori casu tenuit etiam *Ioan. de Montesperel.in cons.212.in 2.dub.nu.11.vers. sed his non obstantibus*, cum quibus concordant etiam *Cephal. in cons.253. nu.43.& seq. vol.2. & in cons.485. nu.48.& seq. et nu.60. vol. 4. Bursat. in cons.179. sub nu.21. vol.2. Petr.Caball.in cons.143. nu.35.et seq.* & plenissimè *Decian.* omnino videndus *in cons.10. nu.8.et seq.et nu.25.vol.2.et in cons.9. nu.15. et seq. vol.3.* Et ita etiam in proprijs terminis multos alios pro huius conclusionis corroboratione referens testatur *Borg. Caualcan. in decis.Fiuiz.5.in 2.dub.nu.92. & seq. in 3.par.* quæ conclusio cum punctualiter decidat articulum, de quo agitur, non esset vlterius progrediendum, sed pro maiori eius corroboratione rogo animaduerti infrascriptas considerationes, ex quibus apparebit nedum eam esse tot famosissimorum Doctorum authoritate approbatam, sed etiam validissimis rationibus roboratam.

20 Et primò considerandũ est, quòd dos in casu de quo agitur, fœminis descendentibus à testatore relicta, eis debetur tanquam particulare legatum, in quo nullo modo præsumi potest, quod fuerit contemplata persona masculorum, dum enim masculos tantum ad vniuersalem successionem vocauit cum onere dotandi fœminas, certè has dotes nemo sani capitis considerare poterit testatorem cogitasse aliunde solui debere, quàm ex eisdem bonis fideicommisso subiectis, easq; fœminis reliquisse tanquam portionem diminuentem fideicommissum, & vniuersalem successionem masculorũ, quos tanto minus habere voluit, prout in simili casu notabiliter considerat *Soc.iun.in cons.33.sub nu. 5. & seq.vol.1.* què refert *Menoch.de præsumpt. lib.3.præsumpt.17.nu.18.* & consequenter cũ hoc sit specificum, & particulare legatum ex bonis testatoris debitum, non video quomodo tractari possit de aliqua imputatione faciẽda, cum

21 alijs bonis paternis aliunde quæsitis. Hæc enim portio censetur eis relicta in recompensationẽ illius iniuriæ, quam testator eis fecit, dum ipsas iure succedendi priuauit cũ alijs masculis contra dispositionem, *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* & succedit in locum illius partis, à qua voluit per masculorum existentiam eas perpetuò excludi, vt pulchrè animaduertit *Decian.in d.cons.10.num.8.& seq.vol.2. & in d. cons.9.nu.11.vol.3.* quem refert *Petr.Caball. in cons.143.nu.35.* quæ consideratio fundatur quoque auctoritate *Napod.in consuetud.si moriatur, nu.29.* vbi interpretando illam consuetudinem, per quam masculi excludũt fœminas à successione, sed eas tenentur dotare de paragio, dicit quòd ius succedendi transfusum est in paragium.

22 Pro qua consideratione facit quod in simili Doctores dicunt, quòd si statutum excludit fœminas propter masculos à successione parentũ, & illis aliquid præseruat, tunc illud præseruatum intelligitur succedere in præmium, & cõpensationem iniuriæ exclusionis, iux. not. per *Alber. in l.quoniam in prioribus, sub num.7. C.de inoff.testam.* & plenè per *Luc.de Penna in l.1.num.76.C.de impon.lucr.descr.* qui propterea infert, quòd si frater dotat sororem de paragio debito ex bonis paternis, non potest apponere pactum, quòd ea sine filijs decedente dos ad eum reuertatur, nam cùm dos succedat loco legitimæ, & illius portionis in qua ex iuris communis dispositione mulieres vnà cum masculis

masculis succedebant, nullum onus in ea apponi potest, prout etiam per Sacr. Conf. decisum fuisse refert *V inc. de Franch. in decis. 196.*

23 Secundo considerandum est, quòd dum testator exclusit fœminas, & honorauit masculos cum onere eas dotandi, certum est, quòd huiusmodi dos eis debetur ex bonis eiusdem testatoris, nam quando fœmina excluditur à successione propter dotem, debet omninò dotari de bonis illius à cuius successione excluditur, iuxta not. per *Bal. Alex. & alios in l. 1. C. de leg. har.* vt in casu simili refert *Soc. in conf. 33. num. 13. vol. 3. & Io. V inc. de Anna in alleg. 117. nu. 1. in 2. vol.* Adeo quòd dum filia fuit dotata à patre, nō excluditur à successione aui, si pater prædecedit, quia non reperitur dotata de bonis illius, de cuius successione agitur, vt notabiliter dixit *Soc. in conf. 32. vol. 1. V inc. de Franch. in decis. 87. nu. 16. & in decis. 328. Thesau. in decis. 62.* & alij quos refert *Fab. de Anna in cons. 45. nu. 72. & seq.* Vnde sequitur, quòd si mulier ex alijs bonis paternis aliunde, quàm à fideicommittēte peruentis dotem haberet, certum est, quòd masculus integram hæreditatē acquireret absque vllo onere contra mentem, & expressam testatoris dispositionem, qui non vocauit simpliciter masculos, sed cum hoc onere dotandi fœminas, & sicut eos honorauit circa successionem, ita etiam eos onerauit circa dotes ex eisdem bonis fœminis ab ipso testatore descendentibus soluendas, & cùm vnica sit dispositio, non potest pro parte acceptari, & pro parte respui, prout in simili casu considerat *Rimin. sen. in conf. 257. nu. 24.* quem ad hoc propositum refert *Cephal. in d. conf. 485. nu. 35. et seq. vol. 4.* Et pro hac consideratione faciunt, quæ in alio simili pulchrè tradit *Ant. de Butr. in conf. 39. incip. in quæstione ista, nu. 3.*

24 Tertiò pro eiusdem conclusionis confirmatione considerādum est, quòd verba dispositionis testatoris non debent esse superflua, *l. si quādo, in princ. ff. de legat. 1. & cap. si Papa, de priuileg. in 6.* imò multa conceduntur ne dispositio sit superflua, iuxta not. per *Iaſ. in l. 1. nu. 50. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. & Dec. in conf. 47. nu. 2. & conf. 48. nu. 2. & cōs. 89. nu. 4.* & ideo debent operari vltra disposita per ius commune, & consequenter si ex prouisione legali inducta per dictam auth. res quæ, bona fideicommissata non poterant pro dote obligari, nisi in subsidium, dum conuenit etiam specifica prouisio testatoris, necesse est fateri, quod pro ea adimplenda possint absolutè obligari, alioquin dispositio prædicta nihil operaretur, sicut in simili quando cum prohibitione legali inducta de iure communi cōcurrit quoque prohibitio alienandi inducta à testatore, tunc non potest fieri alienatio etiam in casibus exceptis à prohibitione iuris communis, iux. not. per *Iaſ. in l. filiusfamilias, §. diui, nu. 34. ff. de leg. 1. & Rum. in cōs. 82. nu. 4. vol. 5.* Hinc

25 est, quod licet regulariter quando dos consistit in pecunia, vel bonis mobilibus non sit facienda eius restitutio ab heredibus viri, nisi post annum, *l. vn. §. exactio, C. de rei vxor. act.* Nihilominus quando cum legali prouisione concurrit etiam prouisio hominis, quia vir legauit dotem vxori, tunc ad hoc vt huiusmodi legatum aliquid operetur vltra dispositionem legis, debet dos restitui statim, *l. 1. §. verum, ff. de dot. præleg. & §. sed si vxori, instit. de legat.* & notāt hoc Doctores ī *l. 3. C. de fals. cau. adiect. leg. & Adden. ad Napod. in Consuet. Neap. viro mortuo, sub tit. de iur. dot. vbi Iacob. Anell. de Bott.* addit, quod hoc procedit etiam si legatū dotis factum à marito vxori esset relatiuum ad instrumētum dotale, & ita pluries testatur ob-

26 tinuisse in Sacro Consilio. Et hinc etiam est, quod licet quando quis habet assensum legis tantum super obligatione bonorum feudaliū, non possit exequi super feudis nisi in subsidiū, facta prius discussione bonorum allodialium, iux. not. per *Camerar. in d. cap. Imperialem, fol. 91. lit. M. & seq. & Io. V inc. de Anna in allegat. 115. per totam.* Secus tamen est quando habet Regium assensum hominis, nam tūc potest ad sui libitum exequi super feudo, iux. dispositionem *tex. in l. creditoris arbitrio, ff. de distr. pignor.* prout pulchrè testatur *Affl. in constit. Reg. fratribus in 3. not. sub nu. 9. & in const. si dominus vassallum, in 4. not. nu. 6.* licet hodie cesset hæc differentia, nam per capitula Ciuitati Neapolis cōcessa, assensus intelligitur præstitus instrumentis dotalibus, & consequenter cum in eis reperiantur feuda specificè obligata, idem operatur ac si post stipulatum contractū dotalem super omnibus in eo contentis expediretur Regius assensus, vt egregie probat, ac ita pluries iudicatum fuisse testatur *Regens Io. Franc. de Ponte in tract. de potest. Proreg. sub tit. de assen. super dotib. f. 246. nu. 13. cum plur. seq.* & plenè idem *in conf. 28. nu. 1. & seq. lib. 2.* His iactis fundamentis ad contrariam facilis est responsio.

Et quoad primum dico, quod licet beneficiū d. Auth. sit subsidiarium, fallit tamen, quando cum hac legis prouisione concurrit etiam prouisio hominis, quòd fœminæ dotentur, vt in præcedentibus fuit benè probatum.

27 Nec obstat argumentum, quòd testator censetur se cōformare cum dispositione iuris communis, nam hoc non est semper verum, vt patet ex allegatis per *Corn. in conf. 197. n. 15. vol. 1.* imò cōtrarium probatur ex pluribus exemplis relatis per *Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 6. num. 21. cum plur. sequen.*

& quod

& quòd hæc eſt valde leuis coniectura, à qua facilè receditur, tradit *Grau. in conſ. 180. nu. 4. verſ. quarto reſpondeo*, imò potius lex ipſa aliquando præſumitur conformari cum voluntate teſtatoris, cū eius veſtigia ſemper ſequatur, vt inquit *Lancellot. Polit. in tract. de ſubſtit. ſub tit. de vulg. ſubſt. nu. 74.* quem refert idem *Mantic. in loco ſupra citato, in fi. nu. 29.*

28 Nec ad caſum de quo agitur applicari poteſt concluſio ex aduerſo allegata, quòd dos relicta nepti ab auo cenſetur profectitia tanquam relicta contemplatione filij, ſeu propter filium, tum quia *tex. in d. l. dedit dotem*, in quo hæc concluſio fundatur, ex magis communi Doctorum opinione procedit in donatione inter viuos facta nepti ab auo, non in legato, vt plenè refert *Cephal. in cōſ. 485. nu. 71. l. b. 4.* tū etiam quia omnes DD. fatentur, ꝙ quādo dos legata ab auo venit ſoluenda in caſu alicuius cōditionis poſt eius obitū, tunc magis cenſetur contēplata perſona neptis, & cōſequēter dicitur aduētitia tanquā ei debita iure proprio, prout in iudiuiduo dixit notabiliter *Rum. in conſ. 714. nu. 6. vol. 2.* quem refert *Maſcard. in tracta. de probat. concl. 574. nu. 8.* & in proprijs terminis ad hoc propoſitum eum allegant *Cephal. in conſ. 254. nu. 44. vol. 2.* & alij, quos plenè refert *Fab. Turrett. in conſ. 6. nu. 13. & ſeq. Decian. in d. conſ. 10. nu. 10. vol. 2. & Surd. in conſ. 219*

29 *nu. 23. vol. 2.* Imò quòd niſi expreſsè conſtet, vel per vehementia inditia, auum nepti dotem tradidiſſe contemplatione patris, ſemper in dubio cenſetur contemplata potius perſona neptis, & conſequenter non eſt imputanda in legitima ei debita in bonis paternis, tenuit *Cephal. in conſ. 660. nu. 4. vol. 5. poſt Socc. in conſ. 33. nu. 16. vol. 3.* & quòd eo caſu neptis debet habere dotem ab auo relictam iure legati, & etiam legitimam in bonis patris, plene probat idem *Cephal. in eod. conſ. per tot.* pro qua concluſione plures alios refert *Fab. Turrett. in alleg. conſ. 6. nu. 36. & ſeq. vol. 2. & Menoch. in conſ. 183. nu. 10. & ſeq. vol. 2.* vbi in ſpecie plene reſpondet omnibus motiuis *Cephali in d. conſ. 105.* quem rogo videri, & demùm dùm teſtator ſeparatim prouidit maſculis de vniuerſali ſucceſſione, & fœminis de dotibus, certum eſt, quòd ipſæ fœminæ fuerunt particulariter contemplatæ, vt bene animaduertit *Socc. iun. in conſ. 33. num. 5. & ſeq. vol. 1. & Menoch. de præſump. lib. 3. præſ. 17. nu. 18.*

Nec denique obſtat, quòd ex multorum doctorum authoritate, quos pro contrária parte retulimus concludi videntur, quòd quando is, qui fideicommiſſum inſtituit inter deſcendentes maſculos, iuſſit fœminas dotari, etiam eo caſu habet locum diſpoſitio dictæ *Auth. res quæ*, vt non niſi in ſubſidium dotes debeātur ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, nam dupliciter reſpondetur.

30 Primo, quod hæc opinio non eſt vera, cùm contraria ſit magis communis, & melioribus rationibus fundata, vt ex prænarratis patet, vnde *Cephal.* qui totis viribus dictam opinionem defendere conatus fuit *in d. conſ. 105.* in ſe poſtea reuerſus mutauit ſententiam in tribus alijs conſilijs ſupra allegatis.

Secundò reſpondeo, quod ſi benè inſpiciantur ſupradicti Doctores in contrarium allegati, re vera loquūtur in diuerſo caſu, Nam *Ant. Rub.* qui velut anteſignanus ab omnibus pro contraria opinione refertur *in d. conſ. 124. nu. 3. & ſeq.* duas concluſiones fundat; vnam ſcilicet, quòd in dote nepti ab Auo relicta imputandæ ſunt legitima, & trebellianicā detractæ à teſtatoris filio ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, quæ ad ipſam neptem ex bonis eiuſdem teſtatoris mediante perſona ſui patris peruenerunt.

31 Altera concluſio eſt, quòd dos relicta nepti ab auo imputanda eſt in legitima filij, vti profectitia, & eius contemplatione relicta, & in ſumma vtraque concluſio ad vnum finem tendit, ne ex eodem patrimonio reſtitutionis onere vinculato, duplex portio ab ipſa nepte detrahatur, vna ſcilicet ratione legitimæ, & trebellianicæ eius patri debitarum, & altera ex cauſa dotis ſibi legatæ, quia totum fideicommiſſum euerteretur contra præſumptam teſtatoris mentem, & in eadem facti ſpecie verſatur *Cephal. in d. conſ. 105.* qui eaſdem quoque rationes reaſſumit nu. 18. & ſeq. & his etiam rationibus moti fuerunt alij, qui hanc opinionem ſequuti ſunt, & licet etiam in eo caſu non deſint grauiſſimi Doctores, qui contrariam tuentur opinionem, vt videri poteſt apud *Ioā. de Monteſperell.* qui fuit valde inſignis Doctor *in d. conſ. 212. in 2. dub. & Fab. Turret. in d. conſ. 6. per tot.* & alios ſupra allegatos. Omiſſa tamen diſputatione vtra harum opinionum verior ſit, in puncto quæſtionis propoſitæ nos verſamur extra hanc difficultatem. Præſupponitur enim, quòd licet mulier à teſtatore deſcēdens habeat alia bona propria aliunde ſibi obuenta, non tamen dependent ab eo, qui fideicommiſſum conſtituit, nec à fratre à quo excluditur à ſucceſſione bonorum fideicōmiſſo ſubiectorum tanquam maſculo ſpecificè ad dictorum bonorum ſucceſſionem vocato cum hoc onere dotandi fœminas; Ideo ceſſante ratione duplicis oneris in eodem patrimonio, ex qua principaliter mouentur Doctores pro contraria opinione allegati, ceſſat quoque hoc motiuum in eorum authoritate fundatum.

32 Qui verò ad ſecundum articulum aliàs in promptu interrogatus intrepidè reſpondi, ꝙ

dispositio d. Auth. res quæ, C. commu. de legat. qua cautum est pro dote alienari, & obligari posse bona restitutionis onere grauata, habet locum etiam pro dotis interusurio, nam ita mihi suadebant allegata per *Vinc. de Franch. in decis. 613. in 4. par.* qui licet asserat hunc articulum non fuisse decisum per Sacrum Consilium, nihilominus in hanc videtur opinionem inclinare, dum in fine illius decisionis allegat *Petr. de Gregor. in tract. de success. feud. in 10. quæst. 2. par. 1. effec. nu. 14. vers. & pariformiter, fol. 59.* qui tenet feudum ex pacto, & prouidentia, & pro dotis interesse alienari posse, asserens ita in illo Regno Siciliæ fuisse iudicatũ. Verùm quia postea audiui hanc conclusionem in dubium reuocari, & re vera *Vinc. de Frãch. in d. decis. 613.* non firmauit pedes, sed multa hincinde retulit, ex quibus quæstio hæc redditur magis ambigua. Ideò pro vera eius resolutione nanciscenda statui hunc articulũ ad partes disputare.

33 Primo igitur arguitur dictę auth. dispositionem non procedere pro interesse dotis, nam cùm sit exorbitans, & contra tres iuris regulas, quibus cautum est, quod quilibet est moderator & arbiter rei suæ, & quòd disponat testator, & fiat lex, & quod pium est morientium voluntates seruari. Ideo intelligenda, & interpretanda est, vt quantò minus fieri possit huiusmodi regulæ lædantur, & consequenter, nedum non est amplianda vltrà expressè in ea disposita, sed potius restringenda, iux. not. per *Alex. in cons. 56. nu. 3. vers. quia dispositio in 1. vol.* & alios relatos per eundem *de Franch. in alleg. decis. 613. nu. 9.*

34 Hinc dictæ auth. prouisionem solùm habere locum in restitutione veræ dotis, non autem in dote confessata, tenuit *Ant. de Padill. in repet. d. auth. nu. 119.* cum qua opinione concordat *Paris. in cons. 52. nu. 40. vol. 2.* etiam si lapsa sint tempora à iure concessa ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, ne sit in potestate grauati fideicommissi iura subuertere, & substitutis præiudicare, & eandem opinionem confirmant idem *Paris. in cons. 63. nu. 57 vol. eod. Rolan. à Vall. in cons. 85. nu. 26. vol. 1. Anto. Rub. in cons. 78. per tot.* & alij relati à *Petr. Placent. in tract. de fideicom. q. 8. n. 380. & Cacher. in decis. Pedem. 172. nu. 9. & seq.*

35 Eademque ratione d. Auth. dispositionem non habere locum in antefato, suadet idem *Petr. in ead. quæst. 8. nu. 364.* prout refert idẽ *de Franch. in d. decis. 613. nu. 10.*

36 Secundo arguitur pro eadem parte à simili, nam assensus præstitus super obligatione bonorum feudalium pro sorte principali, non extenditur ad interesse, quod oritur ex mora debitoris, nam delictum vnius alteri nocere nõ debet, vt notat *Affl. in cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. in 12. notab. q. 6. nu. 10.* & plenè *Frezz. de subfeud. lib. 2. in 20. q. per tot. fol. mihi 149.* qui inter alia pro hac cõclusione fundanda considerat, quod assensus est stricti iuris, & præstatur ex gratia, quæ vltra specificata extendenda non est, ad quod allegat *tex. not. in l. si. §. Lutius, ff. de condit. indeb.* vbi restitutio in integrum concessa super sorte principali non extenditur ad vsuras, quam cõclusionem nouissimè sequitur *Doctor Giurba in voto 156. per tot.*

37 Tertiò pro eadẽ parte allegatur in proprijs terminis *Cannet. in extrauag. volẽtes, in cap. incip. & cum superius, fol. mihi 88.* vbi refert pluries fuisse decisum, quòd feudum ex pacto, & prouidentia subiectum est tam constitutioni, quam restitutioni dotis, per *tex. in d. auth. res quæ,* & deinde *fol. 92. in cap. incip. At non erit otiosa,* format quæstionem, & sicut feudũ prędictum est obligatũ pro dote, ita etiam obligatum sit pro eius interesse, si non fuit in tempore soluta, vel restituta, & demum relatis cõtrarijs opinionibus, & argumentis hinc inde concludit feudi obligationem procedere solũ pro dote, non autem pro eius interesse, pro qua conclusione inter alia allegat tex. valdè notabilem ad hoc propositũ *in d. l. ideo,* cum ibi not. per *Pau. de Castr. ff. de compensat.* vbi probatur, quòd si sors principalis habet aliquod priuilegium, illud non extenditur ad id, quod eius causa debetur ex mora non soluentis.

38 Vnde infertur, quod dispositio *tex. in l. interdum, ff. qui potior. in pign. hab.* cum ibi not. per *Glo. Bar.* & alios Doctores, & in *l. creditor ff. si cert. pet.* quod mutuans pecuniam pro refectione domus, vel alicuius rei conseruatione omnibus anterioribus creditoribus præferatur, procedit tantùm quoad concurrentẽ quãtitatem pecuniæ cum effectu in eam causam expensæ, secus verò quoad eius interesse, prout refert *Carrot. in tracta. de locat. & conduc. in vlt. par. concl. 49. & Rip. in l. si vẽtri, §. diuus, ff. de priuil. cred.* relatus à *Io. Franc. de Pont. in decis. 34. nu. 30.*

Quartò arguitur, quòd priuilegium, vt pro dote possint obligari bona restitutioni subiecta competit mulieri, eius autem interesse debetur viro. Ideò ex mutatione personæ priuilegium censetur extinctum, *ex regul. tex. in l. paulus, cum ibi not. per Doct. ff. de acquir. hered.*

39 Quintò arguitur, quòd si permitteretur obligatio bonorum fideicommisso subiectorum pro dotis interesse, daretur maximum inconueniens, quòd esset in potestate grauati alienare omnia bona restitutioni subiecta in præiudicium substituti, & per indirectum aperiretur via fraudibus euertendi fideicommissa, prout ita

ita arguendo considerat *Canuet. in d. cap. at non erit otiosa, sub nu.16.& seq.fol.94.*

His tamen non obstantibus contraria opinio mihi verior, & tutior videtur per infrascripta.

40 Primò, quia bona obligata, & hypothecata pro dote principali, sunt etiam obligata, & hypothecata pro eius interesse, vt copiosè cauetur *in l.Lucius, ff.qui potior.in pign. habeā.* & notant in specie *Dec.in l.pecuniam, in 1.not ab.ff.si cert.pet.Ri. in l.priuilegia, in 8.ampliat.ff.de priuil.credit.Neguf.de pignor.in 2.memb.5.par.nu.10.*& latè *Bursat. in cons.103 nu10.cum plur.seq.vol.1.*

41 Et ideo qui est prior in tempore pro sorte principali, pręfertur etium pro interesse ipsius, vt notant communiter *Doct. in ead. l. Lutius, Caeber.in decis.Pedem.129.nu.12.& late Caesar Bar. in decis.Bonon.108.in 2.dub.sub nu.4.vers.præsupposito igitur.*

42 Secundo, quia actio de dote est bonæ fidei, *§.fuerat, instit.de actio.*& ideo vsurę, & accessiones veniunt secundum naturam ipsius actionis. Vnde tacita hypotheca, quæ competit pro dote, competit etiam pro eius interesse, vt plenè probat *Neguf.in tract.de pignor.in 4.mēb. 2.par.nu.55.& seq.*quem refert, & doctissimū appellat *Camer. in cap. imperialem, de prohib.feu.alien.per Feder.fol.52.lit.B.*

43 Eademque ratione licet in contractibus stricti iuris fideiussor intercedēs pro certa summa non teneatur pro eius interesse, *ex reg.tex.in l. quaero, in princ.ff.locati, & in l.fideiussor magistratum, §.si pro Aurelio, ff.de fideiuss.* secus tamen est in fideiubente pro dote, nam tenetur etiam pro eius interesse, vt notant idem *Neguf.in citato loco.nu.56.& Bursat. in d.consi. 103.nu.17.& seq.*

44 Tertiò pro hac conclusione fortissime stringit doctrina *Camer.in d. cap. Imperialem, fol. 51.col.4.lit. V.* vbi reprehendendo Affl. pluribus rationibus concludit, quòd assensus præstitus super obligatione bonorum feudalium pro dote, censetur etiā ex vi comprehensionis pręstitus super interesse debito ob retardatam eius solutionem, & præcipuè mouetur, quia dos & interesse considerantur vt vnum & idem, non vt duo separata, *l.quicunque, §.pen.ff.de instit.* Et dominus consentiendo obligationi pro dote, censetur quoque cogitasse de eius interesse, quod venit in consequentiam ipsius, *l.quanquam, ff.de rit.nupt.* pro qua conclusione allegat *Andr.in consti.Regn.in aliquibus, in ver. quintumdecimum, col.7.in fi.* qui ex eadem ratione tenet, quod si vir retineat pignus pro paragio vxori debito vigore illius constitutionis, non tenetur fructus in sortem cōputare, prout alij creditores, iuxta not. *in cap.salubriter, de vsur.* Nam dum pignus conceditur à lege respectu rei principalis, censetur etiam concessum lucrifactio fructuum. Dotis enim causa pia, & fauorabilis est, & pro ea plerunque receditur à iuris regulis, vt inquit *Frecc. de subfeud. lib. 2.q.2.nu.18.per tex.in l.si ego, §.si res, ff.de iure dot.* Et propterea refert in Collaterali Consilio, ad instantiam Camillæ Pappacoda petentis assecurationem dotium, & antefati super Terra Torrella præstitam fuisse assistentiam petitam tam pro capitali, quàm etiā pro damnis, expensis, & interesse, & in ea causa fuisse plenè auditum Regium Fiscum, quàm sententiam dicit esse menti tenendam in materia assensus.

45 Et pro eadem conclusione faciunt ea, quæ plenè tradit *Regens Io.Franc.de Pont.in cōs. 76.nu.6.& seq.* vbi latè probat, quòd assensus præstitus obligationi rerum feudaliū, pro venditione annuorum introituum, comprehendit etiam interesse tertiarum, tanquàm accessorium.

46 Quartò confirmatur hæc conclusio ab optimo simili, nam bona obligata pro dote sunt etiam obligata pro alimentis, quæ debentur tāquàm accessoria ad dotem, vt ex magis communi Doctorum sententia refert *Rip. in d.l. priuilegia, sub nu.9.vers.quod procedit, ff.de priuil.credit.Cannet.in d.cap. at non erit otiosa, nu.18.fol.94.* & plenè *Neguf. de pignor. in 4.*

47 *membr.2.par.nu.47.cum plur.seq.* Qua ratione pro alimentis mulieri debitis pro primo anno post solutum matrimonium, quæ sunt accessoria ad dotem, iux.not. per *Vinc.de Frāch. in decis.489.* obligata esse etiam bona fideicommisso subiecta, tenuit *Cumia in repet. cap.si quis aliquem, in ver. antiquius, in 12. limit.*

48 Et ex his, & alijs assensum præstitum super obligatione bonorum feudalium pro dote, extēdi etiam ad alimenta, tanquàm accessoria & annexa, plenissimè testatur *Surd. in d.tracta. de alimen.tit.9.q.31.per tot.* qui plura notabilia cumulat ad hoc propositum, quæ valdè conferunt ad decisionem huius articuli.

49 Quintò in proprijs ferè terminis, reiectis omnibus in contrarium allegatis per *Cannet. in d.cap.volentes,* plenè hanc quæstionem disputando *Fran.Milan.in decis.18.nu.360.cū plur.seq.in 1.lib.* concludit, quòd sicut feuda, & alia bona fideicommisso subiecta obligari, & alienari possunt in casibus expressis *in d.auth. res quæ,* ita etiam superius potest in eisdem casibus fieri venditio tot annuorum introituum, quæ obligatio est perpetua, & obligat successores, non solum respectu principalis summæ debitę pro dote, sed etiam pro annuis introitibus perpetuò decurrendis, quam conclusionē pluribus rationibus confirmat, quas non repeto, cùm

cùm penes eum videri possint,& secūdùm eam
iudicatum fuisse testatur, & eādem decisionem
refert, & sequitur Peregr.de fideicom. art.42.
sub nu.96.vers.ex aduerso consideratur. Et in
specie quòd dictæ Authent.dispositio procedit
etiā in dotis interesse, nouissimè affirmat Reg.
Io.Franc.de Ponte in decis.34.nu.39. & eandem conclusionem confirmat Cæsar Barz. in
decis.Bonon.108.nu.15.& seq.

Non obstant modò in contrarium allegata,
imo ex eorum resolutione tutior apparebit hęc
conclusio.

50 Primo enim non obstat dum dicebatur dictę
Auth. dispositionem esse exorbitantem à iuris
regulis,& proinde strictè interpretādam, nam
verior,atque communior est opinio contraria,
quæ est fauorabilis,& amplianda, cùm principaliter
introducta sit fauore publicę vtilitatis,
cui expedit mulieres esse dotatas,vt plenè affirmant
Rol.à Vall. in cons.85.nu.7. & seq. vol.
1. Menoch. de præsumpt.lib.4. præsumpt.189.
nu.4.& in cons.33.nu.15.& 19. & Peregr.in
d. art.42.nu.5. qui plures alios concordantes
allegant.

51 Hæc est vera alia conclusio, quæ ex eodem
argumento inferebatur, quod dictæ Auth. dispositio
tanquam exorbitans habet tantummodo
locum in vera dote numerata, non autē
in dote confessata. Nam contrarium est verius,
quando lapsa sunt tempora opponendi exceptionem
non numeratę dotis,cum tunc habeat
omnia priuilegia, quæ habet vera dos numerata,
etiam quoad prælationem contra creditores
viri, vt ex magis communi Doctorum sententia
refert Peregr.in eodē art.42.sub nu.83.
vers.cæterum ex communi,post Rol.à Vall.in
d.cons.85.nu.41.& seq.vol.1.& latius in cons.
20.in 2.dub.nu.14.& seq.& in cons.74.per totum,
vol.4. & eandem conclusionem pluribus
authoritatibus confirmat Aluar.Velasq.in 1.
tom.consultation.concl.6.num.5. Verùm hæc
52 conclusio duobus modis declaratur. Primo,quod
procedit quando creditores scienter omiserūt
exceptionē non numeratæ dotis,quā viro com
petebat obijcere,iuxta not.per glo.in l.scriptu
ras, in ver.suum robur. C. qui potior. in pign.
habeant. Secus vero si ignorassent, nam tunc
eis succurreretur beneficio restitutionis in integrum,
ex clausula generali, si quæ mihi iusta
causa,iux. not.per glo. in l. in contractibus, in
ver.positoris,C.de non numer.pecun.prout in
specie declarat Aluar. Velasq. in citato loco,
cum quo concordat Vrsill.in addit. ad Affl.in
53 decis.402.sub nu.1. Secundo declaratur,quòd
habet locum quādo fit absque fraudis suspitione,
secus verò si fiat à viro debitorum mole grauato,
seu decocto,nam tunc præsumeretur frau
dulenta, & creditoribus non præiudicaret, vt
bene animaduertit idem Vrsill. in allegata decis.402.nu.7.
ex notatis per Crauet.in cōs.40.
in fi. & idem puto dicēdum in decoctioni proximo,
nam sequuta eius fuga infra paucos dies,
omnes contractus,& solutiones factæ reuocantur
ex causa præsumpti doli, iuxta ea quæ pulchrè
refert Benuenut.Stracc.in tract.de mercatur.
sub tit.de decoctor. nu.28. cum sequen.
54 Eadem autem conclusio de dote confessata for
tius procederet, quando præcedunt capitula
matrimonialia promissionis dotis, & sequitur
postea viri confessio de receptione ipsius, tunc
enim talis confessio indistinctè omnibus viri
creditoribus præiudicat,& habet vim veræ nu
merationis, per ea quæ notabiliter dicit Affl.
in d.decis.402. quæ communiter a Doctoribus
canonizatur, vt patet ex relatis per Crauet.in
d.cons.40.per totū & licet Aluar.Velasq.in d.
consultat.6.in fi. dicat, sibi nunquam placuisse
dictam decisionem, nihilominus eam communiter
receptam esse testatur Rolan.à Vall.in d.
55 cons.20.nu.18.vol.4. Nisi fortè in contrarium
vrgeant aliquæ fraudis coniecturæ, quas refert
Hier.de Laurent.in decis.Auin.25.num.8.&
seq. quę tamen elidi possent per contrarias coniecturas,
ex quibus præsumitur vera dotis numeratio,
quas pulchrè refert Ant.Sola in consuet.
Sabaud.sub rubr.de feud.in glos.vnic.
2.par.decret.Blanch.fol.mihi 71.

56 Nec vera est alia conclusio ex eodem primo
argumento deprompta, quod dictæ Auth. dispositio
non habet locum in antefato, nam cōtrarium
verius esse constat ex not.per Ant.Sola
in d.rubr.de feud. in 1.par. Glos.vn. eiusdem
decreti Blanch.nu.4.cum plur.seq. & Peregr.in
d.art.42.nu.98. & ita passim per Sacrū
Consilium iudicari testatur Vinc. de Franch.
in d.decis.613.nu.10.

57 Ad secundum argumentum de assensu qui
nō extenditur ad interesse, respondetur, quod
verior est opinio contraria, quam tenet Camerar.
in loco supra relato, cum sit validioribus
rationibus roborata, eamque ab omnibus
contrarijs plenè defendit Surd. in d. q.31.nu.
36.cum plur.seq.& secundum eam pluries fuisse
decisum per Sacrum Consilium refert Io.
Franc. de Ponte in cons.64. nu.19. cum plur.
seq.& in decis.34.nu.38. Licet enim asensus
non extendatur vltra expressa, nihilominus
pro expresso habetur id, quod venit in consequentiam
expressi, iux. not. per Bar. in l.fideiussor,
§.meminisse,ff.de legat.& plenè per Cæsar.
Barz.in d.dec.108. nu.24. & seq.& asensus
trahitur etiam ad ea quę tacita sunt,sed subaudiuntur
à lege,vt notat Andr.in c.1.qui successor
ten. & Camer. in d. cap. Imperialem in
9.conclus.vers.& videtur dicendum,fol.mihi
55.lit.H. nam ea sub assensu continentur, non
per

per viam extensionis, sed comprehensionis, vt benè inquit idem *Camerar. ibid. in 8. conclus. fol. 52. lit. I. et Frez. in subfeud. lib. 2. q. 2. nu. 9.* Interesse autem dotis venit tacitè, & consecutiuè ad ipsam dotem, nam dos filiabus debetur ex iuris dispositione, & quando à lege inducitur obligatio, tunc trahitur etiam ad interesse, ex not. per *Bart. & alios Doct. in l. si cum dotem, §. sin autem in fauissimo, ff. sol. matr.* & hinc est, quod tacita hypotheca, quam habet mulier in bonis viri pro dote, trahitur etiam ad eius interesse, & alimenta pro dote debita, iux. ea quæ post alios tradit plenè *Neguf. de pignor. in 4. mem. 2. par. nu. 49. & seq.* quem re-
58 fert *Frez. in d. q. 20. nu. 3. & seq.* Imo etiam dispensatio, quæ est stricti iuris, & extensionem non admittit, extenditur tamen ad ea quæ sunt annexa, & consequutiua, iux. *glo. et ibi not. per Abb. nu. 4. in cap. quia in tantum, de præbend. et Ias. in l. 1. nu. 3. C. de transact.* Et hinc est, quod licet regulariter mandati fines diligenter sint custodiendi, *cap. Pisanis, cum ibi not. per Abb. num. 6. de restit. spoliat.* & plenè *Alex. Rauden. in consi. 21. nu. 32. et seq. vol. 2.* Nihi-
59 lominus si quis constituitur procurator ad accipiendum mutuo pecuniam, censetur etiam constitutus ad promittendum cambia, & interesse, vt pulchrè inquit *Rom. in cons. 94. nu. 7. vers. quoad secundum.*

60 Prĕterea tunc assensus dicitur esse stricti iuris, quando præstatur super contractu stricti iuris, nam assumit eiusdem contractus naturam, secus vero quando præstatur super contractu bonæ fidei, nam tunc debet latè interpretari secundum eiusdem contractus naturam, super quo conceditur, vt benè inquit *Camer. in d. c. Imperialem, in 2. concl. in princ. fol. 44. lit. E.* & ideo super dotis contractu præstitus, qui est bonæ fidei, latè interpretari debet, vt in specie docet idem *Camer. in 7. concl. in fi. fol. 52.* & pulchrè *Io. Franc. de Pon. in d. cons. 64. nu. 3.*

61 Quibus parum aut nihil obsistit, quod dicebatur de restitutione in integrum, quę concessa pro sorte principali non extenditur ad vsuras, per *tex. in l. fin. §. Lucius, ff. de cond. indeb.* nam huic obiecto pluribus modis optimè respondet *Surd. in d. quæst. 31. nu. 62. cum plur. sequent.* Sed ad propositum nostræ quæstionis duo sunt præcipuè notanda.

62 Primum est, quod ille tex. procedit in vsuris odiosis, quæ debentur absolutè propter morã, secus est in vsuris fauorabilibus, prout est interesse, quod debetur pro retardata dotium solutione, hoc enim tanquam fauorabile venit etiã sub restitutione in integrum, vt notabiliter inquit *Ias. in eo. §. Lucius, nu. 3. ver. vnde respondeo, & in l. 2. §. interdum, nu. 5. ff. de vulg. & pup.* nã hoc interesse est adeo fauorabile, quod debetur omni iure etiam canonico, vt notatur *in cap. salubriter, de vsur.* quod pluribus authoritatibus plenè confirmat *Rol. à Vall. in cons. 65. nu. 4. vol. 4.*

63 Secundum notabile est, quod ille tex. procedit in vsuris debitis titulo lucratiuo, prout sunt illæ, quæ debentur ex pacto à debitore moroso pro pœna, secus verò est in interesse debito ratione lucri cessantis, seu damni emergentis, vel pro dote ratione onerum matrimonij, aut alimẽtorum, in his enim, & alijs similibus casibus nullum versatur creditoris lucrum, sed eius tãtum indemnitati prospicitur, ne sit in damno ob retardatam solutionem, vt benè animaduertit *Surd. in ead. q. 31. nu. 66.* & hoc melius explicat *Sfort. Odd. in tract. de restit. in integr. in 1. par. art. 46. nu. 40. et seq.*

64 Tertio non obstat aliud contrarium, quod fundabatur ex authoritate Cannetij, nam omnibus eius motiuis optimè respondet *Franc. Milan. in d. decis. 18. num. 360. cum plur. seq.* qui testatur contra opinionem Cannetij fuisse decisum, suamq; conclusionem potissimè fundat in iuris regula, qua cautum est, quod cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus. Vnde qui potest alienare, potest etiam obligare sub vsuris, *l. magis puto, §. itẽ prætor, ff. de reb. eor.* quem tex. ad hoc propositum in proprijs terminis allegat *Pereg. in d. art. 42. sub nu. 96.*
65 *vers. ex aduerso cõsideratur.* Ex quo infertur, quòd cùm ex dispositione d. auth. cautum sit, quòd bona restitutionis oneri subiecta possint alienari pro cõstituenda, vel restituenda dote, & etiam bona feudalia ob eandem causam alienari posse nõ dubitetur ex ijs, quæ plenè tradit idem *Cannet. in d. c. volentes, in vers. sed quid si feudum, fol. mihi 32. et Petr. de Gregor. in tract. de concess. feud. par. 2. q. 10. nu. 17. vers. sic etiam alienare potest pro dote.* multo minus dubitandum est quin pro eadem causa possint huiusmodi bona obligari etiam pro interesse debito in casu retardatæ solutionis, & venditionis annuorum introituum subijci, vt plenè fundat idem *Franc. Milan. in alleg. decis. 18. nu. 364. cum plur. seq.*

66 Cui conclusioni non obstat *tex. in d. l. ideo, ff. de compensat.* nam ibi nõ agitur de interesse, sed de pœna, quæ inter se valde differunt, nam interesse, prĕsertim illud quod debetur pro dote, vt supra ex authoritate Camerar. & aliorum conclusum fuit, est fauorabile, & est vnum, & idem cum ipsa dote, & ideo eadem hypotheca, quæ oritur pro sorte principali, oritur etiã pro eius interusurio, vt expressè cauetur in *d. l. Lucius, ff. qui potior. in pign. hab.* cum alijs supra allegatis in primo fundamento huius conclusionis, secus verò est in his, quæ debentur pro pœna, nam considerantur vti quid separatum à sorte

à sorte principali. Et hinc est, quod etiã hypotheca priuilegiata, quam habet fiscus pro sorte principali, nõ extenditur ad pœnam cõuentionalẽ in cõtractu adiectã, vt in specie not. *Pau. de Cast. in ead. l. ideo, ff. de compensat.* Similique modo pignus obligatum pro sorte non potest retineri pro pœna, vt not. *Ias. in l. pignoribus, C. de vsur. & Neguſ. de pignor. in 1. memb. 5. par. nu.* 41. quos refert *Peregr. in tract. de iur. fisc. lib. 6. tit. 6. nu.* 13. & ex his veram non esse conclusionem ex aduerso allegatam, quòd mutuãs pecuniam pro refectione, vel conseruatione rei præferatur tantùm pro sorte, & non pro eius interesse, testatur in spetie *Reg. de Pont. in d. decis. 34. nu.* 51.

67 Neque obstat quartum motiuum ex aduerso consideratum, quòd priuilegium *d. Auth. res quæ*, fuit inductum in fauorẽ mulieris pro dote ei debita, & ideò non debet extendi ad interesse, quod debetur viro, quia mutatione personæ extinguitur priuilegium. Nam hoc argumentũ est valdè fallax, & procedit sine fundamẽto, siquidem eadem causa, quæ consideratur in dote mulieri constituenda, procedit etiam in interesse ipsius, vt scilicet oneribus matrimonij deseruiant, *l. quæ dotes, ff. sol. matr. vt not. Rom. in cons.* 117. Et licet videatur mutata persona quoad actionis exercitium, non tamen est mutata quoad effectum. Dos enim ideo constituitur, vt ex ea mulier alatur vna cum viro, *l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* & loco alimentorum succedit, *l. filia. §. Titia, ff. de cond. & demonstr.* & ideo pater, qui dotem promissam nõ soluit, non leuatur ab onere alendi filiam, & propterea tenetur præstare interusuria pro tempore, quo fuit in mora, *l. in insulam, §. vsuras, ff. solut. matr.* vt refert *Surd. in d. tract. de alimen. tit. 1. q. 6. num.* 13. Hinc est, quòd maritus potest vxorem expellere, si dos promissa soluta non fuit, vt inquit *Ias. in l. donatarius, §. si quis indebitum, nu. 6. ff. de condic. ob caus.* & ante dotem consignatam non tenetur eam ad domum traducere, vt notant *Doct. in l. si cùm dotem, §. sin autem in sauissimo, ff. sol. matr. Abb. in c. per vestras, de donat. int. vir. & vxor. & Sylu.*
68 *nupt. in ver. non est nubendum, nu.* 46. & idẽ est in socero, qui non tenetur alere nurum, quã filius duxit indotatam, vt plenè consuluit *Io. Bapt. Laderch. in cons.* 117. *per tot.* impugnando opinionem *Ruini*, qui contrarium tenue-
69 rat *in cons.* 144. *vol.* 5. Vnde si quis iurat aliquã ducere vxorem, semper subintelligitur conditio mediante dote congrua, vt notabiliter affirmat *Ias. in auth. præterea, in 2. not. C. vnde*
70 *vir, & vxor.* Hinc est, quòd si vir per decennium aluit vxorem, præsumitur quòd dos ei soluta fuit, vt refert plenè *Cephal. in cons.* 448. *nu. 23. & seq. vol.* 3. & regulariter non tenetur vir alere vxorem infirmam, vltra quam dotis fructus suggerunt, *l. si cùm dotem, §. sin autem in sauissimo, cum ibi not. per Doct. ff. sol. matr.* intelligendo tamen hanc conclusionem, iuxta ea, quæ plenè cumulant *Surd. in d. tract. de alimen. tit. 1. q. 33. per tot.* & nouissimè *Gasp. Thesaur. in q. foren. 52. lib.* 2.

Nec denique obstat quintum argumentum, quòd esset in potestate grauati totum euertere fideicommissum in præiudicium substituti, cũ tandiù cessare posset à dotis solutione, quòd eius interesse absorberet etiam bona fideicommisso subiecta, huic enim motiuo dupliciter respondetur.

71 Primò, quòd hoc non est inconueniens considerabile, sufficit enim, quòd causa sit legitima, pro qua bona restitutioni subiecta obligari potuerunt lege permittente, & quòd contractus fuerit ab initio validus, & in casu permisso, siquidem hoc solum attenditur, & non quod postea sequitur ex non obseruantia contrahentis, iux. not. per *Dec. in cons. 59. vol.* 1. quem refert *Fran. Milanen. in d. decis. 18. nu.* 375. Eadem enim ratio militaret etiam in fratre fideicommissi onere grauato, qui diù distulit sororẽ viro copulare, eique legitimam portionem, seu dotem de paragio assignare, nec interim eam alere curauit. Et nihilominus quandocunque nuptui soror tradatur, ei debetur dos de paragio vna cum fructibus, & omnia detrahi debẽt ex bonis fideicommisso subiectis, nulla habita consideratione, quòd ex culpa fratris fiat deterior conditio substituti, nam dos sorori debita ex bonis paternis subrogata est in locum legitimæ, quę augetur ex fructibus, & fideicommissum censetur iniunctum in eo, quod superest, prout in eo casu hanc conclusionem negare nõ potuit idem *Cannet. in d. cap. at non erit otiosa, nu. 20. fol. mihi* 9. *ex not. per Socin. in cons. 17. nu. 40. vol. 4. & Alex. in cons. 48. num. 15. volum.* 5.

72 Eademq; ratio militaret quoq; contra creditorem anteriorem, nam semper esset in manu debitoris non soluendo interesse, creditorũ posteriorum iura deteriora facere, & tamẽ hoc à lege consideratur, vt in spetie not. *Io. Franc. de Pont. in d. decis. 34. nu.* 47. Imò hoc argumẽtum retorqueri potest, dum enim dicitur, quòd ex mora grauati non soluentis dotem non debet fieri deterior cõditio substituti, pari etiam modo concedendum est, quòd neque mora grauati nocere debet mulieri, quæ ex dote debet habere alimenta, nec eius viro, qui substinet onera matrimonij, & in pari causa potiora, & fauorabiliora sunt iura dotalia. Nam dictæ Auth. dispositio fundata est in publica vtilitate, cuius interest mulieres esse dotatas, & earũ prole mundum generatione propagari, quæ pri-

priuato substituti commodo præferenda est, vt expresse cauetur in eo tex. per hæc formalia verba (*ea enim qua communiter omnibus prosunt, bis qua specialiter quibusdã vtilia sunt, præponimus*) & paulò infra subijcitur (*maximè in nuptijs, quibus nihil in hominum vita vtilius, vt qua sola homines procreare, & producere possint*) quam rationem in casu simili ponderat *Menoch. in consi. 33. num. 15. & 19. & Marc. Anton. Eugen. in consil. 54. num. 23.*

73 Hinc est, quòd si maritus tempore receptæ dotis habebat multa bona libera ab onere fideicommissi, quæ tempore restitutionis dotis reperiuntur consumpta, hoc non debet mulieri nocere, sed ei restituenda est dos super bonis fideicommisso subiectis, vt testatur in facto obtinuisse *Paul. de Castr. in d. auth. res qua, nu. 11.* & alij, quos refert *Menoch. de præsum. lib. 4. præsum. 19. n. 44. & Franc. Becc. in consi. 54. nu. 2. lib. 1.* Et licet contra hanc conclusionem videatur tenere *Peregr.* & alij per eum allegati *in d. art. 42. nu. 15.* eam limitando in casu, quo pater specificè tot bona filio reliquit pro legitima, & trebellianica, ex quibus dos per eum recepta, seu recipienda potuisset commodè assecurari. Non tamen est à supradicta conclusione recedendum, quæ communior, & magis doti fauorabilis est, vt patet ex cumulatis per *Pet. Placent. in d. tract. de fideicomm. q. 8. nu. 457. Curt. iun. in consi. 59. Decian. in consi. 18. num. 37. vol. 2.* & alios relatos per *Anto. Sol. in consuetud. Sabaud. sub titu. de feud. in glo. vu. 2. par. decreti, Blanch. nu. 6. fol. mihi 72. in antiquis*, quæ conclusio procedit, etiam si mulieri posset satisfieri agendo contra tertios possessores bonorum per eius virum alienatorum, vt ex magis communi Doctorum sententia notabiliter refert *Petr. Caball. in consi. 7. num. 25. & seq. lib. 2.*

74 Imò etiam si aliqua culpa potest ipsi mulieri imputari, quia dum videbat eius virum bona dissipare, non curauit dotis assecurationem petere, nihilominus ex hoc eius iura deteriora nõ fieri, sed in casu restitutionis dotis ei satisfieri debeat super bonis fideicommisso subiectis, ex magis communi Doctorum sententia testatur idem *Ant. Sol. in cit. loco sub nu. 8.*

75 Secundò pro responsione ad idem argumentum considero, quòd pro dote mulieri constituenda non reperitur taxata certa quantitas, sed quod sit congrua, vt nubat viro condigno, in quo multa sunt consideranda, iuxt. not. *in l. si quaero. ff. de iur. dot.* Adeò quòd si legitima non sufficit, augeri potest etiam si opus sit vsque ad diminutionem totius fideicommissi, vt ex communi Doctorum calculo refert *Peregrin. in d. art. 42. nu. 26. & seq.* nam fauore dotium constituendarum, vel restituẽdarum semper fit interpretatio, vt fideicommissum censeatur constitutum in eo tantum, quod supererit tempore mortis grauati, vt est casus expressus *in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* ex quo tex. & moltorum DD. authoritate refert idem *Peregr. in cit. loco, nu. 22. & sub num. 26. & seq.* quòd omnia bona penes grauatum sunt libera, & penitus à fideicommissi vinculo exempta, & vt inquit *Bar.* quem ibi sequuntur *Pau. de Castr. & Alexan. in l. à filia, ff. ad Trebell.* nũquam videtur in fideicommisso fuisse, quod necessarium fuit pro dote filiæ, quam conclusionem confirmat idem *Bar. in d. auth. ex causa, num. 5.* & cum eo concordat *Menoch. in d. præsum. 189. nu. 44. & seq.*

76 Hoc supposito sequitur indubitabilis conclusio, quòd sicut hæres sub ea forma grauatus, vt substituto restituat, quod supererit, ex tacita permissione testatoris omnia potest alienare *iux. tex. in l. Titius, ff. ad Trebell.* præter quartam partem; quam licet teneatur pro substituto conseruare ex noua dispositione *tex. in authen. contra rogatus. C. eod. tit.* Nihilominus eam quoque alienare non prohibetur pro dote constituenda, vel restituenda, aut pro redemptione captiuorum, vel pro suis necessarijs alimentis, vt expresse cauetur in eadem auth. vbi ita communiter notant omnes Doctores, & plenè *Peregr. de fideicom. in art. 40. num. 40.* ita etiam ex eadem ratione fatendum est, quod si pro dote omnia possunt alienari; & nihil curatur de præiudicio substituti, qui aliud prætendere nõ potest, quàm id, quod superest post obitum grauati, pari etiam modo nulla est habenda consideratio de hoc argumento, quod absolutè fundatur in futuro præiuditio substituti, de quo iura in hoc casu nullam rationem habuerunt.

Et ex his ni fallor vndique tuta videtur hæc conclusio, & ita iuris esse censeo, saluo semper rectius sentientium iudicio, cui me in omnibus reuerenter subijcio.

77 Et demũ pro huius Cap. complemento sciendum est, quòd dictæ Auth. dispositio procedit non solum pro constituendis dotibus filiarum, & descendentium testatoris, sed etiam pro dotis restitutione facienda per filium grauatum onere fideicommissi, iuxta not. per *Dec. in cõs. 376. per tot. Ias. in consi. 231. vol. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 390. per tot. Cephal. in consi. 574. volum. 4.* & alios relatos per *Fab. Turrett. in consi. 24. nu. 1. vol. 3.* quæ conclusio procedit etiam in casu quo filius ducit vxorem post patris obitum, & iam constitutum fideicommissum, vt ex magis communi Doctorum opinione refert *Petr. Caball. in d. consi. 7. nu. 6. lib. 2.*

78 Ex eadem autem conclusione infertur, quòd

quòd non solum pro dotis restitutione possunt
obligari bona fideicõmisso subiecta, sed etiam
pater tenetur pro filio vxorem ducente se ad
dotis restitutionem obligare, vel ei assignare
donationem propter nuptias, iuxta notata per
Bar. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, nu. 4. & seq. ff. sol. matr. & ibi communiter omnes
Doct. plenè *Bald. Nouell. in tract. de dot. in 6. par. priuil. 20. per totum, Menoch. in cons. 33. nu. 19. vol. 1. Cephal. in cõs. 177. nu. 6. Cacher. in decis. 44 num. 6.* & alios relatos per *Franc.*
79 *Milanen. in decis. 19. nu. 1. lib. 1.* Quæ conclu-
sio procedit non solum pro dote, sed etiam pro
dotario, vt notabiliter dixit *Ang. Aret. in §. fuerat, col. fin. vers. vltimo aduertas, instit. de action.* quem refert *Garz. Mastril. in decis. 48.*
80 *nu. 4. in 1. par.* Imò quòd etiam si pater simpli-
citer consensijt matrimonio per filium contra-
cto, statim censetur pro dotis restitutione obli-
gatus, & inducitur tacita hypotheca super eius
bonis, non obstante, quòd expresse protestatus
sit, quòd nolebat bona sua obligare pro restitu-
tione dotis filio cõsignatæ, notabiliter testatur
Io. Lopez in rep. rub. de donat. int. vir. & vxo.
81 *§. 21. sub nu 6. & seq.* Et quòd solus filius po-
test obligare bona patris pro dotis receptæ re-
stitutione, si ipse requisitus nolit se obligare, re-
fert idem *Lopez in eadem rub. §. 22. num. 8.* &
hinc tacitum assensum super obligatione bo-
norum feudalium viri præstitũ in contractibus
dotalibus Neapoli celebratis, extendi etiam ad
bona soceri, quãdo matrimonium fuit contra-
ctum cũ eius consensu, tenet notabiliter *Freg. in subfeud. lib. 2. in 13. q. num. 2. fol. mihi 142.*
82 Hæc autem conclusio intelligitur, quando dos
fuit eidem patri consignata, vel fuit soluta filio
de eius ordine, & iussu, vt plenè, & notabiliter
explicat *Negus. in tract. de pignor. in 4. memb. 2. par. nu. 36.* plenè *Mastrill. in d. decis. 46. nu.*
83 *13. & Milanen. in d. dec. 19. nu. 32.* Vel saltim
requiritur, quòd dos soluta sit filio consentiẽte
patre, iuxta notata per *Curt. iun. in cons. 133. nu. 5.* quem refert *Milanen. in eadem decis. 19. nu. 33.* pulchrè *Cacher. in d. decis. 44. nu. 20. & seq.* & plenè *Barbos. in d. §. transgrediamur, nu. 9.* alioquin si dos fuit soluta filio sine patris
iussu, neque consensu, tunc pater non tenetur
ad eius restitutionem, nisi quatenus est in pecu-
lio, vel probatur versum in eius vtilitatem, vt
probat *Iac. in eodem §. transgrediamur,* & no-
tat pulchrè *Pract. Papien. in for. libelli quo vxor agit ad dot. in ver. vxor quandam domi-
ni Thadei, nu. 18. et seq. et Adden. ad eum.* Item
84 hæc procedunt in filiofamilias tantum, non in
emancipato, iuxta relata per *Mastrill. in ea-
dem decis. 46. nu. 11. et seq. Franc. Milan. in d. decis. 19. nu. 24. et Barbos. in d. §. transgredia-*
85 *mur, sub num. 9. et seq.* Nec prædicta paterna
obligatio habet locum quando filius à patre ha
buit donationem propter nuptias æqualem
doti, quia non debet pater duplici onere gra-
uari, vt notant idem *Mastrill. in d. decis. 46. nu. 14. & Milanen. in ead. decis. 19. nu. 38. post Hieron. Gabr. in cons. 119. nu. 31. & seq. vol. 2.*
86 Quæ donatio an hodie sit in vsu, pulchrè expli
cat *Bursat. in cons. 178. nu. 9. & seq. volum. 2.*
Multi autem tenent, quòd pater nullo modo
tenetur se obligare pro dote filij, cùm hoc nul-
la lege cautum reperiatur, vt refert *Cannet. in cap. volentes, fol. mihi 90. in ver. sed non esset otiosum,* & alij relati per *Mastrill. in d. dec. 46. nu. 6. & Menoch. in cõs. 33. nu. 24. & seq. lib. 1.*
sed has opiniones concordat *Barbos. in d. §. transgrediamur, nu. 31.* quòd si aliter filius nõ
potest inuenire vxorem idoneam, tenetur pa-
ter se pro eo obligare, alias non, sed si vult ei
assignare donationem propter nuptias, nullo
87 modo tenetur se obligare. An autem augmen-
tum dotis, ad quod pater se obligauit pro filio,
imputari debeat in partem ipsi filio debitam ex
bonis paternis? *Neuiz.* pulchrè cõsuluit, quòd
88 non, *in cons. 76. num. 12. & seq.* Et quòd dos
consignata patri deduci debeat ante omnia tã-
quam æs alienum, licèt non probetur eam fuisse
versam in communem vtilitatem omniũ filio-
rum? plenè probat *Pet. Caball. in cõs. ciuili 62.*
89 *per tot.* Et si dos fuit consignata patri præsente
filio, tũc ipsius filij bona non esse obligata pro
eius restitutione, probat optimè *Surd. in decis.*
90 *47. per tot.* Sed si pater, & filius confessi sunt
dotem recepisse, tunc integram dotem ad patrẽ
peruenisse præsumi, si ipse solus bona admini-
strat, & negotia domus gerit, tenuit *Cyn. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. matrim.*
pro quà opinione plures concordantes refert
Honded. in cons. 45. nu. 12. lib. 1. & Fab. de Anna in cons. 93. num. 22. lib. 2. sed *Barbos. in d. §. transgrediamur, nu. 36. & seq.* Hanc opinionẽ
impugnat, & verius existimat ad vtrũque pro
virili peruenisse præsumi, prout etiã tenuerunt
multi Doctores relati per *Menoch. de præsum. lib. 3. præsumpt. 14. nu. 15.* qui tamen fatetur,
quòd quamuis verborum rigor, & proprietas
id significet, nihilominus ex contrarijs conie-
cturis ob solitum, & æquitatem non esse rece-
dendum a supradicta opinione Cyni, quando
verò solus filius administrat negotia domus,
tũc dotalem pecuniam ad eum peruenisse præ-
sumi, non obstante, quòd ipse, & pater eam re-
cepisse confessi sunt, ex multorum authoritate
refert idem *Menoch. in eadem præsumpt. 14.*
91 *nu. 5. & seq.* An autem pater teneatur ad resti-
tutionẽ dotis sibi, & filio promissæ, si appareat
filio tantum eam consignatam fuisse? vide *Gasp. Thesaur. in quæst. forens. 46. lib. 2. per totam.*
92 Et an pater cogi possit restituere dotem, & do-

nationem

nationem propter nuptias filio ſeorſum habitanti? vide *Franc. Becc. in conſ. 43. per totum*, & omnino *Barboſ. in d. §. transgrediamur, nu. 22. & ſeq.* qui etiam plenè explicat an pater reſtituendo dotem filio emancipato, liberetur ab obligatione reſtitutionis faciendæ ſoluto matrimonio? ſed an liberetur ſi reſtituat dotem conſtante matrimonio filio exiſtenti ſub patria poteſtate ſeorſum habitanti? vide eundē *nu. 24. & ſeq. & Surd. in tract. de alim. tit. 8. priu. 34. 93 per tot.* Et demum quomodo hæc procedant de iure conſuetudinario ciuitatis Neapolis? vide in *conſuet. incip. filia decedente, ſub tit. de patr. recip. dot. & ibi Napod.*

Finis Cap. Septimi.

CAPVT OCTAVVM.

Teſtamentorum genera duo ſunt; vnum ſcilicet ſolemne, & in ſcriptis; Alterum vero nuncupatiuum, quod etiam ſine ſcriptis fieri poteſt, quæ licet cum aliquibus ſolemnitatibus fieri debeant, omnes tamen ſolemnitates ceſſant, quando teſtamentum fit inter liberos, nam in eo duo tantum teſtes ſufficiunt. Quæ concluſio quomodo ſit intelligenda pleniſsimè declaratur, & pluribus notabilibus exornatur. Et demum latè explicatur an & quando valeat teſtamentum factum à teſtatore infirmo, & in extremo vitæ ſpiritu conſtituto? In quo articulo plures caſus diſtinguuntur, qui quotidie contingere poſſunt, & quàm clariſsimè elucidātur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtandi facultas ex gratia conceſſa fuit.*
2 *Dominus poſt mortem libertatem dare nequit ſeruo ſuo, niſi rogando hæredem, quod manumittat.*
3 *Teſtandi ius à iure gentium proceſſit, quo vero ad ſolemnitates eſt iuris ciuilis.*
4 *Teſtamentorum duo ſunt genera, alterum ſolemne, & in ſcriptis, & alterum nuncupatiuum, & nu. 7.*
5 *Teſtamentum in ſcriptis multas requirit ſolemnitates etiam in apertura.*
Et vna deficiente eſt ipſo iure nullum, nu. 6.
7 *Teſtamentum nuncupatiuum tot non requirit ſolemnitates, nec ſcripturam de eſſentia, ſed ad faciliorem probationem.*
8 *Teſtamentum in ſcriptis an per clauſulam codicillarem ſuſtineatur tanquam nuncupatiuum, ſi adſit ſolemnitatum defectus, & nu. 9.*
Vel per clauſulam, omni meliori modo, nu. 10.
Quæ clauſula ponenda eſt in corpore diſpoſitionis, non autem in principio, vel in fine, num. 11.
12 *Codicillaris clauſula an in dubio cenſeatur appoſita de teſtatoris ordine, vel de ſtylo Notarij.*
13 *Teſtamentum inter liberos nullam requirit ſolemnitatem.*
Idque fauore liberorum, nu. 14.
Vel ob reuerentiam à filijs parentibus debitam, nu. 15.
Et in eo duo tantum teſtes ſufficiunt, nu. 16.
Etiam non rogati, nu. 20.
Et quamuis nullus interuenerit teſtis, ſi conſtat fuiſſe factum per duos teſtes, valet, nu. 17.
Nam opus non eſt teſtes requiri ad ſolemnizandum, ſed ad probandum, & quid hoc importet, ibidem.
In quo teſtamento inter liberos fœminæ admittuntur vt teſtes, nu. 19.
Si tamen reperiatur cedula ſcripta manu teſtatoris, an habeat vim teſtamenti per literarum comparationem. quamuis nullus teſtis eam ſcribere viderit, num. 21. 25. & 77.
Quid ſi non reperiatur in domo teſtatoris, vel ſit aliena manu ſcripta, aut penes notarium

1 
Testandi facultas potius ex gratia, & iuris dispensatione, quā de stricto iuris rigore hominibus cōcessa videtur, postquàm bonorum dispositio confertur in tēpus inhabile, quo definit eorum dominium esse penes defunctum testatorem, quod licere non deberet ex regula *tex. in l. quod sponsa, C. de don. ante nupt.* Testamentum enim nunquam sumit vires, nisi post obitum testatoris, *cap. cum marte, de celebr. miss. l. 1. & 3. ff. de leg. 3. l. 1. C. de iur. codicill. & §. legatum, inst. de legat.* Sed regulariter per mortem testator amittit dominium bonorum suorum, & tanquàm vacantia reduci videntur ad terminos iuris gentium, secundum quod acquiruntur primo occupanti, *l. 3. in princ. ff. de acquir. rer.*
2 *dom.* Hinc est, quòd post mortem non potest dominus concedere alteri potestatē dandi seruo libertatem, nisi rogando hæredem, vel legatarium, quod eum manumittat iuxta formā traditam *in §. libertas, inst. de sing. reb. per fideicom. relic.* vnde notabiliter consuluit *Bolognett. in conf. 21. per tot.* quòd si testator relicta vxore suorum filiorum tutrice, disponat, quod possit dare libertatem seruis, vel ancillis benemeritis ad sui arbitrium, non poterit huiusmodi dispositionis vigore ab ipsa tutrice ali-

aliquis ipſorum manumitti, nam teſtator dum
viuebat directam libertatem eis non dedit, &
poſt eius obitum, ipſorum dominium non erat
penes tutricem, ſed penes legitimum ſucceſſo-
rem, & conſequenter illa poteſtas tutrici reli-
cta tanquàm collata in tempus inhabile, pęni-
tus expirauit, quòd eſt ſummoperè animaduer-
tendum. Maxima tamen æquitate de pluribus
rationibus fundata eſt hæc diſponendi permiſ-
ſio poſt mortem, quas plenè conſiderant *Gul.*
de Bened. in rep. cap. Raynutius, de teſtam. in
ver. teſtamentum, primo, nu. 5. cum plur. ſeq.
Natt. in rep. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfe-
cto, ſub num. 16. & ſeq. C. de teſtam. & Didac.
Spino. in ſpec. teſtam. in Glo. rub. par. 2. n. 17.
3 Et hoc teſtandi ius à iure gentium proceſſit, vt
not. *Bar. in l. interdum. ff. de cond. indeb. & in*
rub. ff. de acq. hered. nam eo ipſo, quòd gentes
rerum dominia acquirere cęperunt, diſpone-
bant de eorum bonis poſt obitum, vt multis
exemplis veteris teſtamenti demonſtrat idem
Gul. de Bened. in cit. loco nu. 2. Sed deinde fuit
à iure ciuili approbatum, à quo multę ſolemni-
tates inuentæ, & ordinatæ fuerunt ad hoc, vt
falſitates, quæ facilè circa huiiuſmodi diſpoſi-
tiones fieri poſſent, euitentur, vt inquit *Impe-*
rator in l. fin. C. de fideicom. vnde omnes DD.
affirmãt eſſe de iure gentium quoad originem,
quo vero ad ſolemnitates de iure ciuili, vt re-
fert *Iul. Clar. in §. teſtamẽtum, q. 2. Couar. in*
3. lib. varia. reſol. c. 6. nu. 7. & plenè *Didac. Spi-*
nol. in ſpec. teſtam. in Gloſ. rub. par. 2. num. 21.
4 *& ſeq.* Duo autem ſunt teſtamentorum gene-
ra; vnum dicitur teſtamentum ſolemne, & in
ſcriptis, quod fit ab ijs, qui nolunt eorum diſpo
ſitionem, niſi poſt ipſorum obitum patefieri, &
hic teſtandi modus eſt valdè periculoſus pp
multas ſolènitates, quas in eo obſeruari opor-
tet, vt patet ex not. *in l. hac conſultiſſima, C. de*
teſta. & ex eius forma per extẽſum tradita per
Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. compendiosè,
nu. 40. plenè Iaſ. in conſ. 67. vol. 3. Rol. à Vall.
in conſ. 36. per tot. vol. 1. Affl. in deciſ. 143. &
Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 2. nu. 3.
5 Vltra alias ſolemnitates, quæ poſt teſtatoris
obitum in eius publicatione, & apertura ſimi-
liter requirũtur, vt *in l. publicati,* cum ibi not.
per *DD. C. de teſtam. & plenè per Rol. à Vall.*
6 *in eod. conſ. 36. nu. 9. cum plur. ſeq.* Et ſi vna tã-
tum ſolemnitas in huiuſmodi teſtamento defi-
cit, eſt ipſo iure nullum, vt inquit *Gramm. in*
7 *deciſ. 62. nu.* 8. Aliud eſt teſtamentorum genus,
quod nuncupatiuum appellatur, *vt in eadem l.*
hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, &
hoc etiam ſine ſcriptis fieri poteſt, & licet regu
lariter de eo conficiatur ſcriptura, non per hoc
deſinit eſſe nuncupatiuum, nam ſcriptura non
interuenit pro forma, ſed ad faciliorem proba-
tionem, vt inquit *Iul. Clar. in d. §. teſtamen-*
tum, in 4. quæſt. Et in hoc non requiruntur tot
ſolemnitates, ſed ſufficit, quod teſtator coram
ſeptem teſtibus maſculis honeſtæ conditionis
rogatis ſuam explicat voluntatem, & nomen
hæredis, aliaq; legata ſpecificè declaret; & te-
ſtes, qui in eo interueniunt, debent continuò
aſſiſtere ab initio vſque ad eius perfectionem,
& eorum nomina ſpecialiter deſcribi, ad hoc
vt ſciatur an ſint habiles, & idonei, alias teſta-
mentum eſſet ipſo iure nullum, & inualidum,
vt pulchrè tradit *Gul. de Bened. in d. cap. Ray-*
nutius, in ver. teſtamentum, primo num. 10.
8 Magna autem quæſtio eſt, an ſi in teſtamento
in ſcriptis adſit aliquis ſolemnitatum defectus,
ſubſtineatur tanquam teſtamentum nuncupa-
tiuum ſaltem vigore clauſulæ codicillaris? in
quo articulo eſt opinionum cõflictus, nam pro
parte negatiua concludit *Afflict. in deciſ. 143.*
nu. 6. & Maran. in conſ. 112. num. 5. & ſeq. &
ratio, qua ſe fundant, eſt, quòd dum apparet te-
ſtatorem elegiſſe viam teſtandi in ſcriptis, cre-
dendum eſt alteram viam ſpreuiſſe, iux. not. per
Bar. in l. ſi. ff. de iur. codicillor. nec aliquid opi-
tulari clauſulam codicillarem pluribus ratio-
nibus contendit idem *Maran. in eodem conſ.*
112. nu. 26. & ſeq. Affirmatiuam vero opinio-
nem communem eſſe aſſerit *Gozad. in conſ. 3.*
nu. 11. & cum eã pertranſit *Gul. de Bened. in d.*
cap. Raynutius, in verb. teſtamentum, primo,
nu. 9. & alii relati per *Menoch. de præſump.*
lib. 4. præſum. 2. nu. 16. Sed pro harum opinio-
num concordia quatuòr caſus diſtinguit *Man*
tic. de coniect. vltim. volun. lib. 1. titu. 7. nu. 2.
cum plurib. ſeq. & Menoch. etiam tres diſtin-
ctiones conſiderat *in ead. præſump. 2. num. 14.*
9 *& ſeq.* ad quos me remitto. Et quod ſaltim ex
vi clauſulæ codicillaris huiuſmodi teſtamentũ
ſubſtineri debeat, nouiſſime probat *Fab. Tur-*
rett. in tracta. de effect. clauſ. codicill. q. 126.
10 *effect. 79.* & eandem vim habet clauſula omni
meliori modo, vt refert *Afflic. in deciſ. 144. &*
11 *Mantic. in d. tit. 7. nu. 4.* Hoc autem intelligi-
tur, quando huiuſmodi clauſula additur verbo
communi in corpore diſpòſitionis, ſecus vero
ſi ponatur in principio, vel in fine teſtamenti,
vt notabiliter explicat *Io. Vinc. de Ann. in al-*
12 *leg. 19. nu. 27.* Sed magna inter Doctores con-
trouerſia eſt, an in dubio clauſula codicillaris
cenſeatur appoſita ordine, & voluntate teſta-
toris, vel potius de ſtylo notariorum, vt videri
poteſt penes *Rolan. à Vall. in conſ. 61. nu. 65.*
lib. 2. & latius in conſ. 7. per tot. lib. 4. Theſau.
in deciſ. 141. nu. 3. Maſcard. deprobat. in con-
cluſ. 300. Menoch. de præſump. lib. 2. præſum.
79. nu. 4. & in conſ. 37. num. 131. & ſeq. lib. 1.
Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 1. tit. 10.
per tot. & pleniſſimè Fab. Turret. in d. tracta.

de effec.clauf.codicill.quaest.4.effec.4.per tot.
13 Omnes autem huiusmodi solemnitates iuris
ciuilis tam in testamento nuncupatiuo, quàm
in scriptis remissæ sunt in testamentis, quæ à
parentibus inter liberos conficiuntur, vt cautũ
est *in l.hac consultissima.§.ex imperfecto, &*
in auth. quod sine, C. de testam. vbi Bar. dicit
in huiusmodi dispositionibus solum attẽdi ius
gentium, & idem affirmat *Ias.in auth.nouissi-*
14 *ma,nu.16.C.de inoff.test.* Quod secundum ali-
quos introductum fuit fauore liberorum, qui-
bus etiam de iure naturæ debetur parentum
hæreditas, & consequenter in ipsis cessat om-
nis suspitio falsitatis, cum etiam ab intestato
paternam hæreditatem essent habituri, vt re-
fert *Iul. Clar. in d. §. testamentum,q.8.vers.*
15 *primo,in fin.* Vel potius dicendum est, hoc in-
troductum fuisse propter reuerẽtiam debitam
parentibus à filijs, ꝑpter quã noluit legislator,
ꝙ liberis liceret rescindere paternũ iudiciũ cir
ca id, ꝙ ad eos pertineret, sed qualecunque sit,
teneatur illud amplecti, vt plenè probat *Natt.*
16 *in rep. d. §. ex imperfecto, nu.31.* Hinc infer-
tur, ꝙ licet regulariter in testamentis requira-
tur numerus septem testium, ita quòd vno ex
eo numero deficiente, testamẽtum est nullum,
vt expressè cauetur *in l. si vnus, C. de testam.*
tamen in testamento inter liberos duo tantum
testes sufficiunt, vt notat *Glos. in d. auth. quod*
sine, C. eo. Alex. in cons.146.nu.5. vol.2. Hier.
Grat.in cons.190.nu.3.lib.2. & alij relati per
Mich. Crass.in §.testamentum, quaest. 11. nu.
17 Imò quod etiam si nullus testis in huiusmodi
testamento interueniat, si tamen constat illud
factum fuisse per duos testes, vel ex partis con-
fessione, aut alio quouis probationum genere,
substinetur, nec ex defectu solemnitatis non
adhibitæ poterit impugnari, pluribus rationi-
bus probat *Natt.in eod.§.ex imperfecto, num.*
151.cum seq. qui inter cætera inquit, quòd in
huiusmodi testamento non opus est, quòd te-
stes interueniant ad illud solemnizandum, sed
ad probandum tantummodo, quod magnam
affert vtilitatem, nam si testes solum requirun-
tur ad probandum, & non ad solemnizandum
actum, tunc si aduersarius fatetur testamẽtum,
sed dicit non valere, ex quo non fuit solemni-
ter factum, ex defectu testium, succumbit, suffi-
cit enim aliunde eius probationem haberi, sed
si illi duo testes requirerentur pro solemnitate
actus, prout ius commune regulariter requirit
in alijs testamentis, eo casu posset aduersarius
dicere veram esse dispositionem, sed nõ solem-
nem, & tunc ex ea confessione condemnari nõ
posset, quia non sufficit veritas ad efficaciam
vltimæ voluntatis, nisi eam quoque solemnitas
concomitetur, *l.si veritas.C.de fideicom.vt no-*
tant Glo. & DD.in l.3.C.de bon.poss.secund.
18 *tabul.* Hinc est, quòd licet testamenti solemni-
tèr conditi inter extraneos possit tenor proba-
ri per duos testes testamentarios, si forte aliquo
casu fortuito sit amissum, iuxta tex. singularem
in l.testium, cum ibi not.per Bal.Saly.& Ang.
C.de testib. Hoc tamen intelligendum est pro-
cedere, dummodo illi duo testes non solum de-
ponant de tenore testamenti, sed etiam de per-
fecta eius eius solemnitate, nec sufficit si dicant,
quòd ita testator disposuit, sed opus est, quòd
etiam deponant illam dispositionem factam
fuisse coram septem testibus, vt notabiliter re-
fert *Gul. de Bened. in rep. cap. Raynutius, de*
testam.in ver.testamentum,1.nu.91. Et non
solum hæc conclusio procedit quando agitur
de probando integro tenore testamẽti, sed etiã
si agatur de probando aliquo eius errore, aut
aliqua noua dispositione, secus vero si agatur
de coniecturanda, vel declaranda testatoris vo
luntate, nam duo tantum testes sufficiũt, vt be-
nè explicant *Crau.in cons.167.Vrsill.in decis.*
44.num.21.& seq. & plenè *Surd.in cons.229.*
19 *nu.29.lib.1.* Itẽ licet regulariter fœminæ pro-
hibeantur esse testes in testamento, vt expresè
cauetur *in l.qui testamẽto, la 2.§.mulier.ff.de*
testam. & ratio est, quia sunt fragiles, & corru-
ptibiles, vt ibidem inquit *Glo. quã refert Iul.*
Clar.in d.§.testamentum, q.55.vers.sciias ta-
men. nihilominus in testamento inter liberos
admittuntur, vt post alios, plenè refert *Mich.*
Crass.in d.§.testamentum, q.11.nu.5. & ita
post alios concludit etiam *Natt.in eodem §.ex*
imperfecto, nu.166.cum plur.seq.& præcipuè
20 *nu.172.* Et eadem ratione nõ requiritur, quòd
in huiusmodi testamento inter liberos testes
sint rogati, prout requiritur in alijs testamẽtis,
vt ex communi DD. sententia refert idem
Crass.in d.q.11.num.6. & Iul. Clar. in d.q.8.
21 *vers.tertio infertur.* Hinc etiã infertur, quòd
etiam si reperiatur cedula scripta manu testa-
toris, in qua contineatur eius dispositio inter
liberos, illa attendi debet, & vim testamẽti ob-
tinet, nõ obstante, quòd nullus testis eam scri-
bere viderit, nec ei se subscripserit, vt expressè
cauetur *in d. Auth.quod sine, C.de testam.* per
quem text. aliqui dicunt sufficere, si probetur
per duos testes scripturam illam esse scriptam
manu testatoris per scripturarum comparatio-
nem, vt plenè tradit *Alex. in cons.114. vol.7.*
& alij relati per Mich. Crass.in §. institutio,
q.16.nu.5.& seq. & *Peregr.in cons.61.num.3.*
22 *lib. 1.* Quæ literarum comparatio quomodo
facienda sit ad hoc, vt legitimè procedat, plenè
explicant *Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.cas.*
114.& nouissimè Gasp.Thesau.in q.foren.24.
23 *lib.1.* Et quanta sit eius vis in alijs scripturis
& etiam in criminalibus? videnda sunt notata
per *Ruin.in cons.70.nu.4.vol.4.& Cephal.in*
cons.

conſ.141.nu.10.vol.1.quos refert Farinac.in
24 conſ. 11.nu.39.Et quid ſi teſtes dicant habere
notam manum ſcribentis? videnda ſunt not.
per Gram. in deciſ.84.Afft. in deciſ.181. Me-
noch.de arbitr.iud.caſ.114.nu.22.Io.Vinc.de
Ann.in alleg.125.nu.2. & Ioſeph Lud.in de-
25 ciſ.Peruſ.2.nu.17. Alij vero dicunt ad probã-
dum cedulam teſtamenti fuiſſe ſcriptum manu
teſtatoris,opus eſſe, quòd duo teſtes deponant
eam fuiſſe ſcriptam ipſis præſentibus, vt plenè
probat Alex.in conſ.123.nu.3.lib.1. & in cõſ.
76.nu.3.& ſeq.lib.3. Ruin.in conſ.11.num.6.
vol.3. & alij relati per Peregrin. in d. conſ.61.
num. 2. lib. 1. & hæc ſecunda opinio, ni fallor,
26 tutior eſt,& magis communis. Quid autem ſi
huiuſmodi cedula nõ reperitur in domo teſta-
toris,vel eſt ſcripta manu aliena,aut eſt repoſi-
ta penes notarium, ſed non deſcripta in eius
protocollo? eſt vidẽdus omnino Menoch. qui
plures caſus benè diſtinguit in tracta.de præ-
ſump.lib.4.præſump.7.num.2. cum alijs ſeq.
Iul.Clar.in d.§.teſtamentum,q.14.per tot.&
Mich.Craſſ.in d.q.16.Et quid ſi eſſet ſine die?
plenè explicat Petr.Caball.in conſ.106.num.
27 22.& ſeq.lib.2. In alio quoque eſt priuilegia-
tum teſtamẽtum inter liberos,quod in eo ſem-
per ſubintelligitur clauſula codicillaris,quam-
uis expreſsè non reperiatur appoſita, vt dixit
Gloſ.in l.cohæredi,§.cum filiæ,in verb.non vo
luit.ff.de vulg.& pup.quam ibi ſequuti fuerũt
omnes DD.& ita cõmuniter affirmant quoq;
Nicol.Bellon.in conſ.85. nu.4.Surd.in conſi.
232.nu.14.& in conſ.258.nu.5. & nu.28.lib.
2.Menoch.de præſump.lib.4.præſump.31.nu.
16.Mantic.de coniect.vltim.volun.lib.6.tit.
2.num.33.Mich.Craſſ.in d.§.teſtamentum,q.
11.num.11.& plenè Fab.Turrett.in conſ.29.
nu.12.lib.2.& in d.tract.de effect.clauſ.codi-
28 cill.q.145.nu.1.Sciendum eſt autem,quòd hu-
iuſmodi priuilegium vt teſtamentum imperfe-
ctum ratione ſolemnitatis valeat inter liberos,
procedit ſolum circa ea, in quibus verſatur fa-
uor ipſorum liberorum, nõ autem quoad alia,
quæ concernunt fauorem extranei, imò quic-
quid extraneis in eadem diſpoſitione non ſo-
lemni relictum eſſet, eiſdem filijs accreſcit, vt
expreſsè cauetur in eodem §. ex imperfecto;
29 Vnde ſi filio eſſet ſubſtitutus extraneus, illa
ſubſtitutio corrueret, vt inquit Barto. in l. 2.
num. 18.ff. de vulg. & pupil. & alij plenè re-
lati per Pereg.in d.conſ.61.nu.4.cum plur.ſeq.
30 lib.1. Et hoc non ſolum procedit in ſubſtitu-
tione fideicommiſſaria, ſed etiam in pupillari,
ſi ſubſtitutus non eſt de liberis eiuſdem teſtato-
ris,vt plenè concludit Natt.in eod.§.ex imper-
fecto, à nu.128. vſq; ad nu.133. & licet con-
trarium tenuerint aliqui DD. ex eo quod pu-
pillaris ſubſtitutio fauorem filij reſpiciat, pro
quo pater teſtatur, nihilominus ſupradicta con
cluſio eſt magis cõmuniter recepta, vt ex mul-
torum ſententia refert Craſſ.in d.§. teſtamen-
31 tum,q.14. Imò, quod in huiuſmodi teſtamen-
to non poſſit filijs tutor relinqui,communiter
affirmant DD. in eod. §. ex imperfecto, quos
ibidem refert Curt.iun.nu.26.& Natt. num.
32 122.Bene verùm eſt,quod huiuſmodi tutor de-
bet omnino per Iudicem confirmari, vt inquit
Alex.in conſ.140.nu.2.vol.1.& alij relati per
Tiraq.in rep. l.ſi vnquam, C.de reuoc.don. in
33 præfat.nu.25. Et in hoc magna eſt differentia,
quòd tutela valeat ab initio, vel quod indigeat
Iudicis confirmatione, nam quando tutor ſcit
ſe tutorem relictum in teſtamento ſolemni, te-
netur ſtatim adminiſtrationem ſuſcipere, alio-
quin ſi ceſſat, tenetur de neglectis, quia tutela
eſt munus publicum, & neceſſarium, l.1.& l.
quidam decedens,§.fin.& l.qui iuſſus.ff.de ad-
miniſtr.tut. Sed relictus tutor in teſtamento
non ſolemni, non tenetur petere ſe confirma-
ri,& ideo ſi ceſſat, non ſubiacet periculo admi-
niſtrationis non geſtę, l.impuberi,ff.de admin.
tut. vt benè animaduertit Natt.in eodem §.ex
34 imperfecto,nu.123. Fallit tamen hæc conclu-
ſio quando tutor relictus eſt etiam de liberis ip-
ſius teſtatoris, nam tunc valet ſine confirma-
tione, vt probat idem Natt. ibidem num.124.
35 Sed hoc intelligi debet in caſu quo frater ma-
ior non eſt ſuſpectus in adminiſtratione tutelæ
fratrum minorum, ratione communis patri-
monij, iux. ea quæ pulchrè explicat Vinc. de
36 Franch.in deciſ.404. Præterea ſciendum eſt,
quod licet ſupra dictum ſit,quod in teſtamento
inter liberos ſubintelligitur ſemper oppoſita
clauſula codicillaris, tamen hæc clauſula ſic ta-
citè ſubintellecta nihil operatur quoad ea, quæ
fauorem extraneorum cõcernunt, vt poſt alios
plenè refert Fab.Turrett.in d. tract. de effect.
37 clauſ. codicillar. q.148. effect.59. Nam hæc
clauſula codicillaris tacita non eſt tantæ po-
tentiæ ſicut expreſſa, vt plenè probant Cra-
uett.in conſ.34.nu.2. & ſeq. Boer. in dec.240.
ſub nu.6.& Surd.in conſ.232.nu.28.lib.2. An
38 autem huiuſmodi teſtamentum non ſolemne
ſubſtineatur, ſi filij ſunt à patre inæqualiter in-
ſtituti? In hoc articulo magna eſt DD. contro-
uerſia, nam aliqui tenent teſtamentum non
valere,dicentes, quod omnia priuilegia, quæ à
iure tribuuntur paternæ diſpoſitioni inter li-
beros, habeat locum quando æqualiter in om-
nium fauorem parentes diſponunt, ſecus vero
ſi diſpoſitio vnius fauorem, & alterius odium
contineret, vt inquit Rom. in conſ.385.nu.5.
quem refert Dec. in conſ.105. nu.6.plenè Co-
uarr.in cap.Raynutius,§.1. num.3.de teſtam.
Caccb.in tract.de legitima, in verb. quoq; re-
licti titulo, nu.21.fol.mihi,80. à tergo, Ant.

Gabr. in 4. lib. comm. concl. sub tit. de testam.
concl. 6. vers. contrarium, Mantic. de coniect.
vltim. volunt. lib. 6. tit. 2. nu. 16. & seq. & præ-
cipuè *nu. 19.* vbi plures concordantes refert
pro hac opinione, *& Io. Bapt. Laderch. in cõs.*
39 *22. nu. 3. & seq.* Alij vero indistinctè tenent
paternam dispositionem non solemnem inter
liberos sustineri, non obstante, quod inter eos
inæqualitatem contineat, dummodo tamen
nemini legitima auferatur, prout tenuit *Bal.*
in l. filij, nu. 5. C. fam. hercisc. & ibidem Salyc.
nu. 4. & alij plenè relati per *Mantic. in d. lib.*
6. nu. 20. vers. & hæc sententia, & Mich. Crass.
in d. §. testamentum. q. 11. nu. 8. vers. tertia sen-
tentia, & hanc magis communem opinionem
esse, & pro ea iudicatum fuisse testatur *Anton.*
Gam. in decis. Lusit. 61. per tot. eamq; plenè de-
fendit Petr. Caball. insignis Doctor. in cons.
40 *98. per totum*, cui ego tanquam æquiori, & cõ-
muniori pariter acquiesco. Quæstio etiam est;
An per huiusmodi testamentum non solemne
inter liberos censeatur reuocatum primum so-
lemne, in quo institutus est extraneus? quam
plenè explicant *Natt. in d. §. ex imperfecto,*
nu. 216. & in cõs. 124. nu. 2. & seq. lib. 1. Hier.
Grat. in cons. 90. per totum, lib. 2. et Ant. Gam.
41 *in decis. 109.* ad quos me remitto. Et quid è
conuerso? similiter me remitto ad ea, quæ ple-
nè tradit *Peregr. in cons. 6. nu. 24. & seq. lib. 3.*
Et quid si primum, & secundum testamentum
est inter liberos, cui magis standum sit? vide
quæ plenè distinguendo tradit *Achill. Perso-*
nal. in tract. de adipisc. possess. sub tit. de petit.
42 *hæredit. nu. 577. & seq.* Et ex quibus induca-
tur testamenti reuocatio? plenissimè cumulant
Mastrill. in decis. 132. & Gasp. Thesaur. in q.
43 *forens. 56. per totam, in 1. lib.* Et an hoc priui-
legium, vt parentes inter liberos sine solemni-
tatibus iuris ciuilis testari valeant, comprehen-
dat etiam fœminas exclusas à statuto à parentũ
successione? vide *Natt. in eodem §. ex imperfe-*
44 *cto, nu. 65.* Et an comprehendat filios adopti-
45 uos? vide eundem *ibidem, nu. 79. & seq.* Et an
comprehendat filios naturales tantum, vel spu-
rios? plenè explicat idem *Natt. ibidem nu. 66.*
cum plur. seq. & nu. 74. & 78. et Peregr. in cõs.
46 *6. nu. 25. & seq. lib. 3.* Et quid in filijs legitima-
tis? latè declarat etiam idem *Natt. in eodem lo-*
47 *co, nu. 90. & seq.* Et an hoc priuilegium proce-
dat etiam è conuerso quando filius in casibus à
iure permissis testatur inter parentes? videri
potest idem *Natt. in eodem §. ex imperfecto,*
nu. 227. post Alex. ibidem nu. 7. & Boer. in de-
cis. 240. in fi. ad quos ne iddem repetam, simi-
48 liter me remitto. Testamentum autem nutu fa-
ctum a testatore non valente loqui etiam inter
liberos non valet, vt inquit *Ang. in l. discretis,*
C. qui test. fac. poss. cuius opinionem confirmat
Natt. in eod. §. ex imperfecto, nu. 194. & seq.
49 Sed quid si fiat à testatore balbutiente? *Ang.*
Aret. in §. 1. inst. de testam. ordin. nu. 7. dicit,
quod quando testator est ita balbutiens, quod
quasi non intelligitur, testamentum non valet,
quia mortuo similis est, præterquam si esset di-
spositio inter liberos, nam sufficit quibuscumq;
indicijs patris voluntas demonstretur, *l. fin. C.*
fam. hercisc. sed Natt. in d. §. ex imperfecto, nu.
203. referendo hanc doctrinam Aretini, dicit
quod non bene eius mentem percipit, nam si
pater ita balbutiebat, quod non intelligebatur,
certum est, quod testamentum non valet per
tex. in l. iubemus, C. de testam. si vero intelli-
gebatur, eius voluntas tenet etiam inter extra-
neos, *l. quoniam indignum, C. eod.* vnde quid
possit inter hæc esse medium, quod Aret. vocat
quasi intelligere, difficillimum est cognoscere:
50 Ego vero puto hanc quæstionem solui posse ex
ijs, quæ distinguendo notabiliter refert *Me-*
noch. in cõs. 45. nu. 22. & plenius nu. 37. & seq.
51 *lib. 1.* qui tres casus distinguit. Primus est cum
quis est sanus corpore, & mente, sed a natura
impeditur loqui, ita vt animi sensum vllo mo-
do explicare, & significare non valeat, prout
sunt muti, & surdi a natura; & hi nullo pacto
testari, aut aliter de suis bonis disponere valẽt,
l. discretis, cum ibi not. per Dec. nu. 17. & seq.
& Ias. nu. 2. C. qui test. fac. poss. vt etiam notat
52 *Ruin. in cons. 24. nu. 10. lib. 2.* Secundus casus
est cum quis est sanus mente, & certè constat eũ
intelligere, quod agitur, sed ex aliquo acciden-
ti, vel infirmitate impeditur explicitè loqui, &
hic si animum suum aliqua voce declarat, vel
ad alterius interrogationem affirmatiuè, vel
negatiuè respondeat, vt puta, si interrogatus;
an hæredem Gaium faceret, respõdit, si, si, tali-
ter de rebus suis disponendo, ita quod testes be-
ne possint eius mentem, & voluntatem cogno-
scere, præsupposito tamen semper, quod appa-
reat eum in sana mente bene consistere, valida
erit eius dispositio, vt pulchrè explicat *Soc. in*
cons. 20. nu. 3. & seq. lib. 4. à quo non dissentit
Alex. in cons. 33. num. 6. & seq. lib. 3. & Corn.
omnino videndus *in cons. 261. nu. 24. lib. 4.* &
idem confirmat *Ruin. in cons. 12. nu. 8. & seq.*
lib. 2. & vltra alios allegatos per Menoch. in ci-
tato loco, plures alios concordantes ad huius
conclusionis cõfirmationẽ refert *Franc. Becc.*
in cons. 102. sub num. 10. vers. rursus confert,
lib. 1. plenè *Surd. in cons. 414. nu. 58. & seq. lib.*
3. Cephal. in cons. 546. nu. 32. et seq. lib. 4. latè
Laur. Siluan. in cõs. 54. nu. 10. lib. 2. Ant. Gam.
in decis. 46. nu. 6. & nouissimè *Farinac.* qui plu-
res alios moderniores refert in *cons. 97. num. 1.*
et 6. cum plur. seq. et Gasp. Thesaur. in quæst.
53 *foren. 99. num. 3. et 28. lib. 2.* Et hæc conclusio
multo magis procedit, quando hæres institutus
est

est is qui ab intestato successurus esset, nam eo casu non solum cessaret omnis suspitio, sed sanitas mentis in testatore præsumeretur ex ipso actu testandi, cum eum instituat hæredem, qui à quolibet prudenti viro fuisset institutus, vt ex multorum sententia refert idem *Gasp. Thes. in allegata q. 99. nu. 29.* quæ cõclusio confirmatur etiã ex relatis per *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 8. nu. 34. vers. tertium est signum.*

54 Tertius casus consideratus per eundẽ Menoch. in d. cons. 45. nu. 39. est, quando sumus in dubio an testator corpore infirmus sit sanæ mentis dũ balbutire incipit, & inarticulatè loqui, & eo casu concludit præsumendum esse mentis sanitatem ex eo actu testatorem amisisse, & consequenter testari non posse, idq; multorum authoritate probat, ac iterum cõfirmat in *eodem consil. in fine, num. 44.* pro cuius conclusionis corroboratione plures cõcordãtes refert etiã *Franc. Becc. in cons. 86. num. 21. et seq. lib. 1.* eamque plenissimè confirmat insignis Doctor *Io. Bapt. Laderch.* omnino vidẽdus in *cons. 39. per totum*, qui *num. 5.* notabiliter dicit, quòd licet vera sit supradicta secũda conclusio, quòd etiam si testator ab alio interrogatus an velit talem facere hæredem, respondeat annuendo, quòd sic, valida sit huiusmodi dispositio, hoc tamen intelligi debet, quando constat eum alia verba articulatè protulisse, ex quibus argui posset quod erat in recto sensu, vel præcedebat ipsius testatoris præordinatio ad illam dispositionem antequam grauitas morbi superueniret, idq; pluribus authoritatibus plenissimè confirmat, & in eisdem terminis loquitur etiam plenè *Surd. in cons. 414. nu. 54. et 58. lib. 3* & alij, quos copiosè refert *Gasp. Thesaur. in d. q. 99. nu. 5. cum plur. seq.* & præcipuè *nu. 27. et seq. et Mich. Crass. in §. institutio, q. 17. nu. 9.* & in hanc quoque distinctionem in effectu concurrunt ea, quæ circa huius articuli decisionem plenè refert *Petr. Pecch. in tract. de testam. coniug. in 1. par. c. 5. per totum*, & la-

55 tè *Bombin. in cons. 54. per totum*. Ex his ergo in proposita quæstione concludendum puto, quod aut testamentum ad alterius interrogationem factum est à testatore annuente per verbum affirmatiuum, quem ex alijs signis constat in recto sensu fuisse, iuxta plenè not. per *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 8. per totam*, vel ab eo fuerat prçordinata dispositio antequam ex morbi grauitate correptus esset, ita quod eam fuisse eius mentẽ, & non ab alijs suggestam apparet, & tunc etiam inter extraneos huiusmodi dispositio valida est, si tamen aliæ solemnitates concurrant, sed si solemnitates deficiunt, valet saltem inter liberos, si verò talis dispositio facta sit à testatore morti proximo, adeoq; graui morbo correpto, quod nõ potest articulatè loqui, sed ad interrogationem alterius annuit per verbum sic, nec cõstat illam dispositionem ab eo prçordinatam fuisse, iuxta supra notata in tertio casu, & tunc etiam inter liberos huiusmodi dispositio inualida est, cum enim facta sit ab eo, qui non erat in recto sensu, corruit ex defectu volũtatis, quia non habebat velle, nec nolle, vt plenè considerat *Frãc. Becc. in d. cons. 86. num. 29.* & alij plenè relati per

56 *Mart. in vot. 89. num. 5. et seq.* Vnde sequitur conclusio à Doctoribus communiter approbata, quòd licet testamentum inter liberos validũ sit sine solemnitatibus iuris ciuilis, secus tamen est, quando est imperfectum ex defectu voluntatis, nam tunc omnino corruit, vt omnes affirmãt in *d. l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam.* & præcipuè *Paul. de Cast. num. 3. Corn. nu. 3. et Natt. nu. 139. cum plur. seq.* & alij, quos plenè refert *Iul. Clar. in §. testamentum, q. 9. per totam, Surd. in cons. 258. num. 21. lib. 2. Mascard. de probat. in conclus. 1358. sub nu. 79. et Mich. Crass. in §. testametum, q. 12.*

57 *per tot.* Quæ conclusio procedit etiam in testamento ad pias causas, vt post alios plenè cõcludit *Iul. Clar. in d. §. testamentum, q. 7. per*

58 *totam.* Nec per clausulam codicillarem imperfecta dispositio ratione volũtatis sustineri potest, vt ex communi DD. opinione testantur *Surd. in d. cons. 258. num. 23. lib. 2. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 2. num. 9. & in lib. 6. tit. 4. nu. 15.* & alij, quos plenissimè refert *Fab. Turret. in d. tract. de effect. claus. codicill. q. 22. per tot.* Ad cognoscẽdum autem quando vltima dispositio sit imperfecta ex defectu volũ-

59 tatis, plures casus sunt distinguendi. Primus casus est, quando testator cœpit testamentum condere, & aliqua disposuit, sed in medio testamenti superuenit furor, aut mors, ob quod non valuit integrè disponere, & eo casu huiusmodi dispositio est penitus nulla, nam potius videtur cœpisse testamentum facere, quàm illud fecisse, vt expressè cauetur *in l. si quis cum testamentum, et in l. ex ea ff. de testam. et in l. fideicommissa, §. 1. ff. de legat. 3.* Vnde si testator instituit hæredem, & dum volebat ei aliquem substituere, vel alia legata relinquere, obmutuit, sine dubio tota dispositio corruit etiam quoad heredis institutionem, quæ videbatur esse perfecta, nã testamẽtum est indiuiduum, & recipit vires ab vltimo puncto, vt plenè concludit *Natt. in d. §. ex imperfecto, num. 139. cum plur. seq. vsque ad nu. 145. et Menoch. de præsumpt. lib. 4. præ-*

60 *sumpt. 5. nu. 4. et seq.* Hanc autem conclusionẽ limitat *Bart. in l. in testamento, ff. de fideicom. libert.* dicens, huiusmodi dispositionem sustineri quoad eam partem, in qua fuit perfecta, saltim fauore piæ causę, pro qua opinione alios cõcordantes refert *Dec. in cons. 159. sub nu. 3.*

vers.

verſ.quarto, et vltimo. Et licet multi impu-
gnent hanc opinionem, dicentes quòd talis di-
ſpoſitio, dum teſtator decedit prius quàm ſuam
volũtatem integrè explicet, non ſolum corruit
ex defectu ſolemnitatis, ſed etiam ratione defi-
cientis voluntatis, & conſequenter quòd in to
tum corruit etiam circa ea, quæ fauorẽ piç cau-
ſæ, & liberorum reſpiciunt, vt poſt alios refert
*Iul.Clar.in d.§.teſtamentum, q.7. verſic.ali-
quando, et quarto teſtator,* nihilominus Bart.
opinionem veriſſimam eſſe teſtantur plurimi
DD. congeſti à *Tiraq.in tract.de priuileg.piæ
cauſæ, in 7.priuileg.* & alij, quos plenè refert
Menoch.in d.præſumpt.5.ſub num.6.verſ.de-
61 *claratur autem primo.* Secũdus caſus eſt, quan-
do teſtator totam ſuam volũtatem integrè or-
dinauit coram duobus teſtibus, & deinde iuſſit
vocari notarium, & rogari alios teſtes, ad hoc
vt de ea diſpoſitione conficeretur ſolemnis ſcri
ptura, & interim morte præuentus deceſſit.
in hoc caſu *Oldr.in conſ.*119. cõſuluit hanc di-
ſpoſitionem nõ valere etiam ad pias cauſas, di-
cens, ꝙ hoc non poteſt dici teſtamentũ perfe-
ctum, ſed potius quædam præparatio ad illud
conficiendũ, ſicut ſentẽtia ſcripta per iudicem,
antequam recitetur, non dicitur ſententia,
ſed præparatio ad eam, *l.2.C.de ſent.ex breuil.
recit.et cap.fin.de re iudic. in 6.* cum valeat ar-
gumentum de ſententia ad teſtamentum, *l.1.*
ibi, *voluntatis noſtræ iuſta ſententia, ff.de teſt.*
pro qua opinione plures DD. cõcordantes re-
fert *Natt.in d.§.ex imperfecto, ſub nu.146.* &
eam communem eſſe teſtantur *Dec.in d.conſ.
159.ſub nu.3. verſ.quibus tamen non obſtan-
tibus, cum plur.ſeq.Iaſ.in conſ.155.ſub nu.3.
verſ. ſed per aduocatos partis aduerſæ, lib.4.
Iul.Clar.in d.q.7.verſ.aliquãdo, et tertio, Co-
uarr.in cap.relatum, 1. nu.9. de teſtam.Gram.
in deciſ.62.nu.15.Ruin.in conſ.7.nu.7. et ſeq.
et in conſ.11.nu.12. et ſeq.lib.3.* & alij plenè
relati per *Surd.in deciſ.292.nu.11.cum plur.*
62 *ſeq.* Non tamen deſunt qui aduerſus Oldr.in-
ſurgentes hanc concluſionem impugnãt, quos
refert *Natt.in eodem §.ex imperfecto, nu.147.*
plenè *Curt.iun.in conſ.303.nu.22.verſ.redu-
cendo igitur ad propoſitum, cum plur.ſeq.* &
plenius *in conſ.ſeq.nu.59. & ſeq. Cephal.in
conſ.99.nu.6.lib.1. Ant.Gabr.in 4.lib. comm.
concl.in tit.de teſtam.concl.9.nu.8.* & alij no-
uiſſimè relati per *Mart.in vot.8.nu.25.* Sed
63 pro harum opinionũ concordia aliqui dicunt,
quod aut conſtat, quod teſtator volebat in ſcri-
ptis ſolemniter teſtari, & tunc ex quo ad ſub-
ſtantiam actus requirebatur ſcriptura, ideo ſi
eius voluntas non fuit ſcripta à notario, & pu-
blicata coram teſtibus, non poteſt dici actus ab-
ſolutus, & perfectus, ex reg. *tex. in l.contractus,
C.de fide inſtr.* & in his terminis procedit ſu-
prædicta opinio Oldr. & eius ſequacium. Aut
vero defunctus voluit teſtari ſine ſcriptis, & re
vera facere teſtamẽtum nuncupatiuum, ſed de
eius diſpoſitione mandauit fieri inſtrumentum
adhibitis notario, & teſtibus propter faciliorẽ
probationem, prout in dubio præſumendum
eſt, ne videatur ſe reſtringiſſe ad vnicam, & diſ-
ficiliorem viam teſtandi in ſcriptis, & hoc caſu
ſi de perfecta teſtatoris voluntate cõſtat coram
teſtibus declarata, licet fato præuentus non po-
tuerit adhibere notarium, nihilominus valida,
& firma remanet illa diſpoſitio, imò ſi adhibi-
tus fuit legitimus numerus ſeptem teſtium ro-
gatorum, valet etiam inter extraneos, ſi vero
duo tantum interuenerunt, erit valida ſolum
inter liberos, & ad pias cauſas, hanc diſtinctio-
nem plenè probat *Natt.in d.§.ex imperfecto,
ſub nu.*147. pro qua multos alios DD. concor-
dantes refert *Honded.in conſ.77.nu.17. & 19.*
64 *& ſeq.lib.*1. Alij vero diſtingunt, quod aut tẽ-
ſtamentum fuit ſcriptum manu teſtatoris, aut
manu aliena, Primò caſu dicunt illud eſſe uali-
dum, quamuis per notarium coram teſtibus nõ
publicetur, quia huiuſmodi ſolemnitas non
erat neceſſaria, per *tex.in auth.quod ſine, C.de
teſtam.* & licet teſtator iuſſerit notarium, &
teſtes uocari, non tamen per hoc uitiatur di-
ſpoſitio eius manu ſcripta, quia non eſt creden-
dum, quod uoluerit eligere viam, ex qua ſuum
iudicium impugnatur, *l.3.ff.de milit.teſtam.*
Secundo verò caſu inhærent opinioni Oldr.
& aliorum eius ſequacium, vt pulchrè inquit
Cephal.in conſ.99.num.19. & ſeq. & clarius
65 *nu.21.lib.1.* Tertius caſus eſt, quando teſtator
ſuam volũtatem coram notario, & teſtibus in-
tegrè declarauit, & ea iam publicata, paulo poſt
eiſdem notario, & teſtibus dixit, Non faciatis
aliud vſque ad craſtinum diem, & eos rogauit
quòd iterum reuerterentur, & interim nõ mu-
tata voluntate deceſſit, hoc caſu ex magis com-
muni DD. ſententia concluditur, teſtamẽtum
hoc eſſe validũ, etiam ſi teſtator dixiſſet, quòd
volebat aliquid addere, vel detrahere, nam ex
hoc non infertur, quòd non habuerit illud te-
ſtamentum pro perfecto, & abſoluto, ſed pote-
rat poſtea, ſi aliquid mutare placuiſſet, illud de
nouo facere per codicillos, cum ambulatoria
ſit hominis uoluntas uſque ad extremum uitæ
ſpiritum, ut pulchrè conſuluit *Ruin.in cõſ.15.
nu.12. & ſeq.lib.2.poſt Alex.in conſ.74.nu.3.
vol.1.* quos ſequitur *Simon de Petr.in tract.de
interpr.vltim.volun.lib.2.interpr.1.dubit.2.
ſolut.1.nu.41. Bertaz.in conſ.ciu.86.num.8.
Menoch.in d.præſumpt.5. ante nu.7.verſ.de-
claratur ſecundo, Surd.in deciſ.292.nu.6. &*
66 *Ant.Gabr.in d.concl.9.nu.10.* Hæc autem
concluſio intelligenda eſt, quando teſtator ha-
buit pro tũc illam diſpoſitionem pro abſoluta,
& per-

& perfecta, quamuis aliquid addere, vel diminuere reseruasset pro die sequenti, secus verò si antequam habuisset dispositionē pro perfecta eam in aliud tempus distulisset, ex quo intendebat aliquem consanguineum, vel amicum consulere, nam eo casu si aliud postea nō disposuit, censetur potius uoluisse intestatus decedere, prout consuluit *Paul. de Cast. in cons. 450. incip. visa dicta facti narratione, lib. 2.* quem refert, & sequitur *Natt. in d. §. ex imperfecto, ante nu. 148. vers. istam tamen conclusionem limita.* Et hanc conclusionem procedere etiam si testator integrum testamentum dictauit, & scribi fecit à notario coram septem testibus, sed aliquo impedimento superueniente mandauit eius publicationem differri pro die sequenti, & interim fuit morte præuentus, pleniſſimè
67 probat *Mars. in d. vot. 8. per totum.* Quartus casus est, quando testator suam uoluntatem declarauit coram notario, & testibus, sed dum notarius eam scribebat, antequam perficeret, & recitaret, testator decessit, quo casu aliqui tenēt testamentū hoc esse ualidum, si probatur per legitimos testes, qui illi dispositioni fuerūt adhibiti, quod talis fuit testatoris uoluntas, nam scriptura non est de substantia testamenti nuncupatiui, quæ conclusio expressè probari uidetur in *l. Lucius,* cum ibi pulchrè notat. per *Bal. C. de testam. milit.* eamq; in terminis plenè defendit *Bertaz. in d. cons. ciu. 86. per tot.* & licet in contrarium videatur vrgere *tex. in l. fideicommissa, §. 1. cum ibi not. per glos. ff. de leg. 3.* tamen ei bene respondet *Pau. de Cast. in cons. 307. num. 3. in 2. dub. vol. 1.* dicens, quòd ille text. intelligi debet, quādo quis vellet probare testamētum per illam scripturam imperfectam à notario confectam, & non recitatam coram testibus, nam nihil probaret, secus verò si hæres vult absolutè probare dispositionem testatoris per testes, qui fuerunt ei præsentes, & audiuerunt totam testatoris voluntatem, nam hoc sufficit ad probandum testamentum nuncupatiuum sine scriptura, *l. hæredes palàm, in princ. ff. de testam. & l. hac consultiſſima, §. per nuncupationem. C. eod. tit.* & ita etiam tenent *Couar. in cap. relatum 1. sub nu. 11. vers. tertia conclusio, de testam. Natt. in d. §. ex imperfecto, ante nu. 145. vers. aduertatur etiam,* & alij relati per *Bertaz. in dict. cons. 86. num.*
68 10. Alij vero dicunt, quod si testator suam voluntatem coram notario, & testibus benè declarauit, sed dum ea per notarium scriberetur, superuenit ipsius testatoris mors, aut aliud impedimentum, ob quod illa dispositio per notarium legi, & publicari non valuit, dispositionē hanc non posse argui ex defectu voluntatis, cū ea fuerit benè expressa, & declarata, sed solum ex defectu solemnitatis, cum deficiat ille actus publicationis, prout fatetur *Cephal. in cons.*
69 *294. nu. 16. & seq. lib. 2.* Et consequenter hinc infertur huiusmodi dispositionem, non obstante hoc solemnitatis defectu, saltim validam esse inter liberos, & ad pias causas, prout pleno calamo defendit *Laderch. in cōs. 156. & in cons. seq. 157. per tot.* & eandem conclusionem approbat *Iul. Clar. in d. §. testamentū, q. 7. vers. aliquando vero testator.* Sed duo inquit concurrere debere; Primum scilicet, quòd testator suam voluntatem coram duobus testibus explicauerit, saltim per relationem ad aliquam cedulam, dicēdo se de suis bonis disponere, prout in ea; Secūdum quod non exprimat se velle de contentis in cedula confici scripturā per notarium, nam tunc potius esset præparatio dispositionis quàm dispositio, quod vltimum quomodo intelligatur, inferius explicabo, & cum hac opinione conueniunt plures relati per *Tiraq. de priuil. pia causa, priuil. 6. & Surd. in*
70 *d. decis. 292. num. 3. & seq.* Alij vero dicunt, quòd aut testator elegit viam testandi in scriptis, aut voluit facere testamentum nuncupatiuum, primo casu, tunc dicitur testamentum perfectum, quando post completam scripturā testator coram testibus declarauit eam esse vltimam eius dispositionem, ita quòd testes saltim implicitè notitiam habuerunt voluntatis ipsius, vt inquit *Pau. de Castr. in d. l. hac consultiſſima, sub nu. 1. vers. tertio quòd testator,* & cum hæc sit solemnitas substantialis, debet apparere ex eadē scriptura testamenti, nec sufficeret si aliunde probaretur, debet enim notarius de hoc stipulari actum particularem in cortice eiusdem testamenti clausi, ita quod ex sola eius inspectione absq; alio adminiculo appareat testamentum saltim implicitè fuisse testibus publicatum, alias enim de voluntate testatoris non diceretur constare, nedum explicitè, sed nec implicitè, vt pulchrè animaduer-
71 tit *Marant. in cons. 112. nu. 4.* Si vero testator voluit facere testamentum nuncupatiuum, sed in eo adhibuit notarium, quem de eius confectione rogauit, tunc etiam ad perficiendum huiusmodi testamentum necessaria est publicatio, & oportet, quòd postquàm fuit scriptum legatur coram testibus, & ab ipso testatore approbetur, aliàs non valet iure testamenti, nec codicillorum, *l. fideicommissa, §. 1. cum ibi not. per Glo. ff. de leg. 3.* prout in specie notant *Ruin. in cons. 1. nu. 7. & seq. lib. 3. Corn. in cons. 49. nu. 8. & seq. lib. 1. Suar. in alleg. 1. in fin. num. 39. Guid. Pap. in cons. 55. nu. 3. & in cons. 234. in princ. Io. Dilect. in tract. de arte testan. titu. 2. caut. 11. num. 6. Lanfran. in cap. quoniam contra, de probat. in ver. instrumentorum productiones, num. 32. vers. quæritur nunquid valeat, Menoch. in cons. 42. nu. 54. & Cephal. in cons.*

conf.409.num.10. Qui omnes affirmant, quod etiam si testamentum fuit scriptum dictante testatore coram testibus, si tamen postea non fuit lectum per notarium coram eisdem testibus, & confirmatum per testatorem, non dicitur perfectum, ex quo non fuit obseruata hæc
72 solemnitas substantialis à iure requisita. Ex his ergo elicitur conclusio, quod altero de duobus modis testatoris voluntas debet testibus publicari, scilicet, aut implicitè, dum per eum traditur scriptura notario sigillata, & coram septè testibus idem testator declarat eam esse vltimã suam dispositionem, & obseruãtur aliæ solemnitates traditæ in d.l. hac consultissima, vel explicitè, quãdo post lectum, & stipulatum testamẽtum per notarium coram testibus, idem testator proprio ore illud confirmat, & si secus fiat dicitur incompleta voluntas; & nullo modo substineri potest, vt pulchrè inquit *Ang. in tract. de testam. in ver. lectum, & perfectum,* quem refert *Gram. in decis. 62. num. 5. & seq.*
73 Subdens quòd ideo semper in fine testamenti adduntur per notarios illa verba, actum, lectũ, & publicatum, &c. nunquam enim testamentum lectum, & publicatum fuisse præsumitur, nisi de hoc actu notarius expresse profiteatur, vt ex communi DD. sententia asserit *Couar. in d.c. relatum, 1. de testam. sub num. 10. versi. ego tamen fateor, & in vers. illud vero non est*
74 *omittendum.* Imò etiam si adsit illa clausula, actum, lectum, & publicatum, si tamen ea posita sit in principio testamenti, nihil operatur; multoties enim euenit, quòd notarius omnia scribit sub spe postea illam scripturam legendi coram testatore, & testibus, & nihilominus ex aliquo accidenti contingit, quòd actus nõ perficiatur, & ideo opus est, quòd illa clausula ponatur in fine, postquàm actus omnino completus fuit, & omnia relecta coram testatore, & testibus, vt benè considerant *Corn. in conf. 226 vol. 3. pulchrè Purpur. in conf. 581. sub nu. 5. lib. 2.* & alij relati per *Cephal. in d. conf. 409.*
75 *nu. 14.* Magna autem difficultas est, an etiam hæc procedant etiam in testamento inter liberos? pro cuius quæstionis solutione mihi respondendum videtur, quòd aut voluntas testatoris apparet scripta manu ipsius, ita quod de eius veritate non dubitetur, & tunc etiam si nõ fuerunt adhibiti testes, nec aliæ iuris solemnitates, inter liberos plenè probat, dummodo tamen concurrãt alia requisita iuxta *Auth. quod fine, cum ibi not. per Natt. & alios DD. C. de*
76 *testam.* Aut testamentum est scriptum manu notarij, & tunc si duo testes fuerunt præsentes huic dispositioni, qui de eius tenore deponant, similiter inter liberos probat, quamuis aliæ solemnitates adhibitæ non fuerint, nam sufficit quomodocunque saltim naturaliter de paterna voluntate constare, & in his terminis procedit dispositio *tex. in d. §. ex imperfecto, vbi Alex. nu. 3.* dicit, quòd paria sunt, quòd testator scribat, vel notarius de mandato ipsius, verum de commissione, & ordine testatoris opus est constare saltim per duos testes omni exceptione maiores, nam de hoc nõ creditur assertioni ipsius notarij, prout dixit etiam *Imol. in conf. 91. iu 1. dub.* & pulchrè *Ias. in conf. 155. sub nu. 4. vers. non obstat secundum principa-*
77 *le. vol. 4.* Aut vero testamentum constat per scripturam notarij, sed testes in eo adhibiti nõ deponunt, quòd eius tenor fuit lectus coram eis, nec quòd testator declarauit eam esse suam vltimam voluntatem, & hoc casu ex magis cõmuni DD. sententia sine dubio concludendum puto, huiusmodi scripturam nihil probare, etiam inter liberos, & ad pias causas, nam speciale est, quòd testamentum scriptum manu testatoris, vel de eius tenore constat per duos testes, probet inter liberos, vt inquit *Bal. in d. authen. quod sine, C. de testam.* quia in his duobus casibus non dubitatur de voluntate testatoris, sed tantum de solemnitatibus non obseruatis, quę cum à iure ciuili introductę fuerint, ab eodem iure fauore liberorum sunt sublatæ, sed quando testes non deponunt de tenore testamenti, & non cõstat ex eadem scriptura, quòd fuit lectum, & publicatum, tũc nedum est nullum ex defectu solemnitatis, sed etiam imperfectæ voluntatis, vt affirmant *Bal. in l. 1. in fi. C. de sacros. eccl. & in l. si is qui. ff. de testam. plene Ruin. in d. conf. 1. nu. 7. vol. 3. Alex. in d. §. ex imperfecto, nu. 3. Ang. in l. contractus, nu. 4. C. de fide instr. Dec. in conf. 159. nu. 7. Guid. Pap. in d. conf. 55. nu. 3. & in conf. 234. in prin.* & plenissimè *Cephal. in d. conf. 409. nu. 8. cum plurib. sequent. lib. 3.* à qua distinctione non dissentit etiam *Menoch. in dict. præsumption.*
78 *5. sub num. 7.* An autem testamentum à patre solemniter confectum, & notario traditum, clausum, & sigillatum, si postea per eundem testatorẽ recuperetur à notario, & dissigilletur, & deinde nullo alio condito testamento decedat, huiusmodi scriptura post ipsius testatoris obitum in eius archa reperta valeat inter ipsius liberos? hanc quæstionem optimè explicant *Don Garz. Mastrill. in decis. 132. per tot. & Franc. del Castill. in decis. 59.* ad quos me remitto.

Finis Cap. Octaui.

CA-

CAPVT NONVM.

Pater non poteſt carcerari ad inſtantiam filij, nec contra eum liquidari poteſt inſtrumentum criminaliter via ritus, & idem priuilegium competit ſocero, marito, & nonnullis alijs, quibus debetur reuerentia, ac omnibus ijs, quibus à iure conceditur beneficium ne conueniantur vltra quam facere poſſunt, cui beneficio an renunciari poſsit in ſingulis concluſionibus declaratur. Et hinc etiam agitur de miſerabili beneficio ceſsionis bonorum, & de quinquennalibus inducijs debitoribus concedi ſolitis inſtante maiori parte creditorum, & de beneficio Auth. hoc niſi, C. de ſol. & an his beneficijs renunciari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Pater pro debito ad inſtantiam filij non poteſt carcerari, nec ſuper eius bonis exequi vltra quam facere poteſt.*
Neque contra patrem liquidari poteſt inſtrumentum via ritus, nu. 2.
Quia eſt magis priuilegiatus, quam alij, nu. 3. 4. & 5.
Cui beneficio renunciare minimè poteſt etiam cum iuramento, num. 13.
Et idem eſt reſpectu aliarum perſonarum, quibus tale beneficium datur ratione reuerentiæ, eod. num. 13.
4 *Liquidatio inſtrumenti eſt cauſa criminalis ratione periurij, & num. 5.*
6 *Periurus non abſoluitur per ſequentem ſolutionem.*
Si tamen abſolutio petatur, non conceditur, niſi parte citata, nu. 7.
Et priuatur beneficio illius contractus, cui contrauenit, num. 8.
Immo non ſoluens in tempore promiſſo, excluditur etiam à beneficio euictionis, nu. 10.
9 *Emphyteuta licet non incidat in commiſſum, niſi per triennium defecerit, tamen ratione iuramenti eo ipſo quod deficit per annum, cadit à iure ſuo.*
11 *Priuilegiũ ne quis conueniatur niſi inquantum facere poteſt, non opitulatur ei qui ex delicto conuenitur.*
Secus eſt in patre, num. 12.
12 *Filius non poteſt patrem de crimine accuſare.*
13 *Pactum de carcerando patrem etiam cum iuramento, non valet.*
14 *Auus, alijq; aſcendentes vtriuſque ſexus gaudent beneficio Ne cõueniantur vltra quam facere poſſunt.*
15 *Pater ſpiritualis eodem fruitur priuilegio.*
16 *Mater habet quoque idem beneficium.*
Mulieres an poſſint renunciare priuilegio ne pro debito carcerentur, ex Auth. hodie nouo iure, C. de cuſt. reor. nu. 16.
17 *Filius conuentus à patre, vel ab alijs aſcendentibus gaudet eodem beneficio.*
18 *Frater vtrinque coniunctus retinet idem priuilegium.*
19 *Frater non poteſt contra fratrem liquidare inſtrumentum via ritus.*
Neque ad inſtantiam fratris pro debito poteſt carcerari, nu. 20.
21 *Socer habet ſimiliter priuilegium ne conueniatur niſi inquantum facere poteſt.*
Fallit in Ciuitate Neapolis reſpectu dotis, num. 22.
Secus tamen eſt in antefato, nu. 23.
Etiam ſi cum iuramento ſocer ei renunciaſſet, num. 24.
Limitatur quando ſocer eſſet in dolo, nu. 25.
26 *Maritus etiam habet dictum priuilegium, non obſtante iurata renunciatione.*
Limitatur, & declaratur pluribus modis, remiſſiuè, num. 27.
Signanter quando maritus ob eius inopiam conuenitur conſtante matrimonio, nu. 28.
Vel quando dotis reſtitutio eſt facienda extraneo dotanti, nu. 29.
An autem ſint marito relinquenda neceſſaria alimẽta tantum, vel quod poſſit viuere cum familia, num. 30.
Et quid ſi poteſt ſibi quærere victum ex proprio artificio, ibidem.
31 *Clericus in ſacris ordinibus pro debito carcerari*

84 De-

1 
Eiusdem quoque naturalis vinculi, quo filij erga parentes obstringuntur, effectus est, quod pater pro debito ad instantiam filij carcerari nō debet, nec fieri executio in eius bonis vltra quàm facere potest, deducto ne egeat, *l. inter eos, ff. de re iudic.* Nimis enim videtur inhumanum, quod is eū, à quo post Deum habuit esse, quod inæstimabile donum reputatur, in carcerem detradat, vel impiè exigendo omnibus bonis spoliatū relinquat, vt benè exclamat *Gasp. Baez in tract. de*
2 *inope debit. credit. addic. c. 17. nu. 34.* Hinc instrumentum via Ritus à filio contra patrem liquidari non posse, concludit *Vinc. de Franc.*
3 *in decis. 162. per totam.* Et in hoc pater est magis priuilegiatus, quam alij, quibus hoc idem beneficium ex diuersis causis inferius referendis à iure conceditur, nam illis non prodest hęc exceptio ad euitandam liquidationem, nec executionem publici instrumenti iurati, vt benè
4 inquit *Maran. in cons. 30. sub nu. 1.* Et ratio est nam in liquidatione instrumenti criminaliter proceditur ratione periurij, iux. not. per
5 *Affl. in decis. 64. sub nu. 2.* Is enim qui cum iuramēto promittit certo tempore soluere, si adueniente tempore non soluit, in crimen periurij incurrit, iuxta not. *in cap. debitores, de iureiur. & per Glo. in l. qui cum vno, §. ignominia, ff. de re milit.* quam refert *Hipp. in sing. 107.*
6 Adeò quod etiam per sequentem solutionem non absoluitur à periurio incurso, ex not. per
7 *Affl. in decis. 36. nu. 2.* Et si eius absolutio petitur, nō debet concedi nisi parte citata, vt inquit *Alex. in cons. 17. vol. 3.* plenè *Rol. à Vall. in cons. 26. nu. 29. & seq. vol. 3. & Neuiz. in cons. 23. nu. 8.* Sed hoc procedit quando aliquis vult agere post periurium incursum, secus verò si vult excipere, nam debet audiri, præsertim ante declaratum periurium, vt pulchrè declarat *Hond. in cons. 18. nu. 53. & seq. lib. 1.* Hinc
8 est quòd debitor periurus priuatur omni beneficio illius contractus, cui cōtrauenit, ita quod si quis promisisset cum iuramento soluere suo creditori trecenta infra tres annos, uidelicet

tentum quolibet anno, & deinde à prima solu-
tione deficiat, statim poterit pro tota summa
conueniri, non expectata dilatione triennij,
vt notabiliter refert *Arnon.in dial.*88.*Borgn.
Cauale.in decis.Fiuiz.*43.*nu.*19.*in* 1.*par.* &
plenè *Cæsar Barz. in decis.Bonon.*16.*per to-*
9 *tam.* Cuius simile est etiam in emphyteota, qui
licet de iure non incidat in commissum, nisi à
solutione canonis per triennium cessauerit,
fallit tamen quando est obligatus cum iuramē-
to, nam eo ipso, quod deficit per annum, statim
cadit à iure suo, iuxta not. per *Alex. in cons.*85.
*vol.*1.*Hipp.in sing.*216.*Rol.à Val.in cons.*25.
*nu.*23.*vol.*2. plenè *Hond. in cons.*56.*per tot.
vol.*1.& pulchrè *Franc. Becc. in cons.*104.*nu.*
10 8.*& per tot.* Pariq; modo periurus, qui non
soluit in tempore promisso excluditur etiam à
beneficio euictionis, vt testantur *Rol. à Vall.in
cons.*31.*nu.*3.*& seq.vol.*2.*Matthesill. in sing.*
51.*Catell.Cott.in memorab.in ver.iuramen-
ti religio, circa medium, & Borgn.Cauale.in
tract.de vsufr.mul.relict.nu.*102. His stanti-
11 bus succedit regula, quod hoc priuilegium ne
quis conueniatur nisi in quantum facere po-
test, non opitulatur ei, qui conuenitur ex deli-
cto, nam frustra legis auxilium implorat, qui in
legem cōmittit, *l.si mulier, §.fin.* cum ibi not.
per *Bar.ff.rer.amotar. & not. idem Bar. in l.
maritum in* 1.*oppos.ff.sol.matr.* & consequen-
ter postquam debitor incidit in periurium, ab
huius exceptionis beneficio iustè repellitur, ut
benè consuluit *Maran. in allegato cons.*30. Se-
12 cus autem est in patre, nam eum non potest fi-
lius de crimine accusare, ut pulchrè dixit *Saly.
in l.iniquum.col.fin.C.qui accus.non poss.* quē
ad hoc propositum refert *Vinc. de Franch. in
d.decis.*162.*nu.*8. & consequenter remoto de-
licto, remanet hæc exceptio in suo robore. In
13 alio etiam pater in hoc beneficio est magis pri-
uilegiatus, quam alij, nam ei renunciare nō po-
test etiam cum iuramento, prout pluribus ra-
tionibus probat *Gasp. Baez in d.c.*17.*nu.*35.
& seq. Nam si patri non relinqueretur unde ui-
uere posset, teneretur filius eum in egestate con
stitutum alere, *l. si quis à liberis, ff. de liber.
agnosc.* & ideo inutilis circuitus est euitandus,
ultra quod pactum, quod filio liceat carcerare
patrem, est abominabile, & execrandum, & fi-
lius, qui hoc faceret, esset omnium bipedum
crudelior, & nequissimus, & propterea iura-
mentum super eo præstitum tanquam contra
bonos mores seruari non debet, *cap. non est
obligatorium, de reg.iur.in* 6. & hæc conclusio
est communiter recepta non solum respectu pa
tris, sed omnium quibus hoc beneficium
conceditur ratione reuerentię, vt patet ex not.
per *Vinc.de Frāch.in decis.*164.*nu.*13.*& seq.
Io.Vinc.de Anna in alleg.*102.*num.*7.*& seq.*
& alios, quos refert *Amesc.in tract.de potest.*
14 *in seipsum, lib.*2.*cap.*24.*nu.*3.*& seq.* Et quod
dictum est de patre, procedit etiam in auo, &
omnibus alijs ascendentibus vtriusque sexus,
vt probatur in *l.sunt qui in id.ff.de re iudic.in
verb.item parens,* nam parentum appellatione
veniunt omnes ascendentes vtriusque sexus,
l.appellatione, ff.de verb.sign. prout in specie
notat *Surd.in tract.de alim.tit.*1.*q.*78.*num.*4.
15 Et idem est in patre spirituali, cui hoc benefi-
cium quoque competere testatur idem *Surd.in
eodem tit.*1.*q.*11.*nu.*11. post alios relatos per
*Tiraq. in repe.l.si vnquam, C.de reuoc.don.in
verb.susceperit liberos, num.*27.*& Gasp.Baez
in d.tract.de inop.debit.cred.addic.c.*17.*nu.*39.
16 Et idē est in matre, ex not. per *Brun.in tract.
de cess.bonor.in* 1.*quæst.*4.*par.principalis, sub
nu.*1. Verum hanc conclusionem aliqui intel-
ligunt procedere in casu quo mater est filij de-
bitrix ex alia causa, quàm administratæ tutelæ,
nam si debitum ex mala administratione depē-
deat, cum in eo sit annexum delictum, dicunt
eā non gaudere hoc beneficio, & carcerari pos-
se, præsertim si fuit renunciatum omni legum
auxilio, prout in specie tenuerunt in *auth.ma-
tri, & auiæ, C.quan.mul.tut.offic.fungi poss.
Bar.nu.*13.*& Salyc.nu.*14. & alij, quos plenè
cumulāt *Farinac.in tit.de carcer.q.*27.*nu.*61.
*& Pau.Montan.in tract.de iur.tutel.cap.*15.
*nu.*63. Verior autem, & communior est opinio
contraria, quòd etiam si mater sit debitrix ex
causa malæ administratæ tutelæ, & renuncia-
uerit omni legum auxilio, debet hoc beneficio
gaudere, & carcerari non potest, neque conue-
niri vltra quàm eius vires patiantur, deducto ne
egeat, prout patet ex relatis per eūdem *Farin.
in eodem loco supra allegato, num.*62.*& seq.
Couarr.in* 2.*lib.var.resol.c.*1.*nu.*3. *Amesc.in
d.tract.de potest. in seips.cap.*24. *sub num.*5.
vers.contrarium verius, & nouissimè *Franc.
Mugnoz.de Escobar.in tract.de ratiocin.c.*33.
*num.*3.*& seq.* An autem aliæ mulieres præter
matres possint renunciare priuilegio mulieri-
bus concesso, quòd non carcerentur pro debito
vigore, *Auth.hodie nouo iure, C.de cust.reor.*
iuxta plenè cumulata per *Farinac. in d. q.*27.
*nu.*42.*cum plur.seq.* multi tenent, renuncia-
tionem non valere, cum hoc sit priuilegiū con-
cessum ex causa honestatis toto fœmineo sexui,
vt refert *Menoch. de arbit.iud.cas.*88.*nu.*12.
*Duenn.in reg.*312. & plenè idem *Mugnoz.de
Escobar.in loco supra citato nu.*5. Sed contra-
rium verius esse affirmant *Barbos.in d.§.elegā-
ter, nu.*24.*& Amesc.in d.cap.*24. *sub num.*8.
quia non læditur publica honestas, dummodo
mulier ponatur in carcere separato ab homini-
17 bus. Filius etiam si conuenitur à patre, vel alijs
ascendentibus, gaudet hoc beneficio, fingendo

casum

casum in filio emãcipato, nam is qui sub patria potestate constitutus est, nullam cum patre litẽ habere potest, *l. lis nulla, ff. de iudic.* prout testatur *Ias. post Io. Fabr. in d. vers. sed & si quis, nu. 3. inst. de act.* Ea quidem ratione, nam cum pater teneatur alere filium etiam emancipatũ, si eum insolidũ conueniret non relictis alimentis, sine dubio peteret id quod statim alia via restituere teneretur, *arg. l. si filius, ff. de vulg. & pup.* prout etiam ibidẽ considerant Io. de Plat. & Aret. & hanc conclusionem de iure Regio probat etiam *Gasp. Baez in d. c. 17. nu. 47.* & eam quoque confirmat *Surd. in d. q. 78. nu. 5.*

18 Eademq; ratione hoc beneficium competere etiam fratri vtrinque coniũcto tenuit *Ias. post Aret. & Io. Fabr. in d. vers. sed & si quis, nu. 4. inst. de actio.* cum qua opinione transit etiam *Surd. in cit. loco, nu. 6. & Marc. Ant. de Amat. in decis. March. Anch. 16. nu. 10.* & licèt contrarium tenuerit *Glos. in l. verum, ff. pro soc.* & plenè *Gasp. Baez in d. c. 17. nu. 80. cum plur. seq.* nihilominus eorum opinio pluribus rationibus tanquam nimis dura reprobatur ab

19 *Ant. Thesau. in decis. 119. per totam.* Hinc instrumentum via ritus fratrem contra fratrem liquidare non posse arbitror, cum militet eadẽ ratio, quæ fuit pro patre considerata supra nu. 12. nam ex liquidatione instrumenti inducitur incusatio periurii, quod est graue crimen, & pro eo antiquitus imponebatur pœna manus, in cuius locum subrogata fuit pena pecuniaria, vt not. *Carau. in rit. 171. n. 1. & seq.* & debitor periurus efficitur infamis, *l. si quis maior, C. de transac.* frater autẽ prohibetur fratrẽ de atroci crimine accusare, vt expressè cauetur *in l. si magnũ, & in l. sororẽ, C. qui accus. non poss.* Ergo consequens est necessarium, vt nec instrumentum contra eum liquidare possit, & ita in indiuiduo per hanc rationem priusà me consideratam postea reperij, quod innuit *Frecc. in tract. de præsent. instrum. in 12. par. princip.*

20 *q. 1. nu. 5.* Et ex eadem quoque ratione fatendũ est, quod frater ad instantiam fratris carcerari non debet, prout in spetie per Senatum Pedemontanum decisum fuisse testatur *Thesaur. in d. decis. 119. nu. 1.* Regula enim generalis est, quòd quicunque gaudet hoc beneficio ne conueniatur vltra quã facere potest, eodem quoq; beneficio iuuatur, vt carcerari non debeat, ex not. per *Glos. & Bald. in l. liber captus, C. de capt. & postlim. reuer. Alex. in l. centurio, nu. 5. ff. de vulg. & pupil. subst.* & alios relatos per

21 *Vinc. de Franch. in d. decis. 164. nu. 2.* Gaudet etiam hoc beneficio socer, cum ipse quoque loco patris habendus sit, *l. rei iudicatæ, §. socero quoque, ff. sol. matr. DD. omnes in l. pen. C. de iur. dot. Ias. et in §. præterea, ver. itẽ si de dote, nu. 4. inst. de act.* Et hoc habet locum tam in socero mariti, quàm in socero vxoris, tam constante, quàm soluto matrimonio, vt, ex magis communi DD. opinione refert *Brun. in tract. de cess. bonor. in 4. par. princ. q. 22. nu. 1. & seq.* quem refert *Marc. Ant. de Amat. in d. decisio. 16. nu. 2.* & plenè *Barbos. in l. maritum, nu. 59.*

22 *cum plur. seq. ff. sol. matr.* Sed hæc iuris dispositio correcta est in Ciuitate Neapol. per *Consuet. incip. vbi dos, sub tit. de iur. dot.* qua cautũ est in casu restitutionis dotis faciendæ tam à marito, quàm à quolibet alio, condemnationẽ, & exactionem insolidum fieri debere, non obstante lege, qua condemnatis ad dotis restitutionem conceditur beneficium, ne exigantur nisi in quantum facere possunt, quam consuetudinem nedum comprehendere patrem mariti simul cum filio obligatum, vt hoc beneficio vti non possit aduersus nurum repetentem dotem, sed etiam habere locum contra patrem vxoris, dum ab eius genero conuenitur pro dote promissa, testatur *Affl. in decis. 222.* & ita decisum fuisse per Sacrum Consilium, & per Regiam Cameram, & secundum illam decisionem se quoque obtinuisse dicit ibi *Vrsill. in*

23 *addit.* Verum hæc consuetudo cum stricti iuris sit, & loquatur tantum de dote, non extenditur ad antefatum, & ideo si pater se obliget vna cum filio ad antefatum, & soluto matrimonio ad eius solutionem à nuru conueniatur, poterit hanc exceptionem opponere, prout iunctis aulis per Sacrum Consilium decisum fuisse testatur *Camill. Salern. in addit. ad Napod. in tad.*

24 *consuet. in princ.* Supradictam autem conclusionem veram esse, etiam si cum iuramento socer huic beneficio renunciasset, pluribus rationibus probat *Vinc. de Franch. in d. decis. 164. sub nu. 12. & seq.* Socer enim alter pater est, & æqualis ei reuerentia debetur, iuxta not. per *Bald. in l. liberti, nu. 6. C. de oper. libert. & Cephal. in cons. 491. nu. 15. vol. 4.* Ideo hoc beneficium ratione reuerentiæ, quæ sibi sicut patri debetur, nulla renunciatione, nullo que iuramento tolli potest, vt testatur *Capell. Tholos. in decis. 258.* quam refert, & pluribus authoritatibus, & rationibus plenissimè confirmat *Marc. Ant. de Amat. in d. decis. 16. per tot.* Et hoc beneficium prodest etiam eius fideiussori, ex not. per *Ant. Gam. in decis. Lusitan. 25. per totam,* sed hoc debet intelligi iuxta ea, quæ plenè docet *Barbos. in d. l. maritum, nu. 82. cum plur.*

25 *seq. ff. sol. matr.* quem omnino vide. Fallit autem hæc conclusio, quando socer esset in dolo, nam tunc in solidum condemnatur, & contra eum proceditur ad exactionem, & carcerationem, nulla habita ratione huius exceptionis, prout per Sacrum Consilium decisum fuisse affirmat *Vinc. de Franch. in alleg. decis. 164. in fin.* & idem decisum fuisse per Senatum Pe-

demontanum testatur Gasp. Thes. in addit. ad
decis. Anto. Thes. in d. decis. 119. Sed quomodo
hæc conclusio intelligenda sit, benè explicant
Brun. in tract. de cess. bono. in 22. quæst. 4. par.
princip. nu. 4. & plenissimè Barbos. in d. l. ma-
ritum, nu. 66. cum plur. seq. & præcipuè num.
70. & seq. ff. sol. matrim. quem omnino videas.
26 Maritus etiam ad dotis restitutionem conuen-
tus gaudet hoc priuilegio, vt cautum est in §.
item si de dote, inst. de actio. & in l. alia, §. ele-
ganter, ff. sol. matr. Cui similiter quamlibet re-
nũciationem iuratam non obesse, ex magis cõ-
muni DD. opinione testantur Gasp. Baez. in d.
cap. 17. nu. 37. & seq. Couar. in cap. quamuis
pactum, de pact. in 6. in 2. par. relect. in princ.
sub nu. 4. vers. postremo ex hac, Cephal. in cõs.
300. nu. 33. Ant. Gomez. in l. 53. taur. num. 49.
plenè Barbos. in d. §. eleganter, nu. 28. & seq.
Amesc. in d. tract. de potest. in seips. cap. 24. sub
27 nu. 4. & Mastril. in decis. 93. nu. 3. Hanc autẽ
conclusionem pluribus modis limitant, & de-
clarant Brun. in d. tract. de cess. bonor. in 20. q.
4. par. princ. per tot. Surd. in tract. de alim. tit.
1. q. 78. nu. 33. cum plur. seqq. DD. omnes in d.
l. maritum, ff. sol. matr. Gasp. Baez. in d. tract.
de inop. deb. credit. addic. cap. 3. per tot. & Soc.
28 in reg. 314. Et inter cætera, quòd hoc benefi-
cio non gaudet maritus, quando ob eius inopiã
constante matrimonio conuenitur ad dotis re-
stitutionem, refert Surd. in d. q. 78. nu. 41. nam
tunc non est vera restitutio, cum eadem dos de-
beat oneribus matrimonij deseruire, & ex ea
ali vxor cum ipso viro, & familia, vt pulchrè
explicat Borgn. Cauale. in decis. Finiz. 21. nu.
10. & seq. in 4. par. Verum quomodo hęc con-
clusio intelligenda sit, plenissimè declarat Bur-
sat. in cons. 120. nu. 35. & seq. vol. 1. Franc. del
Castill. in decis. 25. per tot. Io. Franc. de Pont.
in cons. 123. lib. 2. & latissimè Giurb. in decis.
29 16. nu. 2. & seq. Limitatur etiam quando dotis
restitutio est facienda extraneo dotanti, vt ple-
nè refert Mastrill. in d. decis. 93. per tot. alias
limitationes non refero, cum apud allegatos
30 DD. videri possint. An autem hoc beneficium
operetur, quod relinquantur solum necessaria
alimenta, vel quod possit viuere cum sua fami-
lia iuxta eius dignitatem? plenè explicat Bar-
bos. in d. l. maritum. nu. 5. & seq. ff. sol. matr.
qui relatis opinionibus hincinde, demum se-
quitur opinionem Bal. in l. 2. nu. 1. C. quod cũ
eo, dicentis marito esse relinquendum, vnde
possit habere vitæ subsidium cum decenti ho-
nestate secundum statum suum, pro qua conclu
sione plures concordantes allegant Tiraqu. in
tract. de nobilit. cap. 20. nu. 142. & Baez. in d.
tract. de inop. debit. cap. 17. nu. 68. Egestas enim
consideranda est secundum personarum qua-
litatem, ita quod homo nobilis licet habeat
quod sufficiat pro victu, si tamen caret vestimẽ-
tis, & famulis, qui deseruiant iuxta eius condi-
tionem, egenus est, & laudabile est ei facere
eleemosynam, vt inquit Bar. in l. 1. nu. 35. C.
de sacros. eccl. & alij relati per Tiraq. in tract.
de priuil. piæ caus. in præfat. nu. 18. Vnde reli-
ctum inter pauperes distribuendum potest dari
nobili, qui commodè secundum suam dignita-
tem viuere non potest, vt plenè probat Bellon.
in cons. 16. nu. 5. & seq. Verum hæc conclusio
intelligenda est cum moderamine, quòd licet
relinquendum sit marito quantum sufficiat, vt
viuere posset, prout cæteri nobiles suæ condi-
tionis, tamen hoc non est intelligendum, vt vi-
uat cum pompa, sed eo modo quo viuunt alij
suæ conditionis pauperes, vt benè declarat idẽ
Barbos. in cit. loco nu. 7. & seq. Sed hoc bene-
ficio maritus non gaudet, si potest victum quę-
rere ex proprio artificio, vt plenè probat idẽ
Barbos. ibidem sub nu. 9. & Crau. in cons. 199.
nu. 9. Sed an sit habenda ratio valoris bonorũ,
vel fructuum? plenè declarat idem Barbos. in
eod. loco nu. 13. & seq. Et an hæc deductio fa-
ciẽda sit habito respectu ad totam vitam ipsius
debitoris, & quomodo facienda sit eius æstima-
tio? vide eundem Barbos. in ead. l. maritum.
31 sub nu. 11. & seq. Clericus etiam pro debito
carcerari non potest, & gaudet hoc beneficio,
quòd non cogitur vltra quam facere potest de-
ducto ne egeat, sed iuratoria cautio ab eo tantũ
exigitur de soluẽdo debitum, cum ad pinguio-
rem fortunam peruenerit, vt cauetur in cap.
Odoardus, cum ibi notatis per Abb. & alios
DD. extra de solut. & plenè notat Couarr. in
2. lib. var. resol. c. 1. num. 9. Menoch. de arbitr.
iud. cas. 183. nu. 29. Gasp. Baez. in d. tracta. de
inop. debitor. credit. addic. c. 17. nu. 1. & seq. &
alij relati per Farin. in d. quæst. 27. nu. 75. &
seq. Sed practica est, quòd si clericus pro ciuili
debito conuenitur, sequestrantur omnes fru-
ctus beneficij, qui creditoribus assignantur,
donec eis integrè satisfiat, reseruata tamen eidẽ
clerico congrua portione pro alimentis, ita vt
in opprobrium ordinis Ecclesiastici mendica-
re non cogatur, vt inquit Couar. in d. c. 1. nu.
9. & alij, quos refert Farin. in cit. loco nu. 68.
32 Hæc autem conclusio intelligenda est de illis
clericis, qui sacris ordinibus sunt decorati, vel
alicui altari, aut Ecclesiæ inseruiunt, secus vero
de illis, qui ad minores tãtum ordines promoti
sunt, vt benè animaduertit Couar. in citato lo-
co, vers. sed, & quoad decisionem, & Menoch.
in d. cas. 183. nu. 30. in fi. quos refert Farinac.
in eod. loco nu. 69. & plenè Io. Guttier. in trac.
de contract. iurat. cap. 17. nu. 10. & seqq. vsq;
ad nu. 14. Vnde hoc beneficio non gaudere cle-
ricos coniugatos, plenè probat idem Guttier.
in eod. cap. 17. nu. 11. vers. sed hæc opinio Lapi,
idem

it'em autem est si clericus in minoribus habet beneficium, vt plenè not. Fab. de Ann. in cons.
33 124. nu. 7. & seq. lib. 2. Sed magna est controuersia inter DD. an clericus possit huic beneficio cum iuramento renunciare? in quo articulo Ludo. Gomes. in compendio vtriusque signatur. col. fin. tenuit renunciationem valere, & eandem opinionem confirmat Io. Guttier. in d. tract. de iuram. confirmator. in 1. par. cap. 17. nu. 35. & seq. Cum hac tamen distinctione, quod aut clericus expresse renunciauit cum iuramento beneficio dicti cap. Odoardus, vel tacitè, ex quo promisit integrè soluere, & tunc omnino tenetur iuramentum seruare, & si non soluit, poterit carcerari; Aut simpliciter iurauit soluere debitū, nullo adiecto signo vniuersali, scilicet, totum, vel integrum, & tunc poterit gaudere dicto beneficio, quia iuramentum recipit interpretationem secundum naturam actus, super quo interponitur, iux. not. in l. fin. C. de non num. pec. & per Glos. in cap. quem-
34 admodum, in ver. conclusio, de iur. iur. Verior autem videtur opinio contraria, quòd etiam cum iuramento non possit clericus huic beneficio renunciare, cum concessum sit ordini clericali, ex not. per Couar. in cit. loco, nu. 9. Gasp. Baez in d. cap. 17. num. 6. Barbos. in d. l. alia. §. eleganter, nu. 20. ff. solu. matr. & Amesc. in d.
35 cap. 24. sub nu. 10. Nisi vltra renunciationem iuratam accesserit quoque cameralis obligatio, quo casu clericus sub ea forma obligatos, non obstante hoc beneficio capi, & carcerari posse, testatur Farinac. in d. q. 27. num. 70. vbi dicit hoc esse verissimum, & in practica quotidie ser-
36 uari. An autem si fiat clericus post contractum debitum gaudeat hoc priuilegio? vide Gasp. Baez. in cit. loco nu. 22. & Fab. de Ann. in cōs. 140. per tot. lib. 2. Et an pendente discussione si clericus debet gaudere hoc beneficio, possit interim ad eius carcerationem procedi? Fab. de Ann. tenet, quòd non, in d. cons. 124. nu. 12. & seq. quam conclusionem confirmat, & pluribus exornat Gratian. in d. cap. 222. num. 41. et
37 seq. Miles etiam gaudet hoc beneficio, l. miles ita. ff. de re iudic. Cui etiam eum renunciare nō posse, ex quo est priuilegium concessum ordini militari, tenent Baez in d. tract. de inop. deb. c. 16. nu. 82. & seq. Catell. Cott. in memorab. in verb. beneficium, Brun. in d. tract. de cess. bon. in 11. quaest. 4. par. princip. nu. 15. & alij, quos plenè refert Bouadill. in sua politica, lib. 3. cap. 15. num. 21 lit. E. vers. licet contrarium.
38 Sed quòd miles possit huic priuilegio renunciare, verius esse affirmant Rip. in d. l. miles, nu. 2. & Barbos. in d. § eleganter, nu. 20. pro qua opinione esse tex. in terminis in l. si quis in cōscribendo, C. de episc. & cler. dicit Amesc. in d. cap. 24. sub nu. 19. vers. contrarium, qui tamē eam limitat in casu, quo miles reperiretur in expeditione bellica, & respublica eius ministerio indigeret, ex not. per Baez in d. cap. 16. nu.
39 99. De quibus autem militibus hæc conclusio intelligēda sit? vide eund. Baez in eod. c. 16. nu. 88. & plenè Brun. in d. quaest. 11. 4. par. prin-
40 cip. nu. 2. cum plur. seq. Doctores etiam gaudēt hoc priuilegio, vt pbat tex. in l. medicos, C. de professor. & medic. lib. 10. & not. Tiraq. in tracta. de nobilit. cap. 20. nu. 136. & Duen. in reg. 190. in 6. ampliat. Sed quomodo hæc conclusio intelligenda sit, & an possit huic priuilegio renunciari? remitto me ad ea, quæ plene refert Farin. in d. q. 27. num. 77. cum plurib. sequen.
41 Hoc etiam beneficium ad scholares trahere conatus fuit Rebuff. in repet. Auth. habita. C. ne filius pro patre, in priuileg. 112. Sed eum acriter impugnat, dicens hoc nulla lege caueri,
42 Gasp. Baez in d. cap. 17. num. 26. Item cum, qui debitor est Aduocato ex causa patrocinij, hoc beneficio gaudere, optimis rationibus probat idem Baez in eod. tracta. cap. 12. nu. 13. &
43 seq. Donator etiam, qui vigore liberalis donationis à se factæ conuenitur, huius beneficij exceptione se tueri potest, l. inter eos. ff. de re iudi. Adeò quòd etiam si donatarius offerat tenere donantem in eius domo, & ei alimenta præstare, non admittitur hæc oblatio, sed omnino est facienda deductio in beneficium donantis ne egeat, ex not. per Io. de Plat. Io. Fabr. & Aret. in §. præterea, vers. sed, & si quis, inst. de act. prout in contingentia facti per Sacrum Consilium decisum fuisse testatur Vinc. de Franch.
44 in decis. 697. Huic autem beneficio posse donantem renunciare communiter affirmant in d. l. alia. § eleganter, ff. sol. matrim. omnes DD. & præcipuè Barbos. nu. 35. Baez in d. cap. 16. nu. 83. & alij, quos refert Amesc. in d. cap. 24.
45 nu. 16. Sed hanc conclusionem pluribus modis limitat Brun. in d. tracta. de cess. bonor. in 27. quaest. 4. par. principal. per tot. ad quem si casus occurrerit recurrere poteris. Hoc autem beneficium quoad semel deductum transire etiam ad hæredes donantis per Sacrum Consilium decisum fuisse refert Vinc. de Franch. in decis. 698. in 4. par. Immo ex donatione deducendum esse etiam omne æs alienum, expresse cauetur in eadem l. inter eos, vers. is quoque. ff. de re iudic. per quem tex. Io. Guttier. in tracta. de contract. iurat. in 3. par. sub tit. de actib. iudiciar. iurat. cap. 15. num. 19. cum plur. seq. quem ego habeo inter volumina omnium Tractat. in 1. par. 3. tom. f. 400. a ter. mirabiliter infert, quod omnes creditores donātis et posteriores præferri debent donatario anteriori. Idque pluribus alijs iuribus, & rationibus plenissimè confirmat, ac in tribus causis ita se obtinuisse testatur, & prolatas fuisse sentētias pro

creditoribus posterioribus ex causa onerosa, quod præferantur anterioribus ex causa lucratiua, non obstante, quod essent priores in tempore, & cum hypotheca bonorum. Quæ quidē conclusio negari non potest, quod est valde singularis, & forte non omnibus nota, nec ab alio quem viderim sic bene digesta, quamuis eam nouissimè referat pro absoluta *Ioan. Franc. del Castill. in decis. 72. num.* 1. qui pro ea allegat quoque *Capyc. in decis. 78. nu. 7. Alciat. in l. pupillus, nu. 14. ff. de his, quæ in fraud. creditor. Cuman. in l. priuilegia, ff. de priuileg. credit. et Io. Bapt. Asin. in tract. de exequut. §. 7. c. 47.* qui re uera non ita clarè loquūtur; Crontrariū tamen tenet *Hieron. Gabr. cons. 82. volum.* 1. Ideo maturius cogita, nam est mirabilis decisio, & pro nunc non audeo super ea meum pro-
46 ferre iudiciū. Iddem quoque beneficium competit socio, *l. verum ff. pro soc.* vt notat *Paris.*
47 *in cons. 99. nu. 64. & seq. vol. 3.* Fallit autem hæc conclusio, si in instrumento societatis iuramentum interuenit, nam tunc cessat hoc beneficium, ex not. per *Capell. Tholos. in dec.* 58. quam refert *Brun. in d. tract. de cess. bonor. in 24. q. 4. par. principalis, nu. 1. & Io. Guttier. in d. tract. de contract. iurat. in 1. par. c. 17. nu.* 37.
48 Item limitatur, quando dolo, vel lata culpa versatus fuit socius in administratione, vt re-
49 fert idē *Brun. in cit. loco, n. 2. & seq.* Hanc autē conclusionem extendi etiam ad colonum partiarium, testantur *Gasp. Baez in d. c. 17. nu. 65. Brun. in q. 33. 4. par. principalis, per totam, &*
50 *Honded. in cōs. 85. nu. 23. vol. 1.* Eum quoque, qui casu fortuito omnium bonorum iacturam passus fuit, hoc beneficio gaudere, pluribus rationibus notabiliter cōcludit idem *Gasp. Baez in eodem tract. de inop. debit. c. 4. per totum, &*
51 *Gramm. in dec. 85. per tot.* Item debitor Ecclesiæ non conuenitur vltra quam facere potest, secundum *gl. notabili in c. quicunque, 16. q. 7.* quā aliquibus declarationibus restringit *Dec. in c. Episcopus, in princ. de præbend.* & refert
52 *Surd. in d. q. 78. nu. 23.* Et demum hoc beneficio gaudet is qui in extrema paupertate constitutus, ad miserabile beneficium cessionis bonorum fuit admissus, hic enim si ad pinguiorem fortunā postea peruenit, tenetur de bonis nouiter quæsitis antiquis creditoribus satisfacere, deducto tamen eius victu, iuxta not. per *Ias. in §. cum eo quoque, num. 2. & seq. inst. de actio. & Brun. in d. tract. de cess. bon. in 8. quæst. prin*
53 *cipali, nu. 2.* Hanc autem conclusionem singulariter limita non habere locum quando cessio bonorum facta fuit cum ignominia, tunc enim debitor penitus liberatur, & amplius à suis creditoribus pro bonis postea quæsitis molestari non potest, ex not. per *glos. in c. sicut dignum, §. eos insuper, de homic. & in cap. peccatum, in glos. 1. in fi. de reg. iur. in 6.* quam refert *Paris de Put. de sindic. in ver. pœna, cap. 5. sub nu. 3. post vers. si tamen postquam fuit, & Petr. Ca-*
54 *ball. in resol. crim. lib. 1. c. 77. nu.* 31. An autem huic beneficio cessionis bonorum possit cum iuramento renunciari? magna est quæstio, sed magis communis DD. resolutio est, quòd non valet renunciatio, quando cum effectu constat debitorem extrema laborare inopia, & quod ea non obstante à carceribus relaxandus est, sed hanc renunciationem in hoc creditoribus prodesse, quòd si postea debitor ad meliorem fortunam perueniat, tenetur eis ex nouiter quæsitis satisfacere absque deductione, prout relatis omnium pro vtraque parte opinionibus affirmat *Thesau. in decis. 36. ante nu. 4.* & hanc opinionem, pleni ssimè prius hoc articulo ad partes discusso, veriorem esse testatur *Amesc. in d. tract. de potest. in seips. c. 22. num. 10. in 2. lib.* & latè *Barbos. in d. l. alia, §. eleganter, ff. sol. matr. sub*
55 *nu. 49. cum plur. seq.* Sed an bonis cedēs possit re integra cessionem reuocare? Dic, quod re integra, & nondum bonis per creditores occupatis, est locus pœnitentiæ, vt affirmat *Ias. in §. fin. nu. 23. inst. de act.* & ibidem *Aret. nu. 16. post Bar. in l. 3. ff. de cess. bon.* & plenè *Cephal.*
56 *in cons. 193. nu. 3. cum plur. seq. lib. 2.* Et an is qui bonis cessit, possit iterum bonis cedere in præiudicium primæ cessionis? idem *Cephal. in d. cons. 193. per tot. vol. 2.* plenè disputat hunc articulum, & concludit, quod potest, ex not. per *Io. Fabr. in d. §. fin. sub nu. 8. inst. de act.* Et an
57 cedens bonis possit actiones exercere contra suos debitores? vide *Marc. Ant. de Amat. in decis. 93. per totam,* qui primo arguit, quòd nō, per *tex. in l. item si vnus, §. ex litigatoribus, ff. de recept. arbitr.* sed demum concludit, quòd si adhuc actus cessionis non est consumatus, & bona nondum sunt vendita, neque occupata per creditores, dominium non censetur auocatum à debitore cedēte, & per consequens non prohibetur interim agere, & actiones experiri con-
58 tra eius debitores. Sed an is qui ab initio negauit debitum, possit post sententiam cedere bonis? vide *Vinc. Maxill. in consuet. ciuit. Bari, sub rubr. de cess. bon. nu. 27. & seq. Rol. à Vall. in cons. 7. in 1. dub. vol. 2. Affl. in decis. 296. & 379. per tot.* & quæ plenè ad hoc propositum notabiliter tradit *Barbos. in d. l. maritum, nu.*
59 *106. & seq.* Et an mercator decoctus possit petere aliquod interesse à suis debitoribus? vide
60 *Bursat. in cons. 72. nu. 8. vol. 1.* Et quis propriè dicatur decoctus? vide *Petr. Caball. in resolut.*
61 *crim. cas. 105. per totum.* Et quod huiusmodi decoctores sunt exclusi ab hoc miserabili beneficio cessionis bonorum, testatur *Boer. in decis. 349. ante nu. 11. & Maxil. in d. tit. de cess. bon. num. 34. Brun. in d. tract. de cess. bonor. in 5. q. 4. par.*

62 *4.par.principali,per tot.* Sunt enim infames, & multæ pœnæ contra eos ſunt ſtatutæ, quas refert idem *Boer. in decis.215. num.5. & ſeq.*
63 *& Duenn. in reg.389. in 8. limit.* Sciendum eſt autem, quòd debitor ad hoc miſerabile beneficium non admittitur, ſi à creditoribus non moleſtatur, vel à maiori parte ipſorum; eſt enim hoc remedium ſubſidiarium inuentum ad euitandas carceres, prout notabiliter dixit *Boer. in deciſio. 349. ſub num. 10. verſic. ſic etiam debitor*, & *Rol. à Vall. in conſ.7. num.9. vol.2.* quos refert *Brun. in 7.q.4. par. principa-*
64 *li, per totam.* Imo debitor, qui vult bonis cedere, tenetur ſuos creditores requirere, & alternatiuè petere, quod ſibi concedatur quinquennalis dilatio ad ſoluendum, vel quod eis recuſantibus, ad hoc miſerabile beneficium ceſſionis bonorum admittatur, & ſi creditores ſimul congregati, vel maior pars ipſorum in contumaciam aliorum abſentium citatorum, elegerint ei quinquennales dilationes concedere, tunc debitor non poteſt bonis cedere, ſed tenetur oblatam dilationẽ acceptare, infra quod tempus ſi non ſoluit, in carcerem detruditur, & amplius ad hoc beneficium ceſsionis bonorum non admittitur, & in hoc caſu maior pars creditorum minori præiudicat, dummodo tamen collegialiter ſint congregati, alioquin ſingulorum conſenſus ſeparatim præſtitus alijs non præiudicat, prout hæc omnia elici poſſunt *ex l.fin. C.qui bon. ceder.poſſ.* quam ita ibidem exponit notabiliter *Bal. num.3.* & pulchrè *Alex. in conſ.205. vol.2. & Iacob. Macbell. in patrocin.56. in fi.* & alij quos plenè refert *Stephan. Gratian. in 2.lib. diſceptat. forenſ. cap.*
65 *222. nu.3. & ſeq.* Verum animaduertendum eſt circa intellectum dictæ l.fin. quod licet Bal. ibi ſentiat eſſe in electione creditorum, ſeu maioris partis ipſorum an velint quinquennalem dilationem debitori cõcedere, vel potius quod bonis cedat; Hęc tamen expoſitio communiter non eſt recepta, ſed magis placet opinio *Bar. et Salyc. in eadem l.fin.* qui dicunt, quod hæc electio datur creditoribus ab ipſo debitore ſi vult, alioquin ſi magis eligat ab initio bonis cedere, tunc non poſſunt creditores offerendo quinquennales inducias eam impedire, ſed ſi debitor hanc electionem creditoribus tribuat, tunc eis offerentibus quinquennalem dilationem concedere, non erit amplius locus ceſsioni bonorum, verum ſuper hoc creditorum conſenſu opus eſt, quod iudicis decretum interponatur, vt hæc omnia benè explicat *Brun. in d. tract. de ceſſ.bonor. in 22.q. principali, per totam, poſt Rom. in conſ.439. Marc. Ant. Cucch. in tract. de morator. præſcript. nu.18. & Stephan. Gratian. in d.c.222. nu.11. & ſeq.* Et quod poſtquam debitor gauiſus fuit dilatione quinquennali, nõ poſſit amplius bonis cedere, ita teſtatur *Affl. in deciſ.378.* prçterquam ſi obtineret Principis reſcriptum cum clauſula non obſtante, iuxta not. per *Brun. in 28.q. princi-*
66 *pali, per totam.* Sciendum eſt autem, quod huiuſmodi quinquennalis dilatio non prodeſt debitori ex cauſa depoſiti, vt refert *Vinc. de Franch. in deciſ.151. poſt Boer. in deciſ.296.*
67 Nec prodeſt debitoris hæredibus, vt teſtatur
68 idem *de Franch. in deciſ.179.* An autem præiudicet creditori ex cauſa dotis, vide not. per eundem *in deciſ.219. & Steph. Gratian. in d.*
69 *c.222. nu.32. & ſeq.* Et quod hæc quinquennalis dilatio non prodeſt aduerſus creditores pro penſionibus domorum, vel cenſuum, nec pro debitis contractis pro rebus comeſtibilibus, refert *Io. Vinc. de Ann. in ſing.101.* nec in multis alijs caſibus relatis per *Boer. in dec.296. nu.4. & ſeq. Carau. in rit.287. Benuen. Strac. in tract. de mercat. in tit. de decoctor. in 6. par. per totam, Gramm. in conſ. ciuili 8.11. & 13.*
70 An autem ſi dum ad inſtantiam maioris partis creditorum cõueniuntur alij creditores in minori ſumma ad concurrendum ſuper quinquẽnali dilatione debitori concedenda, inter concurrentes ſit aliquis clericus, debeat cauſa ad eius inſtantiam remitti ad iudicem Eccleſiaſticum? dic, quod non, vt notabiliter dixit *Vrſill. in deciſ.380. nu.7. & Stephan. Gratian. in d.c. 222. nu.35.* & alij, quos refert *Don Garz. Maſtrill. in deciſ.79. num.5.* quam concluſionem procedere in qualibet alia perſona priuilegiata, & huiuſmodi cauſas in Principis Conſiſtorio tantum tractari debere, inquit *Viu. in dec.*
71 *38. nu.8. lib.1.* Et an hæc quinquennalis dilatio profit etiã fideiuſſoribus debitoris? *Franc. Crem. in ſing.22.* tenuit, quod nõ, per *tex. in l. ſi præcedente, §. Lucius, ff. mandati*, & ita etiã tenuit *Matthæſil. in ſing.104.* & ita iudicauit Senatus Bonon. vt plenè refert *Cæſar Barz. in deciſ. Bonon.78. per tot.* Sed contrarium videmus quotidiè ſeruari in Regijs Tribunalibus, & ratio eſt, quia nihil hęc dilatio debitori prodeſſet, ſi eius fideiuſſor cogi poſſet ad ſoluendũ, ille enim poſſet breui manu regreſſum habere contra ipſum debitorem vigore indemnitatis promiſſæ, iux. not. per *Vrſill. in deciſ.288. ſub nu.1.* Vltra quod neq; ipſi creditores poſſent poſt dilationem debitoribus conceſſam agere contra eorum fideiuſſores, nam eis obſtaret exceptio cedendarum, dum efficaces actiones eis cedere non valerent, iuxta not. *in l. Stichum, §. pen. ff. de ſolut. & Gloſ. in l. niſi, ff. de pact.* & plenè *Marc. Ant. Cucch. in d. tract. de mora-*
72 *tor. præſer. nu.127. & ſeq.* An autem quinquennalis dilatio, quæ ex priuilegio conceditur habitantibus in Ciuitate Brunduſij, cuius plenè meminit *Maxill. in conſuet. Bar. ſub d. tit.*

tit.de cess.bonor. num.35. cum plur.seq. si in
promptu opponatur, impediat liquidationem
instrumēti,& eius exequutionem? vide Gram.
in cons.ciu.16.& Bern.Pand.in tract. de præ-
73 sent.instr.in 5.par.nu.51.declar.33. Et an hu-
iusmodi dilatione pendente currant interesse
in beneficium creditorum? vide eundem Ma-
xill.in citato loco,nu.35. qui tenet,quod si de-
bitor ob priuilegium Brundusinum gauisus
fuit quinquennalibus inducijs, & eis finitis re-
uertitur ad propriam patriam, potest a credi-
toribus cōpelli ad solutionem interesse medio
tempore decursi, ac si nunquam dictam ciuili-
tatem obtinuisset, quæ conclusio confirmatur
etiam ex ijs, quæ tradit Marc.Ant.Cucch.in
74 d.tract.de morat. præsertim nu.148. Et si est
debitor ex causa societatis, an pendente dila-
tione cogi possit ad reddēdum computum? dic
quod sic, vt benè declarat idem Maxil.ibidem,
75 nu.57.vers.quæro de alia quæstione. Pone au-
tem, quòd debitor nolit bonis cedere, & quin-
quennales inducias non possit à creditoribus
obtinere, an ad euitandam carcerationem pos-
sit sua bona in solutum creditoribus offerre? &
pro solutione dico, quòd regulariter de iure
communi aliud pro alio inuito creditori solui
non potest, l.2.§.mutui datio,ff.si cer.pet. & l.
eum à quo, C.de solut. Verū si debitor non po-
test soluere in pecunia, & non inuenit empto-
rem rerum suarum, potest dare tot bona in so-
lutum de melioribus ad electionem creditoris,
iuxta tex. valdè celebrem cum ibi not.per DD.
in auth. hoc nisi, C. de solut. sed in hoc multa
debent requisita simul concurrere, quæ pul-
chrè refert Io.Guttier.in tract.de contract.iu-
76 rat.c.29.nu.2. Cessat autem huius Auth.bene-
ficium in duobus casibus. Primò, quando debi-
tor cum iuramento promisit soluere in pecu-
nia, & non in alia re, iux.not.per Alex.in cons.
37.vol.2. Rol.à Vall.in cōs.31.vol.2.in princ.
Hier.Gabr.in cons.127.num.17.& seq.vol.1.
Decian.in cons.13.nu.59.vol.2.& alios, quos
plenè refert Thesaur. in decis.153.nu.14. Se-
77 cundò, cessat dictæ Auth. beneficium, quando
ei fuit expresse cum iuramento renunciatum,
prout per Sacrum Consilium iunctis tribus au-
lis decisum fuisse refert Vinc.de Franch.in de-
78 cis.81.per tot. Quæ conclusio procedit etiam
in hærede cum beneficio inuentarij, qui simili-
ter tenetur seruare iuramentum sui authoris,
à quo si fuit dictæ Auth. beneficio renunciatū,
non potest hæres offerre creditoribus bona in
solutum, sed cogitur ea vendere, & soluere in
pecunia, prout per iddem Sacrum Consilium
decisum fuisse testatur idē de Franch.in dec.83.
79 Sed hæc conclusio intelligenda est, dummodo
hæreditas sit opulenta, & cum effectu hæres in-
ueniat iustum emptorem absque aliqua eius
obligatione, vel promissione euictionis, iuxta
plenè not.per Surd.in decis.30.& 318.per tot.
Peregr.in cons.37.vol.4. & Bursat.in cons.9.
80 nu.29.& seq.vol.1. Quid autem dicendum sit
si debitor, qui dictæ Auth. beneficio cum iura-
mento renunciauit, ad extremam egestatem de-
ueniat, & in concursu creditorum factis pluri-
bus subhastationibus, ac omnimoda diligentia
non reperiatur iustus emptor bonorum, & in-
teresse quotidie currit in damnum, & exclusio-
nem creditorum posteriorum, an cogi possint
Iudicis officio creditores iuxta ordinem gra-
duationis ad accipiendum bona in solutum
pro iusto pretio? In hoc articulo annis præte-
ritis ego scripsi pro patrimonio Comitis Lo-
reti, cuius eram Curator, & licet non fuerit ad
eius decisionem peruentū, ex quo postea inuen-
ti fuerunt emptores, nihilominus, quia quæ-
stio est curiosa, & meæ allegationes fuerunt à
multis eminētibus Aduocatis approbatę; ideo
eas hic subnectere placuit, & eas ponam in fine
81 huius capituli. Insuper notandum est in hac
materia, quod si debitor carceratus ob maximā
inopiam non habet vnde se alat, cogitur credi-
tor ei alimenta præstare, iux. not. per Afflict.
& Vrsill.in decis.71.Boer.in decis.303.nu.2.
Guid.Pap.in decis.211.& alios, quos plenè re-
fert Surd.in tract.de alim.titu.1.q.71.per tot.
qui in fine concludit, quòd si creditor renuit
alimenta præstare debitori inopi, iudex potest
eum relaxare, & ita etiam ex nostris Regnico-
lis affirmant Io.Franc.Scaglion. super pragm.
3.de cess.bon.num.1.Franc.Ant. de Iudice Ro-
ber.in tracta.de liquidat.instr. in 4. consider.
nu.72.fol.mihi 64.in paruis impress.qui ponit
formam quomodo hoc practicandum sit, quam
etiam refert Io. Paul.Galter.in pract. instru-
mentar.in 2.par.3.par.princip.rub.3.num.30.
& seq.fol.413. eandem conclusionem plenè
confirmant Aluar.Velasq. in consultat.1.nu.
3.Ant.Gam.in decis.Lusitan.261.per totam,
Maxil. in comment. consuet.Barens.sub tit.
de cess.bon.in 6.q.principali,num.8. Farin.in
tit.de carcer.q.27.nu.149.Io.Vinc.de Ann.in
sing.279.Intrigl.in sing.141.lib.2. & pulchrè
Viu.in decis.529.per totam. Hanc autem con-
clusionem aliqui limitant non procedere quan
do debitor ali potest ex eleemosynis, vt nota-
biliter inquit Io.Fabr.in §.fin.sub nu.6. in fi.
inst.de act. quem refert Boer.in decis.303.sub
nu.2. Sed sublimitatur quando eleemosyna
esset nimis modica, & incerta, vt eleganter tra-
dit Petr.Caball. in cons.137.sub num.7.vers.
82 nisi forte, lib.2. Infirmitatis causa potest etiam
debitor à carceribus solui, iuxta plenè not.per
Gaspar Baez in d.tract.de inop.debit.c.19.per
83 totum. Item debitor senio confectus in carce-
ribus pro debito detinendus non est, per ea quę
plenè

plenè tradit idem Author in eodem *tract. de inop. debit. c. 7. per tot.* & licet contrarium tenuerit *Natt. in conf.* 319. ex quo hoc non reperitur iure cautum, nihilominus saltim de æquitate eum non esse in stricto carcere cum alijs, sed in aliqua camera superiori detinendum, affirmant *Cacheran. in decis. 123. per tot. & Franc. Becc. in conf. 10. in fi.* Immo æquiorem opinionem esse, quod senes septuagenarij nullo modo in carceribus detineantur pro debito, & ita in visitationibus passim seruari testatur *Steph. Gratian. in 2. lib. discept. forens. c. 328. nu. 14.* pro qua allegat *Carol. de Graff. in tract. de excep. in prælud. nu. 177. & seq. & Carpan. super statut. Mediolan. in 1. par. c. 243. nu. 6.* nam senes æquiparantur mulieribus, vt inquit *glo. in l. ad personas egregias,* quam ibi sequitur *Iaf. nu. 9. & seq. ff. de iureiur.* quæ pro debito carcerari non possunt, vt cauetur *in l. 1. C. de off. diuers. iudic. & in auth. sed nouo iure, C. de custod. reor.* & prouerbialiter dicitur, quod bis pueri senes, & tamen pueri non detinentur in carceribus pro debito, vt notat *Bal. in l. 1. nu. 10. C. qui bonis ced. poss.* Verum non videtur esse considerabile senectutis priuilegiũ, quando in ea ętate senex se obligasset cum iuramento, quia tunc non videretur hoc priuilegium superuenisse post contractum, sed inerat tempore obligationis, & proinde videretur ei tacitè renunciatum, prout in specie considerant *Anchar. in q. 8. nu. 9. in 2. par. & Carpan. super stat. Mediol. c. 243. nu. 8. in 1. par.* quos refert *Gratian. in d. c. 328. nu. 20. & seq.* Multa autem alia priuilegia senibus à iure sunt concessa, quæ plenè refert *Tiraq. in tract. de iur. primogen. in præfat. num. 79. & seq. vsque ad num. 221. & Cardin. Paleott. in tract. de bono senect. per tot.* Qua verò ætate quis propriè dicatur senex, plenè explicat *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 59. per totum.*

ALLEGATIONES PRO PATRIMONIO Comitis Loriti, de quibus fuit facta mentio supra num. 80. fol. 296.

TRES proponuntur quæstiones. Prima est, si subhastatis bonis debitoris, non reperitur emptor, an Iudex ea possit creditoribus inuitis adiudicare mediante appretio. Secunda, posito quòd possit an idem sit in bonis feudalibus. Tertia, quomodo sit facienda diuisio.

84 Quoad primum exordiẽdo materiam à suis primordijs prænotandum est, quòd tantus fuit antiquissimi iuris rigor contra debitores, vt lex duodecim tabularum eos etiam dilaniandos, creditoribus tradi permiserit, prout testatur *Aul. Gel. in 20. lib. noct. atticar. c. 1. & Carol. Sigon. in 1. lib. de antiq. iur. ciu. rom. c. 6.* meminit etiam eius *l. glo. in l. 1. in ver. in eo, in fi. C. qui bon. ced. poss.* eiusque formalia verba refert *Couar. 2. lib. var. resol. c. 1. sub nu. 1. plenè Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu 183. nu. 4. & Anto. Thesaur. in decis. Sen. Ped. 153. nu. 1.*

85 Sed huius legis immanitas potius ad terrorẽ traditæ, quam vsu receptæ tamquam bonis moribus valdè repugnans a media iuris prudentia fuit pęnitus reprobata, eique successit lex Petilia, qua cautũ fuit, ne quis ob pecuniam debitã in vinculis detineretur, sed eius bona tantum essent creditoribus obnoxia, vt affirmat *Liu. in 1. decad. lib. 8.* quæ lex a Cæsareo, & Pontificio Iure fuit approbata. Cautum est enim liberum hominem ob æs alienum personali cohertione cogendum nõ esse, *l. ob æs, cum auth. seq. C. de act. & oblig.* etiam si bona deficiant, ita vt creditoribus satisfieri non possit, *vt in c. 2. de pign.* & ideo dum exequutio fieri potest in bonis debitoris, nunquam ad eius carcerationẽ deuenitur, vt dicit *Glo. notab. in l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tutor.* quam communiter approbari testatur *Alex. in l. à diuo Pio, §. in venditione ff. de re iud. & Couar. in d. c. 1. nu. 2.*

86 Hoc autem est regulariter verum, non tamẽ nego, quin debitor ex conuentione iuramento roborata possit personaliter detineri, iux. not. *in c. ex rescripto, de iur. iur.* sed ne carceretur etiam in casibus permissis, duplici remedio illi succurritur, quorum vnum à lege veteri inuentum fuit, vt scilicet bonis cedat, *iux. tex. in l. 1.*

87 *ff. de cess. bon.* Alterum à nouissima lege Authẽticor. fuit inductum, videlicet, vt si debitor pecuniam aut mobilia non habeat, offerendo creditoribus bona stabilia meliora ad eorum electionem liberetur, vt in *Auth. hoc nisi. C. de sol.* & latius in corpore vnde sumitur, *§. quòd*

88 *autem, auth. de fideiuss.* sed hoc secundum remedium cessat in multis casibus, quos cumulat *Ant. Thesaur. in decis. Senat. Pedemon. 153. per tot.* & præcisè quãdo debitũ est iuratum, iuxta not. per *Bozad. in conf. 27. nu. 28. & in*

conf.

conf.32.num.9.per tot. Item quando specificè
promissa est solutio in pecunia, & non alia re,
vt refert *Alex.in conf.37.nu.27.vol.2.& Rol.
à Vall.in conf.31.in princ.vol.2.* & denique
quando illius Auth. beneficio fuit expresse cũ
iuramento renunciatum, prout per Sacr. Con-
silium decisum fuisse testatur *Pras.de Franch.
in decis.81.per tot.*

Ex quibus limitationibus videtur absoluta
prima quæstio, cum creditores renitentes acci-
pere bona in solutum habeant pro se contra-
ctus iuratos, in quibus de communi stylo adest
promissio solutionis in pecunia, & renũciatio-
nes amplissimæ, & pro eis faciunt iuris regulæ,
quòd aliud pro alio inuito creditore solui non
89 potest, *l.2.§.mutui datio, ff.si cer.pet.* & quòd
nemo inuitus cogitur emere, *l.inuitum, C.de
contrab.emp.*

Sed bene considerãdo casum, de quo agitur,
in quo ob maximam, & insolitam pecuniæ de-
ficientiam, quæ ad præsens viget in hoc Regno
nedum non iustus, sed nec vllus repertus est bo-
norum emptor post tot publicas subhastatio-
nes, & diligẽtias factas in diuersis partibus, etiã
extra Regnum, & non debitor, cui fortè iura-
menti vis obstaret bona in solutum offert, sed
creditores posteriores, qui nõ tantum d.l. pro-
uisione, quantum eius ratione, & æquitate
nituntur, ad euitandum cursum vsurarum
creditorum anteriorum, quæ tendit in eorum
exclusionem, instant pro hoc iustissimo reme-
dio, per quod inspecto præsenti rerum statu,
antequam magis augeantur tertiæ anteriorum
creditorum absque alicuius damno, & iniuria
omnibus satisfieri posset facta singulis bonorũ
adiudicatione, mediante appretio, Puto hoc si-
ne scrupulo cum omni iustitia fieri posse per
infrascriptas rationes.

90 Primo, quia virtus iuramenti, & renuncia-
tio non operatur, quando succedit casus insoli-
tus, & inopinatus, prout in terminis dixit *Rip.
in d.§.mutui datio, sub nu.28. & Purp.num.
116. & Hieron. Magon. in decis. Floren.66.
nu.16.* Vnde meritò Sacrum Consilium hunc
casum indecisum reliquit, vt dicit idem *de
Frãch.in d.decis.81. in fi.* Semper enim à qua-
libet generali renunciatione censetur exclusus
casus insolitus, *per tex. notab. in l.fistulas, §.
frumenta.ff.de contrahen.emp.* iunctis alijs ple-
nè traditis per *Barto. Ias. & alios in l.sed & si
quis, §.quæsitum, ff.si quis caution.* Illa igitur
promissio soluendi in pecunia intelligenda est,
si ex venditione bonorum pecunia haberi po-
test, sed dum superuenit casus insolitus, in quo
factis omnibus diligentijs non reperitur em-
ptor, ex quo deficit pecunia, iuramentũ ad hũc
91 casum non porrigitur, nam semper in eo sub-
intelligitur clausula, rebus sic stantibus, *l.quod
seruus, ff.de cond.ob caus.& c.2.de iur. iur. &
c.ne quis.22.q.2.Innoc.in c.quemadmodum, de
iur.iur.& Rol.à Val.in conf.7.nu.57.vol.3.*
Et propterea nihil operatur renunciatio facta
per debitorem beneficio d.auth. etiam cum iu-
ramento, si facta omni possibili diligentia su-
per venditione bonorum non reperitur em-
ptor, nam iuramentum non obligat ad impos-
sibilia, prout punctualiter dixit *Petr. Benint.*
omnino videndus in decis. Bonon. 28. *pulchrè
Pract.Papien.in for.resp.libel. in act.hypoth.
in vers. exceptionem solutionis in fi. Cephal.
in conf.195.vol.2. Ioseph Ludou. in decis. Pe-
rus.64.nu.9.& seq.& Andr.Facchin. in con-
trouersiar.iur.lib.10.cap.63.* ad cuius conclu-
sionis corroborationem faciunt ea, quæ plenè
tradit *Crau. in conf.12.per tot.* vbi cumulat
multos casus, in quibus impossibilitas excusat à
periurio, & pœna, & *Gabr.in 2.lib.com. concl.
in tit.de iur.iur.concl.8.nu.4.in fi.*

92 Secundo considero, quòd renunciatio bene-
ficij d.auth.continet quid turpe, & est contra
humanitatem, & charitatem, vt dicit *Alex. in
conf.37.nu.6.vol.2.* Vnde regulariter non te-
net, sed metu periurij substinetur, & propterea
debitorem petita absolutione à iuramento ad-
mittendum esse ad beneficium illius auth. non
obstante renunciatione iurata, multis ratio-
nibus probat *Ioseph Lud.in d.decis.Perus.64.
nu.21.per tot.* Hinc ergo infero, quòd dum hęc
oblatio non fit per debitorem cui iuramentum
obstaret, sed instantibus creditoribus bona fue-
rũt pluries subhastata, & adhuc nullus emptor
repertus est. Certè dubitandum non puto, quin
iudex tanquam legis minister, instante præser-
tim magno creditorum numero pro eorum in-
teresse ea mediãte appretio adiudicare debeat
93 creditoribus, iuxta ordinem graduationis, per
*tex.in l.ordo.C.de execut.rei iud. & in l. à di-
uo pio, §.si pignora, ff.de re iud.* Idque eum fa-
cere posse, etiam inuitis, & contradicentibus
aliquibus creditoribus, suadet *Bar.in d.§. si pi-
gnora, nu.2.& Alex.nu.8. & 15.post glos.in
d.l.ordo.* quæ fortius dicit, quòd creditor ne-
cesse habet capere in solutum pignora pro toto
debito, etiam si minus valeant. Vnde infertur,
quòd si necesse hoc facit, ergo inuitus, & con-
tradicẽs cogitur, cuius Glo. opinionem sequu-
tus fuit *Petr.de Belu.* eam approbãs subtili ra-
tione, nam creditor habet quid sibi imputet cũ
potuerit, quando publicè subhastabantur, &
quærebatur emptor ea tanquam tertius licita-
94 re, & habere pro iusto pretio, iuxta tex. *in l.2.
C.si in cau. iud.* Vnde si hoc non fecit sibi im-
putet, si postea cogitur duriorem viam pati,
arg.l.si mulier, §.fin.in fi.ff. quod met. cau. &
licet alij æquiorem viam secuti, dicant adiudi-
95 cationem fieri debere pro iusto pretio, prout

sentire

sentire videtur *Glos. in d. §. si pignora,* in cuius opinionem magis inclinauit ibi *Iaf. nu. 8. in fi.* Nemo tamen negat adiudicationem per Iudicem fieri posse, quando emptor non reperitur, inuito creditore, à quibus non dissentit *Afflic. in decis. 358. sub nu. 5. & seq. ver. quarta ratio,* qui subdit idem esse si non reperitur iustus emptor, cum paria sint emptorem non reperiri, vel iustum rei prethium non offerri, teste *Bal. in l. 2. in fi. C. si in eau. iud.*

96 Tertio considero subtilem rationem, quam sumo ex mente, & verbis dict. §. *quod autem, auth. de fideiuss.* & ad eam rogo attentè animaduerti, dicit enim *Imper. in eadem l.* hæc formalia verba.

Agnoscant autem creditores, quia si hanc non scripsissent legem, necessitatis tamē ratio ad hanc causam perduceret, si enim nō sit idoneus pecuniarū debitor, nec vllus emptor sit, nil aliud facturus erat, quā proprijs bonis cedere, & rursus res ad creditorem merito veniret, aurum percipere non valentem, quamobrem, quod cū iniuria, & affectu acerbo perduceret creditorem, & debitorem, hoc nos clementer simul, & legaliter decidentes, & infelicibus debitoribus auxiliamur; & acerbi creditoribus nō apparebimus dari causam eos deputantes, ad quam si permanerent inobedientes, tamen modis omnibus aduenirent.

Ex quibus verbis apertissimè sumitur, quòd ideo concessit debitoribus illud beneficium, quia in omnem euentum, dum non reperiretur emptor, necessario cogerentur habere bona, quod eueniret in casu, quo debitor bonis cederet, dum autem Doctores dicunt, renunciari posse beneficio illius Auth. mouentur ea ratione, quia cessante illo remedio, potest adhuc debitori succurri per aliud cessionis bonorum, & sic non remanet omni auxilio destitutus, vt in specie hanc rationem ponderat *Prefes de Franch. in d. decisio. 81. sub num. 7.*

97 Sed beneficio cessionis bonorum Doctores magis communiter fatentur renunciari non posse, ex quo post eum nullum aliud remedium superest, vt benè concludit *Anto. Thesaur. in decisio. Senatus Pedemont. 36. per totam.* Ex his ergo infero, quòd dum debitor est decoctus, similis est ei, qui bonis cessit, postquam omnia eius bona sunt in concursu creditorum, & per eum est relicta administratio. Ideo ergo sequitur, quod creditores tenentur omnino bona in solutum accipere. Nam respectu creditorum posteriorum, de quorum interesse nunc principaliter agitur, nullum aliud superest remedium, alias enim sequeretur maximum inconueniens, nam tractu temporis eò deueniri posset, vt si nunquam reperiatur emptor, adeo in infinitum tertiæ anteriorum creditorum augerentur, vt pauci creditores omnes alios excludant, & nihilominus tunc etiam eadem bona forte deteriorata illis paucis adiudicanda erunt. Cur ergo huic iniquitati succurrendum non est? Si quòd hinc ad longissimum tempus necessarium faciendum esset cum tanta aliorū iactura, nunc absq; alicuius damno fieri iustissimè potest.

98 Secunda quæstio parum difficultatis habet, nulla enim datur differentia inter bona burgensatica, & feudalia, quando in obligatione feudalium interuenit assensus, nam assensus in obligatione præstitus extenditur etiam ad eius consequutiua, vnde Iudex in feudo obligato cū assensu, rectè secundum decretum interponit sine alio nouo assensu, vt dicit *And. in constit. Reg. si quis post litem,* quem refert *Afflict. in decisio. 335. num. 19.* & sequitur *Camer. in cap. imperialem, num. 50. litera R. & num. 51. litera P. de probib. feud. alien. per Feder.* & in

99 proprijs terminis, quòd iudex possit iudicare creditori feudum oblatum à debitore, vigore dictæ Auth. hoc nisi, quando in obligatione fuit præstitus assensus, tradit *Iaffred. in consi. 14. sub num. 73.* quem rogo videri, nam est punctualis decisio, pro quo faciunt notata per *Alexan. in consi. 189. num. 15. volum. 7.* vbi dicit, quòd res Ecclesiæ obligata cum decreto potest sine decreto alienari, & idem affirmat *Dec. in consi. 558. nu. 9.*

100 Quoad tertiam quæstionem breuiter dico, quòd postquam sumus in feudis iurisdictionē habentibus, in quibus commoda diuisio fieri non potest propter multa inconuenientia, quæ circa iurisdictionis vsum euenirent, prout plenè considerat *Boer. in decis. 5. per totam, Aug. Bero. in quæst. 111. & plenius D. Ludou. à Peguer. in quæstio. crim. cap. 10.* Ideo communiter remedium approbatum est, vt Iudex assignet vni feudum pro concurrenti quantitate sui crediti, cum onere soluendi æstimationem maioris valoris alteri creditori in pecunia, vel in annuis introitibus, & assignatio corporis facienda erit creditori in maiori summa,

101 vel erit locus licitationi inter eos, prout punctualiter decidit *And. in cap. 1. num. 2. de duobus fratribus de no. benef. inuest.* & faciunt in simili ea quæ pulchrè tradit *Franc. Aret. in consi. 157. colum. 1. vers. sed quia super isto, & Capyc. in decis. 36. per totam.*

Philippus Pascalis.

Quæ

QVæ supra doctè, & subtiliter per facundissimum causę Patronum fuerunt conclusa, iuri, & æquitati consona esse arbitror, & propterea de subscriptione requisitus, in sententiam eiusdem libentissime pertranseo, & ne videar persunctoriè, & illotis (vt aiunt) manibus quid sentiam in medium proferre, ad id dicendum inducor ex his quæ in terminis consuluit *Ioan. Vinc. Hond. in cons.* 18. *nu.* 44. & alibi *lib.* 1. vbi inquit post *Rip. in d. §. mutui datio, nu.* 28. quòd quando casus inopinatus superuenit post obligationem etiam iuratam, debitor nō priuatur beneficio d. *Auth. hoc nisi, & num.* 52. firmat, quod respectu dicti beneficij non est opus petere absolutionem a iuramento, vt ibi per eum, & idē etiam cōprobat ex Hispanis *Gasp. Baez in tract. de inope debit. credit. addic. c.* 1. *nu.* 50. vbi inquit, quod iuramentum non extenditur ad incogitata, *c. veniens, de iureiur. Ias. in l. si mihi, & tibi, §. fin. ff. de leg.* 1. *cum simil.* & ita sentio.

Hippolytus Vannius.

PRæsentem consultationem adeo claram comperi, vt certè non sit opus eam hodie alijs illuminare facibus. Vnde stante tam aperta, perspicuaq; veritate negotij, de quo agitur, magistraliter, & sincerè per Iurisconsultum Philippum Pascalem demonstrata, huic eidem sententiæ suæ fructuosæ quidē, & rationi congruentissimę totis neruis inhærere non vereor.

103 Tantoq; magis cum expressa, iurataq; renūciatio cessionis bonorum nullatenus quippe obstaret debitori cedere volenti, ita *Bar. Alex. Imol.* & alij vnanimi voto omnes *in l. alia, §. eleganter, ff. sol. matr. Matth. Brun. in tract. de cess. bonor. q.* 29. *Ioseph de Ludou. decis.* 64. *nu.* 7. *in* 2. *par. Franc. Becc.* qui ita in terminis consuluit *cons.* 10. *nu.* 4. *vol.* 1. *& Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. test. & in l. post rem iudicatam ff. de re iudic.* & in alia *fori l.* in declaratione *l.* 2. *foro legum, lib.* 3. *tit. de los gouiernos, nu.* 12. *& seq. f.* 822. *in paru. impress.* vbi ad lucem quoque adducit istam communem fore opinionem æquam pariter, & iuridicam.

104 Quibus in locis extendunt illam etiam in præsenti casu nostro, & sic in debitore volente se iuuari beneficio *auth. hoc nisi debitor, C. de sol.* quod tunc non obstante pacto iurato debitor ipse liberetur, & teneatur accipere creditor tot de bonis debitoris ad sui electionē, quæ ascenderent ad concurrentem quantitatē debiti, secundum beneficium ipsius auth. vt per *Petr. de Benintend. in decis.* 28. *post princ.* & firmauere etiam *Peder. de Sen. in cons.* 60. *Ias. in cons.* 9. *Cephal. in cons.* 195. *in princ. vol.* 2. quos refert, & sequitur *Ioseph de Lud. in allegata decis.* 64. *post num.* 7. subdens etiam eo in loco hanc opinionem sine scrupulo procedere, quando extitisset obtenta absolutio a iuramento, sed ea facilius, & agilius locum obtineret tutissimum, vbicunque debitor conuentus, & obligatus in pecunia probaret soluendo non fore, nec vllum habere modum soluendi in pecunia, atque omnem diligentiam etiam adhibuisse pro alienatione bonorum suorum stabilium, & emptorem non inuenisse, tunc enim probata impotentia, & diligentia prædicta, offerendo bona sua creditori liberatur, non obstante pacto iurato.

105 Vtpote quia iuramentum non ligat, neque obligat ad impossibile, vt consuluere *Rom. in cons.* 163. *nu.* 4. *Ped. de Sen. & Ias. in consilijs præmemoratis, & Io. Vinc. Honded. in cōs.* 18. *nu.* 25. *& seq. vol.* 5. & ita extitit quoque conclusum in Rota Bononien. attestante *Petro de Benintend. in decis.* 28. *post princ. versic. benè verum est.*

106 Taliter quod iurans certo tempore se soluturū, excusaretur omni quidem dubio procul, & periurus non remaneret, si ob necessitatem non solueret, *cap. breui, & ibi glos. de iureiur.* & ita extat communis opinio, attestante *Ias. in l. qui iurasse, nu.* 4. *ff. de iureiur.* prout alias absoluimus cum suo apparatu necessario in *decis.* 38. *nu.* 3. *lib.* 1. & præsertim instantibus aliquibus ex creditoribus pro subhastationibus huius generis bonorum, sicut etiam nunciauimus ibi, non quidem obscurè, in casu dilationis quinquennalis similiter petitæ ad creditorum instantiam, vel debitorum talem dilationem concedendam.

107 Et licet obstet illa regula hic, quod vnum pro alio solui nequeat inuito creditore, *l. promissor, §. fin. ff. de const. pecun. l. eum à quo, C. de solut. & l.* 2. *§. mutui datio, vbi DD. ff. si cer. pet. & Pet. Duenn.* cum alijs aggregatis per eum *in reg.* 159. Tamen ob debitoris impotentiam in pecunia numerata soluendi, compellitur creditor accipere bona illius in solutum, *auth. hoc nisi, C. de solut. Bart. nu.* 21. *Corn. in fi. Ias. nu.* 8. *& Rip. num.* 25. *in d. l.* 2. *§. mutui datio, Marsil. Sanc. Vascol. in trac. indiuiduorum, in* 3. *cetula, nu.* 38. *Io. Bap. Plotus cōs.* 37. *nu.* 17. *vol.* 1. *& Io. Vinc. Honded. cons.* 18. *nu.* 24. *cum alijs seq. vol.* 1. vbi ita respondit, hanc limitationem etiam non paucis roborando rationibus.

Et stringendo clauum, foret quippe absurdissimum re ipsa asserere, quod dum iste debitor soluere

ſoluere non valeret in pecunia promiſſa, non
poſſet bona in ſolutum dare, & cogeretur in
carceribus macerari, atque inſimul diem vlti-
108 mum claudere, qui ſi de impotentia hac co-
gitaſſet tempore contractus, & promiſſionis,
nullatenus ad impoſſibilia ſe obligaſſet, vt ad-
uertit *Honded. in allegato conſ. 28. ſub nu. 45.*
Vnde dum creditores ſtante naturali ratio-
ne denegant accipere bona in ſolutum, vel im-
pedire vt ea non vendantur pro eorum ſatisfa-
ctione, poſſet non immerito quippe adduci cõ-
tra eos dictum Aug. quod habetur in *c. vbi, 24.*
109 *quæſt. 1.* quòd vbi charitas non eſt, nõ poteſt
eſſe iuſtitia, dilectio enim proximi malum non
operatur; & ſic attingendo ſcopum præſentis
difficultatis, qui diligit proximum, legem adim
pleuit, vt per *Paul. ad Rom. cap. 13.* & habetur
etiam *Leuitici* 19. Non ſtabis contra ſanguinẽ
proximi tui. *Ioannes Apoſtolus 1. cap. 11.* pla-
nũ facit, quòd qui non diligit, manet in morte;
& Seneca in prouerbijs etiam, quòd qui ſuc-
currere perituro poteſt, cum non ſuccurrit oc-
cidit, & idem *Paulus ad Gal. cap. 5.* concludit
etiam, quod omnis lex in vno ſermone imple-
tur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum;
& Ambroſ. ſuper Beati immaculati, ſcribit,
quòd hoc eſt occidere hominẽ, vitæ ſuæ ei ſub-
ſidia denegare; Caue ne inter loculos tuos inclu
das ſalutem inopum, & tanquam in tumulis
ſepelias vitam pauperum.
Ob quod equidem tantum voti mei ſumma
eſt, concurrere libentiſſimè cum præſenti ſen-
tentia tanquam æquiſſima, atque tutiſſima, con
tra quam nullum adhuc inueni contradictorẽ,
quòd debitor poſſit ſe liberare a prædictis debi
tis ob oblationem factam bonorum ſuorum,
etiam inuitis creditoribus, quibus obſtat illa
realis, & ſincera exceptio, de qua in *l. nam is, ff.*
110 *de dolo*, quòd inopia debitoris reddit actio-
nem creditoris inutilem.

Franciſcus Viuius.

QVæ ſupra latè, doctè, & egregiè deducta,
& allegata per Doctorem Philippum
Paſcalem, & confirmata fuerunt per
Doctorem Franciſcum Viuium, mihi quoque
iuri, & æquitati valde conſentanea videntur,
rationibus, & authoritatibus per eos adductis,
non obſtantibus, quæ in contrarium adduci
poſſunt, &c.
111 Præcipuè quod *authent. hoc niſi debitor*,
renunciari poteſt, *Cyn. Alber. Bald. Fulgoſ. &*
Salycet. ibi, *Dec. Rip. Curt. iun.* qui teſtatur de
communi, *Bolognet. & Purpurat. in l. 2. §. mu*
tui datio, ff. de reb. cred. ſi cert. pet. Dominus
Vinc. de Franch. in deciſ. 81. qui dicit non ha-
bere contradictorem ſtante iuramẽto, & *Ant.*
Theſ. in deciſ. 153. nu. 13. vbi ait ſemper ſic per
illum Senatum fuiſſe deciſum.
112 Et quod dicta auth. non habet locũ quan-
do debitum eſt iuratum, & quis promiſiſſet cũ
iuramẽto ſoluere in pecunia, *Alex. in conſ. 37.*
vol. 2. Gozad. in conſ. 27. nu. 28. & in conſ. 32.
per totum. Iaſ. in conſ. 9. in 3. dubio, vol. 1. Rol.
à Vall. in conſ. 6. nu. 44. vol. 1. & Ant. Theſau.
in deciſ. 153.
113 Nam prædicta declarantur non procedere
quando poſt renunciationem, & iuramentum
superuenit caſus inopinatus auferens potentiã
ſoluendi in pecunia, & vendẽdi bona ſua, nam
tunc poterit debitor, non obſtante renuncia-
tione, & iuramento dare de bonis in ſolutum,
114 quia iuramentum intelligitur rebus ſic ſe ha-
bentibus, *cap. cum inter, de renunciat.* notant
Imol. Dec. & Iaſ. in l. quod ſeruus, ff. de cond.
ob cauſam, tradit in particulari *Ripa in d. §.*
mutui datio, num. 28. & Purpurat.
Et hinc eſt, quòd ſi quis bona ſua ſubhaſtaſ-
ſet, & perquiſiſſet emptores, & eos non inue-
niſſet, ac docuiſſet ſe eſſe pauperem, & non ha-
bere modum ſoluendi in pecunia, offertq; fide-
iuſſorem, & liſtam bonorum ſuorum ad libitũ
creditoris, iuxta diſpoſitionem d. *auth. hoc niſi*
115 *debitor*, tunc non obſtante pacto iurato libe-
raretur, & creditor inuitus teneretur recipere
tot de bonis debitoris ad ſui electionem, quæ
aſcenderent ad concurrentẽ quantitatem debi
ti, ita in particulari tenent *Benintend. in de-*
ciſ. 28. Feder. de Sen. in conſ. 60. Iaſ. in conſ. 9.
lib. 5. & Ioſeph Ludouic. in deciſ. Vmbriæ 64.
& ratio eſt neceſſitas, quæ legibus non ſubijci-
tur, *l. 1. ff. de offic. Conſul.*
116 Et ideo eſt, quòd licet debitor regulariter
non poſſit cogi inuitus ſoluere aliud pro alio,
l. domini prædiorũ, C. de agric. & cenſ. lib. 11.
117 tamen fallit neceſſitate ſubſiſtente, *l. filiusfa-*
milias, §. ſi quid alicui, ff. de leg. 1. & ideo etiã
eſt, quòd licet vnum pro alio ſolui non poteſt
inuito creditore, *d. §. mutui datio, & l. ita fide-*
iuſſorem, ff. de fideiuſſor. tamen hoc intelligi-
tur, quando debitor pecuniam ſoluere poſſet,
ſi verò eam ſoluere nequeat, poterit alias res
118 offerre, quia quoties id quod eſt in obligatio-
ne ſolui non poteſt, aliud pro eo ſolui poteſt,
l. in re furtiua, in princ. ff. de condit. furt. & l.
non dubiũ, §. fin. ff. de leg. 3. & ita in d. *§. mutui*
datio, concludunt *Bar. Soc. & Purpur. nu. 24.*
& ex hoc in d. *§. mutui datio, num. 11. Soccin.*
tradit cautelam ad euadendos carceres, quod
quotieſcunq; debitor conuenitur ad pecunia-

rum summã, offerat iudici omnia bona sua vendẽda, dum enim emptor inuenitur, poterit ipse pecuniam parare, & ita carceres euitabit, & ita in practica fecisse se obseruari tradit Socc.
119 necessitas enim legibus nõ subijcitur, *l. 1. ff. de offic. Consul.* cum concordantibus per *Ias. in l. 1. col. 2. ff. de offic. eius.*
120 Et hinc est, quod si quis sub pœna promiserit, quod aliquis ratificabit aliquem actum, vel etiam renunciabit alicui iuri, & promissor omnem adhibuerit diligentiam, quod ratificatio, seu renunciatio sequatur, non debet ad pœnam condemnari, etiam si iuramentum intercesserit, quia impossibilium nulla est obligatio, vt notanter concludit *Affl. in decis. 295.* & est tex. *notab. in l. si vebenda, §. idi iuris, ff. ad leg. Rhod. de iact.* vbi quando quis promisit factum, & sine culpa sua impleri non potuit, excusatur à pœna.

Ex prædictis sequitur, quod cum iste debitor non habeat pecuniam, vt eam creditoribus soluere possit, cum nõ inueniat emptores, licet in vendendo eius bona maximam adhibuerit diligẽtiam, cum obtulerit fideiussores, & listam bonorum suorum ad libitum creditoris, iuxta dispositionem dictæ *Auth. hoc nisi debitor, C. de solut.* non obstante renunciatione & pacto firmato, debet liberari, & creditores inuiti tenentur recipere tot de bonis huius debitoris ad eorum electionem, quæ ascendant ad concurrentem quantitatem debiti.

Hæc sunt vera non solum quando debitor vult vti remedio d. auth. hoc nisi debitor, sed
121 etiam quando hoc non petit debitor, sed ad instantiã creditorum subhastantur bona, & emptores non reperiuntur, nam tunc bona adiudicanda sunt creditoribus etiam inuitis per iudicem, *l. à diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudicat. & ibi Bart. Paul. de Castr. Alex. Ias. & Herculanus, & l. ordo, C. de exequut. rei iudicat.* & ibi *Bald. Salyc.* qui *Bald. in d. l. ordo sub nu. 9. in vers. quaro,* dicit, quod si creditor est tam iniquus, quod vult potius debitorem in carcerem macerari, quã accipere de bonis suis in solutũ, quod potest compelli ad ea bona accipiẽda, sed est in electione creditoris, quæ bona velit acci-
122 pere, ita ꝙ potest optima eligere, *tex. est notab. in §. quantum, auth. de fideiuss.* & in hoc ibi Bald. sequitur *Paul. de Castr. & Salyc. & Herculanus in d. l. à diuo Pio, §. in venditione, sub nu. 15.* & cum prædictis concurrit *Affl. in dec. 358. nu. 5.*
123 Supradicta procedunt etiam in feudalibus, quia cum hęc non reperiantur expresse decisa in feudalibus, recurrẽdum est ad ius commune, *c. feudum, de feud. cognit.* Et si dicatur, quod feudum non potest alienari, nec pignorari sine licentia domini, *c. Imperial. in princ. de prohibit. feud. alien. per Feder.* igitur nec in solutũ dari, vel adiudicari, quia adiudicatio in solutũ est alienatio, *l. eleganter, in princ. ff. de condit. indeb. & l. libera, C. de sent.* tradunt vltra alios *Ruin. in cons. 176. nu. 9. vol. 1. Bolognin. in cons. 21. Affl. in decis. 191. & Io. Vinc. de Anna in sing. 140.*

Respondetur dupliciter.
124 Primo non procedere, quando in obligatione feudalium interuenit Regius assensus, nã tunc iudex bona feudalia creditori obligata cũ assensu, potest creditori adiudicare sine alio assensu, ita dicunt *And. in const. si quis post lití, Affl. in decis. 335. nu. 19. Camerar. in c. Imperialem nu. 50. & 51. de prohibit. feud. alien. per Feder. & Iaffred. in cons. 14. sub nu. 73.* & in specie *Capyc. in decis. 51. nu. 10.* vbi ait sic fuisse per Sacrum Consilium decisum.
125 Secundo respondetur supradicta non procedere in alienatione necessaria, quando subita sub hasta virtute sententię vendidit, nam tũc tenet alienatio etiam si in obligatione non pręcesserit assensus, ita tenet *Io. Vinc. de Anna in repet. Constitutionis diuæ memoriæ in 3. par. in verbo eisdem, nu. 232. cum seq.* vbi ait solitũ esse in tali casu prouideri, quod exequatur, & reperto emptore præuio regio assensu liberetur, & ita dicit pluries per Sac. Cons. fuisse iudicatum.

Vti supra conclusum extitit respondi, & subscripsi ego Alexãder Trentacinque V.I.D.

Idem qui supra Alexander Trentacinque.

Obstatq; similiter aliã per me Franciscum Viuium supra allegata creditoribus ipsis decis. Sac. Cons. recitata per *Pref. de Franch. 8. lib.* 1. dum tractatur de casu particulari superuenienti, & considerato ab aliquibus ex creditoribus procurantibus bonorum debitoris subhastatione, super quo prouidendũ venit de
126 iure his temporibus, & occasionibus, quod ex causa superuenienti contrauenire licite potest, nec censetur tunc contra contrahentium mentem fieri, stante, quod non est verisimile, quod si de superuenienti casu cogitassent, aliud disposuissent, vt per *Anchar. in cons. 83. col. 1. & per Hond.* cum alijs aggregatis per eum in allegato *cons. 18. sub nu. 46.*
127 Obstatq; deniq; eisdem creditoribus illa eadem exceptio, quod illud, quod potest fieri per pauciora, non debet fieri, & exequi per plura,

ra, & ſic dum poſſunt cōſequi creditores eredita eorum mediantibus traditionibus in ſolutū faciēdis bonorum debitoris, ad quid expectant, expectareq; ſtudent ceſſionem bonorum nihil
128 eis releuantem? circuitus enim eſt euitandus, *l. domiuus teſtamento, ff. de condit. indebit. & l. ſiu. C. de adopt.* eſto, quod in omnem euentū reuoluto præſenti ſaxo tantum operatur datio in ſolutum, vel ſubhaſtatio, quantum ceſſio bonorum, & conſequenter creditores, quod poſuere principium ſuper prædictis ſubhaſtationibus emanatis in præſenti re, totum ſupplere debent vſq; ad finē, iux. tex. in *c. nullus Epiſcopus de eouiect. diſt.* 50. non obſtantibus oppoſitionibus aliorum creditorum, tāquā ſcrupuloſis, & inutilibus, cōtra quos rationabiliter qui-
129 dem in his fluctibus poteſt intonari illa religioſa prouidentia, quod qui nimium emungit, elicit ſanguinem, *c. deuique 3. diſtinct.*

Idem Franciſcus Viuius.

CAPVT DECIMVM.

Lenones filiorum quomodo puniantur? Et quam graue ſit hoc ſcelus? Et ex quibus præſumatur maritus eſſe ſuæ vxoris leno? Et quis dicatur propriè leno? Et quomodo puniantur complices, & fautores huius criminis? Et quomodo mulier dicatur propriè meretrix? Et demum an meretrix coniugata poſsit à vicinis honeſtarum mulierum expelli ſicut aliæ meretrices? Et quid ſi habitat in domo propria?

SVMMARIVM.

1 *Lenones filiarum quomodo puniantur de iure communi.*
2 *Quomodo puniantur de iure authenticorum.*
3 *Quomodo puniantur de iure huius Regni? & nu. 4. & 5.*
6 *Mater excuſatur à pœna, quæ ob famis neceſſitatem permittit filiam carnaliter cognoſci.*
7 *Mater quæ filia ſponte ſe proſtituenti conſentit ſine quæſtu, punitur arbitrariè.*
8 *Valde deteſtabile eſt crimen lenocinij in marito.*
9 *Maritus præſumitur vxoris leno, ſi permittit vxorem adulterari, & fugit ueſcire.*
10 *Item præſumitur vxoris leno, ſi eam in adulterio deprehenſam retinet ſine vindicta.*
11 *Tollitur autem hæc præſumptio, ſi probetur, quod non audet ſe vindicare propter nimiā potentiam adulteri.*
12 *Leno propriè maritus dicitur, quando turpē quæſtum accipit ex meretricio vxoris. Sed quomodo hoc intelligendum ſit, bene explicatur, nu. 13.*
14 *Leno is propriè dicitur, qui quæſtuarias mulieres retinet; Itē qui proprias ancillas quæſtus cauſa proſtituit, nu. 15.*
16 *Nutrices puellarū, quæ eas corrumpi faciunt, grauius puniri debent.*
17 *Lenones puerorum quomodo puniantur.*
18 *Domum locans, in qua lenocinū exercetur, quomodo puniatur.*
19 *Complices, & fautores lenocinij, quomodo puniantur.*
20 *Adulterio opem præſtans quomodo puniatur.*
21 *Leno tentans mulieris pudicitiam, ſi non ſequitur effectus, mitius punitur.*
22 *Minor ætas an excuſet à crimine lenocinij.*
23 *Lenocinij pœna an committatur per vnicum actum ſine quæſtu. Et quid in marito, nu. 24. & 25.*
26 *Leno æquiparatur meretrici.*
27 *Meretrix eſt ea, quæ multis ſe proſtituit.*
28 *Meretrix ex multis præſumptionibus mulier probatur, remiſſiuè.*
29 *Mulieris impudicitia probatur per teſtes ſingulares.*
30 *Et per eoſdem, qui rem cum ea habuerunt.*
31 *Mulier, quæ amore capta ſui copiam fecit nō dicitur meretrix.*
32 *Et idem eſt ſi auri copia obcæcata carnaliter ſe cognoſci permiſit.*

33 *Mulier adultera non dicitur propriè meretrix,*
34 *Meretrix pro debito carcerari potest.*
35 *Fallit autem in meretrice coniugata.*
36 *Meretrices expelli possunt à vicinia, in qua habitant personæ honestæ.*
Quod ex gratia Neapolitanis cõcessa fuit extensum ad scolares & exteros habitantes sine mulieribus.
37 *Limitatur autem in meretrice coniugata, habitante vna cum viro, præterquam si quæstum publicè faceret, & haberet virum lenonem.*
38 *Meretrix habitans in propria domo, an possit à vicinis expelli.*
39 *Meretrix an licitè accipiat suæ turpitudinis quæstum.*



Icut autem filij parentes colere, & venerari, eisq; post Deú, omnimodã obedientiam præstare tenentur, ita etiam parentes totis viribus conari deberent, non tantum diuitijs, quæ tanquã fortunæ bona, facilè dilabuntur, sed bonorum morum exemplis suos liberos decorare, verum quia adeo scelesti homines aliquando reperiuntur, qui nedum omni vitiorum genere inquinari non erubescunt, sed etiam propriarum filiarũ lenones turpi quæstu eas prostituere audent,
1 Ideo merito huiusmodi monstra omnia iura
seuerissimè puniri statuerunt, siquidem de iure communi parentes, qui tale scelus committũt, non solum patriam potestatem, & vsumfructũ, quem in bonis filiarum habebant, amittunt, vt *in l. omnes, cum ibi not. per Io. de Plat. nu. 4. C. de specul. lib. 11. & in l. si lenones, C. de episc. aud.* sed etiam condemnantur ad publica metalla, vt *in eadem l. lenones, in fi. & notat Menoch. de arbitr. iud. in 6. centur. cas. 534. nu. 6. & 13. & nouissimè Farinac. in titu. de delict.*
2 *carn. quæst. 144. nu. 53. & seq.* De iure vero
Authenticorum multo acrius puniuntur, nam contra omnes lenones statuta est pœna vltimi supplicij, vt *in auth. de lenon. §. preconiZamus coll. 3.* qua ex maioritate rationis magis puniẽdos esse lenones filiarum, cum grauius, & magis abhominabile crimen committant, testatur *Foller. in pract. crim. in verb. item quod fuit leno. num. 8. in fin.* vbi refert se vidisse combustum suæ filiæ, & vxoris lenonem, & idem cõfirmatur *Ludou. Peguer. in decis. crim. 15. num. 10. & Petr. Caball. in resolut. crimin. centur.*
3 *2. cas. 171. num.* 8. De iure vero huius Regni,
mater quæ turpi quęstu filiam stuprandam tradidit, pœna truncationis nasi punitur. Si vero commisit lenocinium puellæ extraneæ, pro prima vice fustigatur, secunda vero punitur truncatione nasi, *vt in const. lenas, sub rub. 49. de lenon.* Sed hæc pœna est tantum in fœminis immutata, nam in masculis lenonibus remanet incorrecta pœna vltimi supplicii secundum iura Authenticorum, vt notant *Afflic. in eadem const. num. 2. Foller. in citato loco, num. 32. Peguer. in d. decis. 15. num. 10. & Farinac. in*
4 *d. quæst. 144. num.* 10. Et licet hæc pœna vlti-
mi supplicij nõ sit in vsu, sed secundum varias regionum consuetudines huiusmodi scelesti diuersimodè puniantur, vt testantur *Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 68. num. 24. Peguer. in d. decis. 15. num. 12. Menoch. in d. cas. 134. num. 45. & Caball. in d. cas. 171. num. 6. & sequen.* & contra eos varia pœnarum genera fuisse practicata, referat *Foller. in eodem loco supra citato num. 9. & Menoch. in 1. centur. de ar-*
5 *bitr. iud. quæst. 80. num. 16.* Nihilominus in
hoc Regno per Regiam pragmat. Regis Ferdinandi Primi, sub *tit. de lenonib.* est eadem pœna vltimi supplicij confirmata cõtra lenones, qui quæstuarias mulieres prostituunt, & ad meretricandum retinent, hoc etiam addito, quòd de huiusmodi crimine sola Magna Curia Vicariæ cognoscit, & omnibus alijs officialibus Regijs, & Baronibus eius remissio denegatur, vt ibidem quoque notat Regius Consiliarius
6 Rouit. Ab hac autem pœna excusatur mater,
quæ famis necessitate cogẽte, filiam carnaliter cognosci permittit, vt not. *Affl. in ead. rubr. 49. in const. incip. matresque, & Menoch. in*
7 *d. cas. 534. num. 12. cum seq.* Et si solum filiæ se
sponte prostituenti consentijt absque quæstu, arbitrio Iudicis punitur, vt refert idem *Me-*
8 *noch. in eodem cas. num.* 12. Valdè etiam dete-
stabile est hoc crimen in marito, qui vxoris lenocinium committit, *l. mariti lenocinium. §. qui quæstum, cum ibi not. per Glos. ff. ad l. Iul. de adulter.* & ideo pœna vltimi supplicij punitur, vt in *Auth. de lenon. §. sãcimus*, est enim sicut custos in grege, & suum munus est vxori præesse, & eam bonis moribus instruere, vnde cum non custos, sed tanquam lupus eius castitatis deuorator, & proprij honoris destructor efficitur, grauissimum, ac nefandum scelus committit, vt pluribus authoritatibus plenè probant *Foller. in citato loco num. 9. & sequen. Caball. in dict. cas. 171. num. 8. & seq. & Menoch. in allegato cas. 534. num. 20. cum seqq.*
9 Præsumitur autem quod maritus sit vxoris le-
no, si patitur eam adulterari, & vt vulgo dicitur, fingit se dormire, *l. 1. §. lenocinij, vers. cæterum qui patitur, & ibi glos. ff. de adulter.* de quo duo famosa leguntur exempla; Vnum, scilicet,

licet, de quodam nomine Gippio, qui vt eius
vxor commodius mecharetur, ſimulabat ſe dor
mire, & ſtertere, vnde ortum fuit adagium, nõ
omnibus dormio, cuius author eſt Lucilius
apud Beroaldum. Et aliud etiam ſimile fertur
de Galba, qui Mecenatem ſuæ vxoris adulterũ
conuiuio ſuſcipiebat, & dum ſentiebat eum
velle cum eius vxore iocari, tunc dormire fin-
gebat, verum dum contigiſſet, quòd quidam
acceſſit, vt aliqua de menſa tolleret, tunc infe-
lix Galba illi dixit, huic dormio nõ tibi, prout
10 refert *Menoch. in d. caſ. 534. nu. 26.* Præſumi-
tur quoque mariti lenocinium, ſi vxorem in
adulterio deprehenſam retinet abſque vindi-
cta, vt pluribus iuribus probat *Peregr. in d. de-
ciſ. 15. nu. 8. & ſeq.* quod tamen quomodo in-
telligatur, benè explicat *Foller. in eodem loco*
11 *ſupra citato, num. 26. & ſequen.* Hæc autem
præſumptio tollitur, ſi probetur, quòd metu
imminentis mortis propter potentiam adulte-
ri non audet ſe vindicare, vt pulchrè tradit idẽ
12 *Foller. ibidem num. 20. & ſequen.* Sciendum
eſt autem, quòd tunc propriè maritus dicitur
vxoris leno, quando ex eius meretricio turpem
quæſtum accipit, ſed ſi tantum patitur eam
meretricari, non punitur tanquam leno, vt be-
nè probat *tex. in l. mariti, §. plectitur, ff. ad l.
Iul. de adulter.* & ratio eſt ſecundum *Ang. ibi,*
quia licet maritus ſit in culpa, non tamen eſt in
dolo, & ad puniendum lenocinium requiritur
dolus, vt refert *Peguer. in d. deciſ. 15. num. 7.*
13 Fallit tamen quando maritus retinet vxorem
nimis de adulterio ſuſpectam, & non conque-
ritur, nec ſuam ſcientiam ſub aliquo colore
obumbrare poteſt, tunc enim non excuſatur à
crimine lenocinij, vt inquit *Foller. in eodem
loco ſæpius citato, num. 11. & ſequen.* vbi ſub-
dit, quòd licet *Salic. in l. crimen, C. ad l. Iul. de
adulter.* dixerit maritum ſciẽtem eius vxorem
adulterium committere, non dici lenonem, ſi
ipſe eam non perſuaſit, nec turpem quæſtum
accipit. Nihilominus hanc doctrinam dicit nõ
procedere de Iure huius Regni, in quo Regia
conſtitutione ſancitum eſt, quòd maritus tan-
quam leno punitur, ſi adulterum, & vxorem
ſimul deprehenſos non occidit, & tunc dicitur
eos in adulterio deprehendiſſe, quando eos re-
perijt facientes aliquos actus inhoneſtos, vt
declarat *Afflict. in conſt. ſi maritus, colum. fi.*
14 *verſ. ponder. tex. ibi in ipſo actu.* Regulariter
vero is propriè leno dicitur, qui quæſtuarias
mulieres retinet, vel mulieres ad meretrican-
dum ſeducit, vt benè explicant *Menoch. in eo-
dem caſ. 534. num. 3. & ſequen. Caball. in d.
caſ. 171. num. 11.* & plenè *Farinac. in d. quæſt.*
15 *144. num. 26.* Item is, qui proprias ancillas
quæſtus cauſa proſtituit, *l. lenones, cum ibi not.
per Ioan. de Plat. C. de ſpectacul. lib. 11. & not.
Vincen. de Franch. in deciſ. 68. num. 1. & Pe-*
16 *guer. in d. deciſio. 15. num. 10.* Grauius autem
puniendæ ſunt nutrices puellarum, quæ eas
corrumpi faciunt, quarum pœnam ex Codice
Theodoſiano per Conſtantinum inflictam re-
17 fert *Menoch. in eodem caſ. 534. nu. 32.* Leno-
nes quoque puerorum perfecto flagitio capite
puniuntur, eo vero imperfecto, in inſulam de-
portantur, vt cauetur *in l. 1. §. fin. ff. de var. &*
18 *extraord. crimin.* Item qui domum locat, &
ſcienter ibi permittit lenocinium exerceri, do-
mum amittit, & pecuniaria pœna mulctatur,
vt in Auth. de lenon. §. præconizamus, verſ. ſi
19 *quis autem patiatur.* Item complices, &
fautores lenocinij eadem pœna plectuntur, vt
20 refert *Caball. in eodem caſ. 171. num. 5.* Vnde
qui opem præſtitit adulterio, ex quo arte &
fallacijs maritum extra domum perduxit, &
retinuit, ad hoc, vt ſocius commodè potuiſſet
adulterium committere, eadem pœna punien-
dus eſt ſicut principalis, vt pulchrè conſuluit
Natt. in conſ. 151. per totum, vol. 1. pro quo
faciunt iura valdè notabilia omnino videnda
ad hoc propoſitum, videlicet *tex. in l. qui do-
mum, cum Glo. & in l. & ſi amicis, cum l. ſeq.
& in l. mariti, §. hoc quinquennium, ff. de
adulter. & in l. 1. §. fin ff. de extraord. crimin.*
21 Mitius autem Iudicis arbitrio punitur leno, ſi
effectus non fuit ſequutus, vt puta quia tenta-
uit mulierem, quæ noluit conſentire, vt not.
*Foller. in eodem loco ſupra citato num. 31.
Menoch. in d. caſ. 534. num. 48. & Caball. in d.*
22 *caſ. 171. num. 15.* Inſuper notandum eſt, quòd
in hoc crimine lenocinij minor ætas non ex-
cuſat, vt expreſsè cautum eſt *in l. Auxilium, §.
fin. ff. de minor. & not. Menoch. in eodem caſ.
534. num. 30.* Sed hoc intelligendum putat *Fa-
rinac. in d. quæſt. 144. nu. 32.* vt non excuſet in
totum, ſed tantum prodeſſe ad pœnam minuen
dam. Ego autem de hac opinione ſatis dubito,
nam verba dictæ legis ſunt nimis clara, & hoc
crimen atrociſſimum reputatur, vt exclamat
idem *Menoch. in eod. caſ. 534. in princ. & Ca-
ball. in d. caſ. 171. nu. 3.* qui dicit, quòd eſt cri-
men graue, horrẽdum, deteſtabile, peſtiferum,
& magnopere legibus odioſum, & *Ludou. Pe-
guer. in d. deciſio. 15. num. 4.* dicit, quòd leno-
num genus eſt peſtiferum, nefandum, crudele,
odioſum, peſſimum, & ſceleratum, & quòd ex-
pellendi ſunt a Ciuitatibus tanquam caſtitatis
vaſtatores; Vnde ob criminis immanitatem po
tius concludendum videtur ordinariam pœnã
ſub prętextu minoris ætatis nõ excuſari, prout
in caſu parricidij deciſum fuiſſe teſtatur *Vinc.
de Franch. in deciſ. 230.* Verum quia ex magis
communi Doctorum ſententia receptum eſt,

quòd

quòd etiam in atrocibus delictis minor ætas
excusat à pœna ordinaria, iuxta plenè cumula-
ta per Thesau. in decisio. 161. & plenissimè per
Petr. Caball. in resol. crimin. centu. 2. cas. 134.
per totum, qui tamen fatentur, quòd si esset ca-
sus adeo atrox, & concurrerent tot circunstan-
tiæ aggrauantes, quæ Iudicis animum moue-
runt ad sæuiendum contra delinquentem, ita
vt non obstante minori ętate videretur dignus
morte, non esset eius seueritas damnanda, vt
affirmat idem Thes. in d. decis. 161. sub nu. 5. &
Caball. in d. cas. 134. sub nu. 8. & seq. Ideo in
hoc maxime versari arbitror Iudicis arbitriū,
quòd extendi posse vsque ad mortem inclusiuè
in minore dolo capace, testatur Ioseph Ludou.
in decisio. Lucen. 17. num. 72. & sequen. vers.
quintus casus, præsertim si huiusmodi deli-
ctum esset in regione frequens, quo casu non
esse locum minorationi pœnæ sub prætextu
minoris ætatis, dixit Addit. ad Dec. in consil.
535. in verb. mitigari, quam refert idem Ca-
23 ball. in eodem cas. 134. num. 10. Notandum
quoque est in hac materia, quòd per vnicum
actum sine quæstu pecuniario non incurritur
pœna lenocinij, sed requiritur, quod ad minus
per duas vices in hoc crimine deliquerit, vt te-
statur Caball. in eodem cas. 171. nu. 12. & ita
per Magnam Curiam, & Sacrum Consilium
decisum fuisse testatur Vincen. de Francb. in
24 decis. 68. Sed hoc fallit in marito, qui commit-
tendo vxoris lenocininm ex vnico actu puni-
tur, l. mariti lenocinium, §. qui quæstum, vers.
siue enim, & ibi Glos. ff. ad l. Iul. de adult. put
affirmat idem Vinc. de Franch. in eadem decis.
25 68. nu. 7. & Caball. in d. cas. 171. nu. 13. Fallit
etiam si mediante pecunia lenocinium commi-
sit, nam vnicus quoque actus sufficit, secundum
Glos. in l. palam, § non ignoscendum, in verb.
prostituunt, ff. de ritu nupt. Sed hæc limitatio
parùm tuta mihi videtur, nec eam omninò ap-
26 probat Glo. prædicta. Leno enim meretrici æ-
quiparatur in d. l. palam, §. lenocinium, vt re-
27 fert Vinc. de Franch. in decis. 68. nu. 2. Mere-
trix autem non dicitur, nisi ea, quæ multis se
prostituit, cap. vidua, 34. dist. eiusque turpitu-
do publicè venalis existit, cap. meretrices, 34. q.
4. Sed non dicitur palàm quæstum facere, quæ
recepta pecunia duobus se commiscuisse pro-
batur, ex not. per eund. de Frāch. in d. decis. 68.
nu. 8. & Petr. Caball. in resol. crimin. cas. 123.
num. 11. Meretrix enim propriè nuncupatur
mulier vulgaris, quæ publicè quæstū meretur,
vt dixit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 328.
nu. 4. & vt multis se prostituisse dicatur, opor-
tet quòd ad minus tribus se commiscuerit, iux.
not. per Paris. in cons. 160. nu. 8. vol. 4. & alios
relatos per Mascard. de probation. in conclus.
1067. nu. 17. & Adden. ad Bertaz. in consi. cri-
min. 134. lit. C. Vel verius secundum alios ne-
cesse est ad hoc, vt publica meretrix dicatur,
quòd vltra tres homines ad concubitum admi-
serit, en not. per Cephal. in cons. 140. num. 33.
quem refert Ioseph Ludon. in conclus. 64. in
ver. meretrix igitur, & Peregrin. in consi. 87.
28 num. 18. volum. 1. Præsumptiuè autem pluri-
bus modis probatur aliquam esse meretricem,
quos plenè refert Farinac. in titu. de delict.
carn. quæst. 136. cap. 3. per totam, latè Bursat.
in cons. 368. vol. 4. Mascard. in d. concl. 1067.
29 per totam. Et ad probandam mulieris impu-
dicitiam admittuntur testes singulares, vt ple-
nè testatur Iac. Mandel. in cons. 25. per totam,
30 vol. 1. Ac etiam ij, qui cum ea concubitum ha-
buerunt, iux. not. per Alexan. in cons. 13. prope
finem, volum. 7. Natt. in cons. 205. nu. 4. Ber-
tazol. in cons. 34. num. 3. Peregrin. in d. cons.
87. nu. 19. & alij cumulati per Farin. in tit. de
31 indit. quæst. 43. nu. 80. & sequen. Mulier ve-
ro, quæ amore capta alicui sui copiam facit,
non dicitur meretrix, vt plenè testantur Me-
noch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 328. per totum, &
32 Surd. in cons. 469. num. 36. volum. 4. Et idem
est si auri copia obcęcata se carnaliter cognosci
permittit, secundum Adden. ad Bertazol. in
33 cons. 134. lit. C. Mulier autem nupta adulte-
rium committens, non dicitur propriè mere-
trix, secundum Bald. in l. consentaneum, C.
quom. & quan. Iud. & alios, quos plenè refert
Menoch. in d. centur. 6. de arbitr. iud. cas. 535.
34 nu. 6. Vbi hinc infert, quòd licet meretrix pro
debito carcereri possit, vt ex multorum autho-
ritate refert idem Menoch. in eodem tracta. de
arbitrar. iud. quæst. 88. nu. 13. & plenè Petr.
Caball. in 1. centur. resol. crim. cas. 78. num. 2.
35 Hoc autem fallit in meretrice coniugata, vt
plenè testantur Ias. in l. plerique, nu. 9. & ibi-
dem Soc. iun. nu. 15. ff. de in ius voc. Petr. Plaz.
in epitb. delict. cap. 34. nu. 13. & copiosè Ludo.
Gomez. in repet. cap. mulieres. num. 15. & seq.
36 de indit. Hinc etiam inferri potest, quòd licet
meretrices expelli possint à vicinia, in qua ha-
bitant mulieres honestæ, ne suis prauis mori-
bus alias honestas puellas corrumpāt, vt plenè
testatur Ludon. Peguer. in decis. 12. per totam,
& alij relati per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2.
cas. 328. in fi. & in d. cas. 535. nu. 16. & seq. &
Vinc. de Franch. in decis. 316. qui num. 2. re-
fert hāc iuris communis dispositionem ex gra-
tia Neapolitanis concessa fuisse extensam ad
scholares, & exteros habitantes sine mulieri-
bus, sed eam non operari cōtra studentes Nea-
politanos, nec Casaliū ipsius Ciuitatis, ex regu.
tex. in l. qui ex vico. ff. ad municipal. & in eo-
dem cas. 535. nu. 18. & seq. Menoch. refert in
multis

multis locis vigere statuta, quòd meretrices cogantur, dum per Ciuitatem incedunt aliquod
37 signum deferre, vt cognoscantur. Nihilominus hæc etiam conclusio limitatur in meretrice coniugata, quæ si cum viro habitat, quantumuis meretricio more viuat, expelli a vicinis nõ potest, vt ex multorum authoritate testatur *Petr. Caball. in 2. centur. resol. crim. cas.* 184. *num.7. post Capyc. in decisio.44. nu.* 1. *& seq.* Sed hanc conclusionem ipsemet *Caball. in fin.* limitat, nisi fortè quæstum publicè faceret, & haberet maritum lenonem, & infamem, nam tunc coniugium non debet esse in consideratione, quod etiam affirmat idem *Caball. in cas.* 179. *prope finem*, multis autem modis hęc conclusio limitatur per *Io. Vinc. de Ann. & Fab. eius filium in sing.* 338. ad quos me remitto.
38 Sed an meretrix habens propriam domum possit à vicinis expelli? vide quæ nouissimè tradit *Gasp. Thesaur. in quæst. foren.* 33. *lib.* 1. *per totam, qui num.*4. concludit, quòd si adeò corrupti sunt eius mores, vt vicinis scandalum præbeat, etiam à propria domo expelli potest, & eam cogitur vendere, & aliam conducere in
39 loco pro publicis meretricibus deputato. Et demum an meretrix licitè accipiat suæ turpitudinis quæstum? vide Doctores omnes *in l.* 4. *§. sed & quod meretrici, ff. de cond. ob turp. caus.* & quæ ad hoc propositum plenissimè cumulat *Amesc. in tracta. de potest. in seipsum, lib.2. cap.*15. *per tot.*

Finis Primi Tomi.

IMPRIMATVR.

Alexander Bosch. Vicar. Gener.

Aloysius Riccius Canon. Deput. vidit.

Ioannes Longus Canonicus, & Cur. Archiepisc. Neap. Theol. Dep. vidit.

NEAPOLI, Apud Scipionem Boninum. M. DC. XVIII.

PARS TERTIA.

DE EFFECTIBVS, QVI EX RECIPROCO amore inter Patrem & Filium oriuntur.

CAP. PRIMVM.

Nullus amor vincit paternum, & ideo pater magis torquetur in persona filij, quàm in seipso, & consequenter sicut confessio extorta à reo metu torturæ non præcedentibus legitimis inditijs non nocet confitenti, ita etiam non nocet si extorquetur metu torturæ inferendæ in personam filij, quæ conclusio multipliciter ampliatur, & exornatur.

SVMMARIVM.

1 Amor nullus vincit paternum.
2 Pater non præsumitur qui filium non diligit.
3 Amor erga filios concurrit etiam in matre, sed an maior quàm paternus sit? remissiuè.
4 Amor paternus an idem sit in filijs, & nu. 5.
6 Præsumptio quòd pater diligit filium, iuris est, sed à natura procedit.
7 Pater torquetur in persona filij.
8 Confessio extorta metu torturæ sine inditijs non nocet, etiam si sit millies ratificata.
9 Confessio extorta à patre metu torturæ filio inferendæ non nocet, & nu. 16.
10 Confessio extorta metu carceris, vel ob Iudicis terrorem non nocet.
11 Confiteri spontè nemo præsumitur, sed ob Iudicis terrorem.
12 Confessio extorta à patre, dum filius in carceribus detinetur, non nocet, & idem est è conuerso, nu. 13.
14 Filius aliquid soluens, vt patrem liberet, præsumitur metu coactus.
15 Contrahere cum carcerato in multis casibus non licet, & in eisdem casibus nulliter contrahitur cum eo, cuius pater aut filius detinetur in vinculis.
17 Pater si confitetur delictum, vt filium liberet, ob quod suspensus sit, si postea constet delictum verè commissum fuisse à filio, quid agendum.
18 Tortura inchoatur à filio in conspectu patris, quando vterque venit torquendus.
19 Limitatur tamen quando vnus ipsorum fuisset aliàs inquisitus de eodem delicto.
20 Confessio extorta sine inditijs metu tormentorum non valet, & nu. 21. & 22.
23 Et si postea legitima superueniunt inditia non conualescit, quæ conclusio ampliatur, & declaratur, nu. 24. 25. 26. & 27.
28 Eadem conclusio limitatur in homine robusto, & leuiter torto, sed declaratur vt ibi.
29 Iudices ex tortura indebitè illata sunt acriter puniendi, nec excusantur, si id faciunt de mandato Principis.
30 Regi non licet dicere, cur ita facis?
31 Principis iussus inferiorem excusat in leuibus tantùm.
32 Præsumptio est pro reo allegante confessionem meticulosam, quæ conclusio pluribus modis declaratur, nu. 33. 34. 35. & 36.
37 Confessio dicitur metu torturæ extorta per solas minas de torquendo. Quæ conclusio procedit solùm in tribus casibus, vt nu. 38. 39. & 40.
41 Torturæ metus magis propriè incussus dicitur quando reus examinatur in loco torturæ, cum minis de torquendo. Quæ conclusio declaratur nu. 42. 43. & 44.
45 Confessio extorta sine legitimis inditijs, non solùm non sufficit ad condemnandum, sed nec ad iterum torquendum.
46 Confessio in tortura debet ratificari extra locum, & aspectum torturæ.
47 Tortura est experimentum valdè periculosum.
48 Ratificatio cõfessionis facta in tortura quomodo sit facienda, & nu. 49. 50. & 51.
52 Confessio spontanea non sufficit ad condemnandum, nisi pluries ratificata.
Cuius conclusionis duæ redduntur rationes, nu. 53. & 54. Et quomodo intelligenda sit, declaratur nu. 55. 56. & 57.

58 *Terminus aduersus confessionem an sit concedendus reo petenti tantùm.*

59 *Confessione propria non obstante, aliquando reus absoluitur, exempla ponuntur, nu.60. 61. & 62.*

63 *Iudex circunspectus plura in confessionibus reorum obseruare debet.*

64 *Confessus plura delicta, si probat aliqua non esse vera, an præsumatur error in omnibus.*

65 *Confessio debet esse de re, quæ pendet à facto, & voluntate confitentis, & nu.66.*

67 *Confessio non debet extorqueri à reo sub spe impunitatis.*

68 *Confessio non est extorquenda per interrogatoria suggestiua.*

69 *Confessus sponte delictum debet mitius puniri.*

70 *Confessio incidenter emanata an noceat?*

71 *Confessio vera quatenus differat à ficta, quæ oritur ex contumacia rei? remissiuè.*

72 *Corpus delicti si non apparet, an reus ex sua confessione condemnari possit?*

73 *Reus an possit sine metu periurij delictũ perpetratum negare? remissiuè.*

74 *Reum instruens ne delictum confiteatur, vel eiorationes prebens ad impetrandum linguæ silentium, an puniatur, remissiuè.*



VLgare quidem &
communi omnium
cõsensu probatum
est axioma, qđ nul-
lus amor vincit pa-
ternum, *l. fin. C. de
curat. fur. l. nam et
si parentibus, ff. de
inoff. testam. & §.
fin. instit. de noxal.*
Nullusque præsumitur maior amicus filij, quã
pater, *l. quidam cùm filium, ff. de hered. instit.
l. nec in ea, ff. de adulter. & l. 1. §. taceat, C. de
rei vxor. act.* Imò eum diligere censetur magis
quàm seipsum, *l. contra pietatem*; C. *de testam.
manum. & l. isti quidem, §. fin. ff. de eo, quod
met. cau. plene Cassan. in cons.* 14. *num.* 14. *&
seq. Plazz. in epith. delictor. cap.* 22. *nu.* 24. *&
Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q.* 134.
nu. 17. Vnde qui tangit filium dicitur tangere
pupillã oculi patris sui, vt inquit *Luc. de Penn.
in l. vn. in* 20. *quæst. prope fin. C. public. letit.
vel consular. lib.* 12. Et nedum pater diligit fi-
lium præter omnes, sed etiam si sit eius inimi-
cus, adhuc mouentur viscera ipsius, ita vt valdè
1 cõtristetur de eius morte, vt legitur exemplum
de Rege Dauid, qui triduò fleuit mortem Ab-
salonis, quamuis esset eius hostis, & rebellis, cu-
ius meminit *Cyn. in l. propter insidias, C. qui
accus. non poss. & Crauett. in cons.* 1. *nu.* 2. Pa-
trisque amor fortius extenditur ad nepotes,
eosque magis diligit quàm filios, vt inquit *glo.
in d. l. isti quidem*, relata per *Cassan. in d. cons.*
2 14. *nu.* 16. Hinc est, quòd non præsumitur esse
pater, qui filium non diligit, prout sapientis-
simum Regem Salomonem expertum fuisse
traditur, vt legitur *in cap. afferte, de præsump.*
quem tex. allegat ad hoc propositum *Alcia. in
tract. de præsump. reg.* 1. *præsump.* 14. eumque
refert *Menoch. de præsump. lib.* 6. *præsum.* 56.
nu. 2. penes quem nu. 18. legitur illa notabilis
sententia Sabellici dicentis; Arctiori vinculo
homo homini non iungitur, quàm eo quo pa-
rẽtes liberis, multa enim volumus patriæ, mul-
ta parentibus, multa demum multis, sed filiorũ
causa omnia volumus, per ferrum, per flammas
intrepidè, si filiorum caritas expostulet, itur,
nullius incolumitas suauior, nullũ funus acer-
3 bius, magisque luctuosum. Idemque amor erga
filios concurrit etiam in matre, qui tamen an
æqualis vel maior, aut minor, quàm paternus
sit? ardua est quæstio, sed eam egregiè explicat
*Io. de Lignan. in tract. de amicit. sub titu. quis
magis diligat filium*, quem refert *Menoch. in
d. præsum.* 56. *nu.* 21. *& seq.* & pulchrè *Guliel.
de Bened. in cap. Raynutius, de testam. in ver.
mortuo itaq; testatore, in* 2. *par. nu.* 24. *& seq.*
4 Huiusmodi tamen amor non conuertitur, ita
vt sit idem in filijs erga parentes, vt plerunque
experientia docet, cuius ratio est, quia filius est
quodàmodo opus patris, & matris, pater enim
dat formam, mater verò præbet materiam, &
proinde cùm naturaliter secundum Philoso-
phum quilibet opus suum diligat, ideo parẽtes
filios diligunt tanquàm eorũ authores, vt pul-
chrè explicat *Phil. Prob. in addit. ad glo. Ioan.
Monac. super cap. statutum,* 2. *nu.* 14. *& seq.
de heret. in* 6. quæ considerans *Salom. prouerb.
cap.* 6. meritò dixit, Fili conserua præcepta pa-
tris tui, nam propter maximam dilectionem
non tibi præcipiet nisi bonum, quia est fide-
lior amicus quã quis habeat in mundo, & qui
deducit filium de non esse ad esse. Plures alias
rationes cur parentes magis diligant filios, quã
è conuerso, cumulat *Io. de Lign. in d. tracta. de
amicit. §. exurgit notabile dubium, per totum.*
5 Verùm licet regulariter minor sit amor filiorũ
erga suos genitores, non tamen desunt filij, qui
vehementer parentes diligunt, prout multis
probatur exemplis apud *Valer. Max. in* 5. *lib.*
vbi legitur in 5. cap. de quadam muliere, quæ
suis vberibus matrem lactando substinuit. Nec
vnquam memoria delendum est, quòd dum
olim Rex Ladislaus mandasset Iudicibus Ma-
gnæ Curiæ Vicariæ, inter quos erat quidam
singularis Doctor Ioãnes de Capistrano, vt in-
quisitionem criminis læsæ maiestatis formarẽt
contra quendam patrem, & eius filium, & re-

latum

latum fuiſſet Regi, quòd ſolus pater erat in cul-
pa, nihilominus Rex iuſſit contra vtrumque
ſententiam mortis proferri, & ad locum pati-
buli ſimul trahi, verum ſecretè ordinauit, quòd
poſtquàm patri caput amputatum eſſet, libera-
retur filius; Cùmq; ſecundum regiam ordina-
tionem filius patrem decapitari inſpexiſſet, ni-
mio dolore correptus improuiſa morte ſuffo-
catus fuit, propter quòd dictus Doctor noluit
amplius dominis temporalibus ſeruire, ſed in-
greſſus fuit Ordinem Minorum Sancti Franci-
ſci, & fuit vir magnæ religionis, & ſanctitatis,
prout refert Affl. in conſt. regn. Patarenorum,
ſub nu. 38. verſ. ſecunda ratio. Ad quod propo
ſitum multa alia refert exempla Menoch. de
præſumpt. lib. 6. præſump. 57. per tot. & nouiſ-
ſimè Ioſeph de Ruttic. in probem. ad l. cùm
Auus, ff. de cond. & demonſtr. nu. 55. cum ſeq.
6 Hæc autem præſumptio, quòd parentes vehe-
menter filios diligant, iuris eſt, ſed a natura
procedit, prout omnium primus ſcripſit Ioan.
Andr. in addit. ad Specul. in tit. de præſumpt.
§. ſpecies. nu. 5. verſ. in prædictis, & idem affir-
mant alij relati per Menoch. in d. præſum. 56.
7 nu. 1. lib. 6. Vnde ſi filius torquetur, pater quo-
que torqueri præſumitur, ſecundum glo. in d.
8 cap. afferte, de præſump. Et hinc conſequenter
infertur, quòd ſicut confeſſio delicti extorta
metu torturæ, non præcedentibus legitimis in-
ditijs, non nocet confitenti, etiam ſi ſit perſe-
uerata, ac millies ratificata, iux. not. per glo. in
l. penul. ff. de quæſt. Andr. in conſtit. ſi damna
clandeſtina, col. 3. plenè per Alex. conſ. 5. nu.
1. vol. 1. latè per Hippol. in d. l. 1. num. 54. cum
plur. ſeq. & in pract. crim. §. ſecunda quæſtio,
nu. 31. & ſeq. Bertazz. in conſ. crim. 95. num
10. & ſeq. lib. 1. Franc. Becc. in conſ. 70. nu. 5.
lib. 1. Burſat. in conſ. 201. nu. 17. & ſeq. vol. 2.
Hieron. de Lauren. in deciſ. Auinion. 20. num.
17. Maſcard. de probat. in concl. 353. num. 14.
cum ſeq. & pleniſſimè Farinac. in 2. lib. de reo
conuic. & confeſſ. q. 83. cap. 1. & ſeq. per tot.
9 Pari etiam modo nihil nocet confeſſio facta
per patrem metu torturæ filio inferendæ, put
in ſpetie animaduertit Felyn. in d. cap. afferte,
ſub nu. 1. verſ. nota ſecundo, de præſump. poſt
Bal. in l. 1. in fi. C. ſi rector prouinciæ, in 2. lect.
& Menoch. in d. præſ. 56. nu. 12. quæ cõcluſio
fundatur in illa iuris præſumptione, quòd pa-
ter magis torqueri cenſetur in perſona filij,
quã ſi ipſemet torqueretur, vt benè conſiderat
Iuriſconſ. in d. l. iſti quidem, §. fin. in fine, ff. de
eo quod met. cau. vbi glo. in ver. magis, alia iura
concordantia refert, & hac ratione aliqui di-
cunt, quòd omnipotens Deus quandoque affli-
git filios pro peccatis parentum, nam ex filiorũ
pœnis magis cruciãtur eorum genitores, vt re-
fert idem Menoch. in citato loco nu. 7. Eadem
10 quoque concluſio ob eandem rationis parita-
tem ampliatur, vt ſicut non nocet confeſſio ex-
torta metu carceris, vel ob id iudicis terrorẽ,
iuxta not. per glo. in l. qui in carcerem, ff. quod
met. cau. Alex. in cõſ. 52. nu. 3. vol. 3. plenè per
Hipp. in tract. de bannit. in ver. carcerati, nu.
30. & in pract. in §. attingam, nu. 19. Rolan. à
Vall. in conſ. 17. nu. 19. & ſeq. & nu. 34. vol. 3.
Franc. Becc. in conſ. 70. nu. 4. & Maſcard. de
11 probat. in concl. 353. nu. 17. Cùm nemo præ-
ſumatur ſpontè confiteri, ſed potius ob terro-
rem iudicis ipſum in fortijs habentis, vt inquit
Gramm. in conſ. 60. ſub nu. 6. Hipp. in d. §. ex-
pedita, nu. 13. verſ. item ſcias, Honded. in conſ.
106. nu. 61. vol. 1. plenè Fab. Turrett. in conſ.
51. in princ. vol. 1. et Addit. ad Bertaz. in conſ.
12 crim. 29. lit. C. vol. 1. Sic etiam eadem cauſa
metus conſideratur in patre, ſi ab eo aliqua ex-
torquetur confeſſio, dum filius in carceribus
detinetur, nam non dicitur pater in libertate
conſtitutus, cuius filius maceratur in carceri-
bus, vt pulchrè conſiderat Soc. iun. in conſ. 77.
nu. 38. vol. 1. cum quo concordant Dec. in cõſ.
219. ſub nu. 9. verſ. ſexto in alio, Franc. Aret.
in conſ. 14. col. 11. verſ. ſecundus etiam actus,
Caſſan. in conſ. 14. nu. 15. Iaſ. in conſ. 38. nu. 3.
vol. 3. Hipp. in ſing. 160. & Surd. in deciſ. 101.
13 nu. 9. Eademq; cauſa metus etiam conſiderari
poteſt in filio reſpectu patris, cùm ſint correla-
tiui, ſecũdum Archid. in c. quamuis, il primo,
de præb. in 6. quem refert Phil. Prob. in addit.
ad gloſ. Io. Mon. in rub. de renunc. ſub nu. 33.
14 verſ. de metu filij. Vnde ſi filius aliquid ſoluat,
vt patrem liberet ab aliquo periculo, cenſetur
metu coactus ſoluiſſe, vt inquit Innoc. in c. cùm
locum, de ſponſal. & Feli. in d. c. afferte, nu. 2.
quos refert Sebaſt. Sapia in repet. l. fin. num. 7.
C. de impub. & alijs ſubſt. & Maſcar. de pro-
15 bat. concl. 1156. nu. 9. Hinc pariter inferri po-
teſt, vt in omnibus caſibus in quibus prohibitũ
eſt cũ carcerato contrahere, iuxta not. in l. me-
tum, §. ſed licèt, ff. quod met. cau. & in c. cùm
locum, de ſponſal. & plenè per Hipp. in pract.
in §. attingam, nu. 22. cum plur. ſeq. & in ſing.
306. & nouiſſimè per Farinac. in tit. de carcer.
quæſt. 35. per tot. in eiſdem etiam caſibus nul-
liter cõtrahatur cum eo, cuius pater, aut filius
in carceribus detinetur, cùm eadem vigeat cau
16 ſa metus. Et quòd idem, immo maior animi
cruciatus torqueat patrem, dum filium tormẽ-
tis ſubijci, vel alio quouis modo macerari vi-
det, quam ſi ipſemet torqueretur. Id in facti cõ-
tingentia expertum fuiſſe tradunt Regem Ca-
rolum II. qui dum pater, & filius cuiuſdã gra-
uis delicti rei arguerẽtur, & nimis ambiguum
eſſet, vter eorum illud cõmiſiſſet, prudens Rex
mandauit filium furca ſuſpendi, quam ſenten-
tiam pater audiens, adeo territus fuit, quòd ſta-

tim se illius delicti verum authorem confessus
fuit, vnde rei veritate cognita, ipse fuit morti
traditus, liberato filio, vt refert *And. in c. si ve-*
rò, in ver. publici latrones, num. 33. de pace iu-
ramen. firm. cuius exempli meminit etiam
Sebast. Sapia in repet. l. fin. C. de impub. & alijs
17 *subst. nu.* 8. qui hinc infert notabilem conclu-
sionem, quòd si eo casu quo pater confessus fuit
delictum, & suspēsus vt filium liberaret, postea
fortè contingeret per alias liquidas probatio-
nes reperiri delictum verè commissum fuisse
per filium iam liberatum, amplius ob eam cau-
sam molestandus non esset, cùm satis sit pro eo
patrem maleficij commissi debitas pœnas susti
nuisse, quamuis contra hanc conclusionē dicat
fortiter vrgere *tex. in l. qui seruum alienum,*
ff. de interrogat. actio. in quo expressè cauetur,
quòd si quis confessus fuit homicidium, & pro
eo decapitatus, si postea inueniatur verus homi
cida, non excusatur à pœna, quam tex. dicit sin-
gularem *Ias. in l. error, nu. 14. C. de iur. & facti*
ignor. & ita per illum tex. ex communi Docto-
rum sententia tradit pro regula, quod pœna
exequuta contra innocentem, nō prodest vero
delinquenti postea reperto, *Petr. Caball. in 1.*
centur. resol. crimin. cons. 37. per tot. Sed fortè
ille tex. procedit in extraneo, non in patre, qui
reputatur eadem persona cum filio, cogita,
18 quia est magna decisio. Ex eadem quoque ra-
tione inoleuit practica, vt quoties torquendi
sunt pater, & filius, semper tortura inchoetur
à filio in conspectu patris, vt docet *Gandin. in*
tit. de quaest. num. 11. Vital. sub rubr. qualit. sit
infer. tort. nu. 1. Hippol. in l. 1. §. inauditum,
nu. 7. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Tiraq. in rub. ad
l. si vnquam, C. de reuoc. dou. nu. 8. Asc. Clem.
in tract. de patr. pot. c. 4. nu. 4. Menoch. de præ-
sumpt. in d. præs. 56. num. 5. & seq. in 6. lib. &
Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in q. 64. nu. 91.
19 *& seq.* Quæ tamen practica non esset seruan-
da, quando fortè vnus ipsorum fuisset aliàs in-
quisitus de simili delicto, nam tunc ab eo esset
inchoanda tortura, vt notabiliter dixit *Hipp.*
in l. 1. in princ. sub nu. 41. ff. de quaest. pro quo
allegat singularem doctrinā *Salyc. in l. fin. col.*
vlt. vers. quaero an sufficiat, C. eo. tit. de quaest.
Et quia supra conclusionem tetigimus, quòd
confessio metu tormentorum extorta, non no-
cet confitenti, & materia est valde frequens, &
quotidiana, ideo eam sequentibus declaratio-
20 nibus exornabo; Quarum prima est, quòd hu-
iusmodi cōfessio absque legitimis indicijs ema-
nata eodem morbo laborat, si metu tormento-
rum, vel in ipsis tormētis extorta sit, vt apertè
suadet *tex. in l. 1. §. si quis vltro,* cū ibi not. per
glos. ff. de quaest. Bart. in l. 1. nu. 10. C. de cōfess.
Gramm. in vot. 6. nu. 13. & in cons. 65. num. 6.
Rol. à Vall. in cons. 17. nu. 14. & seq. vol. 3. &
alij relati per *Mascar. de probat. in concl. 353.*
21 *nu. 1.* Et ideo sicut confessio facta in tortura
absque legitimis indicijs non valet, nec præiu-
dicat confitenti, vt expressè cauetur in d. *l. 1. §.*
diuus, ff. de quaest. etiam si sit millies cum iura-
mento ratificata, omniaque inde sequuta, sunt
ipso iure nulla, iuxta not per *Bursat. in consil.*
201. nu. 24. vol. 2. Bertaz. in cons. 39. nu. 8. &
in cons. 61. nu. 4. vol. 1. Rol. à Valle in cons. 12.
num. 92. volum. 3. & alios quos plenè cumulat
Honded. in cons. 109. num. 20. & 32. volum. 1.
22 Ita quoque ex eodem defectu corruit confessio
ob metum tantum tormentorum extorta, si le-
gitima nō præcedunt indicia, nam quoad eius
inualiditatē habetur ac si reus verè tortus fuis-
set, vt inquit *Aegid. Boss in tit. de tortura, sub*
nu. 22. post Alex. de Neuo in cons. 85. num. 6.
& est communis opinio, vt patet ex allegatis
per *Mascard. de probat. in concl. 353. nu. 14.*
23 Et hic defectus etiam si postea legitima super-
ueniant indicia, non tollitur, nec præcedens
confessio conualidatur, vt testantur *Iul. Clar.*
in quaest. 55. vers. si verò confessio, & in q. 64.
vers. dixi etiam, plenè *Bursat. in d. cons. 201.*
nu. 41. Honded. in d. cons. 208. num. 35. Franc.
Becc. in cons. 70. sub nu. 5. & Viu. in commun.
24 *opin. 139. nu. 2. in nouissima editione.* Quæ de-
claratio ampliatur procedere etiā si de eo quod
reus cōfitetur ex oculari inspectione appareat
delictum in genere, iuxta ea quę pulchrè tradit
Gabr. Saray. in addit. ad Matthesil. in sing. 55.
qui refert exemplum cuiusdam, qui nullis præ-
cedentibus indicijs confessus fuerat se homi-
nem tribus vulneribus occidisse, eumq; sepe-
lisse in horto, in quo postea cadauer sic tribus
vulneribus confossum, & sepultum inuentum
fuit, & hoc non obstante concludit ex ea con-
fessione reum condemnādum non esse, sed ab-
solui debere ab obseruatione illius iudicij, &
deinde nouo inchoato processu, seruatis seruā-
dis, contra eum procedi debere, quod dictum
pro notabili refert *Foller. in pract. crimin. in*
ver. & si confitebuntur in 3. par. 3. part. prin-
25 *cipal. num. 35.* Sed hanc practicam reprobat
Farinac. in tit. de reo conuict. & confess. q. 83.
nu. 13. ea ratione motus, quia iudex, qui leuato
velo absque legitimis indicijs semel processit
in extorquendo illā confessionem, effectus fuit
suspectus, & ideo dum liquet de notorio graua-
mine per eum illato, durum esset admittere,
quòd coram eodem instruatur nouus processus
contra eum, quem sic iniquè grauauit, nam etiā
si postea iterum coram eo confiteretur, eadem
difficultas semper vigeret. Vnde tutius esse sua-
det, vt coram alio iudice noua formetur inqui-
sitio, coram quo omnis videretur cessare præ-
26 sumptio metus. sed postea idemmet fatetur
etiam hanc practicam non esse omnino tutam,
per

per ea quæ tradit *Hieron. de Laur. in deciſ. Auenion.* 138. qui teſtatur in facto ſemel contigiſſe, quòd dum cõfeſſio metu tormentorum emanata coram vno iudice, ratificata fuiſſet coram alio, qui ritè, & abſque metu proceſſerat, & demum coram eodem confeſſio illa reuocata fuiſſet, per omnes Dominos illius Senatus, excepto tantum vno, votatum fuiſſe huiuſmodi confeſſionem ſemel ab infeſta radice prouenientem, nedum non ſufficere ad condemnandum, ſed neque ad torquendum, cum qua opinione concordat etiã *Hipp. in conſ.* 14. *nu.* 20. *& ſeq.* dicens, confeſſionem ſemel abſque legitimis indicijs extortam ab vno iudice, nõ conualidari per ratificationem poſtea factam corã alio, ſemper enim durat idem metus quouſque durat torquendi poteſtas, quamuis iudices ſint diuerſi, & in eandem quoque ſententiam concurrit Apoſtill. ad eũdem *Farinac. in conſ.* 19.
27 *in lit. B.* Caueant ergo iudices, ne ab initio aliquem indebitè torqueãt, vel terreant, cùm nimis durum, ac ferè impoſſibile ſit inuenire cautelam amplius cõualidandi confeſſionem illegitimè extortam, vt ex prænarratis apertiſſimè
28 conſtat. Et licèt aliqui hanc declarationem limitandam putauerint in homine robuſto leuiter torto, vt innuit *Gramm. in deciſ.* 34. *nu.* 55. *& ſeq. & in conſ.* 40. *ſub num.* 15. *& in vot.* 6. *nu.* 8. nihilominus falſa videtur huiuſmodi limitatio, quando deſunt indicia etiam ad leuiter torquendum, per ea quæ fertiliſſimè tradit *Farinac. in tit. de indic. q.* 37. *nu.* 96. *cum plur. ſeq. & in d. tit. de reo confeſs. & conuict. q.* 83.
29 *nu.* 18. Immo omnes iudices animaduertant, quòd ex tortura indebitè illata, ſunt acriter puniẽdi, iuxta not. per *Iul. Clar. in q.* 64. *in princ.* nec excuſantur etiam ſi id fecerent de expreſſo mandato Principis, vt pulchrè teſtatur *Gram. in vot.* 31. *nu.* 9. vbi refert, quòd dum Rex Federicus affectaret quendam nobilem Regia authoritate torqueri, & interrogaſſet Matthæũ de Afflicto an id fieri poſſet, intrepidè ille bonus ſenex reſpondit, nullo modo torturam inferri poſſe, ſi legitima non præcedunt indicia. Vnde ſubdit, quòd boni Conſiliarij ſemper debent dicere Principi veritatem, moderatè tamen, iuxta dictum *Apoſt. ad Timoth. cap.* 2. ibi, Cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati. Et ita pariter ſeipſum validiſſimis rationibus reſpondiſſe dicit Illuſtriſs. Cardinali Columnæ, tunc Proregi Regni Neapolis, eandemq; ſententiam latè confirmant *Rol. à Val. in conſ.* 12. *nu.* 47. *& ſeq. vol.* 3. *Burſat. in conſ.* 201. *ſub nu.* 42. *vol.* 2. *Iul. Clar. in pract. crim. q.* 64 *verſic. dixi quoque*, & nouiſſimè *Flam. Chartar. in pract. interrog. reor. lib.* 4. *c.* 1. *ſub*
30 *nu.* 53. Licèt enim inferiori non liceat dicere Regi, Cur ita facis? *cap. in memoriam*, 18. *diſt.* & regulariter ſuperioris iuſſus excuſet, *l. is qui in puteum*, *§. qui tutoris*, cum ibi not. per *gloſ. ff. quod vi, aut clam.* Ex quibus rationibus motus, contra præcedentem concluſionem inclinaſſe videtur *Par. de Put. in tract. de ſyndic. in §. tortura* 3. *cap.* 4. *incip. de repetitione torturæ, nu.* 8. cũ quo concordat *Cepol in caut.* 214.
31 Nihilominus veriſsimam fatetur præfatam concluſionem *Farinac. in tract. de indic. q.* 37. *nu.* 77. nam Principis iuſſus non omnino inferiorem excuſat, niſi in rebus leuibus tantùm, ſaltim à pœna extraordinaria, vt ex communi Doctorũ ſententia teſtatur *Iul. Clar. in pract. §. fin. q.* 60. *verſ. ſolet dubitari*, *& Menoch. de arbit. iudic. lib.* 2 *caſ.* 354. *num.* 22. *& ſequen.*
32 Secunda principalis concluſionis declaratio eſt, quòd in dubio confeſſio facta per carceratũ, non præcedentibus legitimis indicijs, ſi reuocatur à reo, aſſerente illam feciſſe metu tormentorũ, quamuis metus ſpecificè non probetur, ſemper præſumptio eſt pro reo contra officialem, ſufficit enim ad hoc vt confeſſio dicatur metu extorta, quòd facta ſit à carcerato, ſecundùm *Bal. in l. falſus*, *C. de furt. Anchar. in cõſ.* 24. *per totũ*, *Hippol. in pract. in §. attingam, nu.* 29. *& in tract. de bannit. in ver. carcerati, nu.* 30. *Rolan. à Vall. in conſ.* 17. *nu.* 19. *& ſeq. vol.* 3. *Burſat. in cõſ.* 201. *nu.* 15. *vol.* 2. *Bertaz. in conſ.* 225. *nu.* 23. *vol.* 1. *Honded. in cõſ.* 108. *nu.* 30. *vol.* 1. *Mar. Anguillel. in conſ.* 260. *& Maſcard. de probat. in concl.* 353. *nu.* 17. *& ſeq.*
33 Sed hanc declarationem aliqui non ita ſimpliciter admittunt, ſed altero de duobus concurrente, videlicet, vel quòd iudex, qui ipſum carceratum detinet, ſit malæ qualitatis, & ſolitus metum, & violentiam inferre, prout videtur ſenſiſſe *Boſſ. in tit. de cõfeſſ. nu.* 74. *& Honded.*
34 *in d. conſ.* 108. *nu.* 30. Vel quòd carcer, in quo reus detinetur ſit valde atrox, in quo frigore, & alijs incommoditatibus affligatur, iuxta notata per *Abb. in cap. fin. nu.* 11. *de confeſſ.* Vel
35 ſi detineatur in compedibus, vel cum cathena, & manicis ferreis, vt conſiderat *Hippol. in cõſ.* 48. *nu.* 25. *Natt. in conſ.* 519. *nu.* 4. *& Poller. in pract. crim. in ver. et ſi cõfitebuntur, in* 1. *par.*
36 *ſub nu.* 64. & præſertim ſi etiam fame crucietur, vt dixit *Bart. in l.* 1. *ſub nu.* 2. *ff. de quaeſt. Franc. Becc. in conſ.* 70. *nu.* 14. *& Addit. ad*
37 *Bertaz. in conſ.* 162. *lit. B. in fi.* Tertia eſt declaratio, quòd confeſſio dicitur metu torturæ extorta per ſolas minas de torquẽdo, etiam extra locum torturæ, prout tenuit *Anchar. in conſ.* 24. *ſub nu.* 2. *& per totum*, à quo non diſſentit *Brun. in tract. de indic. in* 2. *par. q.* 6. *nu.*
38 18. Hæc autem opinio nõ eſt omnino recepta, niſi in tribus caſibus; Primò, quando cum minis concurrit qualitas Iudicis rigoroſi, & terribilis, ac ſoliti ſuas minas exequi, vt in ſpecie

notat Bologn. in addit. ad Guid. de Suzar. in tract. de in...nu.77. Bero. in cap. at si clerici, nu.51. vers. vt si quando, de indic. & Farinac.
39 de reo confess. & confess. q.83. nu.49 Secundo procedit dicta opinio, quando reus est persona nimis timida, & debilis complexionis, vel mulier, vt considerat Bologn. in eodem supra citato loco, cum quo concordat Franc. Casson. in tract. de tormen. c.18. nu.4. et Farin. in d.q 83,
40 sub nu.47. Tertio procedit dicta opinio, quando tortura fuit comminata per decretum Iudicis iam scriptum, hoc enim tantum sufficere ad iustum metum incutiendum affirmat Malleus in pract. fol.116. sub num.2. quod dictum pro notabili refert idem Farinac. in d.q.83. nu 50.
41 Quarta est declaratio, quòd torturæ metus magis propriè incussus dicitur, quando reus ducitur ad locum torturæ, & ibi examinatur cum minis de torquendo, vt inquit Hippol. in cons. 14. nu.6. & in cons.29. nu.30. & seq. Gramm. in cons.15. nu.7. & in cons.21. nu.23. Bursat. in d. cons.201. num.18. vol.2. Bertazol. in cons. crim.341. nu.39. vol.2. & Mascard. de probat.
42 in conclus.353. nu.15. & seq. Sed hæc quoque declaratio non est ab omnibus ita simpliciter recepta, cùm non quælibet leuis territio faciat confessionem meticulosam, vt inquit August. in add. ad Angel. de malefic. in ver. quod fama publica, sub nu.117. Boss. in tit. de tortu. nu.7. et seq. Foller. in 3. par. 3. partis, in verb. & si confitebuntur, num.37. & Franc. Casson. in
43 d. tract. de tormen. c.19. nu.3. Sed aliqua requirunt, vt nedum reus ducatur ad locum torturę, sed etiam quòd ibi spoliatus sit ad finem torquendi, prout originaliter dixit Bart. in l. nouissime, ff. quod fals. tut. cum quo concordant Boss. in d. tit. de tort. nu.22. & Ant. Gomez in lib. uar. resolut. tom.3. c.13. de tortu. reor. nu.4.
44 vers. quod tamen intelligo. Et multo fortius torturæ metus incutitur, quando reus ligatur ad torturã, quo casu nemo dissentit, quin confessio sic ab eo extorta habeatur ac si facta fuisset in tormentis, prout testatur Bart. in l.1. §. diuus Seuerus, num.2. ff. de quæst. Guid. de Suzar in tract. de indic. nu.72. plenè Carrer. in pract. crim. in princ. num.172. Bertazol. in d. cons.341. num.3. vol.2. Bursat. in d. cons.201. num.13. & Mascard. in d. conclus.343. nu.16.
45 Quinta est declaratio, quòd huiusmodi confessio per torturam, vel eius metu sine legitimis indicijs extorta, nedum non sufficit ad condẽnandum, sed nec vllum facit indicium ad iterũ torquendum, vt testantur Bertaz. in cons.39. nu.10. vol.1. Et licèt Boss. in tit. de confess. per tort. sub nu.22. tenuerit huiusmodi confessionem saltim facere indicium ad iterum torquendum, eius tamẽ opinionem reprobat maximus practicus Farinac. in d.q.83. nu.16. & re uera negari non potest, quin hæc conclusio validissima ratione, ac maxima equitate fundetur, aliàs enim esset aperire viam iniquis iudicibus, vt reos absque vllis indicijs torquerent, & deinde quamuis illa confessio sic violenter, & indebite extorta declararetur nulla, nihilominus reiterata tortura, quam forsan ille infelix sustinere non posset, & confirmata confessione, aliquando innocentem ad mortẽ condemnẽt.
46 Sexta est declaratio, quòd confessio facta in tormentis, vel metu tormẽtorum etiam legitimis præcedentibus indicijs, non sufficit ad condemnandum, nisi sequuta ratificatione spontanea extra locum, & aspectum torturæ, iuxta plenè not. per Iul. Clar. in q.64. vers. cæterũ si reus, Foll. in 1. par. 2. part. ver. et si confitebuntur, nu.39. Roland. à Vall. in cons.17. nu.27. vol.3. Ant. Gomez in 3. lib. var. resol. c.13. nu.24. & Flamin. Chartar. in pract. interrog. reor. lib.4. c.1. nu.139. & seq. Cuius ratio est, quia tortura
47 est experimentum valde periculosum, multi enim ob doloris impatientiam sæpè fatẽtur ea quæ nedum nunquam commiserunt, sed nec quidem corde cogitauerũt, prout tempore suo expertum se fuisse testatur Iul. Clar. in d.q.64. propè fin. & iddem affirmant Bertaz. in cons. 29. nu.4. & in cons.162. nu.9. Flam. Chartar. in d.c.1. nu.129. & pulchrè Menoch. in nouissimis addit. ad suum tract. de arbit. iudic. in cas. 269. qui propterea concludit huiusmodi confessionem plura requisita habere debere, alioquin esse arbitrariũ iudici quantum reo in tor-
48 mentis confitẽti credere debeat. Qualiter autẽ sit huiusmodi ratificatio facienda, bene docet idẽ Chartar. in d. pract. interrog. reo. lib.4. c.1. nu. 109. & cap.2. sub nu.17. & 23. plenè Iul. Clar. in d.q.64. vers. & circa, cum alijs seq. & ibid. Baiard. in addit. ad eum nu.146. & Farinac. in tit. de indit. & tortur. q.39. nu.32. & in
49 q.83. nu.67. & seq. Et inter cętera benè obseruandum est, quòd non fiat incontinenti, & donec durat torturæ dolor, sed ex interuallo, & cessato dolore, vt inquit Hippol. in d. l.1. §. diuus Seuerus, nu.6. ff. de quæst. & Mascard. in d. conel.353. nu.15. & in conclus.355. num.1.
50 Quod interuallum debet esse ad minus vnius diei vigintiquatuor horarum, vt testãtur Anto. Gomez. in d. cap.13. nu.24. & Mascard. in d. concl.353. nu.2. & 13. & in d. concl.355. nu.2.
51 Vel secundum magis communem Doctorum opinionem, hoc arbitrio Iudicis relinquitur, vt concludunt Iul. Clar. in d.q. 64. vers. & circa hanc ratificationem, Hippol. in d. §. diuus, nu. 8. Ant. Gomez in d.c.13. num.24. Menoch. de arbitr. iudic. lib.2. cas.38. nu.2. & plenè Hortent. Caualcan. in tract. de brach. reg. in 3. par.
52 nu. 181. Septima est declaratio, quòd etiam si quis spontè absque tortura confiteatur delictũ,

non

non poteſt ex huiuſmodi confeſſione damnari,
niſi pluries in ea perſeuerauerit, nam in crimi-
nalibus ſolemniter proceditur, & confeſſio nõ
ſtatim præiudicat, & ita intelligitur text. in
d. l. 1. §. diuus Seuerus, & in §. ſi quis vltro,
ff. de quæſt. vt pulchrè dixit Raph. Cuman.
in conſ. 239. num. 4. quem refert, & ſequitur
Hippol. in pract. crim. §. poſtquam, num. 22.
53 Cuius ratio eſt, quia talis ſpontè confitens de-
lictum, in quo agitur de pœna vitæ ſuæ, non vi-
detur eſſe in rectitudine, & plenitudine intel-
lectus, & ideo debet de eo ſæpius, & in diuerſis
diebus interrogari, vt benè perſpiciatur, an
perſeueret in eadem confeſſione, vel illam im-
probet, aut reuocet, prout inquit Hipp. in ſing.
54 329. circa med. Alia etiam meo iudicio poteſt
eſſe ratio, quia ſi ſola confeſſio inquiſiti ſuffice-
ret ad eum condemnandum, ſequeretur, quòd
quilibet eſſet dominus membrorum ſuorum,
ſi confitendo delictum poſſet ſe reum mortis
facere, cõtra tex. in l. liber homo, ff. ad l. Aquil.
& in l. non tantum. ff. de pœn. Sed hæc quoque
concluſio ſuas habet Doctorum controuerſias.
55 Multi enim abſolutè dicunt vnicam ſponta-
neam confeſſionem ſufficere ad condemnandũ
abſque alia ratificatione, dummodo non ſit ex-
preſsè reuocata, prout tenuerunt Guid. de Su-
zar. in tract. de indit. nu. 44. Brun. in tract. de
indit. in 2. par. q. 6. nu. 21. & ſeq. Lud. Carrer.
in pract. crim. in princ. nu. 24. Foller. in 1. par.
2. par. in ver. & ſi confitebuntur, num. 39. Iul.
Clar. in q. 65. verſ. ſed quæro, & Maſcard. in
56 d. concl. 353. nu. 34. Alij verò cautius, quamuis
non neceſſariam eſſe dicunt, quòd etiam ſpon-
tanea confeſſio iterum ratificetur, vt innuit
Angel. de maleſ. in verb. quod fama publica,
nu. 110. verſ. ſed cautus iudex, & Par. de Put.
de ſindic. in ver. tortus, cap. 1. num. 13. verſ. &
57 cautius eſt. Communior verò Doctorum con-
cluſio eſt, quòd poſt cõfeſſionem detur reo ter-
minus ad ſe defendendum aduerſus eam, cùm
poſſit fortè docere de errore confeſſionis, vel
eam declarare, quòd ſcilicet homicidium fece-
rit ad ſui neceſſariam defenſionem, vel quando
erat minor, & ſimilia, prout optimè docet An-
to. Gomez. in 3. lib. var. reſol. cap. 11. ſub nu. 3.
verſ. vnde aliter, & tertio, à quo nõ diſſentit
Franc. Caſſan. in d. tract. de torment. cap. 18.
nu. 5. & Boſſ. in tit. de confeſſ. num. 2. & ſeq.
itaque in facti contingentia per Sacrum Con-
ſilium reluctante fiſci patrono, deciſum fuiſſe
58 teſtatur Gram. in vot. 7. per tot. An autem Iu-
dex teneatur huiuſmodi terminum concedere
reo petenti tantùm, vel etiam ſi non petatur?
Boſſ. in d. titu. de confeſſ. nu. 7. intrepidè tenet,
quod ſi reus aduerſus confeſſionem nihil alle-
gat, nulla eſt ei concedenda dilatio, nam ex
confeſſione inducitur notorium, ex reg. tex. in
cap. fin. de cohabit. cleric. & mul. & in l. gene-
raliter, C. de non num. pec. Et dum reus nõ pe-
tit terminum ad ſe defendẽdum aduerſus eam,
videtur in eadem confeſſione perſeuerare; be-
nè verum eſt ſecundum eum, quòd Iudex debet
eſſe circumſpectus, vt non ſtatim eum mori fa-
ciat, ſed dare debet aliquod interuallũ, vt eius
defenſores poſſint ea, quæ incumbunt pro eius
innocentia allegare, ſed quicquid Boſſius di-
cat, tutior, magiſque communiter recepta
obſeruantia eſt, quòd etiam reo non petenti
ſtatuatur terminus poſt eius confeſſionem ad
omnes, & quaſcunque defenſiones faciendum,
quo elapſo ſi nihil probat, poterit ad eius con-
demnationem procedi, vt teſtatur Iul. Clar. in
d. q. 65. in princ. poſt Salyc. in l. 2. num. 7. C. de
59 cuſtod. reor. Multa enim eſſe poſſunt, ex qui-
bus non obſtante propria confeſſione debeat
reus abſolui, vel ſaltim eius pœna minorari,
quæ plenè refert idem Iul. Clar. in q. 55 per
60 totam. Pone enim, quòd quis confiteatur occi-
diſſe hominem, qui poſtea viuus reperiatur, vel
ſtupraſſe mulierem, quã euidentia facti demon-
ſtrat eſſe virginem, nunquid dubitandum eſt,
veritatem eſſe confeſſioni rei præferendam?
certè non, prout Iureconſ. reſpondit in l. inde
61 Neratius, §. fi. cum l. ſeq. ff. ad l. Aquil. Imò
quandocunque conſtet de innocentia rei, ſem-
per veritas præfertur, & ſecundum eam eſt iu-
dicandum, non obſtantibus ſexcẽtis confeſſio-
nibus, vt proprijs vtar verbis Bertazzol. conſ.
95. ſub num. 13. volum. 1. cum quo concordant
Boſſ. in tit. de confeſſ. nu. 70. Gramm. in vot. 7.
Hippol. in pract. in ver. ſecunda quæſtio, nu.
30. & Foller. in d. 1. par. 2. par. in ver. & ſi con
62 fitebuntur, num. 58. Quod ampliatur etiam ſi
poſt ſententiam Iudici liqueat de innocentia
rei, debet enim in eius executione ſuperſedere,
& Principem conſulere, vt expreſsè cauetur in
d. l. 1. §. ſi quis vltro, ff. de quæſtio. refert Ma-
ſcard. in d. concl. 353. num. 26. & Farinac. qui
alios plenè cumulat in tit. de inquiſition. q. 11.
63 nu. 12. & ideo circumſpectus Iudex plura in
huiuſmodi confeſſionibus obſeruare debet, nẽ-
pè, quòd nedum confeſſio ſit vera in omnibus
circunſtantijs, ſed etiam probabilis, poſſibilis,
& veriſimilis, prout ſingula benè docet Me-
noch. de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 269. per tot. plenè
Foller. in d. ver. & ſi confitebuntur, nu. 33. cũ
plur. ſeq. & Farinac. de reo confeſſ. et conuic.
64 q. 81. nu. 28. et ſeq. Sed pone quòd quis confi-
teatur plura delicta, & in termino ſibi dato ad-
uerſus confeſſionem probet aliqua ex euidẽtia
facti non eſſe vera, an ſaltim pro alijs puniri
poſſit, vel potius præſumatur error in omni-
bus, Raph. Cum. reſpondit pro reo in conſ. 154.
nu. 3. in fine, & eum ſequitur Alciat. de præ-
ſump. in reg. 3. præſum. 31. ſub nu. 3. & pro hac
opi-

opinione faciunt not. per *Socin. in cons. 82.*
vol.1.et in cons.126.num.68.vol.2. et Dec. in
cons.536.nu.10. Quæ autem practica seruanda
sit, quando reus propriam confessionem reuo-
cat allegando eam fuisse erroneam, plenissimè
explicat *Hortens. Caualc. in d. tract. de brach.*
reg. in 3. par. num. 223. cum plur. seq. & si dato
termino aduersus confessionem, probationes
factæ aduersus eam non sint adeo plenæ, vt in
totum videatur elisa, an debeat reus iterũ tor-
queri, vel potius extraordinaria pœna puniri?
vide omnino eundem *Caualc. in ead. 3. par. nu.*
65 *213. et 231.* Item animaduertendum est, quòd
confessio sit de re, quæ pendeat à facto, & volũ-
tate confitentis, vt post alios testantur *Foller.*
in d. t. par. 2. par. nu. 111. vbi ponit exemplum
de eo, qui fatetur vulneratum decessisse ex vul-
nere, quem postea constat re vera mortuum
fuisse ex malo regimine, quod etiam benè con-
siderat *Bertazzol. in cons. 29. num. 6. vol. 1.* Et
66 faciunt not. per *Mascar. in conclus. 358. nu. 8.*
vbi dicit, quòd si quis confitetur instrumentũ
validum, quòd re vera erat nullum, nihil ei no-
cet huiusmodi confessio, cùm iuris veritas repu
gnet, ex reg. *tex. in l. cõfessionib. ff. de interrog.*
actio. iũcta glo. in l. vn. C. de cõfess. cũ alijs not.
67 *p Rom. in cõs. 520. n. 5.* Præterea non debet es-
se confessio per Iudicem extorta sub spe impu-
nitatis promissæ, iux. plenè not. per *Dec. in l. vbi*
est natura, nu. 7. ff. de reg. iur. et ibidem per Cã
gnol. nu. 17. Ant. Gomez. in 3. lib. varia. resol.
in tit. de probat. delict. cap. 12. nu. 6. plene Co-
uar. in 1. lib. var. resol. cap. 2. nu. 16. et Plaz. in
epith. delict. cap. 37. per tot. qua in re cùm
etiam non desint grauissimi Doctores, qui in-
trepidè affirmant fidem reo promissam pro ve-
ritate eruenda seruandam non esse, & materia
sit nimis ampla, & periculosa, & principaliter
non spectet ad rem, de qua agimuus, ideo me
remitto ad ea, quæ plenissimè cumulant *Fari-*
nac. in d. tit. de reo conuic. et confess. q. 81. nu.
277. cum plurib. seq. & alij, quos plenè refert
Apost. ad eundem Farinac. *in cons. 53. in lit. C.*
& nouissimè *Ioan. Bonifac. in tract. de furt. in*
68 *ver. fraudulosa, nu. 18. et seq.* Debet etiam
Iudex diligenter cauere, ne confessio sit extor-
ta per interrogatoria suggestiua, cùm hoc sit
expressè prohibitum, per tex. *in l. 1. §. qui ad*
quæstionem, cum ibi not. per Bar. et Hipp. ff.
de quæst. quod qualiter intelligendum sit, &
quæ circa hoc sint obseruanda? plenè docet idẽ
Farinac. in eod. tit. q. 83. c. 4. nu. 84. cum plur.
seq. et Flamin. Chartar. in pract. interrogan.
69 *reor. lib. 2. cap. 1. nu. 54. cum plur. seq.* Et demũ
est animaduertendum, quòd spontè confessus
delictum est mitius puniendus, *cap. non dicatis*
12. q. 1. et l. quisquis, §. sanè, C. ad l. Iul. maiest.
Tiraq. de pœn. temper. cap. 30. per tot. Cumia.
in rit. 54. nu. 149. post Andr. in constit. pœnam
eorum, nu. 4. & plenè *Farinac. in d. q. 81. cap. 5.*
70 *per totam.* Quid autem seruandum sit, quando
confessio rei est incidenter emanata, plenè ex-
plicat idem *Farinac. in ead. q. 81. c. 7. nu. 219.*
cum plur. seq. et Ant. de Ball. in 2. lib. varior.
tract. q. 54. num. 5. et seq. ad quos me remitto.
71 Et in quibus differat vera confessio à ficta, quæ
oritur ex contumacia rei? vide *Gasp. Thes. in q.*
72 *forens. 6. per tot. in 1. lib.* Et an reus possit ex
propria confessione damnari, si non constat de
corpore delicti? vide quæ plenè ad hoc propo-
situm cumulant *Farinac. in titu. de inquisit. q.*
2. per tot. pulchrè *Petr. Caball. in resol. crim.*
3. centur. cas. 255. per tot. Ant. de Ballis in lib.
variar. tract. sub tit. de quæst. et torment. q. 9.
Muscatell. in pract. crimin. sub rub. de cognit.
seu probat. delictor. per tot. & quid seruetur in
publicis latronibus confitentibus aliquos occi-
disse, & eorum corpora proiecisse in mare; vel
occidisse aliquos homines ignotos? vide *Ioan.*
Grand. in tract. de bello exul. in loc. prædicam.
sub 3. quæst. de specialib. belli exul. cap. 93. nu.
2. qui asserit contra huiusmodi grassatores non
requiri probationem delicti in genere, sed ex
sola confessione eos condemnari posse, quam-
uis non constet de cadaueribus, dummodo cõ-
stet reum grassatum fuisse per campaneam, nã
licet grassatio simplex non inducat pœnam
mortis, tamen si reus confessus sit aliqua delicta
commisisse in campanea, ex ea sola confessione
potest ad mortem condemnari, secundum iura;
sed ego valde dubito de hac conclusione, nam
eam fundat ex not. per *Franc. Cason. in tracta.*
de torment. cap. 2. num. 4. qui hanc opinionem
non firmat, sed remittit se *Fran. Brun. in trac.*
de indit. in 2. par. in 6. q. princ. qui num. 11. et
seq. veriorem affirmat esse opinionem contra-
riam, quod si non constat de corpore delicti
nunquam deueniatur ad corporalem condem-
nationem. Ad quod propositum perpetuò no-
tandum est, quod si testis fateatur se pecunia
corruptum falsum deposuisse, nulla est habẽda
ratio de huiusmodi confessione ad finem pro-
cedendi contra principalem, pro quo prius cũ
iuramento deposuerat, nisi aliunde constet de
corruptela, & falsitate commissa, etiam si talis
confessio ratificetur in tortura, vt plenissimè
probat *Io. Vinc. Hondid. in cons. 106. per tot.*
73 *lib. 1.* Et demum an reus sine metu periurij
possit cum iuramento delictum perpetratum
74 negare? vide *Bero. in quæst. 134. per tot.* Et an
eum instruens ne confiteatur, aliqua sit pœna
puniendus, & quid si reum torquendum ora-
tiones doceat ad impetrandum linguæ silen-
tium? vide quæ pulchrè tradit *Io. Bapt. Laderch.*
in cons. 203. per tot.

Finis Cap. Primi.

CAP.

CAP. SECVNDVM.

Matrimonia debent eſſe libera ab omni coactione, & pœna, vnde matrimonium metu contractum eſt ipſo iure nullum, etiam ſi iuramentum adhibitum ſit; Eademque ratione reijciuntur omnes conditiones impedientes matrimonij libertatem. Quæ autem ſint huiuſmodi conditiones, & qualis debeat eſſe metus, ex quo redditur matrimonium nullum, pleniſsimè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium vi aut metu contractum eſt ipſo iure nullum.*

2 *Matrimonium ſimiliter eſt nullum, ſi contrahitur ob metum illatum in perſonam filij, et è contra, et quæ ſit ratio, nu. 3.*

3 *Matrimonium debet eſſe liberum, et procedere ex mera, et ſpontanea contrahentium voluntate, cum plena libertate, et ſecuritate.*

4 *Iuramentum præſtitum in matrimonio metu contracto eſt ipſo iure nullum in foro poli, et fori, cum defecerit libertas, conſenſus, et opus non eſt abſolutione.*

5 *Puella nuptui tradenda eſt à Iudice ponenda in loco tuto et honeſto, vt exploretur liber eius conſenſus, quando ſuſpicatur metu aliquo reuerentiali eam poſſe impediri. Vel ſi dubitetur de matris ſuggeſtione, et nu. 6.*

7 *Sponſi promiſſio facta tutori pro deſponſanda pupilla non valet, ne ob lucrum ſuggeratur. Fallit ſi fiat cum conſanguineo futuræ vxoris, nu. 8.*

9 *Conditio, quòd mulier nubat cũ conſenſu, vel arbitrio tertij reijci debet, & nu. 13. Fallit in legato mulieri facto cum conditione, ſi nupſerit cum conſilio talis, num. 10. & eſt magis communis opinio, nu. 13.*

Quid ſi tertius antequàm conſulatur, decedat, an legatum ſit præſtandum, nu. 14. vſq; ad nu. 18. Et quid fauore Eccleſiæ, vel piæ cauſa, nu. 16.

11 *Filia decreto Sacr. Reg. Conſ. amiſit legatum dotis, & habuit tantum legitimam, quia nõ nupſit cum conſilio aliquorum, prout pater mandauerat, & nu. 15.*

12 *Filiofamilias licentia concedenda non eſt à Vicario contrahendi matrimonium ſine legitimis denunciationibus, ne pater ſciat, & fortè impediat.*

14 *Legatum mulieri factum, vt nubat cum conſilio tertij, an ſit præſtandum, ſi deceſſerit tertius antequàm conſulatur, & num. 15. vſque ad nu. 18.*

Conditio habetur pro impleta à legatario, quando per illum nõ ſtat quominus adimpleatur.

16 *Conditio de nubendo cum conſilio tertij non reijcitur, ſi teſtator mandauit legatum in caſu contrarij applicari eccleſiæ, vel piæ cauſæ.*

17 *Legatum factum puellæ cum conditione, ſi nupſerit Titio debebitur, quando reluctãte patre non potuit conditionem implere, & nupſit ſic patre volente, & limitatur remiſſiuè, eod. num. in fine.*

18 *Conditio fuit reiecta tanquam turpis decreto Regij Collateralis Conſilij in legato facto mulieri, ſi nupſerit alicui conſanguineo, cũ quo ſine Papæ diſpenſatione matrimonium fieri non poterat, quamuis DD. varia ſenſerint.*

19 *Vxor legatum non acquiret, ſi viro ſub conditione mandante, vt infra tres menſes poſt eius obitum alium virum duceret illa infra dictum trimeſtre non nupſit.*

20 *Conuentio obſeruanda erit, ſi quis pecunia ab aliquo recepta promiſerat duplum reddere, ſi vxorem duxerit, dummodo ſit maior, non exiſtens ſub patria poteſtate, & non adſit dolus, nec nimia læſio.*

21 *Conditio non nubendi extra familiam teſtatoris an valeat? remiſſiuè.*

22 *Legatum factum puellæ ſi nupſerit alicui ex pluribus nominatis per teſtatorem, an & quando debeatur, remiſſiuè.*

Et ſi fieret legatum viro ſi duxerit Seiam in vxorem, nu. 23. Et quid è conuerſo? & infra quantum tempus hæc conditio ſit adimplenda, nu. eod.

24 *Legatum tertio factum ſi vir vel mulier non nubat, valet, & conditio non reijcitur. Limitatur nu. eod. & 25. & 26.*

27 *Conditio ſi nupſerit an cenſeatur impleta per matri-*

matrimonium spirituale, remissiue.
Et quid si mulier eligat cœlibem vitam ducere? nu. eod.
28 Conditio an sit reijcienda, si puellæ fuerint relictæ ictum, si monasterium ingrediatur, & mille si nupserit, remissiuè.
29 Statutum non valet, prohibens constitui dotes vltra certam summam.
30 Statutum, quod mulieres nubentes extra aliquam ciuitatem priuentur hæreditatibus, an valeat?
31 Mulier (supposita validitate dicti statuti) nubens ciui originario illius ciuitatis, alibi domicilium habenti, non incurrit in pœnam.
Sic etiam in pœnam non incurrit, ducens virum exterum assumptum in Ciuem ex priuilegio illius Ciuitatis, nu. 32.
Ciuilitas acquisita per originem non amittitur per translationem domicilij in aliam partem.
32 Ciuis noviter assumptus efficitur verus ciuis, etiam si postea alibi habitet, & ciuitatis onera non substineat.
33 Immunitas concessa ciuibus, comprehendit etiam ciues acquisitos ex priuilegio.
Sententia est stricti iuris, & eius verba sunt strictè intelligenda.
34 Ciuium appellatione in stricto significatu, & in materia odiosa veniunt originarij tantum.
Priuilegium Ciuitati concessum, vt in ea Capitaneus esse non possit ciuis ex conuicinis per viginti milliaria, intelligitur de originarijs.
35 Ciues ex priuilegio sunt verè ciues, sicut originarij in fauorabilibus.
Ciuilitatis priuilegium à solis decurionibus, & maiori parte ipsorum conceditur.
36 Metus sufficiens ad annullandum matrimonium debet esse talis, qui cadit in constantē virum.
37 Metus reuerentialis non sufficit ad dirimendum matrimonium iam contractum. Quod fallit, vt ibidem.
38 Metus cùm sit difficilis probationis, sufficit probari per coniecturas. Quæ autem sint coniecturæ, remissiuè.
39 Metus licet actu non inferatur, sufficit si adsit potentia coactionis.
Ampliatur etiam si metum passus causam dederit coactioni, nu. 40. & 41.
41 Inimicitia est causa recusandi Iudicem, etiā si recusans sit author.
42 Inimicitiæ graues superuenientes inter testatorem, & legatarium reuocant legatum, etiam quòd testator causam dederit.
43 Inimicitia affectata est etiam sufficiens causa recusationis.
44 Coniectura multa sunt, ex quibus metus præsumitur purgatus.
45 Matrimonium metu contractum, licet de iure communi conualidetur ex sequenti copula, & libero consensu, debent tamen accedere solemnitates per Sacrum Concilium Tridentinum ordinatæ.
46 Matrimonium non solum requirit liberum, & simplicem consensum, sed etiam purum, & absque conditione, si pensiuâ contra eius substantiam.
47 Matrimonium an valeat, si quis dicat, accipiam te in vxorem, si te virginem inuenero, remissiuè.
48 Conditiones annullantes matrimonium, vel potius reijciendæ ac si non essent appositæ, quæ sint, remissiuè.
49 Metus annullat etiam matrimonium spirituale.
50 Metus reuerentialis an sufficiat ad annullandam professionem religionis.

1 
Lter præcedenti proximus paterni amoris effectus est, quòd sicut matrimonium vi, aut metu contractum, est ipso iure nullum, cap. cum locum, de sponsal. vt notant Ias. in l. interpositas, in 2. not. C. de transact. & in l. Titia, nu. 11. ff. de verb. oblig. Alex. in consil. 98. & 99. vol. 3. & in consil. 156. vol. 5. Barbat. in consil. 53. vol. 1. Paris. in consil. 53. nu. 41. & seq. & in consil. 58. num. 56. vol. 4. Silu. nupt. in 2. lib. in ver. qualitas coniugum, nu. 119. plenè Couarr. in epit. de sponsal. in 2. par. c. 3. §. 5. per tot. & alij, quos plenè cumulant Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 4. nu. 1. Bursat. in consil. 72. nu. 19. & seq. lib. 1. & Fab. Turrett. in consil. 28. nu. 1. & seq. lib. 1. & ita pluries per Romanam Curiam iudicatū fuisse refert Ioan. Aloysius Riccius Patricius Neapolitanus ob eminentem eius doctrinam valde præclarus in prax. fori ecclesiast. nouissimè edita in decis. 253. nu. 1. & seq. Ex eadem
2 quoque ratione nullum est matrimonium contractum ob metum illatum in personam filij, & è contra, vt testantur Inn. in d. c. cum locū, in princ. & ibidem Card. Alexand. in vlt. col. vers. succedit quæstio, & alij relati per Steph. de Gaeta in repet. c. ad limina, §. 4. num. 446. 30. q. 1. & Menoch. in consil. 1. num. 275. lib. 1.
3 Cuius conclusionis ratio est, quia matrimonia oportet esse libera, & ex mera ac spōtanea contrahentium voluntate procedere debent, nec suffi-

sufficit simplex consensus, nisi præstetur cum
plena libertate, & securitate, vt post alios re-
fert *Regens Io. Franc. de Ponte in cons. 44. sub*
4 *nu.* 8. Vnde etiam iuramentum præstitum su-
per matrimonio metu contracto, est nullum, &
non obligat iurantem ad eius obseruantiam,
ex quo deficit libertas consensus, adeo quod opus
non est petere absolutionem ab eo, vt inquit
Couarr. in d. c. 3. §. 5. num. 3. & alij quos plenè
refert *Sanchez in tract. de matrimon. in 4. lib.*
disput. 20. q. 4. num. 15. idq; procedere tam in
foro exteriori, quam etiam in foro consciẽtiæ,
testantur ex communi Doctorum, & Theolo-
gorum sententia, *Nauarr. in manuali confess.*
c. 22. nu. 251. et Fab. Turret. in d. cons. 28. nu. 2.
& seq. Nec opus est, quòd rescindatur ope ex-
ceptionis, cum sit nullum ipso iure, vt bene cõ-
cludit *Steph. de Gaet. in d. c. ad limina, §. 4. nu.*
5 *447. & seq.* Hinc est, quod semper vbi adest ali-
qua probabilis causa inspicãdi puellam nuptui
tradendam aliquo metu reuerentiali impediri
ne liberam suam voluntatem declaret, tunc Iu-
dex eam sequestrare debet, & ponere in loco
tuto, & honesto, in quo liber eius consensus ex-
ploretur, vt probatur in *l. 3. in fi. ff. de liber. ho-*
mine exhib. per quem tex. ita dicit *Couarr. in*
d. c. 3. §. 6. num. 2. & alij relati per *Ann. in sing.*
395. & Reg. Io. Franc. de Pont. in tract. de po-
test. Proreg. sub tit. de assensu Reg. super dotib.
in princ. fol. 254. & seq. à nu. 52. vsque ad fin.
6 Et idem obseruandum est, quãdo dubitatur ne
puella adhuc impubes, adueniente pubertate
alicui copuletur ob sugestionem matris, vt pul-
chrè consuluit *Crauet. in cons. 190. per totum.*
Animaduertendum autem est, quòd si mulier,
de cuius libera voluntate dubitatur, est adulta,
tunc electio matronę, penes quã est sequestran-
da, fieri debet cum ipsius puellæ consensu, vt
notabiliter probat *doctissimus Rouit. in com-*
ment. super pragm. 9. de Baron. num. 1. & seq.
7 Hinc infertur, quod non valet promissio facta
tutori à sponso pro obtinendo matrimonio cũ
pupilla, vt tollatur occasio suggerendi eam ob
cupiditatem illius lucri, quod turpe reputatur,
vt notabiliter consuluit *Neuiz. in cons. 47. nu.*
1. & seq. post Ancharan. in cons. 175. & plenè
Natt. in cons. 76. per totũ, & in cons. seq. lib. 1.
& plenè *Ioan. Guttier. in tract. de tutel. par. 2.*
8 *cap. 11. num. 10.* Verum hoc intelligendum est
procedere in promissione facta tutori, secus si
fiat alicui consanguineo futuræ vxoris sub con-
ditione si matrimonium cum ea sequatur, vt
pulchrè explicat *Hier. Grat. in resp. 120. vol. 1.*
Sed in vtroque casu, quod tam tutor, quam cõ-
sanguineus, qui aliquid acceperunt ob huius-
modi causam, tanquam turpiter acceptum te-
nentur restituere, etiam si puella bene nupsit,
ex multorum authoritate refert *Io. Lopez. in*
repet. c. per vestras, de don. inter vir. & vxor.
§. 51. nu. 22. fol. mihi 138. à ter. in par. impress.
Cui autem sit restituenda pecunia ex huiusmo-
di causa turpiter accepta, an scilicet danti, vel
pupillæ, vel fisco? bene explicat *Don Garz.*
Mastrill. in decis. 63. per totam, ad quem me
9 remitto. Ex eadem quoque ratione libertatis
consensus, quæ requiritur in matrimonijs, in-
fertur quòd reijci debet conditio, quòd mulier
nubat cum consensu, vel arbitrio tertij, *l. cum*
tale legatum, §. si arbitratu, ff. de condit. & de-
monst. Ias. in l. si quis arbitratu, num. 18. ff. de
verb. oblig. idem Ias. Bart. & Paul. de Cast. in
l. Titia, §. 1. ff. de leg. 1. & Dec. in l. fœmina,
10 *nu. 38. ff. de reg. iur.* Licet secus sit si fiat legatũ
mulieri sub conditione si nupserit cum consi-
lio talis, nam hęc conditio toleratur, cũ non sit
impeditiua libertatis matrimonij, quãuis enim
mulier teneatur parere voluntati testatoris in
requirendo consilium illius, non tamen tene-
tur illud præcisè sequi, vt pulchrè consuluit
Crau. in cons. 1. post Paul. de Cast. in cons. 300.
volum. 1. cum quibus concordant *Menoch. in*
cons. 69. num. 29. vol. 1. & alij plenè relati per
11 *Ludou. Morot. in cons. 97. nu. 2.* Hinc notabi-
liter refert *Minad. in contr. Reg. in aliquibus,*
sub nu. 17. fol. 140. à tergo, quòd dum accidisset
casus in Sac. Cons. quòd pater legauerat suæ fi-
liæ decem millia, si nupsisset nobili Neapolita-
no cum consilio duorum amicorum, eaq; nu-
psisset alteri, spreto amicorum paternorum
consilio, fuisse per Sac. Cons. conclusum lega-
tum non deberi, sed legitimam tantum, nam
patris consiliũ rationabile fuerat, ex quo non
cogitauerat impedire nuptias filiæ, sed eas fa-
cere honestiores, & aliter forsan tãtam dotem
12 ei non legasset. Et hinc etiam pulchrè consu-
luit *Menoch. in cons. 99. per totum, lib. 1.* quòd
Vicarius Episcopi non debet concedere licen-
tiam filiofamilias contrahendi matrimonium
absque legitimis denunciationibus, ad finem
ne pater habeat de eo notitiam, & fortè illud
impediat, nam licet filius possit sine patris con
sensu matrimonium liberè contrahere, tamen
non potest sine peccato paternum consilium
in eo contrahendo omnino spernere, pro qua
conclusione allegat *Sot. in 4. sent. dist. 28. q. 1.*
art. 1. col. 3. in princ. siquidem iuri naturali,
quo parentes in liberos funguntur valde con-
uenit, ne in re tam graui sicut est matrimonij
vinculum, à quo totius vitæ pendet institutio,
absque paterno consilio filij deliberent, prout
pluribus authoritatibus Doctorum, & Theo-
logorum plenè probat *Sanchez in d. tract. de*
matrim. lib. 4. disput. 23. num. 9. & seq. Quæ
conclusio præcipuè locum haberet vbi mos, &
& consuetudo, seu lex patriæ esset, quod filij
matrimonium non contrahant inconsultis pa
renti-

rentibus, nam peccatum esset si huiusmodi legem, seu consuetudinem filij in contrahendis matrimonijs negligerent, & præsertim si indignis nuptijs se copularent, vel ex quibus oriri possint lites, odia, & inimicitiæ, vel aliud malum alicuius momenti, vt bene concludit *Io. Azor. in 2. lib. moral. instit. in 2. par. c. 2. col. 3. vers. mihi in primis videtur.* Nec lex canonica repugnat, quin pater ex iustis causis possit impedire matrimonium contrahendum per filios in eius potestate existẽtes; Immo quod possit etiam sponsalia cum iuramento sine eius cõsensu contracta dissoluere, probat in *c. requisisti Abb. nu. 4. de sponsal.* vt refert *Menoch. in d. cons. 69. nu. 43.* nam cum huiusmodi promissio de contrahendo matrimonium facta per filium, tendat ad iniuriam patris, cum non obligat ad eius adimplemẽtum postquam sine peccato adimpleri non potest, neque per hoc dici potest, quòd impeditur matrimonij libertas, sed potius regulatur, & perficitur, dum pater ex officio quo tenetur, curat quod filij non male, sed bene nubant; nam esse liberum ad malũ faciendum, non libertas, sed imperfectio est, alioquin si necessarium esset ad libertatis perfectionem vt quis possit facere malũ, neq; Deus, neque Angeli eius liberi dicerentur, cum eorũ libertate ad malum vti non possint; & ideo ab Ecclesia, quæ est bonorum morum cultrix, & magistra, ferendum non est, quod filij sub parentum potestate existentes contrahant cum peccato, & ad hoc tenẽtur Prælati ex proprio pastorali officio, verum si parentes iniustè, & absque legitima causa filiorum connubia impedirent, tunc tenerentur Prælati pro libertate matrimonij, & filiorum iniuria repellenda, se fortes ostendere, vt per has, & alias rationes optimè concludit *Fernan. Rebell. in tract. de obligat. iustit. in 2. par. lib. 2. de matrim. q. 14. sect. 1. per tot.* Neque huic cõclusioni repugnat *sacrosancta Trid. synodus in sess. 24. de reform. matrim. cap. 9.* quæ anathematis pœna cõdemnat eos, qui quouis modo directè, vel indirectè matrimoniorum libertatem impediunt, nam eius dispositio procedit in dominis temporalibus, & Magistratibus, qui subditos inuitos ad contrahendum matrimonium compellũt præter liberam eorum voluntatem, prout plenissimè probat *Io. Guttier. in 1. lib. canonic. quæst.*
13 *cap. 20. in fi.* Et quamuis non desint qui supradictam conclusionem impugnent, adeo matrimonij libertatem fouentes, vt etiam hanc conditionem requirendi consilium tertij reijciendam esse dixerint, vt patet ex not. per *Aret. in cons. 67. nu. 1. Vasq. in lib. illustr. controuers. cap. 94. nu. 17. & seq. & Morot. in d. cons. 97. nu. 17 & seq.* Nihilominus re uera negari non potest, quòd supradicta conclusio est magis cõmuniter recepta, adeo quòd ab ea in iudicando recedendum non esse testantur *Mich. Crass. in 1. lib. recept. sent. in §. legatum, q. 50. nu. 11. in fi. Gul. de Bened. in c. Raynutius, de testam. in ver. qui cum alia matrimonium contrahens, num. 88. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 10. & Sanchez in d. tract. de matrim. lib. 1. disput. 34. nu. 24. & seq.* qui aliquibus modis hanc conclusionem modificat,
14 & declarat, vt ibi per eum. Magna autem quæstio est, an si ille tertius cuius consilium testator requiri mandauit, decedat antequam requiratur, conditio videatur omnino defecisse, ita vt amplius legatum præstandum non sit? in quo articulo quidam dixerunt ex conditionis defectu legatum amplius præstandum non esse, vt pulchrè refert *Ruin. in cõs. 126. nu. 6. vol. 2. post Alex. in d. l. turpia, num. 6. & Ias. num. 4.* Sed hanc opinionem validissimis rationibus impugnat *Mantic. in d. tit. 18. nu. 11.* nam cũ hæc conditio sit merè potestatiua, & per legatarium non stet quo minus impleatur, haberi debet pro impleta, ex reg. *tex. in l. quæ sub conditione, §. quoties, ff. de condit. & demonstrat.* Et huic secundæ opinioni tanquam æquiori, ac magis rationabili libenter inhæreo, & hanc etiam opinionem sequitur *Sanchez in citato*
15 *loco, num. 27.* Verùm in proposito casu tria sunt animaduertenda; Primum scilicet, quòd licèt quando legatum est relictum mulieri sub cõditione nubendi cum consensu, & arbitrio tertij, reijciatur huiusmodi conditio tanquam impeditiua libertatis matrimonij, vt supra notatum fuit; nihilominus si mulier cum effectu non nubit, excluditur à legato sub huiusmodi conditione relicto, vt notabiliter dixit *Pau. de Cast. in d. l. turpia, §. 1. nu. 2. & Alex. ibidem*
16 *sub nu. 7.* Secundum notabilius est, quòd pœna huiusmodi conditioni adiecta substinetur, si in defectum conditionis testator mandat legatum applicari alicui Ecclesiæ, vel piæ causæ, eius enim fauore talis conditio non reijcitur, vt pulchrè dixit *Gul. de Cun. per illum tex. in l. Titio vsusfructus, §. fin. ff. de cond. & demõst.* quem ibidem referũt, & sequuntur Alber. Bar. & Paul. de Cast. & cum eadem opinione concordant *Rom. in auth. similiter. num. 52. ff. ad l. Falcid. Gul. de Bened. in d. ver. qui cum alia, num. 96. Tiraq. de priuil. piæ cau. in priuil. 18.*
17 *& Mantic. in d. tit. 18. nu. 9.* Tertium notabile est, quòd si legatum fiat alicui puellæ virgini, cũ conditione si nupserit Titio, quæ postea reluctante patre, non potuit conditionẽ adimplere, sed alteri secundum paternam voluntatem nuptui tradita fuit, hoc non obstante legatum consequi debet, cum ei imputandum non sit, si conditioni non paruit, nam virginali pudori non conueniebat eligere virum, & impudica

dica reputata fuiſſet, ſi ſuo genitori non obtemperaſſet, vt notabiliter conſuluit *Bertrand. in conſ.148.vol.1.* cum qua opinione concordant *Couar. in epit. de ſponſ. c.3. §.8. nu.2. Mantic. in eodem tit.18. nu.46. Menoch. in conſ.425. lib.5.* & alij relati per *Sanchez. in tract. de matrim. lib.1. diſput.33. num.13.* Quæ concluſio licet veriſſima ſit, & tantorum patrum authoritate munita, non tamē deeſt qui conatus fuit eam ſub certis limitibus reſtringere, vt videri poteſt apud *Fab. Turrett. in conſ.67. nu.97. & ſeq. lib.2.* Verum pro huius concluſionis corroboratione notabilis eſt ad hoc propoſitum doctrina *Bal. in conſ.357. lib.1.* qui pluribus rationibus probat, quod ſtatutum puniens priuatione hæreditatis mulierem nubentem extra iuriſdictionem Mediolani, non habet locum in ea muliere, quæ nubit cum conſenſu, & voluntate patris extra locum ſtatuti, nam cum teneatur patri obedire, in aliquam pœnam incidere non debet; hinc eſt, quod mulier nubens iuſſu patris infra annum luctus, ab omni pœna excuſatur, vt expreſsè cauetur in *l. liberorum, §. fin. ff. de his, qui not. infam.* & ita etiam per has, & alias rationes in propoſita concluſione concludit *Melchior Palaez. in tract. de maiorat. in*

18 *1. par. q.50. nu.8.* Alia etiam quæſtio valde dubitabilis eſt in hac materia, an ſi fiat legatum mulieri cum conditione ſi nupſerit alicui conſanguineo, cum quo ſine diſpenſatione Summi Pontificis matrimonium contrahi non poterat, reijcienda ſit huiuſmodi conditio tāquam turpis? in quo articulo *Loffr. in conſ.16.* conſuluit, reiecta hac conditione, legatum purè deberi, pro qua concluſione faciūt etiam not. per *Curt. iun. in conſ.54. nu.14. lib.1.* nam teſtatoris præceptum debet eſſe tale, quod honeſte impleri poſſit, alias reputatur impoſſibile de iure, *l. cum ita legatum, §. videamus ff. de cond. & demonſtr.* Alij verò diſtinguunt, quod aut conſanguinitatis impedimentum eſt infra tertiū, vel quartum gradum, & conditio non reputatur impoſſibilis de iure, nec de facto, cum in his gradibus facile ſit obtinere diſpēſationem; aut impedimentum eſt in ſecundo conſanguinitatis gradu, prout erat in caſu, in quo conſuluit *Loffred. in d. conſ.16.* & tunc omninò conditio reijci debet, vt notabiliter animaduertit *Molin. de primogen. Hiſp. lib.2. c.13. nu.7. & ſeq.* cum quo cōcordant *Couarr. in 2. par. de ſponſal. c.3. in princ. nu.8.* Multi autem indiſtinctè tenent hanc conditionem legato adiectā, quod puella ducat conſanguineum in eis virum, obtenta prius diſpenſatione a Summo Pontifice nullo modo reijciendam eſſe, etiam ſi ſint in ſecundo conſanguinitatis gradu, prout fatetur idem *Molin. in adnot. in fine 3. lib. de primog. Hiſp.* & ex multorum authoritate idem quoque affirmant *Guttier. in tēſ.18. nu.9. & Sanchez de matrim. lib.5. diſput.5. num.20. verſ. ſed verius,* ſed nouiſsimè *Don Andr. Molfeſ. in conſ.12. in fi.* quod eſt impreſſum poſt eius commentar. ad conſuet. Neap. plenè diſcuſſo hoc articulo, refert per Collaterale Conſilium in cauſa legati ſub hac cōditione relicti per Duciſſam Seminariæ ducatorum ſexagintamilliū eius filię, ſi matrimonium contraheret cū Don Vincentio Spinello eius fratre conſobrino, & in caſu quo nollet matrimonium contrahere cum eo, medietas dicti legati applicaretur eidē Don Vincentio, deciſum fuiſſe hanc conditionem eſſe penitus reijciendam, quamuis ipſe defenderit partes dicti Don Vincentij, pro quo dictum conſilium compoſuit, notādum autem eſt, quod in caſu quo huiuſmodi conditio appoſita eſt in gradu, in quo diſpenſatio poteſt obtineri, tunc onus impetrandi eam pertinet ad perſonam grauatam, cui legatum ſub ea conditione relictū fuit, vt in ſpetie tradit *Melch. Palaez in trac. de maiorat. in 1. par. q.50. nu.3.* adeo, quod nullo modo legatum debetur, niſi ſaltem oſtendat, quod enixè diſpenſationem poſtulauit, & omnia poſſibilia fecit ad eum impetrandam, & quod denegata fuit, iux. tradita per eundem *Melch. Palaez in eodem tract. in 4. par. q.40. nu.20.* licet enim huius conditionis adimplemētum pendeat à voluntate Summi Pontificis, non tamen reputatur impoſſibilis, quando eſt circa ea quę ſolita ſunt concedi, & conſequenter imputandum eſt ei, qui non impetrauit impetrari ſolita, iux. not. per *Tiraq. in tract. de retract. lignag. §.32. glo.1. & vnica, nu.62. & ſeq.* & per eundem *Melch. Palaez in d. c.40. nu.11. & ſeq.* & ita demum nouiſſimè concludit *Mart. in vot.50. num.14. & ſeq.* Notandum quoque eſt, quod licet is qui ſponſalia iurata contraxit, compelli poſſit ad matrimonium contrahendum, niſi legitima cauſa contrarium forte ſuadeat, iux. not. *in cap. ex literis, 2. & in cap. requiſiuit de ſponſal.* & plenè per *Couarr. in epith. de ſponſal. in 1. par. c. 4. nu.2. & ſeq.* & latè per *Hier. Gabr. in conſ. 159. per totum, lib.2.* fallit tamen quando quis promiſit vxorem ducere mulierem in tertio, vel quarto conſanguinitatis gradu ſibi coniuntam, vt affirmat *Farinac. in deciſ.107. nu.4. in*

19 *1. lib.* impreſſo poſt eius conſilia. Sed quid dices in hac quæſtione, quæ annis non longè decurſis euenit in facto, quidam ſenex qui habebat vxorem iuuenem, & pulchram, parum forſan de eius continentia confidens, eam inſtituit hęredem ſub conditione, quod infra tres menſes poſt ipſius viri obitum matrimonio ſe cum alio copularet, alias quod caderet à ſuæ hæreditatis beneficio, fuit dubitatum, an ſi infra tempus à teſtatore ordinatum mulier illa non nuberet,

priuanda esset hæreditate viri? & multi dicebant non esse locum pœnæ, sed potius eam esse cõmendandam, si infra annum luctus à secūdis nuptijs abstineret, cum videatur virtutis opus exercere, ex not. *in l. 1. & toto tit. C. de secund. nupt.* sed reperij in terminis hanc quæstionem decidentem *Ancharan. in cons. 219.* qui huiusmodi conditionem tenuit esse seruandam, & valdè gauisus fui, nam putabam hunc casum
20 nunquam, aut rarò euenisse. Sæpè etiam occurrit, quod aliquis profitetur cęlibem vitam ducere, & ideo recepta aliqua pecuniarū summa ab amico, ei promittit duplum, vel triplum reddere si vxorem duxerit, quæritur, an huiusmodi conuentio sit obseruanda? & quod seruāda sit, conclusum fuit per *Rot. Genuen. in dec. 108. per totam*, & iddem plenè defendit *Gasp. Thesaur. in quæst. forens. 14. lib. 2.* dummodo tamen huiusmodi contractus fiat à maiori non existente sub patria potestate, & absit ab eo dolus, & nimia lęsio, iux. *not. per eundem in q. 19. in eod. lib.* nam huiusmodi promissio non tendit directè in pœnam, nec ad impedimentum futurarum nuptiarum, sed potius fundatur super commodo pecuniæ receptæ, & periculo, quod suscipit is, qui eam dedit in casu quo accipiens nunquam matrimonium contraheret.
21 An autem valeat conditio non nubendi extra familiam testatoris? est omnino videndus *Lu-*
22 *douic. Morot. in d. cons. 97. per totum.* Et quid si fiat legatum puellæ, si nupserit alicui ex pluribus nominatis per testatorem? vide quæ plenè cumulat *Fab. Turrett. in cons. 67. vol. 2.* Et
23 quid si fiat legatum viro, si duxerit Seiam vxorem? vide *Aretin. in l. Titia, nu. 7. ff. de verb. oblig.* & alios relatos per *Mich. Crass. in lib. recept. sentent. in ver. legatum, q. 50. num. 14. & Couar. in epith. de sponsal. c. 3. §. 3. num. 7.* Et quid è conuerso si mulier instituitur hæres, vel ei fit aliquod legatum sub conditione si nupserit tali? vide *Doct. omnes in l. turpia. §. 1. ff. de legat. 1.* & plenè *Mart. in vot. 50. per totum.* Et quod hęc cõditio debet impleri infra triennium post pubertatem, quo elapso, non debetur amplius legatum, bene probat *tex. cum ibi not. per Bar. et Io. de Plat. in l. 2. §. ad filiorum, C. quan. & quib. quar. pars debeat. lib. 10.* & licet de hac conclusione dubitet *Cardin. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 23.* eam tamen plenè rationibus, & authoritatibus confirmat *Steph. Gratian. in 1. tom. disceptation. forens. c. 137. nu. 9. cum plur.*
24 *seq.* Pulchra etiam quæstio est ad hoc propositum, an valeat legatum alicui factum sub conditione si aliqua mulier, vel vir non nuberet? cuius solutio est, quod legatum valet, & conditio non reijcitur, nam cessat ratio prohibitiua libertatis matrimonij, vt post alios affirmat *Gul. de Bened. in cap. Raynutius, de testam. in ver. qui cum alia, nu. 97.* Verum ipsemet nu. seq. limitat hanc conclusionem non procedere quando ille tertius, cui legatum sub huiusmodi conditione fieret, esset pater, aut mater, vel persona valdè coniuncta illius cuius viduitas esset pro conditione apposita, nam per indirectum impediretur matrimonij libertas. Ex
25 eadem quoque ratione reijciendam esse à legato conditionem non nubendi vsque ad certam ætatem tanquam impeditiuam libertatis matrimonij, plenè consuluit *Cephal. in cons. 319.*
26 *in 2. dub. nu. 9. cum plur. seq.* Imò reijciendam quoque esse conditionem, si monasterium ingrediatur, tenuit *Bart. in cons. 184.* Sed eius opinio validissimis rationibus impugnatur à *Hieron. Gabr. in cons. 131. vol. 1.* ad quem me
27 remitto. Vnde valdè dubia quęstio est, an conditio si nupserit censeatur impleta, si quis contraxerit matrimonium spirituale? quem articulum plenè explicant *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 26. & seq.* & plenissimè *Garz. Mastrill. in decis. 153. per totā.* Et quid si mulier cui relictum est legatum, si nupserit, vel monacabitur, eligat cęlibem vitam ducere, & in propria domo viuere, vel efficiatur Tertiaria Ordinis Sācti Frācisci, pro cuius articuli resolutione, omnino videndus est *Io. Franc. del Castil. in dec. 88. per totam*, qui concludit legatum non deberi cum adimpleta non sit eius conditio, nam huiusmodi Sorores quæ priuatam vitam agunt, vti laicæ reputantur, iux. not. per *Soc. in cons. 10. nu. 22. & seq. lib. 1.* & plenè per *Bugen. in cons. 26. per totum*, & iddem quoque affirmat auriga noster *And. de Isern. in const. Regni in aliquibus, col. 8. vers. quid si frater vult dare dotes*, & inferius in *vers. secus esset si honestè vellet in domo viuere*, & ita iudicauimus in Mag. Cur. Vic. in causa hæredum quondam Antonini Palombę cum quadam muliere eiusdem familiæ, annuētibus meis doctissimis collegis Aloysio de Nicuesa, & Francisco Vollaro, & patrocinante perspicacissimo Aduocato Antonio de Philippis.
28 Cui similis etiam quæstio est, si testator legauit puellæ mille si nupserit, centum verò si monasterium ingrediatur, an huiusmodi conditio reijcienda sit, tanquam impediens matrimonium spirituale? pro cuius articuli resolutione videndi sunt *Rol. à Vall. in cons. 35. per totum, vol. 3. Couarr. in 1. lib. var. resol. c. 19. num. 9. cum seq. Mantic. in d. tit. 18. nu. 27. & seq. Vrsill. in decis. 348. Ant. Gabr. in 4. lib. commun. concl. in tit. de legat. conclus. 2. Io. Bapt. Laderch. in cons. 27. num. 8. & in cons. seq. per totum*, latè *Fab. Turrett. in cons. 4. num. 11. cum plur. seq. vol. 3.* & plenissimè *Gasp. Thesaur. in*
29 *quæst. foren. 60. per tot. in 1. lib.* Et demum ex hac

hac matrimonij libertate prætermittendæ nõ
sunt duæ aliæ notabiles conclusiones, quarum
prima est, quòd non valet statutum prohibens
constitui dotes vltra certam summam, nã per
indirectum quodammodo restringeretur ma-
trimoniorum libertas, vt pulchrè refert Hipp.
30 de Marsil. in sing. 589. Altera vero similis con
clusio est, quòd per eandem rationem non va-
let etiam statutum, quòd mulieres nubentes ex-
tra aliquam Ciuitatem priuantur hæreditati-
bus eis delatis, & deferendis, vt plenissimè cõ-
suluit Calcan. in cons. 3. cui se subscripserunt
duo alij famosi Doctores, & eandem conclusio-
nem plenè confirmant Hier. Gabr. in cons. 12.
lib. 2. & Marc. Ant. Eugen. in cons. 18. per tot.
sed contra eam valde vrgent not. per Alex. in
cons. 151. nu. 4. lib. 2. & Barbat. qui in eodem
casu consuluit in cons. 4. lib. 1. & vtramque
conclusionem pluribus rationibus latè impu-
gnat Vinc. Maxil. in probem. consuet. Barens.
nu. 12. cum plur. seq. Aliqui vero pro harum
opinionum concordia dicunt, tunc huiusmodi
statutum esse nullum, quando mulieres non
possent commodè nubere inter homines illius
Ciuitatis, sed si commodè viros æquales inuẽ-
nire possunt, tunc tenent statutum valere, quia
non affert impedimentum contra substantiam
& libertatem matrimonij, sed potius videtur
respicere publicam vtilitatem, cuius interest
Ciues esse locupletes, & eorum facultates in
exteros non distrahi, ac hominum copia Ciui-
tatem repleri, vt refert Eugen. in d. cõs. 18. nu.
10. iuxta Homeri sententiam, qui interroga-
tus, quod esset maximum Ciuitatum ornamen-
tum? respondit, Ciues & pueri, vt inquit Soc.
in cons. 35. num. 14. lib. 1. Hanc distinctionem
ponit Bart. in l. edicimus, in fi. C. de muri legul.
lib. 11. cum quo concordat Bal. in l. 1. §. ius na-
turale, num. 4. ff. de iust. & iur. & in l. omnes
num. 12. C. ad Tertull. & Corset. in sing. 9. in
ver. statutum, & pro ea faciunt plenè not. cir-
ca validitatem nonnullorum similium statuto-
rum, per Io. Lopez in repet. cap. per vestras, de
donat. int. vir. & vxo. in 3. not. §. 3. nu. 9. cum
plur. seq. fol. mihi 132. in paruis impress. & per
doctissimum Reg. Io. Franc. de Pont. in suo au-
reo tract. de potest. Proreg. in tit. de assens. reg.
super dotib. mulier. in princ. num. 6. Sed quòd
indistinctè huiusmodi statuta non valeant, tan-
quam indirectè restringentia matrimoniorum
libertatem nouissimè tenet Don And. Molfes.
in comment. ad consuet. Neap. in 1. par. quæst.
5. nu. 6. & latius in cons. 12. à nu. 32. vsque ad
31 fin. Posita autem supradictà distinctione pro
vera, ignorandum non est, quòd mulier nubẽs
alicui Ciui originario illius Ciuitatis, in qua
huiusmodi statutum viget, quamuis alibi do-
micilium habeat, nullam tamen pœnam incur-
rit, vt plenè probat Soc. in d. cõs. 35. per tot. lib.
1. nam ciuilitas acquisita per originem nunquã
amittitur per translationem domicilij in aliã
partem, iuxta plenè not. per Cephal. in cons.
441. nu. 89. cum plur. seq. lib. 4. Quæ tamen cõ-
clusio quomodo intelligenda sit, plenissimè ex-
plicat Io. Vinc. Honded. in cons. 5. per tot. lib.
32 1. ad quẽ me remitto. Parique modo sciendũ
est, quòd in pœnam dicti statuti non incurreret
mulier, quæ duceret virum exterum assumptũ
in Ciuem ex priuilegio ipsius Ciuitatis, vt plu-
ribus rationibus latè probat Eugen. in d. cons.
18. nu. 59. cum plur. seq. nam eo ipso, quod quis
assumitur in Ciuem, efficitur verus Ciuis, etiam
si postea alibi habitet, & Ciuitatis onera non
sustineat, vt pulchrè inquit Alex. in cons. 157.
33 nu. 13. & seq. lib. 2. Vndè immunitas concessa
Ciuibus alicuius loci comprehendit etiam Ci-
ues acquisitos ex priuilegio, vt plenissimè con-
suluerunt Cephal. in cons. 451. lib. 4. & Decia.
in cons. 44. vol. 4. contra quos licet in eodem
casu consuluerunt Rol. à Vall. in cons. 79. &
80. lib. 3. & Surd. in cons. 313. vol. 3. Eorum ta-
men argumenta non impugnant hanc conclu-
sionem, nam præcipuè fundantur in verbis cu-
iusdam laudi, in quibus erat facienda stricta in-
terpretatio, vt patet ex not. per Rol. in d. cons.
79. nu. 10. cum seq. vbi arguit, quòd sententia
est stricti iuris, & eius verba sunt strictè intelli-
genda, l. quicquid astringẽda. ff. de verb. oblig.
& l. 1. C. si plur. vna sent. & propterea
in casu suo infert, quòd verba laudi loquen-
tis de Ciuibus intelligi debebant de origina-
34 rijs. Nam in stricto significatu, & quando agi-
tur de materia odiosa, Ciuium appellatione
veniunt originarij tantum, non autem acquisi-
ti ex priuilegio, vt constat ex ijs, quæ plenè tra-
dit Gram. in cons. ciu. 5. per tot. vbi fundat, ꝙ
priuilegium Capuæ concessum, vt in ea Capi-
taneus esse non possit aliquis Ciuis ex locis con
uicinis per viginti miliaria, intelligi debet so-
lum de Ciuibus terrarum conuicinarum origi-
narijs, non autem de acquisitis ex priuilegio, vt
35 refert Vrsil. in decis. 384. nu. 7. In fauorabili-
bus verò non ambigitur, quòd ciues ex priuile-
gio ita sunt veri ciues, sicut originarij, vt plenè
probat Cephal. in d. cons. 451. num. 16. & seq.
& fruuntur omnibus commodis; & fauoribus
sicut ij, qui in eadem Ciuitate orti sunt, dum-
modo tamen ea commoda ex eiusdem ciuitatis
constitutionibus proueniant, vt inquit Rom. in
cons. 62. nu. 9. vbi Apost. ad eum alios concor-
dantes refert, & ciuilitatis priuilegium à solis
decurionibus, vel à maiori parte ipsorum con-
cedi posse, testatur Ant. Rub. in cons. 9. nu. 1. &
36 Eugen. in d. cons. 18. nu. 62. Redeundo autem
ad principalem conclusionem, animaduerten-
dum est, quòd nõ quilibet metus est sufficiens

adannullandum matrimonium, nisi sit talis, qui cadat in constantem virum, iuxta not. per Alex de Neuo in cons. 12. nu. 2. & per tot. plenè per Neuiz. in cons. 46. & seq. latè Io. Bapt. Laderch. in cons. 17. per tot. plenissimè Bursat. in cons. 72. num. 30. cum plur. seq. Stephan. de Gaet. in d. cap. ad limina, §. 4. nu. 429. cum pluirib. seq. & alios relatos per Sanchez in d. trac. de matrim. lib. 4. disput. 17. nu. 3.
37 Hinc solus metus reuerentialis non sufficeret ad dirimendum matrimonium iam contractum, vt apertè probat tex. in cap. 1. §. porro, de desponsat. impub. in 6. præterquam si esset talis paterna reuerentia, quòd verisimiliter appareret eius metu filiam fuisse coactam, vt in vita matrimonium contraheret, vt pulchrè declarat Nauar. in cons. 36. nu. 6. & seq. sub tit. de sponsal. lib. 2. Vel nisi præcesserint minæ, & verbera, nam tunc matrimonium taliter contractum esset quoque nullum, vt post alios refert Thom. Triuisan. in tract. de sponsal. in 7. priuil. nu. 23. plenè Couar. in 2. par. de sponsal. lib. cap. 3. §. 6. nu. 3. cum seq. & plenissimè Sanch. in d. tract. de matrim. lib. 4. disp. 6. per tot. Vnde si pater minatus fuisset filiam exhæredare, vel eam alteri vilissimo homini copulare, si renueret illum, cui eam spoponderat in virum ducere, hic est sufficiens metus ad annullandum matrimoniũ sic contractum, vt pulchrè consuluit Rebuff. in cons. 115. per tot. & præcipuè num. 13. & seq. Metus autem reuerentialis non solùm consideratur in filio respectu patris, sed etiam respectu fratris maioris, ac etiam matris, & soceri, vt refert Io. Vinc. de Ann. in sing. 339. & 340. & ibidem Fab. eius filius in addit. & alij, quos plenè refert Sanch. in d. tract. de matrim. lib. 4. disp. 6. in 4. q. nu. 24. & seq. qui num. 34. refert etiam metum reuerentialem considerari respe-
38 ctu patrui. Verùm quia metus est difficilis probationis, ideo sufficit eum probari per coniecturas, quæ multipliciter considerantur ad illum præsumendum, iux. plenè not. per Couarr. in d. c. 3. §. 5. nu. 10. & seq. Bursat. in d. cons. 72. nu. 13. & seq. lib. 1. Io. Franc. de Pont. in cons. 44. per tot. plenè Honded. in cons. 29. num. 21. cum plur. seq. lib. 1. plenissimè Fab. Turrett. in cons. 28. per tot. lib. 1. & Menoch. de præsump.
39 lib. 3. præsum. 4. per tot. Et licet metus actu nõ inferatur, sufficit tamen si adsit potentia coactionis, vt puta si iuuenis in fraganti repertus cum puella ab eius consanguineis, metu imminentis mortis cum ea matrimonium cõtrahat, iuxta not. per Alexan. in cons. 48. vol. 4. Paris. in cons. 69. num. 15. & seq. volum. 4. Barbat. in cons. 54. in vlt. dub. vol. 1. & Io. Francis. de
40 Pont. in d. cons. 44. per tot. Quæ conclusio vera est, etiam si metu passus causam dederit coactioni, l. nec timorẽ, §. 1. ff. de eo quod met. cau. glo. communiter recepta in c. veniens 2. de sponsal. Fely. in c. cum inter num. 20. de except. &
41 Couarr. in d. cap. 3. §. 5. nu. 7. Sicut in simili dicitur, quòd inimicitia est potissima causa recusandi Iudicem, & testes, etiam si recusans fuerit author inimicitiæ, dummodo non constet eam affectasse data opera ad illum finem, iuxta not. per glo. in l. Atletas, §. 1. ff. de excusat. tut. plenè Rip. in c. 5. nu. 24. de iudic. Rol. a Vall. in cons. 24. nu. 46. & seq. vol. 1. & alios quos plenè cumulat Farinac. in tracta. de testib. q. 54. nu. 18. pro qua conclusione multa alia plenissimè refert Hippol. de Marsil. in l. 1. §. cum quis latrones, nu. 4. cum plur. seq. ff. de quæst. & Castell. Cott. in memorab. in ver. inimicitiæ capitales, prope finem, vers. quartum & vltimum.
42 Hinc est, quòd si graues inimicitię superueniãt inter testatorem, & legatarium, censetur reuocatum legatum, non obstante, quòd testator dederit causam inimicitię absque culpa legatarij, vt plenè docet Molin. de primogen. hispan. lib. 1. cap. 9. nu. 38. per tex. singularem in l. filio, §. Seia. ff. de adim. leg. & alij, quos pro hac conclusione cumulat Menoch. in d. tract. de præsum.
43 lib. 3. præsum. 37. sub nu. 22. & seq. Imò quod etiam si inimicitia sit contra testem, vel Iudicẽ affectata ab eo, qui procurat eos tãquam suspectos reuocare, sit etiam sufficiens causa recusationis, cùm adhuc militet eadem ratio, quòd propter odium contractum præsumantur veritatem, & iustitiam opprimere, intrepidè tenuit insignis Doctor Io. Lopez. in repet. rubr. de donat. int. vir. & vxo. §. 78. sub nu. 29. verũ concludit, quòd contra temerè affectantem huiusmodi inimicitiam cum testibus, ad finem eos repellendi à testimonio, dautur remedia competentia contra subtrahentes probationes aduersariorum, iuxta not. in cap. cùm causam, et in cap. constitutus, de testib. quod bene no-
44 tandum est, cùm sit magna decisio. Multæ autẽ sunt coniecturæ, ex quibus metus præsumitur purgatus, ita vt matrimonium ab initio nullũ tanquam vi, & metu contractum, ex tacito superuenienti consensu conualescat, quas plenè referunt Couar. in d. c. 3. §. 6. nu. 1. & seq. Neuiz. in cons. 46. et seq. Alex. de Neuo in consi. 3. nu. 6. latè Io. Bapt. Laderch. in cons. 17. per tot. Stephan. de Gaet. in d. c. ad limina, §. 4. nu.
45 454. Menoch. de præsump. lib. 3. præsum. 4. nu. 24. & seq. et Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 18.
45 per tot. Sed circa hãc conclusionẽ animaduertendum est, quòd licet de iure communi matrimonium metu contractum ex sequenti cohabitatione, & copula, ac superuenienti libero consensu ratificetur, vt communitèr affirmare videntur omnes supradicti Doctores, per tex. in cap. ad id, de sponsal. et matrim. omnes tamen affirmant, & præcipuè Abb. in d. cap. ad id, sub num. 1.

num. 1. quod ratificatio non retrotrahitur, ſed matrimonium incipit valere ex eo tempore, quo conſenſus ſuperuenit, non autem prout ex tunc, quando fuit nulliter contractum propter metum, vnde perneceſſe infertur, quod hæc concluſio procedit ſolùm de Iure communi, ſed omnino ceſſat poſt publicationem Sacri Concilij Tridentini, quo cautum eſt ſolum cõſenſum non ſufficere ad inducendum matrimonium validum, ſed opus eſſe, quòd obſeruentur ſolemnitates in eo traditæ pro forma, & præcipuè verba expreſſa contrahentium cum præſentia parochi, & conſequenter ex ſolo præsũpto, vel expreſſo conſenſu ſuperueniẽti nullo modo poteſt conualidari matrimonium, quod erat nullum ab initio, niſi accedant debitæ ſolemnitates in dicta Tridentina Synodo requiſitę, vt notabiliter animaduertit *Thom. Triuiſ. in tract. de ſponſal. in 7. priuil. num.* 32. quod etiam conſiderauit oculatiſſimus *Menoch. in d. tract. de præſump. lib.* 3. *præſum.* 1. *ſub num.* 98. *verſ. prædicta tamen præſumptiones*, & idem innuit *Fab. Turret. in conſ.* 15. *nu.* 23. *lib.* 2. & plenius explicat *Didac. Spin. in ſpec. teſt. inglo.* 15. *de filijs legitimat. ſub nu.* 65. *verſ. ſic*
46 *etiam dicendum*. Et demum pro huius capituli complemento ſciendum eſt, quòd in matrimonijs non ſolum requiritur conſenſus liber, & ſimplex, ſed etiam purus, & abſque vlla conditione ſuſpenſiua contra eiuſ ſubſtantiam, vt expreſsè cauetur *in cap. fin. de condit. appoſ.*
47 Hinc dubitatur an valeat matrimoniũ, ſi quis dicat, accipiam te in vxorem, ſi te virginem inuenero, pro cuius articuli reſolutione, vide *Boer. in conſ.* 40. *n.* 128. *& ſeq. & Didac. Spin.*
48 *in ſpec. teſtam. inglo.* 15. *nu.* 64. Quæ autem ſunt conditiones, quæ annullant matrimoniũ, vel potius reijciuntur, ac ſi non eſſent appoſitæ? pleniſſimè explicat *Sanch. in d. tracta. de*
49 *matrim. in* 5. *lib. diſput.* 1. *cum alijs ſeq.* Et q; etiam matrimonium ſpirituale, vt puta ſi quis religionem ingreditur, & in ea profeſſionem facit per vim, & metum coactus, ipſo iure annullatur, præterquàm ſi poſtea ceſſante metu profeſſionem factam tacitè ratam habuiſſet, clariſſimè probat tex. *in cap.* 1. *de his quæ vi, metuſue cauſa fiunt*, quam concluſionem plenè explicat *Rebuff. in conſ.* 116. *per tot.* ſed circa hoc videnda ſunt, quæ ſtatuit *Sacroſancta Trident. Synod. in* 24. *ſeſſ. cap.* 19. & in alijs quatuor capitibus præcedentibus, in quibus ſpecificè cautum eſt, qua ætate ſit facienda Monacorum, & Monialium profeſſio, & cum quibus ſolemnitatibus, ad hoc, vt omnis vis, & metus ſuſpitio euitetur, & quomodo ſi aliter fiat, an-
50 nulletur. An autem ſolus metus reuerentialis ſufficiat ad annullãdam profeſſionem religioſis? vide *Thom. Sanch. in d. tracta. de matrim. lib.* 4. *diſp.* 6. *q.* 2. *num.* 17. *& ſeq.* Et ex quibus profeſſio facta à Moniali dicatur nulla, vel præſumatur meticuloſa? plenè explicat *Io. Franc. de Pont. in conſ.* 10. *lib.* 2.

CAP. TERTIVM.

Patre Iudici offerente filium capitalis criminis reum, pœna minorari debet, quæ concluſio non ſolum procedit in deſertore militiæ, de quo propriè loquitur tex. in l. milites agrum. §. deſertorem. ff. de re milit. Sed etiam in omnibus alijs criminibus, & multis alijs ampliatur modis. Quis autem ſit propriæ militiæ deſertor, aliaq; non vulgaria ad materiam delictorum militarium ſpectantia plenè referuntur.

SVMMARIVM.

1 *Pater offerendo Iudici filium capitalis criminis reum pœna mortis naturalis inferenda non erit.*
Quod an reſtringatur in deſertore militiæ, nu. 2. *&* 3.
Primo ampliatur in crimine læſæ maieſtatis, nu. 4.
Secundo ampliatur in filio hæretico à patre oblato, nu. 5.
Tertio ampliatur in patre bannito præſentato à filio, nu. 6.
Quarto ampliatur in filio inquiſito præſentato à matre ſecundum communem opinionẽ, nu. 7. *&* 8.
9 *Hiſtoria de filio ſe offerente remigare pro pa-*

tre cōdemnato, quod vterque liberatus fuit ab Illustriss. Prorege Sicilia.
Historia contraria detestabilis de patre seu iusso mori à Rege Petro, quia rogauerat se pro filio delinquente occidi.
10 *Militia desertor quis propriè sit, & quibus pœnis subijciatur, & nu. 11. remissiuè.*
12 *Centurioni an liceat impunè occidere militē, à quo offenditur, remissiuè.*
13 *Capitanei fraudantes militum stipēdia qualiter puniantur, remissiuè.*
14 *Capitanei qualiter puniantur, si asserant habere maiorem numerum militum, quàm habent, vel si submittant vnum pro alio.*
Primo ampliatur in Thesaurarijs, Cardinalium, nu. 15.
Secundo ampliatur in Iudicibus, qui id patiuntur, nu. 16.
17 *Solutiones stipendiorum fieri non possunt per substitutos.*
18 *Militis confessio de recepto nō sufficit ad probandum receptionem stipendiorum.*
19 *Stipendij solutio requirit scripturam cum nonnullis solemnitatibus.*
20 *Stipendia militum non sunt ære alieno obnoxia, nisi in subsidium.*
21 *Militi & Clerico relinquendum tantum est, vt victus non desit.*
Primo ampliatur idem esse quoad arma, & in scolari quoad libros, nu. 22.
Secundò ampliatur etiam procedere in Intertenitis, nu. 23.
24 *Milites Intertenitis sunt nobiles, & stipendia eis debentur, etiam pro tempore, quo sunt carcerati, aut aliter impediti. Fallit in alijs stipendiarijs.*
25 *Miles effectus post delictum an sit iudicandus ab Auditore Militum, vel à Iudice ordinario, remissiuè.*
26 *Miles an gaudeat priuilegijs militaribus tempore pacis, remissiuè.*
27 *Miles non potest suis priuilegijs renuntiare. Ampliatur idem esse in Priuilegio fori Neapolitanis concesso, nu. 28.*
29 *Militibus quærentibus hospitia illicita cum alimentis, licitum est resistere.*
30 *Milites nil aliud habere debent, nisi solam hospitationem, nec à spontè dantibus possunt aliud recipere.*
Milites contenti esse debent suis stipendijs, & ab hospitibus nil aliud recipere possunt pro victu.
Limitatur pluribus modis, ibidem remissiuè. nu. 31.
Camera reseruata Baronum sunt exempta ab onere hospitandi, nu. eod.
32 *Miles non obediens suo Superiori, quamuis res benè successerit, capite punitur.*
Ampliatur idem esse in Duce belli, qui pecuniam accipit ob militem legendum, mittendumue, nu. 33.
34 *Capitaneus, vel Dux militū, si occasione trāsitus aliquid ab Vniuersitatibus extorquet, in duplum punitur.*
35 *Milites nostri temporis an gaudeant priuilegijs militaribus, remissiuè.*
Et an pro vero milite habendus sit qui non est descriptus in rollo?
36 *Militia an sit dignitas, remissiuè.*
Milites deputati ad custodiam Principis an gaudeant priuilegijs militaribus, remissiuè.
37 *Miles non descriptus in rollo non gaudet priuilegijs militaribus.*
38 *Vassallus an teneatur iuuare Dominū suum in bello iniusto, remissiuè.*
39 *Bona capta, & erepta in bello an sint capientium, & quomodo sint distribuenda, remissiuè.*
40 *Bona christianam Religionem deserentis, & Turcarum sectam amplectentis, an sint fisco applicanda, remissiuè.*
41 *Bona à Piratis capta, & iterum à Christianis liberata, cui acquirantur, remissiuè.*
42 *Infideles fugientes à triremibus Venetorum, seu Magni Ducis, si capiantur à militibus Regis Philippi nostri in eius locis, cuius sint, remissiuè.*
43 *Milites quales esse debent, & multa eorum priuilegia, & notabilia, remissiuè.*



EX eadem quoque ratione emanauit illa notabilis decisio *tex. in l. milites agrum, §. desertorem, ff. de re milit.* qua cautū est, quòd si pater filiū capitalis criminis reū spontè Iudici offerat pœna mortis naturalis inferenda non est. Valdè enim paternæ pietati repugnat, quòd videatur filium neci tradidisse, per quem tex. gloriabatur Paul. de Castr. se quendam filiumfamilias criminis læsæ maiestatis reum ab ordinaria pœna mortis liberasse, & stante spontanea patris præsentatione per decennium tantùm visa lege prædicta relegatum fuisse, vt ipsemet *Castrens.* testatur *in l. propter insidias, C. qui accus. non poss.* vbi idem quoque affirmat Salyc. eosque refert *Cepoll. in caut. 1.* & eandem conclusionem confirmant *Fely. in cap. accusasti, nu. 3. & seq. de accusat. Afflict. in cap. imperialem, §. insuper, nu. 9. de probib. feu. alien. per Feder. Tiraq. in tract. de pœn. tempor. causa 18. num. 1. & seq.* Plaz.

Plaz.in epith.delict.lib.1.cap.38.num.5. Menoch.de arbitr.iud.lib.2.caſ.347.nu.1.et Petr. Caball. qui plures alios concordantes refert *in 3.centur.reſol.crimin.caſ.294.num.409.*
2 Et licet aliqui illius legis deciſionem reſtringere conentur ad crimen deſertionis militiæ tantùm, vt refert *Arius Pinell.in rubr.C.de bon.*
3 *mater.in 2.par.nu.32.* Nihilominus communior eſt opinio contraria, quæ fundatur in generali illius legis ratione, vt teſtatur *Gigas in tract.de crim.læſæ maieſt.lib.3 tit.fin.quæſt.6. Crau.in conſ.309.num.3.et Menoch. in d.caſ.*
4 *347.nu.1.* Qui omnes affirmant deciſionem prædictam habere locum etiam in crimine læſæ maieſtatis, & idem quoque confirmant *Rimin.iun.in rep.cap.quæ in eccleſiarum, num. 204.de conſtit. & Alcia.in tract.de præſump.*
5 *reg.1.præſump.4.nu.1.* Quibus accedunt *Alphonſ.de Caſt.in 2.lib.de iuſta hæretic.punit.cap.vlt.et Simanc.in comment.catholicar. inſtit.tit.29.nu.50.* aſſerentes filium hæreticū inquiſitori oblatum à patre eſſe mitius punien-
6 dum. Eademque deciſio ampliatur procedere etiam in filio præſentante patrem bannitum, *ex not.per Ang.in l.ſi adulterium, §.liberto, in fi.ff.de adult.Hipp.in l.1.§.inauditum,nu. 10.ff.ad l.Cornel.de ſicar.et in l.diuus, nu.15. ff.ad l.Pomp.de parricid.et in l.1.§.ad quæſtionem.ff.de quæſt.Tiraq.in d.tract.de pœn.temper.cap.19.nu.1.Menoch. in d.caſ. 347.nu.4. et Rim.iun.in d.c.quæ in eccleſiarum,nu.205.*
7 *de conſtit.* Eandemq; iuris diſpoſitionem procedere etiam in matre filium præſentante, teſtatur *Salyc.in d.l.propter inſidias,ſub num.3.*
8 Et licet *Iul.Clar.in pract.crimin.quæſt.60. num.25.in fine*, dicat, quod quicquid de iure ſit, ſe certè credere, quòd difficile eſſet hanc cautelam tutò practicari poſſe, & idem quoque affirmat *Carrer.in pract.crim.in §. nono quæro,nu.16.* Nihilominus negari non poteſt, quòd hæc concluſio eſt communiter à grauiſſimis Doctoribus approbata, & proinde malè faceret Iudex, qui ſi caſus occurreret ſaltim conſulto Principe ordinariam pœnā non minueret, vt benè animaduertit maximus Practicus *Farinac.in titu.de pœnis temper.q.98.*
9 *cau.18.nu.172.in fi.* Imò ad hoc propoſitum omnibus Principibus præ oculis exemplo eſſe debet generoſa pietas Illuſtriſs. Don Ioannis de Vega olim Viceregis in Regno Siciliæ, qui dum quidam filius habens patrem condemnatum ad remigandum, ei preces porrexiſſet, vt ſibi concederet remigare pro patre, adeò commotus fuit hac filiali pietate, quod nedùm patrem liberauit, ſed etiam filium premium, & remunerationem habere iuſſit, prout refert *Anto.de Ball.in lib.3.varior.tracta.ſub tit.de liter.diſpenſat.caſ.1.nu.190.fol.mihi 99.* Et è contra tanquàm valde deteſtabile facinus ab hiſtoricis damnatur, quòd Rex Petrus commiſiſſe fertur, dum ſenem patrem rogantem ſe pro filio delinquēte occidi, crudeliſſimus Rex huic petitioni annuendo, ita exequi iuſſit, vt narrat Federicus Epiſcopus in hiſtoria Hiſpanica, quem refert *Ioan.Lopez in c.per veſtras, de donat.inter virum et vxor.in ver.tertio ſequitur in tex.§.3.ſub num.6.verſ.vnde in*
10 *ſimili.* Et quia tex.in quo ſupradicta concluſio fundatur, propriè loquitur de deſertore militiæ, ideo ſi ſcire cupis, qui propriè ſit militiæ deſertor, & quibus pœnis ſubijciatur? vide *Marc.Ant.Eugen.in conſ.23.per totum*, & plenè *Petr.Caball.in 3.cent.reſol.criminal.*
11 *caſ.294.nu.164.cum plur.ſeq.* Et hinc ſumpta occaſione pro ornatu huius Capituli, poſtquā incidit ſermo de militaribus delictis, quæ diuerſimodè occurrere poſſunt, vide quæ circa hanc materiam plenè defendit *Tiber.Decian. in tract.crimin.tom.2.lib.7.c.15.* & pleniſſimè
12 *Caball.in eodem caſ.294.per totum.* Et ne in materia tam frequenti, & curioſa illotis manibus tranſeamus, aliqua breuiter, & remiſſiuè tantum attingemus. An ergo centurioni liceat militem à quo offenditur, impunè ocidere? vide *Eugen.in conſ.22.per totum.* & plene *Farinac.in conſ.4.nu.9.& ſeq.* & plenius *nu.20.*
13 *& ſeq.* Et qualiter puniantur Capitanei fraudantes militum ſtipendia? vide *tex.notab.in l.2.in verſ.nam ſi vſurpauerint*, cum ibi not. per *Alber.ſub nu.2.C.de offic.præfec.prætor. Afric.et in l.fin.§.pro limitaneis,C.eo.tit.Pet. Bellin.in tract.de re militar.in 8.par.tit.vn. nu.12.& 90.& Rouit.in nouiſſimis commentar.ſuper pragm.in rub.de milit ib.num.5.* Et
14 quomodo puniantur Caſtellani, ſiue Capitanei militum aſſerentes habere maiorem numerum militum quàm habent? vel ſubmittentes vnum pro alio? vide *tex.in l.excellentia,& ibi Luc.de Penn.& Io.de Plat.C.de erogat.milit. annon.lib.12.& Nicol.Moron.in tract.de*
15 *tregu.& pac.q.63.nu.2.* Qui inuehit contra Agentes, & Theſaurarios Cardinalium, qui pecuniam ex publico ærario recipiunt pro rebus tranſuehendis, aſſerentes ſe decem mulos conduxiſſe dum pauciores cōducunt, dicens, quod pro huiuſmodi fraude condemnari debent in quadruplum, ex *not.per Io.de Plat.in l.placet*
16 *C.de excuſat.muner.lib.10.* Et idem eſt in Iudicibus qui patiuntur aliquem vltra ordinarias indictionés exigere, vel vnum pro alio ſubmittunt, vt in *l.2.C.de curſ.publ.& angar.lib.12. Ioann.de Plat.in l.2.C.de decur.lib.10.& in d.l.excellentia,* & ibi etiam *Luc.de Penn.* & facit *tex.in l.illicitas,§.ne potentiores,ff.de off.*
17 *præſid.* Ad quas fraudes euitandas iure optimo cautum eſt, ſtipendiorum ſolutiones fieri non

poſſe

posse per substitutum, *l. iubemus per hanc C. de
erogat. milit. ann. lib. 12. vbi Io. de Plat. et Luc.
de Penn.* hoc benè notant, *Fel. in cap. quoniam
de offic. deleg. & Paul. de Castr. in cons. 228.*
18 *vol. 2.* qui sub nu. 1. dicit vnũ notabile, Quod
ad probandum stipendiorum receptionem nõ
sufficit militis confessio de recepto, nam aliud
est recipere, aliud recepisse confiteri, iux. not.
19 per *Bart. in l. 2. ff. si cert. pet.* Et de solutione
stipendij est conficienda scriptura cum non-
nullis solemnitatibus, iux. formam traditam
per *Luc. de Penn. in l. per hanc col. 5. C. de nu-
mer. actuarior. lib.* 12. omninò videndum. Hu-
20 iusmodi autem stipendia non sunt æri alieno
obnoxia, nisi in subsidiũ, *l. stipendia, C. de exeq.
rei iudic. & l. commodu, ff. de re iudic.* vt notat
21 *Boer. in decis. 326. nu. 3.* qui subdit militi, &
Clerico tantum relinquendum esse, vt victus
nõ desit, ad hoc vt Reipublicæ, & Ecclesiæ ser-
22 uire possint. Et hoc priuilegio gaudent etiam
milites quoad arma, & scolares pro libris, se-
cundũ *gl. in l. nepos Proculo, ff. de verb. signif.*
super quibus nullo modo exequutio fieri po-
test etiam pro pensione domus in qua habitant
nisi in subsidium, vt refert *Carrot. de locat. &
conduc. sub tit. de sublocat. q. 6. nu. 20. fol. mihi
94. à ter.* quod priuilegium fuit militibus nouę
militiæ confirmatum per *Reg. pragm. 6. sub
tit. de milit. in c. 9.* vbi expresse cauetur, quod
pro quouis debito non possit fieri exequutio
super eorum armis, equis, & vestibus, sub qua
exemptione virtualiter eorũ personas quoque
cõtineri, efficacissime probat *Regius Consilia-
rius Matthaeus Patignus,* qui ob eius doctrinã,
humanitatem, cæterasque inexplicabiles vir-
tutes ita omnium animos attrahit, vt nemo su-
premi Magistratus honorem ei nõ deprecetur,
& ex toto corde acclamet, in elegantissimis *cõ-
mentar. super pragm. 15. de milit. nu. 42.* quæ
nuper fuerunt impressa inter comment. Regij
Consiliarij Rouiti, quam conclusionem vali-
dissimis rationibus, & authoritatibus optimè
fundat, reprobata opinione *Regen. de Ponte
in tract. de potest. Proreg. in tit. de assen. reg. §.
7. nu. 43.* dicentis per collaterale Consiliũ con-
sueuisse expediri prouisiones quod contra mi-
lites nouæ militiæ exequatur de persona, sub
prætextu quod regia pragmatica solum loqui-
tur de armis, equis, & vestibus, hoc enim, quod
forte erat dubium, refert declaratum fuisse per
Illustrissimum Ducem de Alcala sub die 14. Iu-
nij 1563. his verbis respondendo Mattheo de
Afflicto, *En lo de la execucion de las deudas, os
he respondido Señor, que es cosa clara que si no
se haze en las armas vestidos, y cauallos, menos
se ha de hazer en las personas,* & ita testatur
fuisse deinde expeditas prouisiones per alios
Proreges successores, ita vt dici possit hoc iure
23 vtimur. Et eodem priuilegio fruuntur ij, qui
in hoc Regno vulgariter nuncupãtur Interte-
niti, quos verè milites esse, & omnibus milita-
ribus prerogatiuis gaudere plenè probãt *Garz.
Mastrill. in decis. 173. in 2. par. & Franc. del
24 Castill. in decis. 105. per totam.* Imo eis deberi
stipendia etiam pro tempore quo sunt carcera-
ti, aut aliter impediti, quamuis secus sit in alijs
Stipendiarijs, eosq; esse nobiles, & pro delicto
suspendi non posse, refert *Mutius Surgens in
tract. de Neap. illustr. in addit. fol. mihi* 371.
25 An autem miles effectus post delictum iudicã-
dus sit ab Auditore militum, vel a Iudice ordi-
nario? plenè explicat *Petr. Caball. in resolut.
26 crim. cent. 2. cas. 147. per tot.* Et an milites tem
pore pacis gaudeant priuilegijs militaribus?
pulchrè declarãt *Petr. Bellug. in specul. princ.
rubr. 20. in §. quia post ecclesiam, Menoch. in
cons. 908. per tot. Petr. Bimius in cons. 101. nu.
2. & seq. lib. 2. nouissimè Mastrill. in decisio.
173. per tot. in 2. par. Vincent Franch. in decis.
88. March. de Pont. in tract. de potest. Proreg.
sub tit. de assen. reg. §. 7. nu. 47. & per totum,*
& alij relati per *Consiliar. Rouit. in comment.
super pragm. in rubr. de milit. nu. 6. & latius
in pragm. 16. nu. 1. cum plur. seq. in nouissima
27 editione.* Et quòd miles non potest suis priui-
legijs renuntiare, cum sint concessæ toti ordi-
ni militari, cui præiudicare non potest, multis
rationibus, & authoritatibus probat *Petr. Ca-
ball ind. cas. 225. nu. 25. & seq. & nu. 253. &
28 seq.* Idem enim esse in priuilegio fori Neapoli-
tanis concesso, vt eis renuntiari non possit, per
eandem rationem, refert *Vrsil. in decis. 41. sub
nu. 9.* quem refert *Rouit. in pragm. 5. nu. 3. sub
29 rubr. vbi de delicto quis conuen. deb.* Notan-
dum quoque est in hac materia, quòd licitum
est resistere militibus quærentibus hospitia il-
licita cum alimentis, *l. deuotum, C. de meta. &
epidemetat. lib. 12.* vt in spetie notant *Bald. in
extrauag. qui sint rebell. in ver. rebellando, &
in l. prohibitum, C. de iur. fisci lib. 10. & Natt.
30 in cons. 83. nu. 11. lib. 1.* Nam de iure milites
nil aliud habere debent, nisi solam hospitatio-
nem, nec a spontè dantibus aliquid eis recipere
licet, vt expressè cauetur *in l. vn. C. de salgam.
hospit. non praest. lib.* 12. quod procedit etiam
si adesset consuetudo in contrarium, secundum
Luc. de Penn. in ead. l. vn. Nam milites debent
esse contenti suis stipendijs, vt cauetur *in cap.
militare, 23. q. 1.* & nihil penitus ab hospitibus
ratione victus recipere possũt, *l. 3. C. de erogat.
milit. annon. lib. 12.* vt pulchrè notant *Catell.
Cott. in memorab. in ver. militibus,* plenè *Rol.
à Vall. in cons. 66. nu. 4. cum plur. seq. vol. 1. &
nouissimè Gasp. Thes. in q. foren. 93. nu. 6. lib. 1.*
31 Patitur autem hæc conclusio aliquas limita-
tiones, quas pulchrè refert *Io. Grand. in tract.*
de

de bell. exul. in prædicamen. habitus, in ver. Secundo quæro, nu. 3. fol. mihi 133. a terg. & multis quoque modis notabiliter declaratur per *Reg. Consiliar. Rouit. in pragm. 3. sub tit. de militib. nu. 4. cum plur. seq.* nec prætereũdũ est, quod ab hoc onere hospitandi milites sunt exemptæ illæ terræ, quæ a Baronibus eliguntur in Cameras reseruatas, vt expressè cautum est per *Capitulum Regis Roberti 32. fo. 61.* & per aliud *Cap. Cesareæ Maiestatis 4. fo. 124.* de cuius exemptionis initio plenissimè discurrit *Mut. Surgent. de Neap. illustr. in addit. cap. 23. nu. 42. fol. 375. vsque ad fo. 415.* Et pro hac electione in Cameram licitum est Baronibus aliquid ab Vniuersitatibus exigere, vt *idem Author asserit fo. 395.* & ita per Sacrum Consilium iunctis aulis iudicatũ fuisse testatur *Reg. Consiliar. Rouit. in prag. 5. de Administ. Vniuersit. §. 19. nu. 39.*

32 Notandum quoque est in hac materia, quod Dux belli, vel miles nõ obediens mandato Principis, aut sui Superioris, quamuis res benè successerit, capite puniendus est, *l. 3. §. in bello, ff. de re militar. & in l. 1. in fi. C. de offic. præfect. prætor. vt notat Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 365. nu. 14. & seq.* Verùm hæc conclusio singulariter limitatur non procedere, quando miles, seu Capitaneus contrauenit mandato sui Superioris ex aliqua noua causa superueniente, vel alia suo Superiori incognita, vt not. *Cremen. in sing. 151. incip.* mandatum fuit factum à Principe, cũ quo concordant *Tiraq. de pœn. temper. in præfat. num. 37.* & alij relati per *Bouadill. in sua polit. lib. 4. cap. 2. sub nu. 27. lit. A.*

33 Item Dux belli, qui ob militem legendum, mittendumue pecuniã accipit, l. Iulia repetund. tenetur *l. eadem lege, §. lege Iulia, ff. ad l. Iul. repetund.* Vnde exilio vel alia pœna grauiori punitur, *l. lex Iulia, §. bodie, ff. eod. titu.*

34 Et si occasione transitus aliquid ab Vniuersitatibus extorquet in duplum conuenitur, vt refert *Pet. Caball. in d. cas. 294. nu. 271.*

35 An autem Milites nostri temporis gaudere debeant militaribus priuilegijs? vltra not. per *Doctor. in l. centurio ff. de vulg. & pupill. & in rubr. C. de milit. testam. vide omnino Io. Vinc. Honded. in cons. 83. nu. 96. & seq. volum. 1. Brun. in tract. de cess. bonor. in 4. par. princ. q. 11. nu. 2. Petr. Bellug. in specu. Princip. rubr. 20. §. quia post ecclesiam, per totum,* qui pulchram, & notabilem distinctionem refert, & alios plenè relatos per *Farinac. in cons. 95. nu. 1. cum seq. Bouadill. in sua politica lib. 4. cap. 1. nu. 14. Franc. del Castillo decis. 105. nu. 12. & seq. & Rouit. in pragm. 1. de militib. num. 3. & in nouissima editione super eadem pragm. nu. 6.* qui approbando distinctionem *Alex. Trentacinq. in tracta. de subslit. par. 4. cap. 8. nu. 6.* dicit, quod Milites ordinarij stipendiati à Regia Curia, etiam si resideant in præsidijs arciũ vel Ciuitatum, omnibus priuilegijs militaribus gaudere debent, milites vero, qui non sunt ordinarij stipendiati non gaudẽt militaribus priuilegijs, nisi quando actu seruiunt, quod dicit esse valde notandum respectu militum nouæ militiæ, *Reg. Consil. Rouit. in prag.*

36 *1. de milit. nu. 3.* Et an militia sit dignitas, & an milites deputati ad custodiã Principis gaudeant militaribus priuilegijs? vide *Farinac. in d. cons. 95. & in cons. præcedenti, per totum.*

37 Et an pro vero milite habendus sit is, qui adhuc non reperitur descriptus in Rollo? vide omnino *Farinac. in cons. 4. nu. 9.* qui pluribus iuribus probat, quod nõ gaudet priuilegijs militaribus is qui in numerum militum relatus non est, & præcipuè per *tex. notab. in l. ex eo, ff. de militar. test.*

38 Sed an vassallus teneatur iuuare Dominum suum in bello iniusto? vide *Andr. in cap. 1. in princ. quib. mod. feud. amitt. & plenè Nicol. Mozzin. in tracta. de feud. in tit. in quib. caus. feud. amitt. nu. 96.*

39 Et an mobilia capta, & erepta in bello acquirantur capientibus, & quomodo sint inter milites distribuenda? & quid de personis, & alijs? vide quę plenè referunt *Petr. Caball. in resolut. crim. centur. 2. cas. 140. per tot. latè Lanar. in cons. 84. Io. Franc. de Pont. in cons. 93. & in tract. de potest. Proreg. sub tit. 11. de triremib. nu. 3. cũ plur. seq. fol. 523. & in decis. 21. per tot. & nouissimè Gasp. Thes. in q. foren. 98. per tot. lib. 2.*

40 Et an bona eius, qui christianam Religionem deserens Turcarum sectam amplectitur, sint fisco applicanda? vide *Iacob. Berrett. in cons. 97 per tot.*

41 Et quid de bonis à piratis captis, & iterum a Christianis liberatis? vide *Vincen. de Franch. in decis. 268. & Petr. Caball. in dict. cas. 140. num. 7. & sequen.*

42 Et quid si infideles fugientes ab impetu, & incursu triremium Venetorum, seu Magni Ducis Etruriæ appulerint in aliquam partem huius Regni, ibique à militibus suæ Catholicæ Maiestatis efficiantur captiui, an capientium preda, vel potius illorũ, ob quorum vim coacti aufugerunt, iudicandi sint? vide *Garz. Mastril. in decis. 180. per tot. in 2. par.* Et an merces particularium repertæ super naui Infidelium efficiuntur capientium? vide *Hortent. Caualc. in tract. de braeb. reg. in 1. par. nu. 281. lib. 6. & plenius in fragmen. in 6. par. fragm. 25. nu. 2. cum plur. seq.*

43 Quales autem debeant esse milites? & multa eorũ priuilegia, aliaq; notabilia ad hoc propositum, vide penes *Gul. de Bened. in cap. Raynutius, de testam. in ver. testamentum, nu. 21. cum plur. seq.* Fateor equidẽ; quod hæc videntur à materia, de qua agimus, aliena, sed sumpta occasione ea referre ausus sum, nam credo, quod legenti non erũt iniucunda, nec inutilia.

CAP.

CAP. QVARTVM:

Pater de Iure antiquo vitæ, necisque potestatem in filios habebat; hodie vero solum potest filium inobediensem à Iudice carcerari, & castigari facere, eumque moderatè corrigere, quæ conclusio pluribus modis declaratur, & ad maritum, aliasque personas, quibus permissa est correctio, extenditur;

SVMMARIVM.

1 *Pater de Iure antiquo habebat potestatem vitæ, & necis in filium.*

Patris potestas maior olim erat in filium, quã Domini in seruum.

2 *Pater hodie potest tantum filium inobedientẽ ad sui libitum à Iudice castigari, & carcerari facere, ac punire.*

Quod declaratur, si pater est persona honesta, & discreta, aliàs secus, nu. 3.

Ampliatur procedere etiã respectu filij emancipati, vel filij naturalis tantum, nu. 12.

4 *Potestas eadẽ concessa est matri, alijsq; transuersalibus maioribus, & propinquis, sed circa modicam correctionem tantum.*

5 *Filius potest hodie à Patre verberari, & omnes iniurias debet sustinere.*

Limitatur in iniuria intollerabili, quo casu cogetur filium emancipare, nu. 10.

Primo ampliatur procedere etiam in iniuria ab Auo illata nepoti. nu. 6.

Secundo ampliatur procedere in filio quoque emancipato, & in filio naturali tantum, nu. 12.

Tertio ampliatur, quia verberans filium Clericum in minoribus non erit excommunicatus, nu. 13.

Quod fallit si verberaret filium in sacris constitutum, tunc enim pater incurreret in pœnam spiritualem excommunicationis, & in pœnam quoque temporalem, nu. 14.

Quarto ampliatur etiam in filio spirituali, et pœnitentiario, nu. 15.

Quinto ampliatur in patre adoptiuo, qui filiũ adoptatum in sua potestate habet, nu. 19.

7 *Filius si resistat Patri verberanti, eumq; percutiat, potest impunè occidi.*

Et ita semel pater absolutus fuit, nu. 8.

Fallit si appareret ex nimio excessu magna patris inhumanitas, nu. 9.

10 *Pater intollerabili iniuria filium afficiens, cogetur à Iudice ad emancipandum.*

Verba patris ignominiosa irrogant filio infamiam facti.

11 *Dominus nimis malè tractans seruum cogitur ad vendendum.*

16 *Vitrico non licet Priuignum verberare.*

17 *Contra Vitricum potest instituì famosa actio de furto.*

18 *Vitricus potest in ius vocari à priuigno sine venia.*

20 *Maritus potest vxorem verberare, sed modicè, & nu. 27.*

Quod Iudicis arbitrio relinquitur, nu. 28.

Ampliatur etiam si maritus præstitisset cautionem de non offendendo, eodem num. 20. in fine.

21 *Vxor verberata vltra modum à viro diuertere potest.*

Quo casu vxor debet ali à marito extra eius domum. nu. 24.

Et tunc vir tenetur restituere vxori dotem, & donationem propter nuptias, nu. 25.

Nec dotem vxor amittit, si eo casu adulteriũ commiserit, nu. 26.

22 *Sæuitia connumeratur inter potissimas causas separandi thorum.*

23 *Flagellatio connumeratur inter sæuitias.*

29 *Causæ separandi thorum inter Coniuges, remissiuè.*

30 *Frater maior potest minorem castigare.*

Seniores nõ coniuncti possunt etiam iuniores impunè castigare.

31 *Præceptor verberare discipulum potest, sed moderatè.*

32 *Famulus à Domino suo castigari potest, sed leuiter.*

33 *Abbas potest Monacum verberare moderatè, & causa subsistente.*

34 *Baro verberare potest modicè Vassallum suũ.*

35 *Baro nimis Vassallos suos malè tractans eorũ iurisdictione priuatur, & nu. 37.*

Quod declaratur dummodo præcedat trina monitio Superioris, nu. 36.

Et requiritur talis monitio quando Baro delinquit in omittendo, secus in committendo, nu. 38.

39 *Officialis ſeuerus nimis, an cogatur renunciare?*
Et an ei iniuſtè exequenti liceat reſiſtere, remiſsiuè.
40 *Reſiſtens familiæ Curiæ an poſſit impunè offendi, remiſsiuè.*
41 *Familiæ Curiæ an credatur, remiſsiuè.*
42 *Officialis an poſſit cognoſcere de iniuria illata ſibi, vel eius familiæ, remiſsiuè.*
43 *Satellites vulnerantes quem capere volebant, qua pœna puniantur, remiſsiuè.*
44 *Priuati carceris pœnam non incurrunt, qui Iure ſuperioritatis aliquem includunt in aliquo loco.*

1 EX eadem quoque immenſi amoris paterni ratione moti aliqui legiſlatores, adeo de patris clementia erga filiũ confiſi fuerunt, quòd ei etiam vitæ & necis liberã, & abſolutam tradiderunt poteſtatem, vt refert *I.C. in l. in fin. ff. de liber. & poſth. & Imperator in l. fi. in fi. C. de patr. pot.* quam legem prius moribus receptam, & deinde à Romulo approbatum fuiſſe teſtatur *Dioniſ. Alicarn. hiſtoriar. lib. 2.* quem refert *Camill. Borrell. in conſ. 73. num. 1. & Io. Bapt. Aſin. in prax. indit. in 2. cap. ſub nu. 19. & ſeq.* Et hoc iure vſum fuiſſe illum Virginium, qui filiam innocẽtem occidit, legitur in *l. 2. §. initium. ff. de orig. iur.* & maior erat poteſtas parentum in filios, quam dominorum in ſeruos, vt ex multorum authoritate refert *Menoch. in tract. de recuper. poſſ. in 15. remed. nu. 298. cum plur. ſeq.*
2 Sed hodie licet non adeò ampla, magna tamen eſt patris poteſtas, cùm ei liceat filium inobedientem caſtigare, eumque præſidi offerre, qui tenetur eum carcerare, & punire ad libitum, & voluntatem ipſius, vt cauetur in *l. 3. C. de patr. poteſt.* per quem tex. ita dicit *Alex. in l. moribus, nu. 24. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* &
3 idem refert *Iaffr. Balb. in deciſ. 209.* Qui tamẽ dictã legem declarat procedere ſi pater eſt perſona honeſta, & diſcreta, aliàs ſecus, arg. tex. in *l. ſi cùm dotem, §. nec non ff. ſol. matr.* & idem confirmant *Amer. de patr. pot. cap. 6. effec. 1. nu. 19. & Menoch. de præſump. lib. 5. præſ. 14.*
4 *nu. 3.* Et licet eadem poteſtas videatur etiam conceſſa matri, & alijs tranſuerſalibus maioribus, ex not. per *Dec. in l. vt vim num. 21. ff. de iuſt. & iur.* Imò etiam propinquis, per tex. in *l. vn. C. de emend. propinq.* Nihilominus hæc intelligi debent de quadam modica correctione, non autem cum ea poteſtate, vt teneatur Iudex ſequi eorum arbitrium in caſtigando filiũ, vt benè explicat *Arrius Pinell. in rubr. C. de*
5 *bon. mater. in 2. par. nu. 31.* Item licet patri verberare filium, vt inquit *Alcia. de præſump. reg. 1. præſump. 3. poſt Ang. in l. prætor edixit, §. præterea, nu. 3. ff. de iniur.* qui dixit per illum tex. quòd filius debet ſubſtinere omnia verba quantumuis iniurioſa a patre prolata, & idem dixerunt *Boſſ. in tit. de iniur. ſub nu. 2. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 364. nu. 3. & ſeq.*
6 Idque procedere etiam in iniuria illata ab Auo nepotibus, teſtatur *Gail. in obſernat. 106. ſub*
7 *num. 6. in 2. par.* Imo ſi filius reſiſtat patri eum verberanti, ipſumque repercutiat, poteſt impunè occidi, vt refert *Hipp. in pract. crim. §. aggredior, nu. 79. & ſeq. Lud. Carrer. in eius pract. in §. circa, nu. 71. & ſeq. Duenn. in reg. 192. in*
8 *2. limit.* Et in facti cõtingentia refert *Iul. Clar. in q. 56. verſ. primo etiam*, abſolutum fuiſſe per illum Senatum quendam, qui filium corri-
9 gendo, eum interfecerat. Sed quando ex nimio exceſſu appareret magna patris inhumanitas, tunc non tranſiret ſine pœna, vt conſiderat *Baiard. in addit. ad eundem Iul. Clar. in d. q. 56. nu. 7. & ſeq.* per ea, quæ dixit *Menoch. in d.*
10 *caſ. 364. nu. 15.* Imò ſi pater filium intolerabili iniuria afficeret, quamuis contra eum iniuriarum actione agi non poſſet, per tex. in *l. prætor edixit §. præterea, ff. de iniur.* Nihilominus poſſet filius Iudicis officium implorare, & tàm inhumanum patrem cogi facere ad eum emancipandum. *l. fin. ff. ſi quis à parent. fuer. manumiſſ. & §. fi. inſtit. de noxal.* Nam etiam verba patris ignominioſa irrogant filio infamiam facti, vt notabiliter inquit *Angel. in l. quid ergo, §. quantum autem, num. 2. ff. de his qui not. infam.* qui propterea exclamat contra patres, quòd multum debent ab huiuſmodi verbis pre-
11 cauere. Idem quoque eſt in ſeruo, quem dominus nimis malè tractans cogi poteſt ad vendendum, *§. ſed & maior, inſtit. de his qui ſunt ſui,*
12 *vel alie. iur. & not. Bal. in l. de iure, ff. eo.* Hæc autem procedunt etiam in filio naturali emancipato, vt benè defendit *Hipp. Rimin. in d. l. vt vim, nu. 252.* reprobata opinione *Bal.* qui contrarium tenuit *in d. l. 3. C. de emend. propin.*
13 Eandemque concluſionem ampliando dixit *Tancr. in cap. cùm beatus 45. diſt.* quem ibi refert *glo. in ver. grauioribus, et Flor. in l. ſi ſeruus. §. ſi magiſter, ſub nu. 7. ff. ad l. Aquil.* quòd etiam ſi pater verberaret filium in ſacris ordinibus conſtitutum animo corrigendi, non incurreret pœnam excommunicationis, quia manus illa non eſt iniurioſa, cùm non habeat animum iniuriandi, ſed *Archid. in eod. cap. cùm beatus*, diſtinguendo dicit, quòd filium clericũ in minoribus conſtitutum pater corrigere, & caſtigare poteſt, ſed ſi ſacros ordines habeat, ex-

excommunicationem incurrit, nam reg. tradita in c. si quis suadente diabolo, est generalis, & ab ea tantum excipitur casus, quãdo pater verberat filium clericum in minoribus, per tex. in c. cum voluntate, ad fin. de sent. excomm. ergo in reliquis non est recedendum à regula, & argumentis Tancredi respondet, quòd licet manus patris non sit iniuriosa, negari tamen non potest quin sit temeraria, ex quo facit contra ius, & manus temeraria in clericũ facit incurrere excommunicationem, c. vniuersitatis, de sent. excomm. & in hac quoque sentẽtia residet Abb. post Ant. de Butr. in eod. cap. voluntate, cum qua etiam concurrit Hipp. Rimin. in d. l. vt vim, nu. 256. quoad hoc tantum vt pater filium clericum in sacris ordinibus constitutum percutiens, in pœnam spiritualem excommu-
14 nicationis incurrat. Sed quoad pœnam temporalem format quæstionem num. 257. dicens, eam a nemine reperijsse tactam, & demum concludit nullo modo licere patri filium sacris Ordinibus decoratum verberare, idque pluribus rationibus probat, quas non repeto, cùm penes
15 eum legi possint. Item quod de patre dictum est, quòd potest filium impunè corrigere, procedit etiam in patre spirituali, cum ei maior debeatur reuerentia, quàm naturali, secundum glos. in c. qualis, 11. q. 7. quam refert Dec. in d. l. vt vim, nu. 21. & Rimin. ibidem num. 260. qui hanc conclusionem intelligit tam in patre pœnitentiario, quam in patre spirituali per rege-
16 nerationem sacri Baptismatis. Quid autem in uitrico, an ei quoque liceat priuignum corrigere? cum is etiã loco parentis habeatur, §. affinitatis, insti. de nupt. dic, quòd cũ non reperiatur iure cautum, q̃ vitricus hanc potestatẽ habeat, standũ est regulę prohibitiuę, cũ percussio sit de genere prohibitorũ, is enim qui habet regulã pro se, dicitur habere intentionẽ fundatã, secundũ gl. in l. omnis definitio, ff. de reg. iur. Dec. in l. 1. nu. 8. ff. eod. & Crauet. in cons. 77. nu. 4. & ita cõcludit idem Rim. in d. l. vt vim,
17 nu. 262. & seq. Hinc est, quòd contra vitricũ nón prohibetur institui famosa actio de furto,
18 l. si nondum, & l. de his, C. de furt. Pariq; modo potest in ius vocari sine venia, vt contra glo. tenent Fulgos. Alex. & Ias. in l. parentes, ff. de
19 in ius voc. In patre verò adoptiuo idem Rim. nu. 266. distinguit, vt si talis sit, qui filiũ habeat in potestate, veluti si auus paternus nepotem ex filio emancipato adoptauerit, vt in §. sed hodie, instit. de adopt. vel si sit arrogator, vt in l. 2. in fi. ff. eod. tit. vtique corrigendi ius habeat, ra-
20 tione superioritatis, alias secus. Sũt & alij, qui eandem corrigendi, & verberandi potestatem habent, prout est maritus in vxorem, qui potest eam ex causa modicè verberare, vt inquit Hip. in pract. crim. §. aggredior, nu. 81. Alex. in cõs. 115. nu. 3. vol. 4. plenè Signorol. de Homod. in cons. 63. per totum, Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 3. nu. 3. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cas. 364. num. 8. & seq. & plenè Bertaz. in cons. crim. 228. nu. 14. & seq. lib. 1. qui nu. 16. hanc conclusionem ampliat procedere etiam si maritus præstitisset cautionem de non offendendo vxorem, nam non rumpitur cautio per mode-
21 ratam coertionem. Hoc autem cum grano salis intelligi debet, nam per tex. in l. consensu, C. de repud. & in auth. sed nouo iure, C. eod. expressè cautum est, quòd si mulier probauerit, maritũ eam verberibus, quæ ab ingenuis aliena sunt,
22 affecisse, ab eo diuertere potest; nam viri sæuitia inter potissimas causas separandi thorum connumeratur, ita vt vxor non teneatur cum eo cohabitare, etiam si cautio offeratur, vt in §. mitiores, auth. de nupt. & in c. literas, cum ibi no
23 tatis per Abb. de restit. spol. Et inter sæuitias connumeratur flagellatio, vt inquit Bart. in l. cùm satis, num. 7. C. de agric. & censit. lib. 10. & alij quos plenè refert doctissimus Io. Aloys.
24 Ricc. in decis. 235. nu. 5. Quo casu tenetur maritus vxorem extra domum alere, secundum Bal. & Ias. in l. 1. C. de legat. & plenè Ludouic.
25 Peguer. in decis. 20. per tot. Imò tenetur etiam dotem, & donationem propter nuptias restituere, iuxta not. per Ant. Thesau. in decis. 130. nu. 2. & Vinc. de Franch. in dec. 244. in 2. par.
26 Et si eo casu mulier adulterium committat, nõ amittit dotes, cùm maritus causam dederit, vt refert Vrsill. ad Affl. in decis. 10. sub num. 10.
27 Ideo supradicta conclusio intelligi debet de modica percussione, & cũ causa, prout loquuntur Doctor. pro ea citati, sequentia verò quãdo vir acriter verberauit vxorem, vt plenè dicunt Borgnin. Cauale. in decis. Fiuiz. 18. in 2. par. num. 27. Bursat. in cons. 333. per totum, vol. 3. pulchrè Ludou. Morot. in cons. 41. Mandos. in cons. 46. Paris. in cons. 154. vol. 4 Hiero. Gabr. in cons. 161. per totũ vol. 1. nouissimè Barbos. in rubr. ff. sol. matr. in 1. par. nu. 35. & seq. & plenè Sanchez in instruct. de matrim. lib. 10. di-
28 sput. 18. num. 2. Quod totum Iudicis arbitrio relinqui, consideratis nonnullis circũstantijs optimè docet Borgn. Cauale. in d. decis. 18. sub eod. nu. 27. Hæc autem omnia procedunt quando vxor a viro diuertit culpa ipsius viri, secus verò si diuortium fieret ob culpam, & prauos mores vxoris, nam tunc nec alimenta extra domum præstare, neque dotem restituere vir tenetur, ut bene animaduertit Sanchez in d. tract. de matrim. lib. 10. disput. 20. nu. 7. & Surd. in tract. de alimen. tit. 7. q. 16. nu. 1. cum plur. seq. Verum si mulier nõ haberet aliunde necessaria ad uitæ substẽtationem, tunc ne daretur maior occasio peccandi, deberet ali à viro in aliquo loco decenti, & honesto, uel in monasterio, vt optimè

optimè inquit *R. Pater Molfes. in comment. super consuet. Neap. in 6. par. de iure dot. q.5. nu.51.* Et cùm uir, & uxor sint correlatiui, eadem regula seruanda est è conuerso, nam si diuortium fiat culpa mariti, eo casu non tenetur uxor eum alere ex fructibus dotis, nam non debet matrimonij beneficio gaudere, qui matrimonij legem ausus est uiolare, ex regula *tex. in l. ab hostibus, §. si vir vxorem, ff. sol. matrim.* vt notabiliter inquit *Bal. in l. vbi adhuc, num. 21. C. de iure dot.* qui hanc conclusionem declarat procedere, quando vir deliquit contra legẽ, & iura matrimonij, secus verò si commisisset aliud delictum, pro quo non posset cum vxore cohabitare, nam tunc fatetur quod deberet habere alimenta ex fructibus dotis, & iddem affirmat *Io. Lopez. in rub. de don. inter vir. & vxo. §.64. limit.2. nu.11. & seq.* Immo etiam in casu, quo maritus non deliquit contra legem matrimonij, sed ob eius culpam incidit in paupertatem, videtur fortè dicendum, quòd ab vxore ali non debeat, ex notatis per eundem *Bald. in cons.478. num.2. vol.5.* nam indignum est illis subueniri, qui sua culpa, & vitio incidunt in egestatem, iuxta not. per *glos. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. & per Bal. in c. ex parte, de consuet.* & plenè per *Couar. in 2. lib. var. resol. c.16. nu.9* Sed verius est, quòd si mariti culpa nõ vertatur circa ea, ex quibus thori separatio permittitur, iuxta not. per *Couarr. in epit. de sponsal. in 2. par. c.7. §.5. per tot.* tunc non obstante quouis alio delicto, ali debet ex fructibus dotis, qui propriè destinati sunt, vt matrimonij oneribus deseruiant, *l. dotis fructum, ff. de iure dot.* Verùm si mulier habet alia bona parafrenalia, seu extradotalia, fatendum est, quòd non tenetur ex eorum fructibus alere virum egenum, qui sua culpa ad inopiam deuenit, & in his terminis procedit dictum *Bal. in d. cons. 478.* & alia supra allegata, vt bene animaduertit *Surd. de alim. tit.7. q.25. nu.14. & seq.* Sed in omni casu excipiendum est, quando tanta esset mariti egestas, quòd cogeretur mendicare, tunc enim non obstante quauis eius culpa, semper teneretur vxor ex quibusuis eius bonis, saltim eleemosynaliter viro egeno succurrere, vt affirmat idem *Surd. in ead. q.25. nu.10. & 15.*
29 *& seq.* Ad quod propositum circa causas separandi thorum inter coniuges, vide quę latè cumulant *Bursat. in cons.218 vol.2. Barbat. in cons.74 incip. scribitur in libro Hester, vol.1. Menoch. de arbit. iudic. lib.2. cas.286. Soc. iun. in cons.32. per tot. vol.2. Ant. Thesau. in decis. 130. per tot.* & plenissimè *Farinac. in 4. tom. de*
30 *delict. carn. q.143. nu.179. & seq.* Frater etiam maior potest minorem corrigere, & castigare, vt post alios notauit *Tiraq. in tract. de iur. primogen. in præfat. num.141.* qui ex mente *Ang. in cons.197. in fi. & Crauet. in cons.151. nu.7.* hanc conclusionem ampliat, vt etiam senioribus non coniunctis liceat iuniores corrigere, & impunè castigare, prout cautum reperitur in antiqua lege Ligurgi, relata per Plutarc. in eius vita, qua ratione dixit etiam Plato in suis legibus lib 9. decere iuuenem a seniore verberatum id ob senectutis reuerentiam patienter ferre, prout refert *Menoch. in d. cas.364. nu.6.*
31 *& seq.* Item licita est Præceptoris leuis, & moderata correctio, & castigatio discipulorum, *l. & si quemcunque, §. fin. cum l. seq. ff. ad leg. Aquil. cum ibi not. per Bald. Bart. & Floria.* quos refert *Neuiz. in cons.75. nu.5. Rebuff. in tract. de priuil. scholar. priuil.71. Iul. Clar. in q.56. vers. poterit etiam, Menoch. in d. cas.364. nu.10. & Ant. Gail in obser.106. nu.6. in 2. par.*
32 Domino etiam licitum est moderatè percutere, & castigare eius famulum, prout in casu quo
33 consuluit *Alex. in cons.75. vol.3.* Abbas quoque subsistente causa, potest moderatè corrigere, & castigare eius Monachum, iuxta not. in *c. vniuersitatis, & in c. cum voluntate, §. fin. de sent. excomm.* quæ iura quomodo intelligenda sint, optimè explicat *Curt. sen. in consil. 79. incip. super articulo an Abbas, per tot.* Et idẽ
34 est in Barone, cui similiter permissa est castigatio moderata vassallorum, ac modica verberatio cum causa, vt dicit *Affl. in const. Reg. vt dignitatum, in fi. num.5. & Carrer. in d. §. circa*
35 *nu.72.* Quod tamen intelligendum est cũ magno moderamine, alioquin Baro nimis malè tractãs vassallos, eorum iurisdictione priuatur, iuxta not. per *Gramm. in decis.104. post Bald. in c.1. §. publici latrones, de pace ten. Crau in cons.109. nu.6. plenè Franc. Viu. in decis.447. lib.3. Peregr. in cons.3. per totũ, vol.5. & Mastrill. in cons. vn. post 1. part. suarum decisio-*
36 *num, nu.18.* Sed prius debet præcedere trina monitio Superioris, quòd eos bene tractet, vt plenè docet *Rol. à Val. in cons.18. vol.3. & in*
37 *cons.40. vol.4. & Boer. in decis.304.* Verũ hanc opinionem impugnat *Foll. in const. Reg. præsenti constitutione, nu.15.* dicens, quòd in Regno Neapolis non opus est, quòd aliqua pręcedat monitio, nam satis monent eiusdem Regni constitutiones, quæ debent esse omnibus notæ, *l. sacratissimæ, C. de legib. Bal. in rub. de succes.*
38 *rectis feud.* Nisi dicas, opiniones concordãdo, vnà cũ *Bal. & Præpos. in d. §. publici latrones,* quòd tunc requiritur monitio, quando Baro delinquit in omittendo, secus verò si in cõmittendo, iuxta doctrinam *Inn. in c. extirpandæ, de præb.* quẽ sequitur *Natt. in cons.174. nu.12.* & ita has opiniones conciliant *Ant. de Ballis in suis varijs tract. lib.4. q.2. nu.72.* & alij relati per *Pereg. in cons.3. nu.14. vol.5.* vel secundum alios, quòd prima opinio procedit, quãdo

agitur de totali priuatione feudi. Secunda verò quando agitur de eximendo vnum, vel duos à iurisdictione Domini propter eius sæuitiam, vt refert idem *Peregr. in eod. consf. 3. num. 15.*
39 An autem idem fit in Officiali, & nunquid ei iniustè exequenti resisti? quia quæstio est nimis ampla, & aliquantulum remota à præsenti materia, ideo me remitto ad ea, quæ plenè cumulat *Hipp. Rimin. in repet. d. l. vt vim nu. 271. cum plur. seq. & Carr. in d. §. circa, nu. 73. cum seq.* & aliqua quæ tangit *Ducun. in reg. 191. in 8. ampliat. & in reg. 192. in fin. in 4. limit.* & plenè *Ant. de Ball. Sicul. in suis varijs tracta. lib. 3. sub tit. de liter. dispensator. cas. 7. per tot.*
40 Et an resistens familiæ Curiæ possit impunè offendi, plenè explicat *Petr. Caball. in resolut.*
41 *crimin. cent. 2. cas. 132. per tot.* Et an credatur eisdem de familia? vide *eundem in cap. 126. &*
42 *seq.* Et an Officialis possit cognoscere de iniuria illata eius familiæ, vel sibi, vide eundem in
43 *cap. 128.* Et qua pœna puniantur satellites vulnerantes eum quem capere volebant? vide *Menoch. de arbitr. iud. in 6. cent. cas. 578. per*
44 *tot.* Et demum pro complemento huius capituli sciendum est, quod omnes supradicti, qui Iure superioritatis ius corrigendi, & castigandi habent, si correctionis causa personas sibi subiectas in aliquo loco recludunt, priuati carceris pœnam non incurrunt, prout per tex. in *l. 3. §. 1. & 2. ff. de liber. hom. exhiben.* dixerunt *Cyn. Alber. & Salyc in l. 1. C. de priuat. carcer.* & exemplum in Patre, in Domino, in Marito, & Abbate, ponit late *Boer. in decis. 275. per totam*, quæ tamen conclusio qualiter intelligenda sit? benè declarat *Addit. ad Bertazzol. in consf. crim. 426. in versf. prætere a licet, vol. 2.*

Finis Cap. Quarti.

CAP. QVINTVM.

Pater tenetur filium captiuum ab hostibus redimere, & iddem est econuerso, & si tertius soluit pecuniam pro redemptione filij, eam potest à patre etiam inuito repetere; Ex qua cõclusione multa alia eliciuntur notabilia, & quotidiana.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur filium captiuum ab hostibus redimere.*
Ampliatur, quia si alius soluisset pro redemptione filij, potest à patre inuito repetere, etiam si emancipatus esset, & ei portio fuisset assignata, nu. 2.
3 *Soluens pro alio ob necessariam eius salutem, potest eum inuitum cogere ad restitutionẽ pecuniæ solutæ.*
Primo ampliatur, quia expensæ erogatæ pro aliquo infirmo ab eo repeti possunt, eodem num. 3.
Secundo ampliatur, quia pecunia soluta ab vno ex tribus socijs captis à latronibus pro eorum redemptione potest pro rata ab alijs repeti, nu. 4.
5 *Filius tenetur redimere Patrem captiuum, aliàs priuatur eius successione, & tunc bona applicantur Ecclesiæ, & nu. 6.*
7 *Furioso succedit extraneus, qui eius curam habuit exclusis consanguineis, qui illum dereliquerunt.*
Ampliatur nam si ab extraneis, etiam furiosus derelinquatur, succedet Fiscus, eodem num. 7.
8 *Bona subiecta restitutioni possunt alienari pro redemptione hæredis instituti.*
Primo ampliatur, quoniam substituti priuãtur hæreditate, si opponerent ad impediendam venditionem, nu. 9.
Secundo ampliatur nedum procedere. Si quis esset captus ab Infidelibus, sed etiam à Christianis, nu. 10.
Limitatur non procedere pro redimendo carcerato pro delicto, vel debito eius culpa, num. 11.
12 *Dominus sua culpa carceratus non potest petere adiutorium à suis vassallis.*
13 *Vxor pro liberando marito eius culpa carcerato obligari non potest, secundum aliquos Doctores, sed alij tenent contrarium, nu. 16. & 17. & distinguitur nu. 19.*
14 *Mater intercedens pro liberando filio carcerato non est molestanda. Quamuis alij Doctores contrarium teneant, nu. 15.*
17 *Mulier potest vendere fundum dotalem pro liberando marito à carceribus, ac etiam pro exoneranda illius anima, nu. 18.*

20 *Mi-*

20 *Minor 25. annis alienãdo bona absque solemnitatibus pro redimendo suo coniuncto à captiuitate non restituitur.*

Primo ampliatur nec etiam esse restituendũ, si vendit pro liberando Patre, vel alio coniuncto à carceribus, quamuis sua culpa detineatur, nu. 21.

Secundo ampliatur, cùm nulla exceptio admittatur, stante liberatione propriæ personæ, nu. 22. 23. & 24.

25 *Soluens pecuniam pro captiuo, vel carcerato redimendo, non præsumitur soluisse animo donandi.*

Primo fallit in patre soluente, nu. 26.

Secundo fallit quoque in matre, nu. 27.

Tertio fallit etiam in Ecclesia, quæ expensas solutas pro redemptione captiuorum ab eis non repetit. nu. 28.



1 Icut autem Patri permissa est filij coertio & carceratio; ita ẽt naturali pietate tenetur eũdem, si fortè captiuus reperitur, ab hostibus redimere, vt cauetur in *auth. si captiui, in fi. C. de epis. & cler.* cuius meminit *Ant. de Padilla in authen. res*
2 *qua, nu. 95. C. commu. de legat.* Imò si alius soluisset pecuniam pro redemptione filij, potest eam à patre inuito repetere, etiam si filius esset emancipatus, vt ei fuisset sua portio assignata, vt notabiliter consuluit *Pau. de Castr. in consi. 443. in 1. vol.* quem refert, & sequitur *Boer. in*
3 *decis. 126. nu. 14.* Nam regulare est, quòd quandoquis soluit pro aliquo ob necessariam eius salutem, potest eum inuitum cogere ad restitutionem pecuniæ pro eo solutæ, vt affirmat *Cagnol. in l. inuito, nu. 7. ff. de reg. iur.* qui hinc infert, quòd expensæ erogatæ pro aliquo infirmo ab eo repeti possunt, pro qua conclusione plures alios refert *Io. Vinc. de Ann. in sing. 184.*
4 Et hinc in facti contingentia refert *Vrsill. in decis. 149. nu. 7.* quòd dum tres capti fuissent à latronibus, ad finem eos redimendi, & deinde liberati sub fide vnius, qui promisit pro omnibus certam pecuniæ summam soluere, quam postea cum effectu soluere coactus fuit, ex quo ab eisdẽ latronibus eius filius interceptus fuerat, & eum minabantur occidere, conclusum fuisse, illos qui sub huius fide liberati fuerant, teneri saltem pro rata ad contribuendum solutioni factæ per illum tertium, pro qua conclusione allegat *Calcan.* omnino videndum *in cons. 81. per tot.* qui casum similem pulcherri-
5 mè defendit. Et eadem quoq; ratione filius tenetur redimere patrẽ captiuum, aliàs eius successione priuatur, etiam si institutus fuisset ab eo hæres in testamento, quod remanet solùmodo firmum quoad reliqua, vt expresè cauetur in eadem *Auth. si captiui,* per quam licet filius minor annorum decem & octo ab ea pœna excusetur, nihilominus si postea factus maior, patrem adhuc penes hostes existentem redimere neglexerit, in eandem quoque pęnam incurrit, vt testatur *Tiraquel. in tract. cau. cessan. in*
6 *prin. nu. 25.* Et eo casu bona paterna applicantur Ecclesiæ, conuertenda in redemptionem captiuorum, vt ex eadem lege plenè probat *Gul. de Bened. in repet. cap. Raynutius, de test. in ver. & vxorem nomine Adelasiam, in 5. de-*
7 *cis. nu. 260. & seq.* Hinc ex eadem ratione infertur, quòd si aliquis demens, seu furiosus à suis parẽtibus derelinquatur, & extraneus misericordia motus eum suscipiat, & de eo curam habeat, illo decedente, eius hæreditas applicatur illi extraneo, exclusis omnibus proximioribus, vt cauetur *in auth. liberi, C. de episco. aud. vbi glo.* subdit, quòd si huiusmodi furiosum sic à suis proximis derelictum nemo suscipere curauerit, tunc licet eius hæreditas acquireretur eius successoribus, tñ ab eis tanquã ab indignis eã fiscus auferret, iux. not. *in l. 3. ff. de his quib. vt indig.* cum alijs iuribus concordantibus ibi allegatis per gl. quam conclusionem pluribus exornant idem *Gul. de Benedic. in eod. loco supra allegato, nu. 259. cum plur. seq. & Oliuer. Textor. in tract. de success. ab intest. cap. 2. nu.*
8 *127.* Et pro hac causa redemptionis à captiuitate hostium, permittitur etiam bona restitutionis oneri subiecta alienare, vt cauetur in *auth. res qua, C. commu. de leg.* in qua ita dicũt *Bar. nu. 10. Ias. nu. 32. Paul. de Castr. num. 13.*
9 *Curt. nu. 31. & Padill. nu. 95.* Et si substituti se opponunt ad impediendam venditionem, priuari debent omni substitutionis beneficio, vt pulchrè inquit *Cassan. in consuet. Burg. in 1. rubr. §. 4. in ver. pour la rancon, num. 3. fol.*
10 *mihi 34.* Quod procedit nedum si quis apud hostes christianæ Fidei detentus reperiatur, sed etiam apud Christianos ob causam alicuius ciuilis belli, licet enim propriè seruus non sit, secundum *Bar. in l. hostes, num. 16. ff. de capt. & postlim. reuers. Alcia. in l. hostes, num. 2. ff. de verb. signif. & Boer. in decis. 178. nu. 2.* Nihilominus militat eadem ratio, ex quo premitur eadem priuatione libertatis, vt in spetie dicit *Ant. de Padill. in d. auth. res qua, n. 96. & seq.*
11 Magna autem quęstio est, an eadem iuris dispositio procedat pro eo redimendo à carceribus, in quibus forsan ex proprio delicto, vel debito detineretur? hanc quæstionem mouit *Bart. in ead. auth. res qua, num. 11.* & eius decisionem cogitandam reliquit, sed multi arguendo dicũt

non esse subueniendum ei, qui sua culpa incidit in necessitatem, per tex. *in l. siue hæreditaria ff. de neg. gest.* prout in eadem *auth. res quæ,* dixerunt *Salyc. sub nu. 4. Paul. de Castr. num. 13. & Ias. num. 20. cum seq.* qui alias rationes subdit, ex quibus pro absoluto tenet, quod quando quis ob propriam culpam reductus est ad inopiam, priuilegio ob paupertatis miserationem concesso potiri non debet, & hanc opinionem communem esse testatur *Ant. de Padill. in ead. auth. res quæ, nu. 102.* pro qua facit notabile dictum, quod protulisse ferunt Alphonsum Aragoniæ Regem, qui dum quidam Eques per luxum, & libidinem ingens patrimonium consumpsisset, & pro eo multo ære alieno grauato, aliqui intercederent ne pœnam in corpore luere cogeretur, prudens Rex respondit, quòd si tantum pecuniæ in ipsius Regis obsequium, aut patriæ commodis, vel propinquis subleuãdis impendisset, vtique ipsum audiret, sed quoniam tantas opes corpori impẽderat, par erat, vt etiam corpore lueret, prout refert *Couar. in 2. lib. var. resol. c. 16. sub nu. 9.* qui in eandem quoque sententiam inclinat, eandemq; veram, & communem etiam esse testatur *Melchior Palaez in tract. de maioratu in 4. par. q. 1. limit. 4. num. 10.* & per ea similiter faciunt not. per *Cepoll. in cons. crim. 9.* & alia quæ plenè cumulant *Tiraq. in repet. l. si vnquam, in ver. bona, nu. 5. C. de reuoc. donat.* & plenè *Gasp. Beat. in tract. de inope debitor. credit. addit. in cap. 2. nu. 45. vbi in vers. rursus,* eãdem refert Regis Alphonsi sententiam, & plura alia notabilia ad hoc propositum refert idem in cap. 16. nu. 25. & seq. Eandemq; opinionem pluribus rationibus plenissimè confirmat *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 182. nu. 45. cum plur. seq.* Eique etiam inhæret *Peregr. de fideicom. art. 42. nu. 91.* Vnde licet bona Ecclesiæ pro redimendis captiuis alienari non prohibeantur, ex not. per *Abb. in cap. nulli, de reb. eccl. non alien.* & latè per *Rhedoan. in tract. de reb. eccles. non alien. Rubr. 20. de causa piet. per totam.* Idem tamen in fine dicti capituli concludit, nõ esse permittendam bonorum Ecclesiæ alienationem pro redimendis à triremibus illis, qui ad illud opus publicum ob propria scelera condemnati fuerunt, & in eandem opinionem concurrit etiã *Couar. in d. cap. 16. in fi. vers. quarto & supiũ.* Eademque ratione licet excusetur à pœna caducitatis emphyteota, qui propter paupertatẽ Canonem soluere non valuit, vt not. *Bal. in c. querelam, in fi. de iureiur. & Hippol. in repet. Rubr. de fideiuss. nu. 182.* Fallit tamen, qñ sua culpa in paupertatẽ incidisset, vt refert *Corbol. in tract. de iur. emph. in tit. de cau. priuat. ob non solut. canon. limit. 29. nu. 2.* & secundum hanc opinionem bis iudicatum fuisse in illo supremo Senatu, refert *Boer. in decis. 228. in fine.*

12 In qua decisione concludit etiam post multa ex eadem ratione, dominum sua culpa carceratum nõ posse petere adiutorium ab eius vassallis, quam sententiam confirmat etiam *Affl. in const. Reg. quamplurimum, sub nu. 4. vers. idẽ dicendum.* Pariq; ratione Episcopum nõ posse exigere charitatiuum subsidium ob necessitatẽ, in quam ob propriam culpã redactus fuit, asserit *Alex. de Neuo in cons. 57. nu. 1.* quem refert

13 *Menoch. in d. cas. 182. nu. 58.* Et hinc etiã per eadem ratione *Marc. Ant. de Amat. in decis. March. Anchon. 62.* intrepidè tenet vxorem pro marito à carceribus liberando obligari nõ posse, & plenè respondet Doctoribus, qui contrariam tenuerunt opinionem, quos inferius referam, sequens opinionem *Cepoll. in cons. cri. 27. per totum.* Quæ conclusio confirmatur etiam ex ijs, quæ refert *Præs. de Franch. in decis. 578. in 4. par.* qui testatur per Sacrum Consilium decisum fuisse, matrem intercedentem pro liberando filio carcerato molestandam nõ esse, stante exceptione Velleiani, licet contra illam decisionem pluribus rationibus mouiter inuehat *Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. sub titu. de diuers. prouision. in cap. de decret. super oblig. seu alien. rer. dotal. nu. 31. & seq. fol. 294.* Et demum pro hac opinione facit, quòd licet pauper non omnino repellatur à testimonio ferendo, quando est persona honesta, & bonæ conditionis, & famæ, vt inquit *Iul. Clar. in q. 24. vers. quæro etiam nunquid.* Fallit tamen quando paupertas prouenit ex propria culpa, vt refert *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 96. nu. 10. & Cornel. Benincas. in tract. de priuil. paupert. q. 4. nu. 46. & seq.* Non tamen desunt graues Doctores non minores numero, nec authoritate, qui contrariam opiniõnem æquè validissimis rationibus defendunt, quos recensent *Melch. Palaez in eod. loco superius alleg. num. 7. & seq. & Tiraq. de ll. connub. in ver. de son mari, glo. 8. nu. 288.* Et in specie qđ Iura loquẽtia de redimendis captiuis ab hostibus, procedunt etiam in carceratis ex maleficio, notabiliter dixit *glo. sing. in cap. sacrorum 12. q. 2. quam refert Ioan. Lopez in d. rubr. de don. int. vir. & vxo. §. 78. nu. 30. vers. facit ad prædicta,* cum qua opinione concordat etiam *Rot. in diuers. decision. par. 2. decis. 63. nu. 5.* quam refert *Stepha. Gratia. in 1. tom. disceptatio. forens. cap. 108. nu. 5. & num. 34. vers. quia verior.* Et secundum hanc opiniõnẽ probabilior etiam videtur conclusio, quòd mulier intercedens pro viro, vt eum à carceribus liberet, nulla facta distinctione, an carceratio processerit ob eius culpam, vel ex alia causa, nõ iuuetur beneficio Velleiani, cùm ea sit causa legitima, ob quam validè obligari potest, prout

tenue-

tenuerunt *Bal. in conſ. 5. & in conſ. 280. vol. 1. Lamberteng. in tract. de contract. eor. qui ſine cer. ſolemnit. glo. 10. in ver. cum ipſo marito, nu. 27. Vinc. de Franch. in deciſ. 279. nu. 6. Io. Maria Rimin. in conſ. 77. nu. 16. vol. 1. Theſ. in deciſ. 223. nu. 7.* & plenè *Surd. in conſ. 367. nu. 14. & ſeq. vol. 3.* qui fortius hanc concluſionem extendit, etiam ſi vir carceratus non eſſet, ſed de proximo carcerandus. Eadem enim ratio militat in vtroque caſu, cum idē officium pietatis exerceatur, impediendo ne vir carceretur, & pleniſſimè probat eandem opinionem confirmando *Stephan. Gratian. in d. 1. tom. diſceptatio. forenſ. c. 108. nu. 16. cum ſeq. & per*
17 *tot.* Imò quod poſſit mulier etiam vendere fundum dotalem, & pretium ſoluere, vt virum à carceribus redimat, plenè teſtantur *Natt. in conſ. 547. per tot. Cepoll. in d. conſ. 27. Hippol. Rim. in §. 1. nu. 378. inſtit. de donat. Io. Crot. in conſ. 74. nu. 12. lib. 1. plenè Surd. in deciſ. 86. per tot. Viu. in deciſ. 133. nu. 5. & Anto. Gamm. in deciſ. Luſitan. 318. per tot.* Verum hæc omnia intelligenda ſunt cum moderamine, ita vt mulier non remaneat in totum indotata, alioquin etiam pro liberando viro à carceribus, nullo modo ſuſtineri poſſet alienatio totius dotis, vt bene conſiderat *Surd. in d. deciſ. 86. in fi.* Et inualida eſſet fideiuſſio, ſeu obligatio vxoris quantumuis iurata, & pro excarcerando viro, quæ totam eius dotem abſorberet, vt ex communi Doctorum ſententia refert *Gratian. in d. c. 308. nu. 8. & ſeq.* fatetur tamen validam eſſe obligationem mulieris iuratam, ſi ea remaneret ſaltim media pars dotis, iuxta not. per *Ceuall. in q. 727. nu. 30. & per tot.* Verum ſi maritus eſſet in maxima famis neceſſitate conſtitutus, tunc etiam ſi non adeſſent alia bona, ex quibus poſſet conſuli mulieri de dote ſua valida eſſet alienatio, obligatio, & pignoris remiſſio per vxorem facta, vt notabiliter inquit *Io. Lopez in rubr. de donat. int. vir. & vxo. §. 17. ſub nu. 16. in fi.* quem refert *Gratian. in eod. cap. 108. nu. 15.* Hinc eſt, quod licet multi affirment, patrem non teneri iterum dotare filiam, quæ ſua culpa dotem amiſit ex not. per *Doctio. in auth. quod locum, C. de collat. Gacher. in deciſ. 124. nu. 5. Molin. de primog. hiſp. lib. 2. c. 16. nu. 23.* & alios, quos plenè refert *Giurb. in deciſ. 5. nu. 10.* Secus tamen eſt quoad neceſſaria alimenta, nam ab eis non excuſatur pater, quamuis filius ſuam portionem habuerit, eamque ludendo conſumpſerit, vt ex communi Doctorum ſententia refert idem *Giurb. in ead. deciſ. 5. nu. 34.*
18 Et ſi licet mulieri vendere fundum dotalem pro liberando viro à carceribus, multò magis licebit pro liberanda, & exoneranda eius anima, vt pulchrè conſiderant *Praſ. de Franch. in deciſ. 237. in 2. par. per totam.* Et nouiſſi-
19 mè *Petr. Caball. in conſ. 2. per totum.* Inter has autem diſcordantes opiniones tertia ſuccedit, quæ diſtinctionis fædere illas concordat, Aut enim aliquid eſt prohibitum contemplatione certæ perſonæ, vt puta ſi in re alienari prohibita vocetur ſubſtitutus, & tunc quia agitur de tertij præiudicio, procedit prima opinio, aliàs enim daretur occaſio delinquendi, & contrahendi debita, & per indirectum dolosè poſſet fraudari fideicommiſſum; Aut non agitur de tertij præiuditio, vt in muliere, quæ ſui fauore tantum prohibetur intercedere pro alio, & præſertim pro viro, & procedit ſecunda opinio, poſtquam, vt benè cōſideraut vnus ex Dominis Sacri Conſilij, cuius meminit idem *Praſ. de Franch. in d. deciſ. 578. ſub nu. 12. in caſu d. Auth. res quæ.* Idem qui culpā commiſerat, volebat alienare, & ſic in eo tantum caſu procedunt allegata in contrarium; quòd ex propria culpa nemo releuari debet; ſecus verò quando mulier pro inope carcerato intercedit, quo caſu piam rem agit, & nihil eſt quòd ſuæ culpæ poſſit imputari, ita in ſpetie has controuerſias concordant *Imol. Rom. & Alex. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebell.* & alij, quos refert *Tiraq. in d. glo. 8. num. 290. verſ. nec deſunt, & Vinc. de Franch. in d. deciſ. 578. ſub nu. 12.* & eandem diſtinctionem ſequitur *Ferdin. Loazes in repet. l. filiusfami-*
20 *lias, §. diui, num. 74. ff. de leg. 1.* Ex qua diſtinctione puto rationabiliter inferri poſſe, quòd ſicut minor vigintiquinque annis alienando bona ſtabilia abſque curatore, & alijs ſolemnitatibus pro redimenda perſona coniuncta à captiuitate, non reſtituitur, iux. not. per *Melch. Palaez in d. limit. 4. nu. 4. & Maran. in tract.*
21 *de multipl. alien. nu. 30.* Pari etiam modo reſtituendus non eſt, ſi ea vendit pro liberando patre, vel alia perſona coniuncta à carceribus, quamuis ex propria culpa detineretur, poſtquā ſecundùm diſtinctionem prædictam, quando non agitur de tertij præiuditio, hæc à pari iudicantur, & ita in ſpetie reperio tenuiſſe *Io. Lopez in repet. cap. per veſtras, de donat. int. vi-*
22 *rum & vxo. §. 26. in 5. ampliat. nu. 6.* Similiq; modo ex eadem ratione idem iudicandum cenſerem in alio caſu notabili, quem refert idem *Melch. Palaez in eod. loco*, vbi inquit de facto euenisse, quòd quidam nobilis hidalgus dum reperiretur captiuus apud hoſtes, & à quodam amico pro certa pecuniarum ſumma redemptus, ad eius reſtitutionem ſe obligaſſet, die ſolutionis adueniente, fuit ille nobilis ad inſtātiam creditoris carceratus, & licet allegaſſet priuilegium, quòd tanquam hydalgus carcerari non poterat, nihilominus hæc exceptio non fuit admiſſa, ſed ſemper fuit in carcere detentus, donec pecuniam mutuatam integrè ſoluit

23 Pone autem, quòd idem hidalgus repeciretur carceratus pro aliquo delicto, & amicus aliquã pecuniarum summam pro eo liberando erogaret, ad cuius restitutionem pro certa die se obligasset, nunquid adueniente tempore solutionis possit excipere, quòd priuilegium carceran di nobiles pro pecunia in eorum redemptionẽ erogata à manu hostium, non procedit quando ex propria culpa detinebatur pro delicto? certè non, tùm quia illi, qui pecuniam pro eo libèrando erogauit, nulla culpa potest imputari, cũ
24 etiam, quia turpitudinem propriam allegando nõ esset audiendus, iux. not. per *Ias. in l. iusiurandum. quod ex conuentione. ff. de iureiu. Neuiz. in cons. 23. nu. 5. & seq* & plenè *Socin.*
25 *in cons. 264. in 4. q. nu. 7. & seq. vol. 2.* Insuper sciendum est, quod quicunque soluit pecuniam pro captiuo, vel carcerato redimendo, nõ præsumitur eam soluisse animo donandi, sed repetendi, vel compensandi, *l. sed & si ideò*, cum ibi not. per *Bald. ff. solu. matr. & l. fi. C. de captiu.*
26 Hoc autem fallit in patre, qui potius pietate ductus animum donandi habuisse censetur, vt animaduertit *Bald. in ead. l. sed & si ideò, & in l. frater a fratre, C. de cond. indeb.* qui pro hac decisione allegat *tex. l. liber captus, C. de capt.*
27 *& postlim. reuers.* Eademque conclusio procedit etiam in matre, vt ex eod. tex. elicit *Ioan. Lopez in tract. de lucr. marit. & vxor. cap. 10. nu. 16.* quod est sumptum ex *Rubr. cap. per ve-*
28 *ras, de donat. int. vir. & vxor. §. 66.* Et idem quoque est in Ecclesia, qui expensas solutas pro redemptione captiuorum ab eis non repetit, vt plenè refert *Rodoan. in tract. de reb. eccles. non alien. Rub. 20. de causa pietat. num. 50. & sequen.*

Finis Cap. Quinti.

CAP. SEXTVM.

Sicut licitum est aggressorem pro necessaria vitæ defensione occidere, ita etiam licitum est patri impunè occidere aggressorem filij, quæ conclusio multis ampliationibus, & notabilibus declarationibus plenè exornatur.

SVMMARIVM.

1 *Occidere quis potest impunè aggressorem pro defensione suæ persona.*
Primo ampliatur procedere etiam pro defensione sui honoris, nu. 23.
Secundo ampliatur, quod etiam pro defensione rerum suarum licet hominem occidere, nu. 36. & 37.
2 *Pater potest impunè occidere aggressorem filij, & è contra.*
Primo ampliatur etiam in filio naturali tantum. nu. 3.
Secundo ampliatur, quia si filius patrem non defendit, punitur vt parricida, etiam si sit filius emancipatus, vel filius naturalis tantum, nu. 4.
Primo hoc extenditur in omnes subditos, seruos, & vassallos, quia hi etiam puniuntur, nu. 7. 9. & 32.
Quid de Famulis, eod. nu. 9.
Secundo hoc extenditur etiam in filio spirituali, nu. 10.
Tertio principaliter ampliatur, nam pater potest impunè occidere aggressorem filij, etiam si filium vulneratum viderit, nu. 11.
Quod fallit, si aggressor post illatum vulnus aufugerit, quia si pater tunc aggressorem occidat, punitur tantum de excessu, nu. 12.
Quarto ampliatur etiam in fratre, qui si fratri rixanti auxilium præstet, à delictis pœna excusatur, nu. 30.
Quinto ampliatur in omnibus consanguineis, ac etiam in amicis, & socijs, nu. 31.
Sexto ampliatur, quia non erit excommunicatus clericum percutiens pro defensione patris, aut filij, vel aliarum personarum, quas licet defendere, num. 33. & quæ sit ratio, nu. 34.
5 *Delicto committendo non obuians, vel illud non detegens, non punitur.*
Limitatur in conspiratione contra Princip̃, quia sciens tenetur reuelare, aliàs incurrit in crimen læsæ maiestatis, nu. 6.
Primo extenditur hoc etiam in patre, quia tenetur detegere filium machinantem contra Principem, nu. 6.
Secundo extenditur quoque in vxore, quæ si non

non, reuelat tractatum contra virum, punitur eadem pœna, nu. 29.
8 *Ciuis videns Officialem offendi, tenetur defendere absque Concilij congregatione, vel populi conuocatione, alias punitur.*
9 *Famulus salario cōductus tenetur dominum defendere absque tamen periculo vitæ.*
Fallit in seruo, qui tenetur defendere dominum, exponendo se periculo vsque ad necem, nu. 9.
13 *Homicidij pœna minoratur calore iracundiæ.*
Ampliatur etiam in socio defendendo socium, num. 14.
14 *Dolor iustus durare præsumitur, etiam si rixa paulo ante præcessit, & nu. 16.*
15 *Incontinenti an dicatur propulsatio iniuriæ, si fiat die sequenti.*
16 *Animus occidendi, & animus deliberatus ad occidendum deferunt.*
17 *Appensamenti diffinitio.*
Appensamentum in dubio non præsumitur, sed per fiscum probandum est.
18 *Homicidium proditoriè commissum in quo differat à commisso ex insidijs.*
Proditor an dicatur occidens inimicum retro aggrediendo.
19 *Animus occidendi, & deliberatus, ex quibus coniecturis arguatur.*
20 *Homicidium in rixa an ordinaria pœna puniatur. Et quid in hominibus coadunatis, nu. 22. Et quid se defendendo, nu. 26.*
21 *Homicidij pœna ordinaria an detur non habenti animum præmeditatum ad occidendū si ipse dederit causam rixæ.*
23 *Occidere licet etiam pro defensione sui honoris.*
Primo ampliatur in Nobili occidente rusticum aggressorem, etiam si fugiendo potuisset insultum euitare, nu. 24.
Secundo ampliatur, vt minoretur etiam pœna, si quis occidat eum, qui prius minatus erat illum interficere, vel grauem ignominiam inferre, nu. 25.
Tertio ampliatur, quia pro iniuria propria verbali licet quoq; vindictam sumere, nu. 27. Et etiam pro iniuria illata eius consanguineo, nu. 28.
29 *Parricidij pœna locum habet etiam inter coniuges.*
32 *Vassallus non adiuuans Dominum insultatū priuatur omnigratia.*
Ampliatur etiam si negligat adiuuare patrē Domini sui, eod. nu. 32.
34 *Occidens inuasorem suum, si aliter mortem euitare non poterat, irregularitatem non incurrit.*
Limitatur si occiderit illum qui patrem suū, aut filium occidere tentabat, & qua sit ratio, eodem num. 34.
Clericus absque irregularitatis labe potest se ipsum tantum defendere, non autem eius patrem, aut alios consanguineos, & quæ sit ratio, eod. nu. 34.
35 *Ictum emittens, vt occideret Sempronium, & occidit Caium, non punitur pœna ordinaria.*
38 *Principi Christiano non liceat infidelium auxilio vti pro sui Regni defensione.*

1 
X eadem quoque immensi amoris lege inter patrem, & filium proditum est, quòd sicut pro necessaria sui defensione licet impunè aggressorem occidere, ex regul. tex. *in l. vt vim. ff. de iust. et iur. & in l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrup. pauper. fecisse dic. & in §. quod verò, instit. de iur. nat. gent. & ciu.* quam regulam pluribus ampliationibus, & declarationibus exornant *Doct. omnes in eadem l. vt vim*, & præcipuè *Dec. & Hipp. Rimin. Duenn. in reg. 192. per tot. Hip. in l. si qui aggressorem, C. ad l. Corn. de sicar. & in l. 1. n. 28. & seq. ff. eod. tit. & in pract. crim. §. quoniam, num. 62. & sequen. Boss. in tit. de homicid. num. 82. cum seq. Angel. de malef. in ver. & toties se defendendo*, plenè *Gramm. in consi. 18. & in cons. 29. per tot. & Iul. Clar. in*
2 *§. homicidium, vers. Excusatur autem.* Ita etiam licet patri impunè occidere aggressorem filij, & è contra, prout in *ead. l. vt vim* dixerūt *Bar. nu. 7. Dec. nu. 32. & Ias. num. 28. Dec. in cons. 459. nu. 3. Boer. in decis. 83. sub nu. 6.* plenè *Modest. Polenton. inter consi. crim. diuers. in cōs. 83. vol. 2. in paru. impress. Petr. de Sonc. inter ead. cons. in 1. lib. cons. 97. nu. 26. & seq. Iac. Mandell. in cons. 94. per tot.* latè *Hippol. Rimin. in repet. d. l. vt vim, nu. 369. & sequen. Plaz. in epitb. delict. c. 28. sub nu. 21. & seq.* & alij, quos plenè refert *Farinac. sub tit. de homi-*
3 *cid. q. 125. nu. 283.* Quæ conclusio nedum vera, & communis est, sed etiam pluribus ampliatur modis, & primò, quod procedit etiam in filio naturali, vt testantur *Ang. de malef. in ver. & Titius se defendendo, nu. 30. Plaz. in d. cap. 28. sub num. 21. & seq. Petr. de Sonc. in d. cons. 97. nu. 32.* & alij, quos allegat *Carr. in §. circa, nu.*
4 *42. fol. mihi 82.* Ampliatur secundo, quòd non solum filius excusatur, si aliquem occidit pro defensione patris, sed tenetur eum defendere, & si non defendit punitur tanquam parricida, *l. vtrum, ff. ad l. Pompei. de parricid. Ant. Gomez. in 3. tom. var. resol. cap. 3. num. 4. & Menoch.*

noch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 356. num. 15. qui sub nu. 17. dicit hoc procedere, etiam si filius emancipatus, vel naturalis, cùm sit debitum
5 sanguinis, quod par est in vtroque. Hæc autem est particularis obligatio filij erga patrem, regulariter enim qui nō obuiat delicto committendo, vel illud non detegit, nulla pœna punitur, vt dicit glo. in l. culpa caret, ff. de reg. iur. & ibid. Dec. nu. 4. & Cagnol. num. 10. & alij, quos plenè cumulant Iul. Clar. in q. 87. vers. dictum est, quod ex sola scientia, & Menoch.
6 de arbitr. iud. lib. 2. cas. 355. nu. 7. Præterquam si quis esset conscius conspirationis contra Principem, quam reuelare tenetur, aliàs enim crimen læsæ Maiestatis incurrit, l. quisquis, §. id quod, C. ad leg. Iul. Maiest. quam legem plu ribus declarationibus copiosissimè exornant Ant. Gab. in 7. lib. commun. concl. in tit. de malef. conclus. vlt. per tot. Menoch. in d. cas. 355. nu. 9. & seq. & Iul. Clar. in d. q. 87. vers. punctum est, quo casu etiam pater tenetur detegere, & accusare filium cōtra Principem machinantem, prout ex magis communi Doctorum sententia plenè defendit Hippol. Rimin. in repet.
7 cap. primum, nu. 68. de off. deleg. Eademq; iuris dispositio, quæ obligat filium ad obuiandum delicto in personam patris committendo, extẽditur etiam ad omnes subditos, seruos, & vassallos, per tex. in l. 1. §. occisorum, ff. ad Syllan. & in l. cũ dominum, ff. eo. vt plenè per Capyc.
8 in dec. 130. nu. 67. & seq. Qui propterea infert, quòd Ciues, qui vident Officialem offendi, vel ei vim aliquam inferri, tenentur eum defendere, aliàs sunt in pœna, ex quo delinquunt in omittendo, in quo delicto non opus est congregatione concilij, nec conuocatione populi, sed sola omissione committitur, vt ibi per eum nu. 69. cum quo concordat Caccher. in dec. Pedem. 138. nu. 7. & Vinc. de Frãch. in dec. 210. nu. 10.
9 Et quod dictum est de seruis, intelligitur etiam de famulis liberis salario mediante conductis ad seruiendum, cum hac tamen distinctione, quòd serui tenentur iuuare dominum in vitæ discrimine constitutum, etiam exponendo se cuilibet periculo vsque ad necem, ut cauetur in l. 1. & in l. cum dominus, ff. ad Syllan. famuli autem tenentur dominum defendere quo possunt, absque tamen eorum uitæ periculo, prout pulchrè inquit Plaz. in c. 22. sub nu. 17.
10 Itẽ quod dicitur de filio, quòd tenetur obuiare delicto committendo in personam patris, procedit etiã in filio spirituali, vt inquit Menoch. in d. cas. 355. sub nu. 16. nam & in his spirituali cognatione coniunctis habet locum pœna parricidij, ex not. per Hippol. in l. diuus, in fi. ff. ad l. Pomp. de parricid. prout latius dicam
11 suo loco. Ampliatur tertio præmissa cõclusio, quòd nedum pater potest impunè occidere aggressorem filij pro necessaria eius defensione, ad euitandum ne offendatur, sed etiam si uidet eum uulneratum, & uulnerans adhuc non discessit, & eum occidat, excusatur, cum verisimiliter credere potuerit, quòd ille iterum erat filium percussurus, ut notabiliter dicit Dec. in
12 cons. 459. sub nu. 3. & seq. Quæ tamen conclusio non procederet, si aggressor post illatum uulnus fugam arripuisset, & ipse eum insequendo occideret, tunc enim puniretur de excessu, non tamen vt homicida, sed vt culposus, iuxta not. per Affl. in const. terminum vitæ, nu. 18. vers. vndecimo fallit, Cepoll. in cons. crim. 42. Hippol. in pract. crimin. §. quoniam, num. 62. Boss. in tit. de homicid. nu. 91. Boer. in dec. 168. num. 8. pulchrè per Franc. Aret. in cons. 34. in fi. & per tot. & in cons. 80. ad fin. & plenè Farinac. in tit. de homic. q. 125. nu. 385. cum plur.
13 seq. Excusatur enim ab ordinaria pœna homicidij saltim ratione caloris iracundiæ, quæ potissima causa est, vt pœna minoretur, ex not. per Hippol. in l. 1. nu. 59. & seq. ff. ad l. Cornel. de sicar. Nouell. in tract. ad defens. sub tit. ex quib. caus. homicid. excus. nu. 82. Boss. in tit. de homic. nu. 60. & seq. Gramm. in decis. 5. nu. 21. Thob. Non. in cõs. 109. & Menoch. de arb. iud.
14 lib. 2. cas. 361. nu. 17. & seq. Et iustus dolor durare præsumitur etiam quando rixa paulò ante præcessit, vt testatur idem Menoch. in eod. cas. 361. nu. 18. & seq. Imò Boss. in d. tit. de homic. nu. 61. dicit, quòd si quis videns socium interfectum, incontinenti currat post homicidam, qui se retrahat in domum munitam, & contra eum impetum faciat cum amicis, & circundet domum ad vindicandum necem socij, & sic teneat eum obsessum vsque ad diem sequentem, vel alios dies, & demum ingrediatur per vim, & illum occidat, non debet puniri de homicidio deliberato, ex quo nõ diuertit ad extraneos actus, & durabat idem calor, qui omni momento crescebat, quæ conclusio cõfirmatur ex not. per Luc. de Penn. in l. omnes omnino curiales, C. de decur. lib. 10. & Dec. in l. quicquid calore, in fi. ff. de reg. iur. dicentium, excusari posse homicidium etiam infra triginta dies, tãquam iracundiæ calore commissum, per tex. in l. si vendicari, C. de pœn. & in c. cum apud, 11. q. 3. & idem affirmat Farinac. in consil. 2. num. 8.
15 Et quòd iniuriæ propulsatio dicatur incontinenti fieri, si fiat die sequenti, testatur Menoch. in cons. 107. nu. 40. vol. 1. & Bombin. in cõs. 9.
16 nu. 13. Valde enim differunt animus occidendi, & animus deliberatus ad occidendum, vt pulchrè declarant idem Menoch. de arbit. iud. cas. 361. nu. 5. & 15. cum seq. & Bertaz. in cõs. crim. 85. nu. 10. vol. 1. post Iul. Clar. in §. homicidium, vers. ex proposito, qui in fine dicit hæc notabilia verba [Et ideo etiam si quis post acceptam

ceptam iniuriam ſtatim congreget multitudinem ſociorum armatorum, & reuerſus interficiat eum qui ſibi intulit iniuriam, illum multis vulneribus confodiendo, certè ex quo durat calor iracundię, non dicetur homicidium animo
17 deliberato commiſiſſe, ſed in rixa.] Appenſamentũ enim ſic definitur, quod eſt firma, atque deliberata animi intentio interficiẽdi aliquem loci, & temporis occaſione capta, vt inquit *Marc. Ant. in conſ. 314. nu. 5. lib. 1.* & cùm hoc in animo conſiſtat, per coniecturas colligitur, quarum multas recenſet idem *Marc. in conſ. 152. & Iul. Clar. in d. verſ. ex propoſito, circa med.* & in dubio appenſamentum non præſumitur, ſed per fiſcum probãdum eſt, ex not. per *Burſat. in conſ. 271. nu. 34. vol. 3.* adeo quod ſi quis obuiam habuerit inimicum ſuum, & ira motus, eum interficiat, nõ dicitur homicidium animo deliberato commiſſum, niſi appareat, quod antea decreuiſſet eum occidere, & hoc animo ambulabat armatus, vt inquit *Iul. Clar. in d. §. homicidium, in eod. verſ. ex propoſito, in princ.* & pulchrè *Menoch. in d. caſ. 361. nu. 18. et ſeq.* pro quorum veritate non omittas videre, quæ pleniſſimè tradit *Petr. Caball. in 3. cent. reſol. crimin. in tract. de omnigen. homic. nu. 380. cũ*
18 *plur. ſeq.* Quæ autẽ differentia ſit inter homicidium commiſſum proditoriè, vel ex inſidijs, & an occidens ſuum inimicum, eum retro aggrediẽs, dicatur proditor? vide plenè Iul. Clar. & Menoch. in eiſdem locis, & nouiſſimè *Praſ. de Franch. in deciſ. 713. in 4. par.* & omnino *Ant. de Ball. Siculum in lib. var. tract. lib. 5. ſuper pragm. Reg. in pragm. vn. tit. 42. nu. 10.*
19 *fol. mihi 232.* Et ex quibus coniecturis arguatur animus occidendi, & animus deliberatus? vide quæ pleniſſimè congerit *Farinac. in tit. de homic. q. 125. nu. 93. cum plur. ſeq. vſque ad*
20 *num. 218.* Sed an pro ſimplici homicidio in rixa, pœna ordinaria inferri poſſit, vide *Lud. Peguer. in deciſ. 14. per tot. & Ant. de Ball. in 3. lib. var. tract. caſ. 1. nu. 192. & in eod. caſ. 2.*
21 *q. 2. nu. 54. & ſeq.* Et an excuſetur quis ab ordinaria pœna homicidij ſub prætextu, quòd non habuit animum præmeditatum ad occidendũ, ſi ipſe dedit cauſam rixæ, vt ab aliqua iniuria leui ſe vindicaret? vide quæ pulchrè tradit *Honded. in conſ. 104. per totũ, vol. 1.* & plenè *Farinac. in d. tit. de homic. q. 125. nu. 47. et ſeq.*
22 Et qua pœna plectendus ſit is, qui homicidium committit in rixa, coadunatis tamen hominibus; vide *Rol. à Vall. in conſ. 63. num. 3. & ſeq. lib. 2.* & omnino *Alex. Rauden. in conſ. 27. nu. 32. cũ plur. ſeq. vol. 2.* qui diſtinguit treſdecim
23 caſus omnino videndos. Quarto pro ampliatione principalis concluſionis aliam regulam conſtituens, quòd nedum licet hominem occidere pro neceſſaria defenſione vitæ, ſed etiam honoris, vt euitetur aliqua iniuria perſonalis, cùm honor, & vita æqua lance pendãtur, *l. isti quidem, ff. quod met. cau.* ita dicunt *Iaſ. in d. l. vt vim, nu. 10. poſt Bart. in l. 1. num. 8. C. vnde vi, Hipp. in conſ. 81. nu. 16. Gramm. in cõſ. 29. nu. 5. & ſeq. & in conſ. 56. nu. 2. & Bertaz. in conſ. 111. nu. 5. & in conſ. 135. nu. 15. volum. 1.*
24 Vnde ſi ruſticus aggrediatur nobilem, qui fugiendo potuiſſet inſultum euitare, ſed quia aufugere nõ licebat ſine dedecore, & ignominia, ideo maluit aggreſſori reſiſtendo ipſum occidere, nulla pœna puniri debet, ſecundùm magis communem Doctorum opinionem, vt patet ex not. per *Dec. in ead. l. vt vim, nu. 35. & Iaſ. nu. 38. Boſſ. in tit. de homic. nu. 86. Iul. Clar. in d. §. homicidium, verſic. atque adeo, Catald. de Boncompag. inter conſ. crimin. diuerſ. in conſ. 53 per tot. in 1. vol. Bertaz. in conſ. 1. nu. 23. et in conſ. 111. nu. 6. vol. 1.* & plenè *Farinac. in d.*
25 *q. 125. nu. 116. & ſeq.* Imo minorandam eſſe pœnam ordinariam, ſi quis occidat eũ, qui prius minatus fuerat ipſum interficere, vel aliquam grauẽ ignominiã inferre, dixit pulchrè *Gram. in dec. 5. per tot.* cum qua opinione concordant *Boer. in deciſ. 169. num. 9.* & plenè *Bertaz. in conſ. 433. & in conſ. ſeq. per tot. vol. 2.* Verùm hanc concluſionem intelligas iuxta ea, quę pro eius declaratione, & limitatione plenè refert *Farinac. in d. q. 125. num. 67. & ſeq. ſub tit. de*
26 *homic. in 1. par.* Et nedum licet iniuriam perſonalem propulſare, & vindicare in continẽti, prout conſuluit *Alex. in conſ. 76. vol. 1.* vbi ponit caſum de quodam, qui fuit percuſſus cum pignata, & incõtinenti percutientem occidit; & Socin. iun. qui ponit alium caſum de quodã qui occidit percutientem cũ alapa *in conſ. 117. vol. 3. per tot. & Gramm. in deciſ. 98* qui ponit caſum de occidente mulierem, quæ ipſum verbis contumelioſis affecerat, & baculo percuſſerat, quem dicit fuiſſe relegatum per quinquennium, quamuis ipſe pro eius omnimoda liberatione inclinaſſet, & *Vrſill. in addit. ad Affl. in deciſ. 289. nu 34.* qui refert alium caſum, quòd quidam dum maneret proſtratus in terra, & frequentibus pugnis percutiebatur, paruo gladio, quem ad latus geſtabat, percutientem occidit, & concludit, eum fuiſſe condemnatum in
27 exilium per ſex annos; Sed etiam aliquando licet vindictam ſumere de iniuria verbali, quãdo pro ea non liceret ſine deriſu, & ignominia iudicem adire, & querelam exponere, prout in pulchro caſu conſuluit *Paul. de Caſt. in conſ. 277. incip. in cauſa carceratorum, vol. 2.* quem pluries ad hoc propoſitum refert *Grammat. in conſ. 29. nu. 29. in deciſ. 23. nu. 1. & in deciſ. 98. nu. 2.* plenè *Boer. in deciſ. 169. per tot. Carrer. in §. circa, num. 102. & Ferdin. Vaſq. in 1. lib.*
28 *illuſtr. controuerſ. c. 18. nu. 13.* Hoc autem

proce-

procedit non ſolum quando quis iniuria affici-
tur in perſona propria, ſed etiam in perſona pa
rentum, cùm vnica cenſeatur perſona, & com-
munis ſit iniuria, l.1.§.& ſi forte, & §.vſque
adeo, ff.de iniur. & l.ſed ſi vnus, §.filiusfami-
lias, ff.eod. & §.patitur, inſt.eo.tit. ita in ſpe-
cie tenet Gramm.in dec.23.in princ. nam pa-
tris macula influit in filium, vt inquit Bald.in
29 l.fin.C.de libert.& eor.lib. Quinto ampliatur
ſupradicta concluſio, quòd eadem coniunctio-
nis ratio, quæ arctat filium ad obuiandū delicto
committēdo in perſonam patris, procedit etiā
in vxore reſpectu viri, quę ſi ſcit fieri tractatum
contra eum, & non reuelat, pręſumitur cōplex
delicti, & punitur eadem pęna, vt patet ex not.
per Boer. in deciſ.262.num.9. & Menoch. de
arb.iud.lib.2.caſ.355.nu.18. Nam etiam inter
coniuges habet locum pœna parricidij, ex not.
per Plaz.in c.22.nu.50.& Cephal.in conſ.79.
vol.1.Menoch.de arbit.iud.in add.ad caſ.356.
nu.107.& ſeq.& Farinac.in d.tit.de homicid.
30 q.121.nu.56. Sexto eadem concluſio amplia-
tur procedere etiā in fratre, qui, ſi fratri rixan-
ti auxilium præſtet, à delicti pœna excuſatur,
ex not.per Gand.in tit.de defenſ.reor.Bonifac.
de Vital. in tit.quis poſſ. alios defend.verſ.itē
ad defenſionem fratris, & alios quos allegat
Plaz.in c.28.nu.25. & pulchrè Farinac.in d.
tit.de homicid.q.125.nu.282.& ſeq. & latius
idem Farin.in conſ.2.per tot.& Adden.ad eū.
31 Eandemq; concluſionem extendi, & ampliari
ad conſanguineos, & etiam amicos extraneos,
& ſocios plenè tradit Plaz.in eod.cap.28.ſub
nu.24.cum ſeq. & nu.28. Iul.Clar.in d.§.ho-
micidium, uerſ.locū habet, Gramm.in conſ.56.
num.22.& ſeq. Petr.Caleſ.inter conſ.crimin.
diuerſ.in 2.vol.conſ.89.nu.10. in par.impreſſ.
Petr.de Sonc.inter ead.conſ.in 1.vol. conſ.97.
nu.27.cū plur.ſeq.plenè Lud.Carrer.in pract.
crimin.§.circa, num.45.cum plur.ſeq.& plenè
Farinac.in d.q.125.a num.267.vſque ad 330.
qui hanc concluſionē pluribus alijs modis am-
32 pliat, limitat, & declarat. Septimo ampliatur,
quòd ſicut ſubditus tenetur obuiare delicto cō-
mittendo in perſonam domini, vt notatū fuit
ſupra nu.7.& ſi vaſſallus nō adiuuat dominum
inſultatum ab eius inimicis, priuatur tanquam
indignus omni gratia, vt dixit Bal.in l.2. C.de
infant.expoſit. pari etiam modo in eaſdem pœ
nas incurrit, ſi neglexit adiuuare patrem domi-
ni ſui, vt pulchrè inquit Ang.in l.1.§.ſi pater,
ff.ad Senatuſconſ.Syllan.quem refert Carrer.
33 in d.§ circa, nu.53. Octauo ampliatur, quòd
etiam ſi quis Clericum percutiat pro defenſio-
ne patris, aut filij, vel ſimiliū perſonarum, pro
quibus licitum eſt defenſionē ſumere, vt ſupra,
non incurrit ſententiam excommunicationis,
vt dixit Abb.poſt Inn.in c.ſi verò, ſub num.11.
de ſent.excomm. & in cap.clerici, ſub nu.3.de
vita, & honeſt.cler. Aufrer.in clem.1.de offic.
ord.reg.3.in 5.fallen. & Couarr.in c.1.de ho-
34 mic.in 3.par.relect.§.vn.ſub nu.5. Sed in hoc
articulo cadit magna difficultas, nam gloſ. in
clem.vn.de homicid.in ver.ſuum, dicit, ꝙ licet
is, qui inuaſorem occidit, ſi aliter mortem eui-
tare non poterat, irregularitatem nō incurrat,
per illū tex. ſecus tamen eſſe ait, ſi quis occidat
eum, qui patrem, aut filium occidere tentabat,
nam irregularis efficitur, quam glo.ſingularem
prædicat ibi Card. in q.28. & ſequitur Iaſ.in
d.l.vt vim, ſub nu.30. Quæ autem ſit diuerſita-
tis ratio, vt clericum percutiens, vel alium pro
patris, aut filij defenſione excommunicationis,
& mortis pœnam euadat, clericus verò poſſit
ſeipſum tantum, non autem patrem, aut cæte-
ros coniunctos abſque irregularitatis labe de-
fendere, hunc paſſum Doctores non ſatis expli-
cant, ſed potius ſeipſos inuoluunt, vt eſt videre
penes Couarr.in d.§.vn.ſub nu.5. & Plaz.in
d.c.28.ſub num.21. Verùm hanc difficultatem
optimè ſoluit ſubtilis Rimin.in repet.d.l.vt
vim, nu.373.cum plur.ſeq. dicit enim diuerſi-
tatis rationem eam eſſe, quia irregularitas con-
trahitur etiam ſine culpa, vt in Iudice aliquem
ad mortem iuſtè condemnante, vnde non mi-
rum ſi aliquem occidēs pro defenſione patris,
irregularis fit, cùm habeat iuris regulam con-
tra ſe in vnico tantum caſu limitatam, quando
propriam vitam defendit, aliquem verò occi-
dens, vel Clericum percutiens pro defenſione
patris, vel ſuorum in pœnam excommunica-
tionis, aut mortis nō incurrat, nam in vtraque
requiritur dolus, vel diabolica ſuaſio, vt in cap.
ſi quis ſuadente diabolo, 17.q.4. & in l.1.cum
ſeq.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.nemo enim poteſt
corporaliter puniri ſine dolo, ſecundum Cyn.
in l.ſi quis non dicā rapere.C.de Epiſc.& cler.
Crauet.in conſ.2.nu.15. & plenè Iul.Clar.in
q.84.in princ. Vnde ſeqnitur, ꝙ cùm is, qui
patrem, aut ſuos defendit, dolo careat, aut rem
licitam faciat, ideo pœnam aliquam non mere-
35 tur. Hinc eſt, quòd ſi quis emiſit ictum vt occi-
deret Sempronium, & occidit Caium, non pu-
nitur pęna ordinaria, ſed mitius, ex quo quoad
Caium abſuit dolus, & animus occidendi, ex
relatis per Plaz.in c.27.nu.1. plenè per Theſ.
in deciſ.243.per tot. & pleniſſimè Pet.Caball.
in reſolut.crim.centur.1.caſ.31.nu.11.& ſeq.
et Farinac.in d.tit.de homic.q.125.nu.139.cū
36 plur.ſeq. Vltimo pro ampliatione, & ornatu
principalis concluſionis non extra rem cadit,
quòd etiam pro defenſione rerum licet quan-
doque hominē occidere, prout de fure noctur-
no eſt tex.in l.furem nocturnum, ff.ad l.Corn.
de ſicar. quatuor tamen concurrentibus requi-
ſitis. Primo, quòd occidatur pro defenſione

perſonæ

perſonæ, vel bonorum. Secundo, quòd volens occidere furem, prius clamat. Tertiò, quod cum non cognouerit, nec habeat teſtes, qui poſſint eum cognoſcere, & de furto conuincere. Quarto, quòd eum capere non potuerit, vt benè probat *Iul. Clar. in d. §. homicidiũ, verſ. vltima eſt defenſio*, quibus addas quintũ requiſitum, quòd agatur de periculo amiſſionis rei magni valoris, ſecus ſi de furto rei vilis, vt inquit *Felyn. in cap. 2. de homicid.* quem refert *Iaſ. in §. 1. ſub num. 69. inſtit. de actio. per tex. in l. ſi ex plagis, §. tabernarius, ff. ad l. Aquil.* & res vilis dicitur infra duos aureos,
37 *l. ſi oleum, §. fin. cum l. ſeq. ff. de dolo.* Diurnum etiam furem licet occidere, ſi telo ſe defendit, vel ſi dubitatur de vitæ periculo, & ſi eſt in actu fugæ cum rebus furto ſubtractis, quas renuat reſtituere, armis ſe defendendo, vt refert idem *Iul. Clar. in eod. loco*, & pleniſſimè *Farinac. in d. q. 125. ſub tit. de homicid. nu. 168. cum plur.*
38 *ſeq.* Magna autem quæſtio eſt inter Doctores, an Principi Chriſtiano pro ſui Regni defenſione licitum ſit vti auxilio Turcarum, vel aliorum infidelium? In quo articulo *Oldr. in conſ. 71.* tenuit partem affirmatiuam, cum qua opinione concordant *Affl. in cap. 1. §. ſi conuenticulas, num. 10. de pace iuram. firm.* & alij quos refert *Fab. de Ann. in conſ. 7. nu. 12.* Sed contrarium verius eſſe plenè probat *Cacher. in diſput. impreſſa poſt eius deciſ. Pedem. per tot.* & ita etiam affirmant *Io. Lupus in tract. de confœderat. princip. in princ. nu. 4. cum plurib. ſeq.* & alij relati per eundem *Fab. de Ann. in alleg. conſ. 7. ſub eod. nu. 12. verſ. ego tamen contrarium verius.* Has autem opiniones concordat *Petr. Belin. in tracta. de re militari, in 2. par. tit. 17. nu. 4.* dicens quod aut fungitur fœdus cũ infideli contra alium infidelem, aut aduerſus alium fidelem, primo caſu dicit eſſe licitum, idq; probat exemplo Imperatoris Caroli Quinti, qui fœdus inijt cum Rege Tuneſi contra Ænobarbum Archipiratam, qui illud Regnum inuaſerat, nã Chriſtianis expedit, quod Sathan in ſeipſum diuiſus ſit, & pariter eius membra, quam concluſionem quoque confirmat nõnullis alijs antiquis ſacræ paginæ exemplis, ſecundo vero caſu quando bellum eſt inter fideles, concludit omnino abſtinendum eſſe ab infidelium fœdere, & auxilio.

Finis Cap. Sexti.

CAP. SEPTIMVM.

Pactum de futura ſucceſsione viuentis eſt à Iure improbatum ob præſumptum votum captandæ mortis, quæ præſumptio cum ceſſet in patre. ideo non procedit in eo paciſcente de futura ſucceſsione filij, Hoc autem pactum dupliciter fieri poteſt, ſcilicet affirmatiuè cum quis paciſcitur de propria hæreditate alteri deferenda poſt eius obitum, vel de hæreditate tertij certo modo inter paciſcentes diuidenda, & negatiuè cum futuræ alicuius hæreditati renuntiatur, aut nolle ſuccedere promittitur, Quicquid autem ad hanc vtilem, & quotidianam materiam attinet, multis notabilibus concluſionibus, & declarationibus explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de futura ſucceſſione viuentis eſt à Iure improbatum ob præſumptum votum captandæ mortis, & alia ratione, nu. 6.*
Quod dupliciter conſideratur, affirmatiuè, & negatiuè, nu. 3. & 20.
Nec iuramento firmatur, nu. 4.
Primo ampliatur etiam reſpectu quotæ, ſeu partis hæreditatis, nu. 5. quamuis aliqui cõtrarium teneant, nu. 9. & 10.
Sed de certis bonis acquirendis poſt obitũ promittentis valet, nu. 13. & 17.
Immò putant teneri dicto pacto, ſi hæredem inſtituerit illum deinde in teſtamento ſolemni erit quoque nulla inſtitutio, nu. 7.

Et

Et etiam si sequatur transactio iurata cũ hærede ab intestato erit quoque nulla, nu.7.
Sed quomodo cognoscatur an tale pactum importet futuram successionem, an vero donationem bonorum, nu.11. remissiuè.
Secundo ampliatur, cum neque valeat pactũ iuratum super hæreditate tertij certo modo diuidenda post eius obitum, nu.18.
Nisi ille tertius consentiat, & in ea voluntate permaneat vsque ad mortem, eodem nu.18.
Limitatur Primo in patre paciscente de futura successione filij, cum eo casu cesset illa præsumptio, nu.2.
Limitatur Secundo in pacto à milite facto, nam sustinetur in vim supremi iuditij, nu.12.
Quod an extendatur ad Principes, Duces, & Marchiones, ibidem.
Limitatur tertio, quia fauore matrimonij valet dictum pactum inter coniuges, quod primogenitus ex eo succedat in aliquo, nu.14.
Dummodo paciscentes perseuerent in eadem voluntate, nu.15.
16 *Coniugum, vel fratrum mutua conuentio, vt alter alteri præmorienti succedat, an valeat, & nu.18.*
19 *Pater consentiens pacto inter fratres inito, de cuius hæreditate certo modo diuidenda, an reuocare deinde possit consensum.*
20 *Renunciatio alicuius futuræ hæreditatis nõ valet nisi concurrant præsentia, & consensus illius, cuius hæreditati renunciatur.*
Fallit si fiat ad beneficium tertij cum iuramento, nu.21.
Quid obtenta absolutione à iuramento, n.22.
Sed concurrente enormissima læsione, non obstante iuramento potest impugnari, num.23.
Ita etiam si filia minor Iura sibi delata renũciaret, nu.24.
Quod limitatur si renunciatio f tà filia religionem professura, quia neq ab ea, neq; à Monasterio poterit reuocar. etiã ob enormissimam læsionem, nu.25. & 26.
Sublimitatur si quis efficeretur Clericus, & non sit prohibitus retinere dominium, & administrationem bonorum, nu.27.
28 *Læsio quæ requiratur ad hoc, vt mulier possit renunciationem factam impugnare, remissiuè.*
29 *Filia renuncians hæreditati, an succedat in eo lucro, quod eius filijs defertur ob transitum parentum ad secunda vota.*
Et an idem erit in quarta vxori debita ex Auth. præterea, C. vnd. vir, & vxor, nu.30.
An autem renunciatio prædicta extendatur ad bona quæsita post renunciationem ab eo, cuius hæreditati renunciatur, vel aliter obuenta, nu.31.32. & 33.
34 *Filia renuncians hæreditati paternæ, si instituatur hæres in vno tareno petet supplementum.*
35 *Filia renuncians sub conditione, quod si Titius, & Sempronius fratres decederent, ei liceret succedere, si vnus tantum frater moritur pro rata succedet.*
36 *Renunciatio hæreditatis an operetur translationem Iurium renuncianti competentiũ, vel solum extinctionem Iurium.*
37 *Filia, quæ promisit renunciare, & postea nõ renunciauit, an excludatur, ac si renunciasset.*
38 *Vir si promisit vxorem renunciaturam, quæ renunciauit, sed quia fuit læsa filij agunt pro rescissione, an repellantur, ex quo sunt patris hæredes.*
39 *Renunciationem stipulatus ad sui, & aliorũ beneficium, an renunciationem remittere possit in præiudicium aliorum.*
40 *Vir paciscens cum secunda vxore, quod filij ex eo matrimonio nascituri non succedant in feudis cum filijs primi matrimonij, potest hoc pactum deinde reuocare.*
41 *Conuentio inita inter coniuges, quod primogenitus tantum succedat, potest ab eisdem coniugibus postea reuocari.*
42 *Donatio si fiat alicui cum conditione, quod post eius obitum bona donata deferantur alicui Ecclesiæ, poterit donans eam reuocare ante conditionis aduentum, & num. 43. 44.45. & 46.*
47 *Filia renuncians hæreditati paternæ an censeatur fecisse intuitu masculorum, ita vt eis deficientibus admittatur ad eius successionem, & nu.48. vsque ad fin.*
50 *Filiæ renunciatio censetur facta ad augendã hæreditatem patris in beneficium succedentium ab intestato.*
52 *Filiæ renunciatio facta fauore masculorum superexistentium illis mortuis cessat.*
53 *Filia renuncians paternæ hæreditati si præmoriatur patri relictis filijs, eis non nocet matris renunciatio, sed ad successionem aui admittentur.*
Quid si cum iuramento promisit suos hæredes ratam habituros eius renunciationem, & quando filij concurrunt cum sororibus matris, nu.54. remissiuè.
55 *Renunciatio in dubio strictè interpretari debet, vt minus noceat renuncianti.*
56 *Renunciatio censetur facta in dubio intuitu fratrum, eorumque descendentium, ita vt eis mortuis sine filijs renuncians admittatur.*
57 *Renunciatione facta in omnem casum per* Aqui-

Aquilianam ſtipulationem, & per pactum de non petendo, mulier cenſetur perpetuo excluſa, & habetur pro mortua.

1 Adem quoque pater-
ni amoris ratio effi-
cit, quòd licet regu-
lariter pactum de fu-
tura ſucceſſione vi-
uētis ſit à Iure repro-
batum ob præſum-
ptum votum captan-
dæ mortis, quod ex
eo veriſimiliter oriri
poteſt, vt expreſse cauetur in *l.fi. eum ibi ple-*
2 *nè not.per Doct.C.de pact.* Nihilominus limi-
tatur hæc concluſio in patre paciſcente de fu-
tura ſucceſſione filij, cùm in eo penitus ceſſet
hæc præſumptio, vt benè conſiderat *Dec. in*
3 *ead.l.fin.ſub nu.* 15. Verùm quia hæc materia
eſt valdè vtilis, & quotidiana, ideò pro eius ge-
nerali apparatu, ſciendum eſt, quòd huiuſmodi
pactum de futura ſucceſſione dupliciter conſi-
4 deratur, ſcilicet affirmatiuè, & negatiuè. Affir-
matiuè concipitur, ſi in contractu inter viuos,
dono tibi hæreditatem meam, vel te hæredem
inſtituere promitto, quod quidem eſt de iure
prohibitum, *l.hæreditat. C.de pact. conuen. l.*
licet, & l.pactum quod dotali, C. de pact. Eſt
enim contra bonos mores, & ideo etiam iura-
menti vinculo non firmatur, vt plenè tradit
Alex.in conſ.28.vol.3.Roder.Suarez in repet.
l.quoniam in prioribus, in 5.limit. C. de inoff.
teſt. Bertrand. in conſ. 29. vol. 1. Iaſ. in conſ.
87.in 3.dub.vol.1. pleniſſimè *Burſat.in conſi.*
136.num.21.lib.2. Borgn. Caualc. in tract. de
vſufr.mul.relic.nu.302.& ſeq.Caeber. in de-
ciſ.100.per tot. latè Theſ. in deciſ. 225. & Pe-
regr.in tract.de fideicom, art.50.nu.24.& ſeq.
Et licet non deſint, qui hoc pactum iuramenti
vinculo firmari aſſerunt, vt patet ex not. per
Dec.in d.l.pactum quod dotali, nu.3. & latius
per Io.Guttier.in tract.de contract.iurat.cap.
59. num. 5. & ſeq. magis tamen communis eſt
opinio, quod etiam accedente iuramento pa-
ctum hoc non valet, & plenè probat *Molfeſ.in*
comment.ſuper conſuet.Neap.in tit.de renun
5 *ciat.q.9.nu. 7. & ſeq.* Quæ concluſio non ſolũ
procedit in donatione totius hæreditatis, ſed
etiam quotæ, ſeu partis ipſius, vt probat tex. in
l.cum duobus, §.item reſpondit, ff. pro ſoc. &
notant in ſpetie *gloſ.in l.ſicut.§. illud, in ver.*
pragrauari, C.de inoff.teſtam. Alex.in d.l.fin.
nu.4.C.de pact. Dec.in l.pactum quod dotali,
nu.12.C.eod.& in conſ.300.nu.2. Purpur. in
repet.d.l.fi.nu.224.& ibid.Cagnol.num.226.
Pariſ.in conſ.26.nu.112.vol.2.Crau.in conſi.
19.nu.7.& in conſ.256.nu.2. Caſſan. in conſi.
63.nu.36.Alex.Rauden. in conſ.26.ſub num.
92.lib.1. & alij, quos plenè cumulant *Burſat.*
in d.conſ.136.num.17.& ſeq. Franc. Becc. in
conſ.157.num.9.vol.1.& Peregr.in d.art. 50.
6 *nu.26.& ſeq.* Et ratio eſt, nam huiuſmodi pa-
ctum non ſolum eſt improbatum, quia tollit li-
beram teſiandi facultatem, & votum captandæ
mortis inducit, ſed etiam quia realiter, & eſsē-
tialiter actus teſtandi differt ab actu contrahen
di, *l.verbo contraxerunt.ff.de verb.ſign.* & iu-
re non reperitur cautum per actum inter viuos
quem poſſe fieri hæredem, cùm in hæreditate
tradenda certa forma, & ſolemnitas, cũ maio-
ri teſtium numero, & pluribus circumſtantijs
introducta ſit, vt benè animaduertit *Barto. in*
conſ.202. cum quo concordant *Boer.in deciſ.*
204.ſub nu.11.Alex. in conſ.28. nu. 6.vol.3.
& Laur.Siluan.in conſ.90.nu.5.pulchrè Hie-
ron.Gabr.in conſ. 137.ſub nu.4.& ſeq. lib. 1.
Burſat.in d.conſ.136.nu.16.& Franc.Becc.in
7 *d.conſ.157.nu.10.* Imò ſi quis putans ſe hoc pa-
cto teneri, eum cui hæreditatem promiſerat in
ſolemni teſtamento, poſtea inſtituat hæredem,
etiam illa inſtitutio eſt nulla tanquam oriens
ex inualida, & inutili cauſa, vt notabiliter in-
quit *Purpur.in l.licet inter priuatos, ſub nu.*
8 *38.C.de pact.* Et quòd etiam ſi ſequuta ſit tran-
ſactio cum hærede ab inteſtato iuramenti vin-
culo roborata, ea quoque nulla declaranda ſit,
tanquàm erronea, & ſine cauſa, pulchrè conſu-
9 luit *Dec.in conſ.35.in princ, & per tot.* Non
tamen nego concluſionem ſupra fundatam,
quòd huiuſmodi pactum de futura hæreditate
eſt inutile etiam de quota, ſeu parte ipſius mul-
tos habere contradictores, vt patet ex relatis
per *Iacob.Berrett.in conſ.56. per tot.* & alios,
quos plenè cumulat *Gaſp. Theſ.in q.foren. 79.*
10 *nu.12.in 2.lib.* Imò nonnulli affirmant, quòd
ad hoc, vt actus ſubſtineatur, admitti debet ver-
borum impropriatio. Ita vt dum quis donat
ſuam hæreditatem, quæ ſecundum proprium
ſignificatum reſpicit vniuerſum ius, & cõpre-
hendit etiam bona futura, impropriando illius
verbi ſignificatum, fiat interpretatio, quòd do-
nat bona præſentia tantùm, vt inquit *Purpur.*
in d.l.fi.num.245.C.de pact. & Crau.in conſ.
139.nu.6.ex not.per Bar. in l. quæſitum.§. ſi-
mili, ff.de leg.1. præſertim ſi ex coniecturis de
mente contrahentium conſtaret, iuxta not.per
Iaſ.in d. l. licet inter priuatos. C.de pact. vt
optimè explicat *Hier.Gabr.in d.conſ.137.nu.*
20.cum plur.ſeq.verſ.quarta concluſio, vol.1.
11 Ad cognoſcendum autem quando huiuſmodi
pactum futuram ſuccceſſionem reſpiciat, vel
potius importet bonorum donationem, viden
da ſunt, quæ tradit *Crau.in conſ.139.nu. 2.&*
ſeq.Bero.in conſ.30.nu.28.vol.3.Burſat.in d.
conſ.136. nu. 4. & ſeq.Thob.Non.in conſ.43.

nu.6. Menoch.in conf.1.num. 149. & Franc.
12 Becc.in d.conf. 157. nu. 14. Multi quoque
affirmant hoc pactum à milite factum substine-
ri in vim supremi iuditij, vt refert Bursat.in d.
conf.136.nu.25.& seq. & hoc priuilegium ex-
tendi etiam ad Principes, Duces, & Marchio-
nes, quos sub appellatione militum contineri
asserit Menoch.in conf.1.nu.27.& nu.151.&
seq.post Zas.in conf. 1. vol. 2. Verùm hæc con-
clusio intelligitur procedere in illis supremis
Principibus, qui Superiorem nõ recognoscũt,
& habent potestatem legis condendæ, vt benè
explicat Cacher.in decis.100.num.45.vers.se-
cundo respondetur, licet multi dicant hanc cõ-
clusionem habere locum etiam in Principibus
recognoscẽtibus Superiorem, dummodo tamẽ
habeant authoritatem condendi leges in statu
suo, vt refert Peregr.in d.art.50. nu. 34. Com-
13 munis etiam Doctorum sententia est valere
hoc pactum, quando non agitur de tota hære-
ditate, nec de quota ipsius per viam futuræ suc-
cessionis, sed de certis bonis post obitum pro-
mittentis acquirendis, iux. plenè not. per Bur-
sat.in alleg.conf.136.nu.30.& seq. & alios ple-
nè relatos per Franc.Becc.in d.conf.157.nu.1.
& 17.in 2.vol.Honded.in conf.40. nu. 32. &
seq.lib.1.& Peregr.in d.art. 50.num. 29. cum
14 plur.seq. Item prætereundum non est, quod
fauore matrimonij valet pactum inter coniu-
ges, quod primogenitus ex eo matrimonio na-
sciturus in aliqua re, vel dignitate succedat,
prout affirmaunt Guid.Pap.in decis.267.& in
decis.505.Crau.in conf.256.num.2.lib.2. Me-
noch.in d.conf.1.nu.162.& in conf.92.nu.50.
& seq.& alij relati per Tiraq.in tract. de iur.
15 primogen.q.6.nu.11. Verùm hoc pactum ea-
tenus valet quatenus paciscentes in eadem vo-
luntate perseuerent, vt patet ex not. per Capel.
Tholos.in decis.454.Boer.in decis. 204. & La-
16 nar.in conf.55.nu.6. Eademque ratione multi
affirmant valere mutuam conuentionem inter
coniuges, vt alter alteri præmorienti succedat,
vt refert Tiraq.in d.q.6. nu. 5.& idem esse in
pacto inito inter fratres, vt altero ipsorum sine
filijs decedente, eius bona ad superstitem deue-
niant, vt refert Menoch.in d.conf.1. num.161.
& plenè Alex.Rauden.in conf.26.sub num.5.
& seq.lib.1. Sed hæc conclusio non est omninò
tuta, imò contraria opinio est magis commu-
niter recepta, vt patet ex relatis per Cacher. in
d.decis.100.nu.22.Tiraq.in d.q.6.nu. 24. Ma-
ran.in conf.88.Franc.Becc.in d.conf. 157. nu.
18. lib. 2. & alios, quos plenè cumulat Fab.de
17 Ann.in conf.52.nu.2. Potest autem hæc con-
trarietas ad concordiam reduci, vt prima opi-
nio procedat, quando pactum reciprocæ suc-
cessionis non est appositum super tota hæredi-
tate, seu quota ipsius, sed tantùm super certis
bonis, quo casu validam esse hanc conuentionẽ
plenè probat Honded.in conf.40.nu.141.cum
plur.seq. & per tot.lib. 1. qui in fine asserit ita
fuisse iudicatum. Secunda verò opinio proce-
dit, quando pactum hoc interponitur super to-
ta hæreditate, vel eius quota, & in his terminis
propriè loquuntur Doctores supra allegati, à
quibus non dissentit idem Honded.in allegato
conf. 40.sub nu.47. vers. similiter tollitur se-
cundum, & Thes.in decis.225.nu. 11. & hanc
distinctionem quoque confirmat Cæsar Barz.
18 in decis.Bonon.14.num.3. Aliquando autem
hoc pactum concipitur super hæreditate tertij
certo modo diuidenda post eius obitum, & hoc
etiam est reprobatum, nisi ille tertius consen-
tiat, & in ea voluntate permaneat vsque ad
mortem, vt expressè cauetur in d.l.fi.C. de pac.
& iuramento pactum hoc non firmatur, prętet
quàm si ageretur de hæreditate incerta, iux. no.
per Capyc.in decis.159.nu. 10. & Pute.in de-
19 cis.113.nu.4.lib.2. Magna vero quæstio est, an
si pater consentiat pacto inter fratres inito de
eius hæreditate certo modo inter ipsos diuidẽ-
da, possit postea suum consensum reuocare?
quem articulum tangit Couar.in cap.quamuis
pactum, de pact.in initio tertia par. nu.10. Et
licet sub dubio arguat pactum ab initio validũ,
& honestum patris consensu, & iuramento ro-
boratum semper firmum, & stabile remanere,
nec ex mutata postea patris voluntate reuocari
posse. Nihilominus contrarium concludit per
tex. in d.l.fi. quæ eatenus huiusmodi conuen-
tiones admittit, quatenus consensus, & perse-
uerantia illius, de cuius hæreditate agitur acce-
20 dat. Negatiuè vero hoc pactum concipitur,
quando quis futuræ alicuius hæreditati renũ-
ciat, & hoc etiam inualidum est, nisi concurrat
præsentia, & consensus illius, cuius hæredita-
ti renunciatur, iuxta not. per Crau.in conf.42.
num. 5. accedente verò consensu eius, de cuius
hæreditate agitur, valida est renunciatio etiam
sine iuramento, vt plenè refert Surd. in conf.
355.num. 10. oportet autem, quòd huiusmodi
consensus duret vsque ad mortem illius tertij,
cuius hæreditati renunciatum fuit, alioquin
si mutata voluntate renuncians ab eo institua-
tur hæres, non prohibetur hæreditatem capere
ex testamento, non obstante renunciatione,
quæ semper censetur facta sub eadem conditio-
ne, dummodo is, de cuius hæreditate agitur, cõ-
sentiat, & in eo consensu perseueret, vt plenè
probat Ias.in l. stipulatio hoc modo concepta,
nu.13.& seq.ff.de verb.oblig.& alij, quos ple-
nè cumulant Gabr.in 4.lib. commun. conclus.
in tit.de iur.dot.concl.1.n.26. Surd. in d.conf.
355.nu. 14. Rot.Lucen.in nouiss.decis. trium
Auditor. decis. 98. vers. tamen quia talis con-
clusio, & Gasp.Thes.in q.foren.95.nu.3.lib.1.

Sed

21 Sed si huiusmodi pactum de non succedendo
fiat in beneficium alicuius cum iuramento, tũc
etiam non accedente consensu illius, de cuius
hęreditate agitur, seruãdum esse ex dispositio-
ne *tex. in d. cap. quamuis pactum, de pact. in 6.*
plenè probat *Surd. in d. cons. 355. num. 8. cum
plur. seq.* Quo casu licet possit hæres institui ab
eo, cuius hæreditati renunciauit, tamen tene-
tur hæreditatem sibi delatam restituere ei, ad
cuius beneficium renunciauerat, vt plenè di-
scusso hoc articulo concludit *Gasp. Thes. in d.
q. 45. num. 10. & seq.* Et hic casus est diuersus à
præcedenti, aliud enim est pactum de hæredi-
tate viuentis certo modo distribuenda, quod
quatenus tangit personam illius, de cuius hære-
ditate agitur, semper est reuocabile, & quouis
iuramenti vinculo astringi non potest, quin
semper libera remaneat testandi facultas, iuxta
dispositionem *tex. in d. l. fi.* Aliud verò est pa-
ctum de non succedendo, quod quatenus con-
cernit fauorem tertij, ad cuius beneficium fit
renunciatio, potest iuramenti vinculo confir-
mari, vt benè animaduertit idem *Gasp. Thes.*
22 *in cit. loco nu. 6.* Et licet aliqui teneant, quòd
obtenta absolutione à iuramento hoc pactum
remaneat inualidum, prout asserit *Alexan. in
cons. 213. nu. 1. & seq. vol. 7.* contrarium tamẽ
ex multorum authoritate verius esse testatur
*Gul. de Bened. in repet. cap. Raynutius de te-
stam. in ver. duas habens filias, in 1. par. nu.*
23 *263.* Vbi autem cum huiusmodi renunciatio-
ne concurreret enormissima læsio, tunc eam,
non obstante iuramẽti vinculo impugnari pos-
se tãquam factam dolo re ipsa, qui dolo ex pro-
posito æquiparatur, plenè probat *Couarr. in d.
cap. quamuis pactum, §. 4. nu. 3. & seq.* & ple-
24 nissimè *Cacher. in cons. 77. nu. 8.* Et multo for-
tius procederet hæc conclusio, si filia minor iu-
ra sibi iam delata renunciaret, iuxta ea, quę ple-
nè tradit *Peregr. in cons. 153 per totum. vol. 5.*
25 Verùm hęc conclusio fallit quando huiusmodi
renunciatio fit à filia religionem professura,
tunc enim, nec ab ea, nec a Monasterio poterit
etiam prætextu enormissimæ lęsionis reuocari,
vt concludit *Couarr. in eod. cap. quamuis pa-
ctum, §. 2. nu. 5.* cui conclusioni inhærẽt *Crau.
in cons. 160. nu. 1. Dec. in cons. 31. in fin. vers.
vltimo non obstat, Molin. de primogen. Hisp.
lib. 2. cap. 3. nu. 27. Garz. Mastrill. in decis. 64.
nu. 12.* & alij relati per *Gasp. Thes. in q. foren.*
26 *56. nu. 21. lib. 2.* Et si ante ingressum Monastè-
rium renunciat iuri sibi competituro circa hæ-
reditates deuoluendas ex persona ipsius mu-
lieris ingressuræ, valida est renunciatio etiam
absque solemnitatibus, & sufficit cõsensus Ab-
batissę cum interuentu Capituli tãtùm, vt post
alios plenè refert *Petr. Cabal. in cons. ciu. 104.
per tot.* nam in iure quærendo potest Mona-
sterium sibi præiudicare, iuxta ea, quæ pulchrè
tradit *Vinc. de Franch. in decis. 14. num. 16.*
27 *& seq.* Limitatur autem supradicta conclusio,
quòd procedit solùm in eo, qui religionem, &
paupertatem profitetur, secus verò si quis effi-
citur clericus, ita vt prohibitus non sit bonorũ
dominium, & administrationem retinere, nam
si aliquam renunciationem antequam ad cleri-
catum assumatur, fecisse reperiatur, ex qua for-
san sit enormissimæ læsus, non prohibetur eius
nullitatem proponere, vt plenè consuluit *Lud.
Morot. in cons. 28. per tot. qui nu. 17.* diuersita-
tis rationem inter hunc, & præcedentem casũ
28 benè explicat. Quæ autem læsio requiratur ad
hoc, vt mulier possit renunciationem factam
impugnare? vide *Cacher. in d. cons. 77. per tot.
Cephal. in cons. 34. & 142. lib. 1. & in cons.
334. & seq. & 405. lib. 3. & in cons. 642. lib. 5.*
plenè *Eugen. in cons. 12. & in cons. 29.* plenis-
simè *Io. Bapt. Laderch. in cons. 126. & seq. per*
29 *tot. & Camill. Borrel. in cons. 4.* Et an filia re-
nuncians succedat saltim in eo lucro; quòd fi-
lijs defertur ob transitum parentum ad secũda
vota? vide *Dec. in cons. 230. nu. 2. & in cons.
396. per tot.* qui concludit renunciationem ad
hunc casum nõ extendi, nam huiusmodi lucra
non sunt hęreditaria, sed filijs acquiruntur vt
filijs, non vt hęredibus, vnde in eis concurrunt
etiam filiæ exclusę à statuto à successione parẽ-
tum stãtibus masculis, vt inquit *Salyc. in l. fœ-
mina, §. illud. C. de secund. nupt. & Rol. à Val.
in cons. 95. num. 43. vol. 1.* quos refert *Surd. in*
30 *decis. 8. nu. 7.* An autem idem dicendum sit in
quarta vxori debita ex dispositione *auth. præ-
terea. C. vnde vir et vx.* Cuius proprietas filijs
reseruatur? dic quod non, nam ea filijs debe-
tur tanquam hęredibus, vt plenè tradit *Surd.*
31 *in ead. decis. 8. nu. 11. & per tot.* Et an huius-
modi renunciatio extendatur etiam ad bona
quæsita post renunciationem ab eo, cuius hęre-
ditati renunciatur, vel ei ex aliqua successione
obuenta? videtur fortè dicendum quòd non,
quia semper renunciatio intelligitur de bonis
competituris ex causa de præsenti, vel de præ-
terito, iux. not. per *Bar. & alios in l. qui Romæ
§. duo fratres. ff. de verb. oblig. Dec. in d. consi.
230. in fi. & in cons. 379. nu. 9. & sub num. 11.
Franc. Aret. in cons. 93. col. pen. vers. præterea
licet, et plenè Loffred. in parafr. feud. super c.
1. de nat. succ. feu. col. 3. vers. præterea renun-*
32 *ciatio.* Sed in contrarium fortiter vrgent not.
per *Crau. in cons. 11. in 2. dub. num. 5. et seq.*
qui multis rationibus concludit, quòd filia re-
nuncians bonis paternis excludi debet etiam
à bonis matri obuentis post renunciationem
ex noua successione, cui conclusioni non obstãt
rationes supra allegatæ, nam licet quoad matrẽ
sit noua acquisitio, nihilominus quoad ipsam

filiam non est noua causa, sed eadem quæ erat
33 tempore renunciationis. Vnde secus dicendũ esset quando etiam quoad renunciationem posset considerari noua causa acquisitionis, vt in pulchro casu quem refert *Io. Angel. Pisanel. in addit. ad Napod. in consuet. quartam autem, sub tit. de Iure quartæ, in apostill. quæ incipit ad intellectum istius consuetudinis, fol. mihi* 250. vbi notabiliter concludit, quòd mulier, quæ fratre superstite, paternis, & maternis bonis renunciauerat, decedentibus postea fratre, & matre, nõ excluditur à successione antefati, nam ad illud virtus remunerationis non extenditur, mater enim stantibus filijs nedum tantum eius vsumfructum habebat, decedente autem filio, non fuit eius proprietas cum vsufructu matris consolidata, nam existentia ipsius filiæ, licet per renunciationem habeatur pro mortua quoad successionem, operatur tamen, quod donec ipse viuit, nunquam mater antefati proprietatẽ acquirit, sed adhuc remanet vsufructuaria, Vnde sequitur, quod tunc vsusfructus cum proprietate cõsolidatur, quando mater decedit; Et quia tunc nemo ex linea paterna reperitur, qui ipsam filiam præcedat, ideo ex beneficio Consuetudinis Neapolitanæ tanquam proximior in ea proprietate, quæ nunquam a paternis bonis discessit, succedere non prohibetur, non obstante renunciatione, cum sit noua causa successionis, ad quam dictæ renunciationis vis non porrigitur, iuxta
34 not. per *Rip. in l. 1. nu. 26. C. de pact.* Notandũ quoque est in hac materia, quod si filia renuncians paternæ hæreditati, instituatur postea ab ipso patre hæres in vno tareno, non prohibetur petere legitimæ supplementum, vt ani-
35 maduertit *Maran. in disput.* 10. *nu.* 26. Sed pone, quòd filia renunciauit sub hac conditione, quòd si Titius, & Sempronius eius fratres decederent, ei liceret ad eorum successionem admitti, & deinde contingat vnum ex dictis fratribus sine liberis decedere, altero tamen superstite, an ea ad successionem fratris præmortui pro rata debeat admitti? & pro parte affirmatiua concludendo dico, quòd illa dictio copulatiua in disiunctiuam resoluitur, prout in simili casu consuluit *Crau. in cons.* 109. quem refert *Thes. in decis.* 189. *sub nu.* 1. quę conclusio corroboratur ex ijs, quę plenè tradunt *Caher. in decis.* 110. *Roman. in cons.* 19. *per tot. Guid. Pap. in decis.* 204. *Hieron. Gabr. in cons.* 131. *nu.* 14. *vol.* 2. *& Franc. Becc. in cons.* 107.
36 *nu.* 19. An autem hęreditatis renunciatio operetur translationem Iurium renuncianti competentium in beneficium illius cui fit renunciatio, vel solum iurium extinctionem, quæ renũcianti competebant? Pro vera huius articuli resolutione distinguẽdi sunt plures casus, quos plenè explicant *Fab. de Anna in cons.* 45. *per tot. & Molfes. in comment. super consuetud. Neap. in tit. de renunciat. q.* 6. *per tot.* ad quem
37 me remitto. Et an filia, quę promisit renũciare, & postea non renunciauit, excludatur, ac si renunciasset? vide *Boer. in decis.* 3. *per totam.*
38 Et quid si vir promisit vxorem renũciaturam, quę cum effectu renunciauit, sed quia fuit læsa, eius filij agunt pro rescissione dictæ renunciationis quibus opponitur, quòd sunt patris hæredes, & tenentur facere renunciationem durare, an debeant ab eorum petitione repelli? hunc articulum plenè disputauit *Gramm. in decis.* 102. *nu.* 80. *cum plur. seq.* Et demum concludit, quod non, & idem quoque affirmat decisum fuisse per Sacrum Consilium *Camill. Salern. in addit. ad Napoda. in consuet. si moriatur, fol. mihi* 86. *lit. B. cum seq.* quam conclusionem plenè confirmant *Rol. a Vall. in cons.* 81. *per tot. lib.* 4. *et Caher. in cons.* 75. *nu.* 12. *& seq.* Sed hanc opinionem impugnant *Pancirol. in cons.* 45. *per tot. Ludou. Morot. in responſ.* 92. *num.* 6. & plenissimè *Surd. in cons.* 3. *per tot. vol.* 1. Pro concordia vero harum opinionum dici potest, quòd aut renunciatio impugnatur à patris hęredibus ex eo, quia fuit nulla, & inualida ab initio, forsan ex defectu alicuius intrinsecæ solemnitatis, vel quia tempore quo mater renunciauit erat minor, & contraxit sine legitimis solemnitatibus, & eo casu procedit hæc secunda opinio, nam tenentur ad interesse vigore promissionis factæ per eorũ patrẽ, quæ non fuit adimpleta per actum nullum ab initio, aut renunciatio fuit ab initio valida, sed petitur rescindi ex alia causa extrinseca, vt puta, quia facta fuit per metum, & hoc casu nihil obstat paterna promissio, nam sufficit eam fuisse semel adimpletam per actum validum, prout semetipsum declarat *Gramm. in d. decis.* 102. *sub nu.* 100. ita respondendo *gl. in l. huiusmodi. ff. de lega.* 1. & melius hanc distinctionem explicat *Surd. in d. cons.* 3. *in fin.*
39 *nu.* 42. An autem is, qui renunciationem ad sui & aliorum beneficium stipulatus fuit, possit postea illud pactum renunciationis remittere in preiuditium eorum, quibus ex ea renunciatione erat ius quæsitum, vel quærendum? vide *Cassan. in cons.* 28. *in* 2. *dub.* qui primo arguit quòd non, nam ius alteri quæsitum sine eius facto tolli non potest, ex *reg. tex. in l. si post mortem. §. fin. ff. de contra tab. & in l. si. ff. de pact.* Sed demum concludit, quòd in contrarium est veritas, nam per huiusmodi renunciationẽ non dicitur ius tertio quæsitum de præsenti, sed quærendum post obitum illius, cuius futurę successioni renunciatum fuit, quo casu ius mihi quæsitum per alium potest ex pacto eiusdem impediri ne acquiratur, ex *reg. tex. in l.* 3. *§. it*

§. is, pro quo, cum ibi not. per gl. ff. quod quisq.
40 iur. Hinc eſt, quod ſi quis paciſcitur cum ſecunda vxore, quod filij ex eo matrimonio naſcituri non ſuccedant in feudis cum filijs primi matrimonij, idem pater poterit poſtea hoc pactum reuocare, & per contrariã conuentionem paciſci, ꝙ ſuccedãt, vt inquit Aluarot. in c. filij nati, in fi. ſi de feu. fue. controuer. quem refert, & ſequitur Iacob. in tract. de feud. in fine ope-
41 ris, nu. 5. Eademq; ratione multi affirmant cõuentionẽ initã inter coniuges, ꝙ primogenitus tãtum ſuccedat, ab eiſdem coniugibus communi cõſenſu reuocari poſſe, prout ex magis communi Doctorum ſententia refert Surd. in de-
42 ciſ. 209. nu. 14. & ſeq. Et hinc etiam dubitandum non videtur, quod ſi fiat donatio alicui cũ conditione, quòd poſt eius obitum bona donata deferantur alicui Eccleſiæ, poterit idem donans antequam caſus conditionis eueniat, eam reuocare, prout affirmat Bart. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig. cuius opinionem ibidem ſequuti fuerunt Soc. nu. 6. Iaſ. nu. 4. & alij plenè relati per eundem Surd. in d. deciſ. 209. nu. 13. Ant. Gabr. in 3. lib. commun. concl. ſub tit. de donat. concluſ. 5. nu. 1. Iul. Clar. in §. donatio, q. 13. verſ. ſecundus articulus, pulchrè Natt. in conſ. 677. nu. 1. & ſeq. lib. 4. & pleniſſimè per Fab. de Anna in conſ. 52. nu. 5.
43 Et licèt multi ab hac opinione diſſentiant, vt latè cumulãt Menoch. in conſ. 92. nu. 75. lib. 1. Duen. in d. reg. 216. in fi. Roder. Suar. in alleg. 9. nu. 16. & in repet. l. quoniam in prioribus, in 8. q. C. de inoff. teſtam. Io. Lopez. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 54. in fine, & idem
44 Fab. de Anna in conſ. 32. nu. 1. Veriorem tamen, magiſq; communiter receptã eſſe ſupradictam primam opinionem teſtantur Iul. Clar. in d. q. 13. verſ. ſecundus articulus, in fine, & Surd. in d. deciſ. 209. nu. 14. præſertim ſi reuocatio fit ante conditionis euentum, quo tempore adhuc non poteſt dici ius tertio eſſe quæſitũ, prout fateri videtur Menoch. in d. conſ. 92. nu. 74. lib. 1. & in conſ. 489. nu. 21. verſ. reſpondetur ſecundo, lib. 5. quem refert Fab. de Anna
45 in d. conſ. 52. nu. 7. Et multo fortius hæc concluſio procedit, quando in reuocatione dictæ conditionis concurrit non ſolum donãtis, ſed etiam donatarij conſenſus, prout affirmant Menoch. in allegato conſ. 92. nu. 77. & alij relati per eundem Fab. de Anna in d. conſ. 52. num. 8. & Ant. Gabr. in d. concluſ. 5. num. 11.
46 Multis autem modis hæc concluſio limitatur, quos plenè refert Couarr. in 1. lib. var. reſolut. c. 14. per totum, in quo optimè explicat intellectum l. quoties, C. de donat. ſub modo, & Fab. de Anna in d. conſ. 32. ad quos me remitto.
47 Et demũ in hac materia valde dubitabilis quæſtio eſt, an filia, quæ paternæ hæreditati renunciat, cenſeatur eam renunciationem feciſſe intuitu maſculorum. Ita quòd eius deficientibus, ad paternam ſucceſſionem admitti debeat? pro cuius reſolutione licèt me remittere poſſem ad notata per Affl. & Vrſill. in dec. 178. in 3. dub. Capyc. in deciſ. 190. Lanar. in conſ. 49. per tot. Franc. Becc. in conſ. 74. nu. 20. cum plur. ſeq. Hond. in conſ. 29. nu. 65. & ſeq. vol. 1. & nouiſſimè Gaſp. Theſaur. in quæſt. foren. 90. per tot. lib. 2. nihilominus quia articulus eſt vtilis, & quotidianus, pro vera eius explicatione notandæ ſunt infraſcriptæ concluſiones. Quarum
48 prima eſt, quòd ſi filia renunciat hæreditati, & ſucceſſioni paternæ, & omni iuri in futurũ ſibi competituro cũ clauſula quietationis per Aquilianam ſtipulationem, tunc perpetuo erit excluſa, omniq; penitus ſpe ſuccedẽdi priuatur, etiã ſi frater tunc ſuperſtes poſtea decedat, vt patet ex not. per Roman. in conſ. 22. ſub num. 3. verſ. non obſtat ſupradictis, Grammat. in deciſ. 57. nu. 42. & in deciſ. 101. ſub nu. 72. Soc. in conſ. 34. nu. 5. vol. 4. Menoch. in conſ. 6. nu. 15. lib. 1. & Ant. Gabr. in 3. lib. commu. concl. in tit. de iure dot. concl. 1. nu. 3. hæc enim vocatur realis renunciatio, cuius effectus eſt tollere renũciantem de medio, eamq; haberi pro mortua, iuxta plenè not. per Napod. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua, nu. 195. ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſt. & ibidẽ per omnes Adden. ad eum, Vinc. de Franch. in deciſ. 552. nu. 7. & alios relatos per Molfeſ. in comment. ſuper conſuet. Neap. in tit. de re-
49 nunciat. q. 2. num. 13. & ſeq. Verum opus eſt, quòd huiuſmodi renũciatio ſit à patre acceptata pro ſe, & hæredibus ſuis, iuxta not. per Alex. in conſ. 29. nu. 5. vol. 2. Pariſ. in cõſ. 26. nu. 26. vol. 3. Menoch. in d. cõſ. 6. ſub nu. 15. verſ. quinto accedit, Couarr. in cap. quamuis pactum, de pact. in 3. par. §. 3. ſub nu. 4. verſ. ſeptimo ſi pater, & Maran. in diſput. 10. num. 27. in fine.
50 Nam huiuſmodi renunciatio cenſetur facta ad augendum hæreditatem patris in beneficium quorumcunque ſuccedentium ab inteſtato, ita quòd donec ſupereſt aliquis ex deſcendentibus ipſius patris etiam fœminini ſexus nunquam filia renuncians ad paternam ſucceſſionem admittitur, cùm non minus ſit hæres fœmina, quã maſculus, vt in ſpecie reſpondit Aret. in conſ. 17. nu. 10. verſ. item nec prohiberetur, Couar. in loco ſupra citato, & Menoch. in allegato
51 conſ. 6. num. 16. Quæ concluſio multo fortius procedit, ſi filia non ſolum renunciauit paternæ, ſed etiam fraternæ hæreditati, tunc enim mortuo fratre, excluditur ab alia ſorore ſuperſtite, quę non renunciauit, iuxta not. per Pariſ. in d. conſ. 26. nu. 31. & 38. vol. 3. Dec. in conſ. 31. in fine, verſ. non obſtat, Cappell. Tholoſ. in deciſ. 458. Maran. in d. diſput. 10. num. 29. &
52 Vrſill. in deciſ. 161. nu. 4. Secunda concluſio

est, quod si renunciatio fuit facta fauore masculorum heredum, tunc illis nonexistentibus cessat causa renunciationis, & consequenter ea non obstante, non prohibetur fœmina renuncians succedere, vt communiter affirmant Doctores in l. pactum quod dotali, & præcipue Bald. nu. 7. & Dec. nu. 9. C. de collat. & Doctores omnes in l. qui superstitem, ff. de acq. hered. & alij relati per Vestl. in d. decis. 161. num. 5. de Pont. in cons. 37. num. 1. & seq. lib. 1. Surd. in decis. 252. num. 4. & in cons. 446. nu. 22. lib. 3. & late per Molsef. in comment. super consuet. Neap. in tit. de renunc. q. 1. nu. 28. & seq. & in
53 q. 2. nu. 5. & seq. Tertia conclusio est, quod si filia, quæ pacto ... renunciauit, propter mortem patri relictus filius, eis nō nocet matris renunciatio, sed ex propria persona admittetur ad successionem, etiam si sint matris heredes, nam semper in renunciatione subintelligitur conditio, si hæreditas renunciata deferatur renuncianti, vt post alios plene refert Surd. in cons. 332. per tot. lib. 3. & ita habita matura discussione ex magis communi Doctorum sententia per Sac. Cons. iudicatum fuisse testatur Vinc. de Franch. in decis. 67. per tot. & hanc conclusionem plenè etiam defendit Lud. Morot. in cons. 22. per tot. eamque ab omnibus contrarijs plenissime tuetur, & secundum eam in supremo Senatu Sabaudiæ iudicatum fuisse refert Gasp. Thesau. in d. quæst. foren. 90. lib. 2. & nouissime hanc conclusionem optimè confirmat, & secundum veras iuris regulas notabiliter explicat R. Pater Molsef. in d. tit. de renunc. cap. 5. per tot. & in c. 17. nu. 20. & seq. & in 2. tom. nuper impresso in addit. ad eun-
54 dem q. 5. ad quem me remitto. An autem hæc conclusio procedat etiam si mulier cum iuramēto promittit suos hæredes ratam habituros eius renunciationem? & quid si eius filij concurrant cum alijs sororibus ipsius mulieris renunciantis in successione Aui, ita vt admitti non possint, nisi per viam futuræ ... renunciationis ... ipsius matris? vide omnino eundem Gasp. Thesaur. qui hos modos optimè
55 admittit. Quarta conclusio est, quod in dubio renunciatio strictè interpretari debet, ita vt minus noceat renuncianti, & eius verba intelligi debent potius contra eum, qui se fundat in renunciatione, vt plene probant Surd. in consil. 446. nu. 23. Franc. Bec. in cons. 111. nu. 31. et Io. Vinc. Hondel. in cons. 24. nu. 94. lib. 1. Ex
56 quo in dubio semper renunciatio facta per mulierem, censetur facta intuitu, & contemplatione fratrum, & eorū descendentium, & consequenter eis sine legitima sobole decedentibus, mulier ipsa admittitur, non obstante renunciatione, vt ex magis communi Doctorum opinione refert Marchio Io. Franc. de Ponte in cons. 39. num. 1. & seq. qui testatur ita pluries per Sac. Cons. fuisse iudicatum, & hanc opinionem plene etiam confirmat Molsef. in d. tit. de renunc.
57 q. 3. per tot. Hæc autem conclusio differt a prima, quam supra fundauimus num. 48. nam ibi actum fuit de renunciatione reali facta per mulierem in omnem casum per Aquilianam stipulationem, & pactum de nō petendo, per eam perpetuo censetur exclusa, & renuncians habetur pro mortua, quod est diuersum a simplici renunciatione, vt in specie notant idē de Pont. in cons. 40. nu. 11. plene Marcell. in cons. 323. nu. 62. & Surd. in decis. 4. Pro qua conclusione faciunt, quæ in simili circa renunciationem, quæ per nouum ritum Ciuitatis Neapolis inducitur quoad aliorum successionem communiter tradunt omnes DD. Adeunt. ad Neap. in consuet. si quis, vel si qua, nu. 195. plene Vinc. de Franch. in decis. 552. nu. 7. & seq. in 4. par. & plenissimè Molsef. in eod. tit. de renunc. 5. quæst. 14. per totum.

Finis Cap. Septimi.

CAP. OCTAVVM.

Vxor relicta Domina, & vsufructuaria omnium bonorum à viro, institutis filijs hæredibus, ex præsumpta testatoris mente alimenta tantum habere debet, cum eadem tamen præheminentia quam habebat viuente testatore. Quę conclusio pluribus ampliationibus, & limitationibus, ac notabilibus declarationibus exornatur.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta domina, & vsufructuaria bonorum à testatore filijs hæredibus institutis habebit solum alimenta.*

Et quæ sit ratio num.3.

Si tamen relicta sit vsufructuaria simpliciter, vel omnium bonorum, secundum aliquos consequitur vsumfructum, nu.4.

Sed secundum communem habebit alimenta, num.5.

Primo ampliatur, quia etiam propria authoritate dicta alimenta capere potest, & pinguius, prout viuente viro, nu.2.

Secundo ampliatur hoc procedere, siuè sint instituti filij, siue nepotes, nu.6.

Tertio ampliatur idē esse si relinquatur vsusfructus uxori institutis nepotibus ex filio præmortuo, nu.7.

Quarto ampliatur hoc, tam si fuerint instituti filij eiusdem matrimonij quàm primi, nu.8.

Quinto ampliatur, etiam si instituti sint filij naturales tantum, & si extant filij legitimati, nu.9.

Sexto ampliatur, quia si vxor velit alimenta debebuntur, quamuis filij eligerent dare vsumfructum, nu.10. vbi plenissimè de ratione.

Limitatur primo non habere locum, quando vxori relinquitur vsusfructus rerum particularium, nu.11.

Limitatur secundo non etiam procedere, quando relinquitur vsufructus partis, seu quota hæreditatis, nu.12.

Limitatur tertio, si mortuis filijs institutis succedunt extranei, nam vsumfructum, nō alimenta habebit, nu.17.

Limitatur quarto idem esse si bona filij ob aliquod delictum perueniant ad fiscum, n.18.

Limitatur alijs modis, remissiuè, nu.13.

Quid si vxor sit relicta vsufructuaria vnà cum filijs, nu.21.

Et an prius sint deducenda alimenta filiorum & de eo, quod superest alatur vxor, nu.22.

14 *Vxor à testatore relicta Domina, & vsufructuaria extraneis hæredibus institutis integrum vsumfructum habebit.*

Fallit si ex coniecturis constat testatorem voluisse dari alimenta etiam institutis extraneis, nu.19.

15 *Extranei intelliguntur omnes præter filios, nepotes, aliosque descendentes.*

16 *Vxor domina, & vsufructuaria relicta si sint instituti filius, & extraneus, alimenta habebit pro medietate, & vsumfructum alterius portionis.*

20 *Vxore relictā vsufructuaria, & extraneo hærede instituto, an vxor habebit vsumfructum, & hæres proprietatem, vel ambo concurrent in vsufructu, remissiuè.*

23 *Vxor ante omnia deducit dotem, & antefatū, & ex residuo hæreditatis viri accipit alimenta.*

24 *Vxor relicta administratrix, & vsufructuaria, an censeatur relicta etiam tutrix, remissiuè.*



1 I testator institutis filijs hæredibus relinquat vxorem dominam, & vsufructuariam omnium bonorum, ex generali consuetudine receptum est, quòd hoc legatum importat solum alimenta, vt testantur *Glo. & Doctor. omnes in auth. hoc locum, C. de secun. nupt. mul. & in l. Titia, §. Titia cum nuberet. ff. de leg.* 2. & alij plenè relati per *Ant. Gabr. in 5. lib. commu. conclus. in tit. de vsufruc. concl. 2. Mantic. de coniec. vltim. volunt. lib. 9. tit. 7. Borgn. Caualc. in tracta. de vsufr. mulier. relict. nu.* 17. *& per tot. Surd. in tract. de alim. tit. 2. q. 15. num. 1. & seq. & Menoch. de præsump. lib. 4. præsum.* 139. *nu.* 1. *&*

2 *per tot.* Verùm hæc alimenta mulieri debētur pinguiora, & cum eadem preheminentia quam habebat viuente viro, eaque capere ipsamet potest authoritate propria, & non a manu hæredis, vt post *Bar. in d. auth. hoc locum num.* 8. & alios refert *Paris. in cons.* 98. *nu.* 2. *vol.* 2. quam conclusionem communem esse affirmant *Rol. à Vall. in cons.* 74. *nu.* 20. *vol.* 2. *Borgn. in d. trac. de vsufruc. mul. relic. num.* 25. *Surd. in d. q.* 15. *sub nu.* 1. *Menoch. in d. præsump.* 139. *nu.* 2. *& 4. & Simon de Petr. in tract. de interpret. vlt.*

3 *volunt. lib. 4. dubit.* 10. *nu* 46. Cuius consuetudinis ratio est, quia pater præsumitur potius voluisse consulere filijs quàm vxori, cùm in eis præsumatur maior dilectio, *l. nam etsi parentibus, in princ. ff. de inoffic. testam.* Nec credendum est, quòd testator, dum filium reliquit hæredem, voluerit ei nudam proprietatem relinquere, ita vt donec vsusfructus omnium bonorum penes matrem existeret, cogeretur mēdicare, vt benè considerant *Surd. in d q.* 15. *nu.* 2. *Mantic. in d. tit. 7. sub nu.* 1. *& Menoch. in d.*

4 *præsum.* 139. *nu.* 5. *& seq.* Et licet aliqui in verborum conceptione differentiam constituant, vt si vxor relicta fuit domina, & vsufructuaria, debeat ex præsumpta testatoris mente habere alimenta, sed si fuerit relicta vsufructuaria simpliciter, vel ei relictus vsusfructus omnium bonorum,

norum, tunc integrum vsumfructum habere
debeat, prout tenuerunt *Bald. in l. fi. nu. 9. C. de*
indic. viduit. toll. Salyc. in d. auth. hoc locum,
num. 3. & alij relati per *Borgn. in d. tracta. de*
vsufr. mul. relic. nu. 37. *& Menoch. in d. præ-*
sump. 139. *sub nu.* 8. *vers. secunda fuit opinio,*
5 *& seq.* Communis tamen opinio est in contra-
rium, quòd scilicet in vtroque casu debeantur
tantum alimenta, vt plenè probat *Mantic. in*
d. tit. 7. *nu.* 2. *& seq. Surd. in d. q.* 15. *num.* 4. *&*
seq. & Menoch. in ead. præsum. 139. *nu.* 8. *cum*
6 *plurib. seq.* Eademque conclusio procedit, siue
instituti sint filij, siue nepotes, vt post alios re-
fert *Mantic. in eod. tit.* 7. *nu.* 13. *& Surd. in d.*
q. 15. *nu.* 11. *& seq.* nam ardentius descendit
amor in nepotes, quàm in filios, *l. liberorum,*
in fi. ff. de verb. signif. vt notant *glos. in l. isti*
quidem ff. quod met. cau. & Curt. iun. in cons.
7 169. *nu.* 13. Et idem est si relinquatur vsusfru-
ctus nurui, institutis nepotibus ex filio præmor
tuo, vt refert idem *Surd. in citato loco nu.* 15.
8 Eadem quoque conclusio procedit, tàm si in-
stituti sint filij eiusdem matrimonij, quàm pri-
mi, cùm in vtrisque vigeat eadem ratio prædi-
lectionis, prout ex magis communi Doctorum
sententia, reprobata opinione *Bald.* qui con-
trarium tenuerat *in d. auth. hoc locum, num.* 2.
testantur *Surd. in alleg. quæst.* 15. *num.* 25. *&*
seq. & Menoch. in eadem præsum. 139. *nu.* 66.
9 Pluribus etiam alijs modis hæc conclusio am-
pliatur, scilicet, quòd procedit etiam si institu-
ti sint filij naturales tantùm, vt notat idem
Surd. in citato loco nu. 42. *cum plurib. sequen.*
Item si extant filij legitimati, vt per eundem
ibidem nu. 29. & seq. & *Hier. Gabr. in cons.* 97.
nu. 11. *vol.* 2. & in alijs casibus, qui penes eosdē
10 Authores videri possunt. Sed vnum tantùm
silentio prætereundum non est, cùm sit valdè
notabile, quòd licet hęc interpretatio, vt hu-
iusmodi legatum restringatur ad alimenta tan-
tùm, introducta sit ex præsumpta mente testa-
toris in fauorem filiorum, nihilominus etiamsi
ipsi filij magis eligant eorum matri pręstare in-
tegrum vsumfructum, quàm alimenta, reluctan
te matre audiri non debēt, prout voluit *Salyc.*
in d. auth. hoc locum, nu. 13. cum quo concor-
dant *Picus in d. §. titia, nu.* 36. *vers. tertio li-*
mita, Bertran. in cons. 159. *in* 2. *dub. vol.* 1. *&*
Ant. Gabr. in d. conclus. 2. *nu.* 8. quos refert idē
Surd. in d. q. 15. *nu.* 66. *& seq.* qui inter cæteras
hanc (ni fallor) valdè concludentem rationē
assignat, quia cum testator videatur vxori le-
gasse non vsumfructum, prout verborū vis in-
ferre videtur, sed alimenta tantùm, prout gene-
ralis cōsuetudo interpretatur, ideo hæres aliud
pro alio inuito creditore soluere non potest, ex
reg. *tex. in l.* 2. *§. mutui datio. ff. si cert. pet.* &
sicut mulieri non datur ius petendi integrum
vsumfructum, cùm sola alimenta censeantur
relicta. Ita etiam licere non debèt filijs offeren-
do vsumfructum ab alimentorum præstatione
se liberare, ex reg. *tex. in l. non debet. ff. de reg.*
iur. quia forma relicti claudicare nō debet, nec
uariari ex voluntate hæredis. Nec obstat, quòd
hęc consuetudo fuit introducta in fauorem fi-
liorum, cui per eosdē videtur renunciari posse,
iux. not. *in l. si quis in conscribēdo, C. de pact.*
Nam respondetur, q licet fauor filiorum fuerit
causa introducendi hanc consuetudinē, & fa-
ciendi huiusmodi interpretationē, tñ cessante
eorū fauore non cessat interpretatio iam facta,
& consumata, sicut non cessat effectus consu-
matus cessante eius causa, ex not. per *Tiraq. in*
11 *tract. cessan. cau. limit.* 12. *in princ.* Multis
quoque modis eadem conclusio limitatur. Pri-
mo enim non habet locum, quando testator re-
linquit vxori vsumfructum rerum particula-
rium, tunc enim ex quo cessat ratio, quòd filijs
non debet remanere nuda proprietas, cum quà
cogerētur mendicare, postquam vltra proprie-
tatem habent etiam vsumfructum in reliquis
bonis. Idep in hoc casu à verborum proprieta-
te non receditur, & integer vsusfructus rerum
legatarum debetur, prout affirmat *Bart. in d. l.*
Titia, §. Titia, nu. 8. *ff. de legat.* 2. cum quo con-
cordant *Picus ibidem, nu.* 37. *vers. quarto li-*
mita, & alij relati per *Gabr. in d. cōcl.* 2. *nu.* 30.
Surd. in d. q. 15. *nu.* 133. *& Menoch. in d. præ-*
12 *sumpt.* 139. *num.* 14. Et idem est si relinquitur
vsusfructus partis, seu quotæ hæreditatis, cùm
vigeat eadē ratio, vt notabiliter animaduertit
Bertran. in cons. 57. *vers. ad secundum, vol.* 1.
quem refert *Gabr. in d. conclus.* 2. *nu.* 31. & idē
affirmant *Mantic. in d. tit.* 7. *nu.* 31. *Surd. in d.*
q. 15. *nu.* 134. *& seq. & Hieron. Gabr. in cons.*
13 127. *sub nu.* 1. *vol.* 1. Multas alias limitationes
ad hanc conclusionem cumulant plenissimè
Menoch. in d. præsumpt. 139. *nu.* 21. *cum seq.*
vsque ad finem, Gabr. in d. conclus. 2. *nu.* 30. *&*
seq. Borgn. Cauale. in d. tract. de vsufru. mul.
relict. per totum, & Surd. in d. q. 15. *à num.* 85.
vsque ad finem, quas non repeto, quia non pos-
sum sine rubore aliena scripta simpliciter tran-
scribere, sed ad eosdem Auctores me remitto.
14 Omnes autem Doctores indifferenter conue-
niunt, supradictam conclusionem solum habe-
re locū, quando sunt instituti filij, quando verò
instituti sunt extranei, & vxor relicta est vsufru
ctuaria, tunc legatum non restringitur ad ali-
menta, sed ei debetur integer vsusfructus, vt ex
communi Doctorum sententia testantur *Ant.*
Gabr. in eod. tit. de vsufruct. conclus. 3. *nu.* 1.
Menoch. de præsumpt lib. 4. *præsumpt.* 140.
nu. 5. *& seq. Rol. à Vall. in cons.* 74. *nu.* 7. *lib.* 2.
Simon de Pet. de interpret. vltim. volun. lib. 4.
dubit. 10. *nu.* 57. *& seq. & Mantic. in d. tit.* 7.
nu. 14.

15 *nu.*14. In quo caſu extraneos intelligi omnes,
prçter filios,& nepotes,alioſque,qui in ſucceſ-
ſione parentum locum filiorum obtinent, ple-
nè probat *Menoch.in allegata præſump.*140.
*nu.*2.*& ſeq.* quem refert *Marc.Ant.de Amat.*
*in deciſ.Marcb.Anconit.*84.*nu.*5. *& Surd.in*
16 *d.q.*15.*nu.*85.*cum plur.ſeq.* Et ſi filius eſt pro
vna parte inſtitutus, & pro alia parte extra-
neus, & vxori eſt legatus vſusfructus, tunc pro
parte filij legatum reſtringitur ad alimenta tā-
tum,pro parte verò extranei mulier habere de-
bet integrum vſumfructum illius portionis, vt
bene probant idem *Surd.in alleg.q.*15.*nu.*147.
*cum plur.ſeq.& Menoch.in d.præſumpt.*140.
17 *nu.*8. *& ſeq.* Et ſi filij inſtituti decedunt, &
hæreditas peruenit ad extraneos, tunc mulier,
quæ prius habebat alimenta,debet habere inte-
grum vſumfructum, vt plenè fundāt in eiſdem
locis, *Surd nu.*162.*vſque ad num.*196.*& Me-*
18 *noch.nu.*77.Et idem eſt ſi ob aliquod delictum
bona filij perueniant ad fiſcum, vt affirmat idē
19 *Surd.ibidem*, *nu.*196. Fallit autem hæc con-
cluſio, quando ex coniecturis conſtat teſtatorē
voluiſſe, quòd vxor haberet ſolum alimenta,
etiam inſtitutis extraneis,prout ex authoritate
*Capr. in conſ.*158. refert *Mantic. in d. tit.* 7.
*nu.*15.*et ſeq.* plenè *Marc.Ant.de Amat.in d.*
*deciſ.*84.*à nu.*16. *vſque ad finem*, *et Menoch.*
20 *in d.præſ.*140.*nu.*11.*cum plur.ſeq.* An autem
ſi in eodem teſtamēto, in quo teſtator inſtituit
hæredem extraneum, reliquit etiam vxorem
vſufructuariam omnium bonorum, præſuma-
tur voluiſſe,quòd vxor habeat integrum vſum-
fructum,& hæres nudam proprietatem, vel q
ambo ſimul concurrant in vſufructu? vide eun-
dem *Menoch.* qui in aliquos caſus notabiliter
diſtinguit in eadem *præſ.*140.*nu.*28.*cum plur.*
21 *ſeq.* Et quid ſi reliquit vxorem vſufructuariam
vnà cum filijs,an debeat mulier habere alimen-
ta tantum, vel medietatem vſusfructus? vide
*Hier.Gabr.in conſ.*127.*nu.*2.*et ſeq. volum.*1.
plenè *Menoch.in d.præſum.*139.*nu.*21. *et ſeq.*
pleniſſimè *Surd.in d.q.*15.*nu.*204. *cum plur.*
ſeq.& alios relatos per *Marc.Ant.de Amat.in*
22 *d.deciſ.*84.*nu.*8.*et* 32. Et an prius deducenda
ſint alimenta filiorum, & de eo quòd ſupereſt
ali debeat ipſa mulier, vel potius æqualiter ſint
diuidendi fructus? vide *Ioſeph Ludou.in deciſ.*
*Peruſ.*46.*in* 3.*dub.nu.*11.*et ſeq.* qui concludit
ex præſumpta teſtatoris mente prius eſſe dedu-
cenda filiorum alimenta, quæ opinio eſt ſatis
æqua,& rationalis,arg. *tex. in l. cū acutiſſimi,*
C. de fideicomm. & pro ea allegat *Soc. iun. in*
*conſ.*97.*nu.*24.*lib.*1.*et Natt.in conſ.*387.*nu.*8.
23 *lib.*2. Nam etiam ipſa mulier ante omnia de-
ducit ſuas dotes, & antefatum tanquam ęs alie-
num, & ex reſiduo hæreditatis viri accipit ali-
menta, vt refert *Peregr.de fideicomm. art.*33.
*nu.*41. quem ſequitur *Gaſp.Theſaur. in q. fo-*
*ren.*54.*nu.*7. poſt *Capyc.in addit. ad Napod.*
in tit. de iur. dot. in conſuet. incip. hæredeſq;
24 *mei*, *in princ.* An autem ex eo, quod maritus
reliquit vxorem adminiſtratricem, & vſufru-
ctuariam omnium bonorum, cenſeatur eam
quoque reliquiſſe tutricem communium filio-
rum? vide *Boer.in deciſ.*124.*in princ.*

Finis Cap. Octaui.

CAP. NONVM.

Tutor tenetur librum ſuæ adminiſtrationis, & legitimum inuentarium facere,ac demum fidelem rationem reddere, alioquin præſumitur eſſe in dolo, nec liberatur ab onere reddendi rationem ſuæ adminiſtrationis, quamuis teſtator ſpecificè eum ab huiuſmodi onere liberauerit; Fallit autem hæc cōcluſio, quando filius, relicto patre ſuorum filiorum tutore, eum ab onere reddendi rationem tutelæ adminiſtratæ liberauit. Verum quomodo hæc concluſio intelligenda ſit, cum nonnullis alijs notabilibus concluſionibus ad hanc materiam attinentibus, pleniſsimè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, & qui aliena negotia gerit, tenetur librum conficere, & rationem reddere.*
Aliàs præsumitur in dolo, & contra eum iuratur in litem, nu. 2.
Primo ampliatur etiam si liber conficitur, sed inordinatè, vel perplexè, & quid specificè liber continere habeat, nu. 3.
Secundo ampliatur idem esse si tutor legitimũ inuentarium non conficit, nu. 4. Et quæ sit ratio, nu. 5.
Tertio ampliatur, quia licet testator remittere possit tutori confectionem inuentarij, non tamen potest remittere confectionem libri, nu. 8.
5 *Tutor legitimum inuentarium non conficiens præsumitur in dolo, & vsurpator bonorum, Immo contra eum iuratur in litem, & nu. 6.*
7 *Redditionis computorum tempore administrator debet dare copiam libri, & inuentarij.*
8 *Reddita ratio non dicitur, nisi appareant computa distincta cum credito, & debito.*
9 *Redditio rationis necessariò fieri debet, etiam si testator specificè administratorem liberauit ab onere reddendi rationem, & nu. 10.*
Limitatur non procedere quando filius in testamento liberauit patrem ab actione tutelæ filiorum testatoris, num. 11. Vbi de ratione.
Id autem ampliatur primo in matre, nu. 12.
Et hoc etiam secundo ampliatur in socero, nn. 13.
Ac tandem tertio ampliatur quoq; in patrono, nu. 14.
15 *Legatum liberationis ab onere reddendi rationem futuræ administrationis ad multa prodest, non autem pro dolo.*
Primo ampliatur procedere etiam in patre, nu. 16.
Secundo ampliatur, etiam si testator legasset omne id in quo pro redditione rationis condemnari contigisset, num. 17. Et de ratione, nu. 18.
18 *Dolus futurus remitti non potest, sed intelligitur de vero dolo, non de præsumpto, nu. 12. Et quis dicatur.*
Dolus verus, & quis præsumptus, nu. 23.
Testatore expressè mandante, quod tutor nõ teneatur de dolosa administratione, talis dispositio non valeret, & de ratione, nu. 19.
Et quid si legauit omne illud in quo venirẽt cõdemnandus tutor etiam pro dolosè gestis?
Alij tenent, quod possit molestari, num. 17. & 18. & alij, quod molestari nequeat, nu. 20.
22 *Dolus in administratione tutelæ, vel societatis, ex quibus præsumatur.*
24 *Tutor vt non teneatur de mala administratione, quæ facere teneatur, remissiuè.*
25 *Tutor pupilli pecuniam nõ debet tenere otiosam, aliàs ad interesse tenetur.*
26 *Tutor nomina debitorum exigere debet in tẽpore, aliàs tenetur de proprio, si non soluendo efficiuntur.*
27 *Tutor pupilli pecuniam deponens penes campsorem publicum tunc idoneum, eo postea decocto ad nihil tenetur.*
28 *Tutor in proprios vsus conuertens, pecuniam pupillarem tenetur ad duplum, & punitur etiam extra ordinem.*
Ampliatur idem esse in Massario Reipublicæ, qui vtitur pecunia certo vsui destinata, nu. 29.
Limitatur si palam in proprios vsus conuerteret ad finem traficandi ad beneficium pupilli, nam ad interesse tantum teneretur, nu. 33.
30 *Casserij bancheriorum inscio Domino cõuertentes pecunias in proprios vsus, tanquam fures puniuntur.*
Ampliatur ita etiam puniri quemlibet administratorem pecuniæ publicæ, nu. 31. & etiam pœna vltimi supplicij, nu. 32.
34 *Tutori an licitum sit emere bona pupilli, remissiuè.*
35 *Tutor si prius erat pauper, et deinde reperitur diues, non præsumitur surripuisse bona pupilli.*
36 *Officialis si tẽpore promotionis erat pauper, et postea reperitur diues, præsumptionem habet contra se.*
37 *Clericus præsumitur ex fructibus beneficij acquisiuisse, quando non habuit proprium patrimonium, nec artificium.*
Clerico concessa licentia testandi, an intelligatur etiam concessa de bonis quæsitis ex illicitis negotiationibus, remissiuè.
38 *Suspitionis iustæ causæ in tutore quæ sint, remissiuè. Et signanter si malè vtatur substantia fideiubendo pro alio, nu. 40.*
Suspitionis iudicio pendente, an remouendus sit ab administratione, remissiuè.
39 *Officiali an sit interdicenda administratio pendente inquisitione, remissiuè.*
40 *Tutor statim remouendus est, si malè vtatur substantia pro alio fideiubendo.*
Maritus ob fideiussiones factas tenetur constante matrimonio dotem in tuto ponere.
Tutor si vectigalia Regia conduxit, vel si pro alio cõducente fideiussit ab administratione remouetur.
41 *Tutor antequam reddat rationem, nõ cogitur ad exhibendum bona in inuentario descripta*

pta ſecundum vnam opinionem, ſed contrarium verius eſſe alij tenent.

42 *Tutor in redditione computorum an deducere poſſit ſalarium, remiſſiuè.*

43 *Tutor debitor pupilli offerēs ſoluere in promptu an remoueatur, Iudicis arbitrio relinquitur.*

Sindicus, vel Electus debitor vniuerſitatis offerens in promptu ſoluere, an poſſit adminiſtrare, Iudicis arbitrio relinquitur.

44 *Tutor an ſemel redditis rationibus poſſit amplius moleſtari, & quid in alijs adminiſtratoribus, remiſsiuè,*

45 *Calculi errore allegato in rationibus redditis tutoris, quid faciendum, remiſsiuè.*

Et an interim ſit ſuperſedendum in exequutione pro ſumma liquidata, num. 46. remiſsiuè.

Onus autem probandi errorem, an incumbat tutori, qui liberationem habuit, an verò minori, qui errorem allegauit, eod. num. 46. remiſsiuè.

47 *Tutor an teneatur de geſtis per eum pro rata, vel in ſolidum, remiſsiuè.*

48 *Tutoris liberatio an proſit contutori? remiſsiuè.*

49 *Tutor finita tutela an teneatur petere curatorem minori.*

Et an interim teneatur proſequi lites pupilli iam inceptas, remiſsiuè.

50 *Minor qui finita tutela petijt curatorem, an teneatur ſub illa cura perſeuerare, remiſsiuè.*

51 *Curator à Patre in teſtamento datus, an debeat per Iudicem confirmari, inuito, ſeu nō petente minore, remiſsiuè.*

52 *Curator datus in teſtamento non tenetur ſatiſdare.*

1 TVtor, & quilibet alius, qui aliena negotia gerit, tenetur ſuę adminiſtrationis librum diligenter conficere, eiuſq; rationē fideliter reddere, *l. 1. §. officio*, cum ibi not. per *Bart. ff. de tute. et ration. diſtr. & l. ſi quis abſentis, ff. de neg. geſt.* vt in ſpecie notant *Rom. in cōſ. 414. nu. 1. Dec. in conſ. 178. nu. 1. et ſeq. Hier. Gab. in conſ. 148. nu. 3. et per totum, lib. 1. Cephal. in conſ. 678. nu. 24. lib. 5, Rol. à Val. in cōſ. 49. nu. 1. & ſeq. lib. 1.* Camill, *Borrell. in conſ. 31. nu. 1. cum plur. ſeq. et* Me*nocb. de arbit. iud. lib. 2. caſ. 209. nu. 1. cū plur.*
2 *ſeq.* Quicunque enim adminiſtrator, qui librū rationum cum introitu, & exitu non conficit, in dolo eſſe præſumitur. & contra eum iuratur in litem, vt bene tradit *Plot. in repet. l. ſi quando, C. vnde vi, nu. 194. Affl. in decıſ. 360. nu. 3. Rol. à Vall. in d. conſ. 49. num. 24. et Burſat. in*
3 *conſ. 105. nu. 1. lib. 1.* Idq; ampliatur etiam ſi librum rationum conficiat, ſed inordinatè, debet enim huiuſmodi liber ſpecificè continere annum, diem, menſem, locum, à quo recepit, & cui dedit, & qui fructus ex quolibet fundo, & à quo colono percepti ſunt, & ſic ſigillatim, & diſtinctè omnia clarè referre, vt ex eo veritas, & falſitas abſq; alio adminiculo cognoſci poſſit, alias enim rationum perplexitas idem operaretur ac ſi liber confectus non fuiſſet, prout bene docent *Cephal. in d. conſ. 678. num. 45. et ſeq. Rol. à Vall. in d. conſ. 49. nu. 20. et ſeq. Burſat. in d. conſ. 105. nu. 3. et ſeq.* plenè *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 208. nu. 20. et ſeq.* pulchrè *Bouadill. in ſua Politic. lib. 5. cap. 4. num. 71. et* Muñoz *de Eſcobar in tract. de ratiocin. c. 10.*
4 *nu. 47. et ſeq.* Et idem quoque eſt ſi tutor legitimum inuentarium non cōficit, iuxta formā traditam *in l. tutor qui repertorium, ff. de admin. tut. & Bart. in l. tutoris*, C. *eod.* & plenè per *Plot. in d. c. ſi quando, nu. 237. cum plur. ſeq.*
5 *vſque ad nu. 243.* Nam præſumitur eſſe in dolo, & vſurpator bonorum pupilli, vt inquit *Affl. in decıſ. 13. nu. 17. & Rol. à Vall. in d. cōſ.*
6 *49. nu. 18.* Et contra eum iuratur in litem, vt inquit idem *Affl. in decıſ. 207. nu. 4. & Plot. in*
7 *ead. l. ſi quando, nu. 240.* Et tempore redditionis, computorum quilibet adminiſtrator tenetur parti exhibere librum rationum, & inuentarium, & pati, quod omnium copia ad omnē partis aduerſæ requiſitionem extrahatur, vt inquit idem *Plot. in eadem l. ſi quando, nu. 233. & Borgn. Caualc. in tract. de tutor. nu. 202.*
8 *& in decıſ. Fiuiz. 38. nu. 13. in 1. par.* Nō enim dici poteſt legitimè reddita ratio adminiſtrationis, niſi de ea appareant computa diſtincta, ex quibus conſtet creditum, & debitum, ita vt veritas calculi ac totius negotij haberi poſſit, vt poſt alios plenè refert *Peregr. in conſ. 81. nu. 10. lib. 5.* & adeò difficile eſt huiuſmodi rationes rectè ac perfectè reddi poſſe, quod Iudicis arbitrio relinquendum eſſe, quo pacto reddi debeant, cenſuit *Bald. in l. voluntatis, nu. 2. C. de fideicomm.* & alij relati per *Menoch. de arbit. iud. in caſ. 209. nu. 10. & ſeq.* Et licèt teſtator remittere poſſit tutori confectionem inuentarij, vt ex communi Doctorum ſententia refert *Iul. Clar. in §. teſtamentum, q. 66. verſ. quoad tertium*, nō tamen poteſt remittere confectionem libri rationum, vt pulchrè inquit *Ruin. in conſ. 97. nu. 7. verſ. ſecundo confirmatur, vol. 5. & in conſ. 69. nu. 9. in fine, verſ. quinimò, & nu. 13. verſ. & ſicut, vol. 2.* Cuius differentiæ ratio eſt, nam quod poſſit remitti con-

fectio

fectio inuentarij, in eo fundari potest, ne fortè
pupilli paupertas, & sui patrimonij secreta
pādātur, l.2. C. quib. et quan. quar. part, lib.12.
Libri verò acceptorum, & datorum confectio
solum pertinet ad pupilli vtilitatem, vt veritas
rationum clarius elucescat, ideo remitti non
potest, quia tutori delinquendi occasionē præ-
beret, vt post eundē Ruin. in citatis locis refet
Phil. Port. Imolens. in cons.147.nu.53. & seq.
9 Adeo autem necessaria est hæc rationis reddi-
tio in quolibet administratore, quòd ab ea non
excusatur etiam is, quem testator suorum filio-
rum tutorem reliquit, vel dominus suorum bo
norum administrationi præposuit, & ab hoc
onere reddendi rationem specificè liberauit,
nam ea liberatio nō operatur, vt non teneatur
suæ administrationis rationem reddere, & reli-
qua restituere, sed hoc tantum, vt in discussio-
nibus computorum nimium stricta, & scrupu-
losa inquisitio remittatur, l. quidam decedens,
cum ibi not. per glos. & Doct. ff. de administr.
tut. & l. si seruus vetitus, ff. de leg.1. Couarr.
in 2. lib. var. resol. c.14. nu.2. & alij plenè relati
per Mich. Crass. in 1. lib. recept. sent. in §. lega-
tum, num.7. & Menoch. de præsumpt. lib.4.
10 præs.164. nu.1. Vnde hac liberatione non ob-
stante, tenebitur omnino suæ administrationis
rationem reddere, ac restituere totū id, in quo
facto calculo datorum, & acceptorum apparue
rit liquidus debitor, vt notant Bart. in l. Aure-
lio, §. Gaius, nu.7. ff. de lib leg. Ruin. in cōs.69.
nu.3. lib.2. et in cons.97. num.6. lib.5. Paris. in
cons.84. nu.35. lib.1. & alij relati per Menoch.
11 in d. præs.164. nu.17. Hæc autem conclusio
singulariter limitatur, quòd non habet locum
quando filius in testamento liberauit patrem
ab actione tutelę filiorum ipsius testatoris, nam
talis liberatio operatur vt pater molestari non
possit etiam pro reliquorum restitutione, tam
si in proprios vsus pupillorum bona conuertit,
quàm si eorū pecunias proprio nomine fœnori
dedit, vt expressè cauetur in l. Aurelius, §. Ti-
tius, ff. de liber. leg. vbi Iuriscons. huius decisio-
nis rationem reddit, quia ob naturalē affectum
omnia videntur à filio patri cōcessa, quod Scæ-
uolæ responsum pro notabili refert Roman. in
sing.111. illudq; extollunt Alciat. in tract. de
præsumpt. reg.1. præs.6. nu.1. Couar. in d. c.14.
nu.1. vers. postremo opportunè, et Menoch. in
d. præs.164. nu.18. et de arb. iud. lib.2. cas.209.
nu.25. et seq. et in cons.22. nu.4. lib.1. Eandēq;
12 cōclusionem ex eadem ratione procedere etiā
in matre testautur Gozad. in cons.94. nu.16. et
Crot. in repet. l. nemo potest, nu.55. ff. de leg.1.
13 Et eam quoque ampliat procedere in socero,
cū patris loco habeatur, Menoch. in d. cons.22.
14 nu.3. et seq. Et etiam in patruo eam ampliant
Paris. in cōs.87. nu.23. vol.1. et Dec. in cōs.178.
col. pen. vers. et quia Dominus Ambrosius est
15 patruus. Eadem quoque conclusio declaratur,
quòd huiusmodi legatum liberationis ab one-
re reddendi rationem futuræ administrationis
solum prodest administratori, vt non teneatur
de omissis, & neglectis, nec pro leui, aut leuissi-
ma culpa, non autem vt liberationem cōsequa-
tur de ijs, quæ dolosè gesserit, vt bene probant
Ruin. in cons.69. nu.3. et per tot. lib.2. Crauet.
in cons.193. nu.9. Dec. in cōs.178. nu.3. & alij,
quos plenè refert Menoch. in d. præs.164. nu.7
et in cons.731. nu.6. lib.8. et Franc. del Castill.
16 in decis.22. nu.5. et seq. Quod procedit etiam
in patre, cui fuit relicta liberatio à filio, nā licet
censeatur liberatus etiam à reliquorum restitu-
tione, tamen hoc intelligitur dummodo ad ea
non teneatur ratione doli committendi, prout
hanc conclusionē intelligit, & declarat Alciat.
17 in d. præs.6. sub nu.1. Quam conclusionē multi
ampliāt procedere etiam si testator non solum
liberasset administratorem ab onere reddendi
rationem suæ futuræ administrationis, sed etiā
ei legasset omne id, in quo eum pro ea causa cō-
demnari contigisset, prout tenuerunt Socin. in
cons.72. num.8. et seq. lib.3. Peregr. in cons.40.
sub nu.11. lib.3. Alciat. in d. præsump.6. nu.2.
Couar. in d. c.14. sub nu.2. vers. idē erit, & alij
relati per Menoch. in d. præsumpt.164. num.7.
18 Cuius conclusionis ratio est, nam dolus futurus
remitti non potest, l. cōuenire, ff. de pact. dotal.
dolus enim est delictum, l.1. §. nunc tractemus,
ff. de tut. et rat. distr. vt inquit Engen. in cons.
56. num.14. & ideo permitti non debet, quòd
detur occasio delinquendi, vt bene probat tex.
in l. Aurelio, §. Gaius, ff. de liber. leg. vbi Bart.
nu.8. dicit, quòd etiam si expressè testator ordi
nasset, quòd tutor, seu alius suorum bonorum
administrator non teneatur de dolosa admini-
stratione, non valeret talis dispositio, cum qua
conclusione concordant plures alij relati per
Menoch. in eadem præs.164. nu.5. et Mascard.
19 de probat. in concl.1258. nu.16. Tanto magis,
quia hoc ius reddendi rationem fauore publi-
co est introductum, cui priuatorū pactionibus
renūciari non potest, vt probatur in l. quidam
decedens, ff. de admin. tut. & ita in specie notāt
Signorol. de Homod. in cons.110. num.8. et seq.
et Muñoz de Escobar in tract. de ratiocin. c.5.
20 nu.4. Non tamen desunt, qui in proposito casu
tenent, quòd quando testator remisit omne id,
in quo administratorum ex causa suæ admini-
strationis condemnari contigerit, tunc nu lo
modo molestari possit, etiam pro dolosè gestis,
cuius opinionis fuerunt Dyn. et Rayner. in l. si
quis rationes, ff. de libe. leg. Gozad. in cons.94.
nu.10. & alij, quos refert Menoch. in ead. præs.
164. nu.8. præsertim si testator grauauit hære-
dem, vt quicquid à tutore exegerit, eidem resti-
tuat,

tuat, iuxta not. per *Philipp. Port. Imolenſ. in*
d. conſ. 147. nu. 4. Quorum opinioni licet non
videatur aſſentire Menoch. in citato loco, di-
cens in iudicijs non eſſe recedendum à commu
ni, pro qua multum vrget illa ratio, ne detur
occaſio delinquendi. Nihilominus negari non
poteſt pro hac ſecũda opinione tenuiſſe etiam
multos Doctores magnę authoritatis, quos no-
uiſſimè refert, & ſequitur *Don Garz. Maſtrill.*
vir quidem ſummæ doctrinæ, & inter Docto-
res noſtræ ætatis nemini ſecundus *in deciſ. 24.*
21 *nu. 16. et ſeq.* Poſita autẽ prima opinione pro
vera, quòd dolus futurus nullo modo remitti
poſſit, nec remiſſus præſumatur, ea tamen in-
telligi debet de vero dolo, qui conſiſtit in fa-
ciendo, non autem de dolo præſumpto, qui
oritur ex aliqua negligentia in omittendo,
vt puta ſi tutor inuentarium conficere negle-
xit, vel pupilli pecunias ad honeſtum lucrum
ponere omiſit, nam huiuſmodi dolus præ-
ſumptus remitti poteſt, & remiſſus præſumi-
tur, ſi teſtator amplis verbis futuræ admini-
ſtrationis liberationem legauit, vt poſt *Glo. in*
d. l. quidam decedens, teſtantur *Dec. in cõſ. 178.*
ſub nu. 3. Pariſ. in conſ. 84. nu. 32. vol. 1. Phil.
Port. Imolenſ. in d. conſ. 147. nu. 26. Menoch.
in conſ. 22. nu. 5. & ſeq. lib. 1. & in d. præſ. 164.
nu. 9. Maſcard. in concl. 1258. num. 18. & ſeq.
Ant. Sola in conſuet. Sabaud. ſub tit. de minor.
fol. mihi 96. num. 14. & ſeq. & alij, quos plenè
refert *Maſtrill. in d. deciſ. 124. nu. 18 cũ plur.*
ſeq. & Franc. de Caſtill. in d. deciſ. 22. num. 4.
22 Ex multis autem præſumitur tutoris dolus cir
ca eius adminiſtrationem, quæ videri poſſunt
penes *Maſcard. de probat. in concluſ. 1397. per*
tot. Rol. à Vall. in cõſ. 49. nu. 18. cum plur. ſeq.
lib. 1. Menoch. in d. conſ. 22. nu. 11. cum plurib.
ſeq. & Farinac. in conſ. 95. per tot. & multas
coniecturas, ex quibus pręſumitur dolus in ad-
miniſtratore ſocietatis refert *Gargiareus in*
23 *patrocin. 29. per tot.* Quis verò dicatur dolus
verus, & quis dolus præſumptus? plenè expli-
24 cat *Surd. in deciſ. 216. per tot.* Sed vt tutor nõ
teneatur de mala adminiſtratione multa facere
tenetur, quæ notabiliter refert *Rom. in cõſ. 425*
per tot. cui addi poſſunt notata per *Borgn. Ca-*
ualc. in tract. de tut. nu. 111. cum plur. ſeq. &
Didac. Spinol. in ſpec. teſtamentor. in glo. 29.
25 *nu. 43. & ſeq. & nu. 51. cum plur. ſeq.* Et inter
cætera tenetur pupilli pecuniam non tenere
otioſam, ſed eam conuertere in emptionem
prædiorum, vel ad honeſtum lucrum, alias te-
netur ad intereſſe, iuxta not. per *Rom. in conſ.*
139. cum ibi relatis per *Mandoſ. in addit.* ple-
ne per *Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſ. 67. per*
tot. in 2. par. Io. Bapt. Laderch. in conſ. 177. per
tot. & latè per *Mugnoz. de Eſcobar in tracta.*
de ratiocin. c. 14. nu. 3. cum plur. ſeq. quo caſu
valde dubia quæſtio eſt, an teneatur etiam ad
vſuras vſurarum, ſed plenè diſcuſſo articulo,
concludit quod non, *Franc. del Caſtill.* omni-
no videndus in *deciſ. 22. nu. 42. cum plur. ſeq.*
26 & præcisè *nu. 56.* Tenetur quoque nomina
debitorum exigere in tempore, & in vtilitatẽ
pupilli conuertere, aliàs ſi eius culpa efficiun-
tur non ſoluendo, tenetur de proprio, vt ple-
nè notant *Soc. in conſ. 2. num. 8. & ſeq. vol. 1.*
Plot. in repet. d. l. ſi quãdo, nu. 216. C. vnde vi,
& Borgn. Caualc. in d. tract. de tutor. nu. 218.
27 *& in deciſ. Fruiz. 39. nu. 34. in 1. par.* Verùm ſi
pecuniam pupillarem depoſuit penes campſo-
rem publicum, qui communi æſtimatione re-
putabatur idoneus, eo decocto, tutor ad nihilũ
tenetur, vt plenè probat *tex. in l. ſi res pupilla-*
res. ff. de adminiſtr. tutor. per quem ita dixerũt
Anchar. in conſ. 330. Io. Lopez in cap. per ve-
ſtras de don. inter vir. & vxor. in 6. not. in ver.
Septimò infertur, nu. 3. Petr. de Vbald. in tra-
28 *cta. de duob. fratr. par. 8, in princ. nu. 4.* Sed ſi
tutor pecunias pupillares in proprios vſus cõ-
uertit, prędo eſſe dicitur, & nedum tenetur ad
duplum, ſed etiam extra ordinem puniri debet
ratione doli, & fraudis, vt inquit *Crau. in cõſ.*
286. ſub nu. 1. verſ. ſecundo reſpondeo, quem
refert *Eſcobar in d. tracta. de ratiocin. cap. 14.*
29 *nu. 22. & ſeq.* Et eandem concluſionem pro-
cedere in maſſario reipublicæ, qui vtitur pecu-
nia certo vſui deſtinata, teſtatur *Bouadill. in*
ſua politica lib. 5. cap. 4. nu. 81. & Auendan. de
exeq. mãdat. in 2. par. cap. 14. nu. 3. quem refert
30 *Eſcobar. in d. cap. 14. nu. 24. & ſeq.* Vnde ca-
pſerios bancheriorum, qui pecunias banci in-
ſcio domino in proprios vſus conuertunt, tan-
quam fures criminaliter puniendos eſſe, plenè
probat *Petr. Caball. in reſol. crim. caſ. 136. per*
tot. Licet enim contrarium conſuluerit *Dec.*
in conſ. 6. in theſaurario Principis, nihilomi-
nus eius opinio procedit in caſu ſuo, quando
theſaurarius, vel exactor tenetur de pecunia
in tempore certo, & determinato rationem
reddere, tunc enim non prohibetur interim ea
vti, ſecus vero quando tenetur pecuniam exa-
ctam ſtatim in arca reponere pro fiſci, aut rei-
publicæ commoditatibus, vel eam ad certum
vſum expendere, vt benè diſtinguit *Peregr. de*
iur. fiſc. lib. 6. tit. 3. nu. 7. & ſeq. & Menoch. in
tract. de arbit. iud. in 6. centur. caſ. 586. nu. 24.
31 Et idem generaliter procedit in quolibet pu-
blicæ pecunię adminiſtratore, qui eius vſum
proprijs commoditatibus adſcribit, vel de ea
mercaturam exercet, vt plenè explicant *Me-*
noch. de arbitr. iud. in 6. centur. in d. caſ. 586.
per tot. Cacher. in deciſ. 70. nu. 9. & pleniſſimè
Reg. de Pont. omnino videndus *in deciſ. 7. per*
32 *tot.* Ita quod etiam pœna vltimi ſupplicij ali-
quando puniri poteſt, vt pleniſſimè tradit *Pet.*

Caball. in 2. centur. resolut. crim. cas. 199. per
33 tot. Verùm si tutor pupillares pecunias palam & publicè in proprios vsus conuerteret scribendo in suo libro rationum, quod eas accepit ad finem illas traficandi in beneficium pupilli, tunc ad aliud non tenetur, quam ad earum intereſſe iudicis arbitrio, preſertim ſi hoc faceret cum authoritate alterius cõtutoris, vt ex multorum authoritate refert *Bſcobar in d. tract. de ratiocin. cap. 14. nu. 26. & ſeq.* à quo nõ diſſentit *Menoch. in cita. loco nu. 18.* & eadem concluſio confirmatur ex ijs, quæ notabiliter refert *Marchio de Pont. in conſ. 22. ſub nu. 12. et*
34 *ſeq.* An autem tutori licitum ſit emere bona pupilli? vide *Borgn. Caualc. in d. tracta. de tutor. nu. 177. et ſeq. Ant. Gam. in deciſ. Luſitan. 117. nu. 1. & Didac. Spin. in d. glo. 29. nu. 59. et ſeq.* & quę dixi ſupra *in 1. par. cap. 5. num. 8. &*
35 *ſeq.* Sed an tutor qui erat pauper, & deinde poſt tutelæ adminiſtrationem reperitur diues, præſumatur ſubripuiſſe bona pupilli? vide *Rom.* tenentem quòd non, *in conſ. 159. num. 5. per tex. in l. ſi defunctus, C. arbitr. tut.* quam concluſionem ſequitur *Maſcard. de probat. in concl. 1094. nu. 3.* & alij, quos refert *Mugnoz de Eſcobar. in tract. de ratiocin. c. 42. num. 18. verſ. crederem tamen,* nam potius præſumitur acquiſiuiſſe ex ſua induſtria, niſi ex alijs coniecturis probetur contrarium, iuxt. not. per *Borgnin. in d. tract. de tutor. num. 223. & ſeq. et in deciſ. 39. nu. 32. in 1. par.* & preſertim ſi infra nimium breue tempus opulẽtus euaſiſſet, nam tunc male præſumendum eſſet de eo, prout in ſimili arguit *Surd. in deciſ. 15. num. 11. et Menoch. in conſ. 207. nu. 15.* quem ad hoc propoſitum refert *Farinac. in conſ. 96. num. 7. et ſeq.* qui tribus alijs modis hanc concluſionem limi-
36 tat, & notabiliter declarat. Aliud autem eſt in Officiali, nam ſi tempore promotionis ad officium non habebat proprium patrimonium, & poſtea reperitur opulentas facultates habere, præſumitur eas acquiſiuiſſe ex bonis reipublicę per eum adminiſtratis, *iux. glo. ſingularem in l. facultas, C. de iur. fiſc. lib. 10.* prout refert idẽ *Rom. in alleg. conſ. 159. nu. 5. & in conſ. 346. nu. 19. & Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. ſub tit. de elect. official. §. 7. nu. 6. & ſeq. fo. 127.* huic autem opinioni multi aduerſantur, quos refert *Maſcard. de probat. in concl. 216.* Sed has opiniones poſt multas alias per eum relatas conciliat *Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 52. per tot. & præcipuè nu. 8.* vbi inherendo authoritati *Luc. de Penn. in l. facultas, in fi. C. de iur. fiſc. lib. 10.* dicit iudicis arbitrio relinquendum eſſe, vt pro qualitate officialis inſpiciendum ſit, an ex proprijs, vel publicis bonis acquirere potuerit, & proinde ad coniecturas eſſe recurrendum, alias quoque notabiles declarationes, ex quibus vera huius articuli reſolutio haberi poteſt, plenè refert *Alex. Raudenſ. in conſ. 50. nu. 395. cum plur.*
37 *ſeq. lib. 1.* ad quem me remitto. Et idem eſt in clerico, qui ſi aliquod non habebat artificium, ex quo poſſit licitè acquirere, nec proprium patrimonium, præſumitur acquiſiuiſſe ex fructibus beneficij, vt plenè probat *Rom. in d. conſil. 159. nu. 4. & ſeq. & in d. conſ. 346. nu. 18.* vbi rationem diuerſitatis aſſignat, nam officialis prohibetur durante officio negotiari, per *tex. in l. cos, & in l. quiſquis, C. ſi cert. pet.* & idem eſt in clerico, quod non eſt prohibitum tutori, vt ibi per eum. Sed an in dubio clericus præſumatur acquiſiuiſſe de bonis Eccleſiæ? vide plenè not. per *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 195. per tot. & in d. tracta. de præſump. lib. 3. præſump. 53. per tot.* pulchrè *Barbat. in conſ. 39. vol. 4.* & pleniſſimè *Burſat. in conſ. 376. lib. 4. per tot.* Et ſi clerico conceditur licentia teſtandi, an intelligatur conceſſa etiam de bonis quæſitis ex illicitis negotiationibus? plenè explicat idem *Burſat. in conſ. 461. in eod. lib. 4.*
38 Quæ autem ſint iuſtę cauſæ ſuſpitionis in tutore? & an pendente iuditio ſuſpitionis ſit ab adminiſtratione remouendus? vide omnino *Ludou. Morot. in conſ. 74. num. 16. cum plur. ſeq. Borgn. Caualc. in tract. de tutor. nu. 18. & ſeq. Aff. in deciſ. 357. nu. 5. & ſeq. & ibid. V rſill.*
39 *nu. 4. & ſeq.* Et quid in officiali, an pendente inquiſitione ſit ei interdicenda adminiſtratio? vide *Vinc. de Franch. in deciſ. 8.* plenè *Petr. Caball. in 1. centur. reſol. crim. caſ. 76. per tot. Reg. Conſiliar. Io. And. de Georg. in alleg. 42. nu. 21. & Reg. de Pont. in deciſ. 7. nu. 7. & nu. 14. cum ſeq. & plenius in deciſ. 25. nu. . . in*
40 *prin.* quem omnino videas. In quo articulo eſt notandum, ꝙ inter cæteras reputatur iuſta cauſa remouendi tutorem ab adminiſtratione, ſi malè vtatur ſubſtãtia ſua, fideiubendo pro alijs, vt plenè ꝓbat *Mugnoz de Eſcobar in d. tract. de ratiocin. c. 6. nu. 78. & ſeq.* qui concludit eũ ſtatim ab adminiſtratione tutelæ remouẽdũ eſſe, ad inſtar mariti, qui ob fideiuſſiones factas tenetur cõſtante matrimonio dotem in tuto ponere, iux. not. per *Doct. omnes in l. ſi conſtante, ff. ſol. matrim. Surd. in conſ. 114. nu. 15. lib. 1.* Imo quòd etiam debet tutor ab adminiſtratione remoueri, & compelli ad reddendam rationem præteritæ adminiſtrationis, ſi vectigalia Regia conducit, vel illa conducenti fideiuſſor exiſtit, notabiliter refert idem *Eſcobar in eod. cap. 6. nu. 8.* pro qua concluſione allegat *Alber. in l. 1. C. ne tutor, vel curat. vectig. conduc. & Baez in tract. de decim. tutor. cap. 2. num. 119.* Sed ſi pater in teſtamẽto reliquit filijs aliquem tutorem luſorem, & dilapidatorem, an Iudex teneatur paternum ſequi iudicium, vel potius eum tanquam ſuſpectum remouere? vide *Frãc.*
41 *del Caſtill. in deciſ. 20. per tot.* An autẽ tutor

cogi

cogi possit ad exhibendum bona in inuentario descripta, antequam reddat vniuersalem rationem suæ administrationis? *Crauet. in cõs. 275. nu. 13. in fi.* tenet, quòd non, nam ante redditã totius administrationis rationem sciri non potest an tutor sit debitor, vel creditor pupilli, in quam opinionem inclinant quoque *Neguſ. in tract. de pignor. in 1. memb. 5. par. num. 37. & Borgn. Caualc. in tract. de tutor. num. 214.* sed contrarium verius esse affirmãt *Pet. Beninten. in decis. Bonon. 90. et Surd. in dec. 184. per tot.* Pro harum verò opinionũ concordia animaduertendum est, quod aut agitur de restitutione pecuniæ in inuentario descriptæ, & sine dubio procedit prima opinio, nã pecunia recipit functionem in genere suo, & proinde cum in reditione rationũ esse possit quòd tutor remaneat creditor, omni iure conuenit quod prius discutiantur rationes suæ administrationis, nam si illis discussis remanet creditor, datur retentio, seu compensatio vnius quantitatis cum alia, præsertim quãdo tutor infra breue tẽpus offert suas rationes liquidare; Aut agitur de restitutione bonorum in inuẽtario descriptorum, & in his procedit secunda opinio, quod non est expectandus exitus reditionis rationis totius administrationis, sed ea statim restitui debent, nam etiam si tutor remaneret creditor, nõ posset ea retinere, neque suum creditum cum illis compensare, quia de quãtitate ad speciem non datur compensatio, prout ex magis communi Doctorum sententia plenè refert *Stephan. Gratian. in 1. tom. discept. forens. c. 129. nu. 6. cum seq.* quæ conclusio multo fortius procederet, quando tutor cum iuramento ad illorum bonorum restitutionem se obligasset, vt fatetur *Borgn. Caualc. in d. tract. de tutor. num. 216.* & hanc quoque distinctionem plenissimè confirmat *Marius Giurb. in decis. 15. nu. 8. & seq.* qui ex eadem ratione concludit via exequutiua ex instrumento societatis nullo modo agi posse per capitulum antequam fiat lucri, & damni liquidatio. Verum hanc distinctionem multipliciter declarat, & alijs subdistinctionibus notabiliter exornat, vt penes eum videri potest. Sed

41 an in redditione computorum tutor possit deducere salarium? vide *Vinc. de Frãch. in decis. 122. Borgn. Caualc. in d. tract. de tuto. nu. 309.*

43 *et Pet. Caball. in cons. 13. per tot.* Et an tutor debitor pupilli possit ab administratione remoueri, iuxta *tex. in auth. minoris debitor, C. qui dari tutor. vel curat. poss.* si offerat in promptu debitum soluere? vide *Lud. Morot. in cons. 74. nu. 29.* qui ex authoritate *Cyn. Bart. & Salyc. in d. auth. minoris debitor*, dicit, Iudicis arbitrio relinquendum esse, ne ex ipsa promptuaria debiti solutione videatur tutor nimis affectare tutelam, quod ex eadem ratione trahi potest ad syndicos, & alios electos ad regimen Vniuersitatis, qui vigore Regiæ pragmaticæ prohibentur huiusmodi officia exercere, si sint ipsius Vniuersitatis debitores, vel cum ea litem habeant, vt innuit *Regius Consiliarius Rouit. in pragm. 5. de administ. vniuersit. nu. 20.* Et an

44 semel per tutorem redditis rationibus suæ administrationis possit amplius molestari? vide omnino *Menoch. in d. cons. 22. nu. 10. & seq. et in tract. de arb. iud. lib. 2. cas. 209. nu. 37. et seq. Borgn. in. Caualc. in decis. 39. num. 16. in 1. par.* plenè *Munnoz de Escobar in d. tract. de ratiocin. cap. 41. per tot.* & plenissimè *Farinac. in d. cons. 95. per tot.* Et quid in alijs administratoribus? vide omnino *Franc. Becc. in cons. 211.*

45 *per totum, lib. 2.* Et quid si allegatur error in calculo? vide plenè not. per *Paris. in cons. 89. per tot. lib. 1. Thesau. in decis. 260. Mascard. de probat. in conclus. 252. per tot. et Escobar in d.*

46 *tract. de ratiocin. c. 38. per tot.* Et an interim sit supersedendum in exequutione pro summa liquidata? vide quæ pulchrè tradit *Peregr. in cons. 96. lib. 5.* Cui autẽ incumbat onus probandi adesse, vel non adesse errorem, an scilicet tutori, qui liberationem obtinuit, an verò minori, qui eam erroneã allegat? vide *Io. Guttierez in tract. de contract. iurat. c. 40. nu. 13. & seq.*

47 Et an tutor teneatur de gestis per eum pro rata, vel in solidum? vide *Mastrill. in dec. 41. per*

48 *tot.* Et an transactio, seu liberatio facta in beneficium vnius, prosit alijs? vide *Surd. in cons.*

49 *170. per totum, lib. 2.* Et an tutor finita tutelã teneatur petere curatorẽ minori? vide *Didac. Spin. in d. glos. 29. nu. 64.* Et an interim teneatur prosequi lites pupilli iam cœptas? vide eundem ibidem *nu. 65.* Et an minor, qui finita tutela

50 petijt curatorem, teneatur sub eadem cura perseuerare vsque ad maiorem ætatem? vide *Abb. in cõs. 91. nu. 9. lib. 1. Mugnoz de Escobar in d. tract. de ratioci. c. 6. nu. 21. Barz. in tract. de decim. tut. cap. 4. nu. 11. & seq.* & eundem

51 *Didac. Spin. in d. cap. 29. nu. 21.* Et an curator datus in testamẽto a patre, debeat per iudicem confirmari, inuito, seu non petente ipso minore? vide *Hier. Gabr. in cons. 25. nu. 9. cum plur. seq. lib. 2.* & plenè *Corn. in cons. 81. nu. 2. lib. 4.* qui ex magis communi Doctorum sententia probant quod curator a patre relictus in testamento indiget Iudicis confirmatione, quę fieri non potest inuito minore, nam curator nõ datur inuito, *§. item inuiti, in Ist. de curat.* quod est valde notãdum, multoties enim vidi in terposita decreta pręambuli, in quibus declaratur talis tutor ex testamento, & pro tempore curator, & sine dubio est manifestissimus error, nam curatoris datio in testamento non subsistit, nisi à Iudice confirmetur, *l. 1. in fi. ff. de confir. tut. l. Gaius, ff. de excus. tut. l. curatorem, ff. de neg. gest.*

gest. & l.pen. C.de testam.tut. & confirmatio fieri non potest antequam pupillus efficiatur pubes,& curatorem petat,vt in specie animaduertit idem *Hier.Gabr.in d.cons.25.nu.16.& seq.lib.2.*& idem affirmat *Dec.in l.quo tutela,*
52 *§.nemo ,nu.3.ff.de reg.iur.* Et an curator datus in testamento teneatur satisdare? *glo.*dicit, quòd non *in §.1.in ver.approbata,instit.de satisd.tut. & in l.1.in ver.simpliciter,ff.de confirm. tut.* cum qua concordant *Io.Guttier. in tract.de tutel.in 1.par.c.5.nu.2.& Ant.*Piag. *in tract.de tut.& curat.q.7.nu.15.*

Finis Cap. Noni.

CAP. DECIMVM.

Mater,& Auia omnibus legitimis & datiuis tutoribus præferuntur; Tenetur tñ mater ante susceptam tutelã renunciare secundis nuptijs, Velleyano, & omni legum auxilio, ac etiam sicut cæteri tutores cautionem præstare de bene administrando: Et si est pupilli debitrix à tutela non repellitur, Verum si ad secũdas nuptias transeat, statim priuatur filiorum tutela,& si negligens sit in petendo dari alium tutorem filio infra annum,priuatur eius successione,quo casu alias quoque pœnas patitur.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres prohibentur exercere tutelam, quia munus virile est.*
2 *Mater & Auia tutrices esse possunt, & legitimis,datiuisq; tutoribus præferuntur,non autem testamentarijs.*
Primo ampliatur etiam si statuto excluderentur à successione filiorum,& nepotum,nu.3.& quæ sit ratio,nu.4.
Quod fallit in tutoribus legitimis,nu.5.
Secundo ampliatur,quia Mater, & Auia præferuntur etiam in Baliatu omnibus agnatis,nu.9.
6 *Mater in tutela præfertur Auiæ maternæ.*
7 *Mater an præferatur in tutela Auo paterno, quando nepotem in potestate non habet,remissiuè.*
8 *Auus maternus præfertur paterno,tam in successione,quàm in tutela.*
10 *Pater in testamento prohibere nõ potest,quod mater tutrix esse nequeat.*
Fallit si pater alium tutorem testamentariũ reliquisset,eod.nu.10.
11 *Mater,& Auia infra quadrimestre tenentur tutelæ onus suscipere, aliàs tutor datus nõ reuocabitur.*
Hoc tamen intelligitur, quando scientibus, & patientibus Matre,& Auia alius tutor datus fuit,nu.12.
13 *Mater ante susceptam filiorum tutelam renunciare debet secundis nuptijs Velleiano, & omni legum auxilio, alias tutela suscepta est ipso iure nulla.*
Primo ampliatur,quia si dicta renunciatio nõ fuit facta ante vel statim, quando tutela defertur,non conualidatur si fiat die sequenti, nu. 14.
Secundo ampliatur,nam etiam quod mater sit tutrix testamentaria,requiritur dicta renunciatio secundum aliquos,sed communis opinio est in contrarium,nu.15.
16 *Mater,& Auia tenentur cautionem præstare de bene administrando,& rationem reddendo cum reliquorum restitutione.*
Limitatur si fideiussores non habent, quia ad iuratoriam cautionem admittũtur, nu.18.
17 *Pater in tutela filiorum emancipatorum non releuatur ab onere satisdandi.*
19 *Debitor pupilli tutor esse nequit.*
Primo fallit in tutore testamentario, nu.20.
Secundo fallit in Matre,quæ etiam si pupilli debitrix sit, ad eius tutelam admittitur, nu.21.
Quid in fratre,remissiuè,eod.nu.21.
Et an pater possit esse tutor illius,cuius debitor sit eius filius,remissiuè, eod.nu.21.
22 *Mater transiens ad secundas nuptias statim priuatur filiorum tutela,etiam si sit testamentaria.*

Am-

Ampliatur etiam ſi luxurioſè viuat, nn.23.
Limitatur in Patre, qui non prohibetur eſſe tutor filiorum primi matrimonij emancipatorum, nn.30.
24 *Mater ſecundo nubens, ſi nominat tutorem idoneum filij, tenetur Iudex præuia inquiſitione confirmare.*
An autem poſſit nominare fratrem in tutorē filij? verius eſt quod ſic, nu.25.
25 *Mater poteſt in tutorem filij nominare vitricum, qui præuia inquiſitione confirmari debet.*
26 *Matre tranſeunte ad ſecundas nuptias an eius filij ſint amplius penes eam educandi, remiſſiuè.*
27 *In educatione filiorum, an & quando recedere liceat à voluntate teſtatoris, & quæ per Iudicem conſideranda ſunt, num.28. remiſſiuè.*
29 *Educari petente adulto penes matrem, vel vitricum, illumq; ſibi dari in curatorem, an Iudex teneatur aſſentire, remiſſiuè.*
31 *Mater mortuo ſecundo viro an recuperet tutelam filiorum, quam amiſerat per ſecundas nuptias, negatiua eſt communior.*
Ampliatur locum habere, etiam ſi mater tutelam nunquam ſuſcepiſſet, eod.nu.31.
32 *Mater coram Iudice declarans velle nubere, ſi poſtea pœnituit, an tutela priuetur? remiſſiuè.*
33 *Mater ſecundo nubens, & negligens infra annum in petendo datiuum tutorem filio, eius ſucceſſione priuatur, ſi decedat in pupillari ætate, nu.35.*
Primo limitatur ſi filius habebat tutorem teſtamentarium, nu.34.
Secundo limitatur, ſi extabant tutores legitimi. nu. 35.
Quo caſu tenetur mater declarare ſe nolle tutelam ſuſcipere, vel ſuſceptam velle renunciare, nn.36.
Tertio limitatur non probata mora ab eo, qui excludere vellet à ſucceſſione matrem, quæ excuſatur à qualibet leui cauſa, nn.37.
Qualiter verò id probetur, nu.38.
Sublimitatur quando mater non confeciſſet inuentarium, quia non expectato anno ſucceſſione filij priuaretur, eod.nu.38.
39 *Matre excluſa ſi proximiores etiam eſſent negligentes, an ſucceſſione pupilli ſimiliter priuentur, remiſſiuè.*
Et quid ſi mater non petierit curatorem filio prodigo, vel furioſo, nu.40. remiſſiuè.
41 *Matre tutelæ rationem non reddente, bona etiam ſecundi viri ſunt tacitè pupillo hypotecata.*
Sed hoc intelligitur, quando mater legitimè tutelam ſuſceperat, ſecus ſi in ea de facto ſe ingeſſit, nu.42.
43 *Mulieri dotem repetenti obijci non poteſt exceptio, quod prius reddat rationem tutelæ, & ita fuit pluries iudicatum etiam per Sacrum Reg. Conſ.*
Diſtinguunt verò alij DD. Primo, quod aut debitum tutelæ eſt illiquidum, & tūc procedunt ſupradicta: Aut eſt liquidū, et obijci poteſt exceptio, & retentio, nu.44.
Diſtinguūt ſecundo, quod ſi mater non renūciauit omni legum auxilio, & procedunt ſuperius dicta, ſi vero renunciauit competit exceptio, & retentio, ſed cum cautione non impeditur dotis exequutio, nu.45.
Diſtinguūt tertio, quod per exceptionem administrationis tutelæ, non impeditur exequutio dotis, ſed pro intereſſe dotis, & pro antefato ſecus erit, & ita deciſum fuit per Sac. Reg. Conſ. nu.46.
47 *Pœnæ datæ mulieribus ſecundo nubentibus, & ſignanter amittunt proprietatem lucrorum à primo viro peruentorum.*
Quid reſpectu vſusfructus, nu.52.
Filijs tamen decedentibus pleno Iure mater acquiret proprietatem, nu.48. Et eam lucratur non vt hæres filij, ſed Iure proprio, nu.49.
50 *Pœnæ ſecundo nubentium, quamuis ſint ſublatæ, & nu.52. in fin. tamen quæ filiorum fauorem reſpiciunt remanent incorrectæ.*
Ampliatur militare has pœnas nedum in matre, ſed etiam in patre tranſeunte ad ſecundas nuptias, nn.51.
52 *Mulier nubens infra annum luctus non priuatur relictis à primo viro quoad vſumfructum, & nu.47. & 49.*
53 *Mulier nubens infra annum luctus an teneatur reſtituere veſtes lugubres? remiſſiuè.*
Et quid legatis mulieri pannis nigris, nu.55. remiſſiuè.
54 *Mulieri an regulariter debeantur panni lugubres, et lectum viduale? remiſſiuè.*
56 *Legatum vxori factum donec caſtè vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, quomodo interpretetur, remiſſiuè.*
Quid ſi ceperit ſeruare viduitatem, & percipere legatum, an illud conſequetur poſtea ſecundo nubendo, nu.57.
58 *Mulier tranſeundo ad ſecundas, vel tertias nuptias, an priuetur legato relicto à primo viro abſque vlla conditione, remiſſiuè.*
Et an amittat ea quæ habuit à primo viro in recompenſationem iuuentutis.
59 *Mulier ſi inhoneſtè viuat, an priuetur filiorum ſucceſſione, remiſſiuè.*
60 *Fæmula cui ſit legatum factum dummodo maneat cum vxore teſtatoris, an ab illa poſtea ſecundo nubente poſſit impunè recedere,*

dere, remissiuè,
61 *Mulier tertio nubens nō dicitur castè, & honestè viuere, præsertim si nubit plebeio.*
Quo casu etiam priuatur vsufructu relictorum a primo viro, nu.62,
Et signanter si legatum sit factum si castè vixerit, nu.63.
64 *Vidua an retineat priuilegia primi viri, donec lectum viduale obseruet, remissiuè.*
65 *Mater an possit tutorem filijs relinquere?*



1 TVtelæ munus virile
est, & illud exercere
mulieres prohibitæ
sunt, *l.fi.ff. de tutel.*
& l.1. C.quan.mul.
tut. offic. fungi pot.
Vnde etiam ex testa-
mēto eas tutrices re-
linqui non posse, no-
tat *Socc. in cons.20.*
nu.9.lib.1. quem refert *Dec. in l. fæminæ, nu.*
2 *20.ff. de regu. iur.* Sed ex particulari priuilegio
mater & auia ad tutelam filiorum, & nepotum
habilitatæ sunt, ita vt volentes omnibus alijs
legitimis, & datiuis præferantur, non autem
testamentarijs, vt cauetur in *Auth. matri, &*
Auiæ, C.quan.mul.tut.offic.fun.pot. Inuitæ
vero ad hoc onus suscipiendum cogi non pos-
sunt, vt post alios refert *Hier.Gabr.in cons.29.*
3 *nu.49.lib.2.* Et eis taliter huiusmodi tutela
debetur, quòd etiam si vigore alicuius statuti à
filiorum, seu nepotum hæreditate excluderen-
tur, non tamen censerentur exclusæ ab eorum
tutela, vt notat *Saly.in d.auth. matri & auiæ,*
nu.11. quem refert *Dec.in d.l. fæminæ, nu.19.*
& concordant alij relati per *Hieron.Gabr. in*
cons.27.nu.12.lib.1. & Surd.in cons.428. nu.
4 *3.lib.3.* Et ratio est, nam huiusmodi tutela, quæ
matri, & auiæ defertur, est extraordinaria, &
irregularis, & non debetur eis ratione succes-
sionis, sed affectionis, & pietatis, *§. quia vero*
matribus, & §.hac igitur, auth. vt fine prohi-
bit.matr.debitric.vel creditr. vt benè animad-
uertit *Honded.in cons.88.nu.4. & seq. & nu.*
25 cum seq.lib.1. & ideo licet statutum eis suc-
cessionem tollat, non tamen aufert amorem, &
pietatem. Vnde ius tutelæ oritur, vt inquit *Sa-*
lye.in d.auth.matri, & auiæ, in 9. quæst. et la-
5 *tè Dec.in cons.16. per tot.* Quod tamen non
procedit in alijs tutoribus legitimis, nam ibi
tutelæ munus esse debet, vbi competit ius suc-
cedendi, & vnum ab alio semper regulatur, *l.*
quo tutela, cum ibi not.per Dec. et Cagnol.ff.
de reg.iur.et l.1.cum ibi not.per Bar.ff. de le-
git.tut. & l.sicut hæreditas.C.eo.tit. eamque
regulam indistinctè seruandam esse, non solùm
quando quis ad legitimam successionem voca-
tur de iure communi, sed etiam si spetiali iure
vocetur vigore statuti, pluribus authoritatibus
& rationibus plenè confirmat idem *Honded.*
6 *in alleg.cons.88.nu.20. & per tot.* Hinc mater
præfertur auiæ maternæ in tutela filij, cùm ei
sit proximior in iure succedendi, prout per Sa-
crum Consilium decisum fuisse testatur *Affl.in*
decis.281. cum qua opinione concordant alij
ibidem relati per *Vrsill.in addit.nu.1.* & ple-
nè *Hier.Gabr.in d.cons.29.nu.9. & seq.lib.2.*
7 An autem mater præferatur etiam auo pater-
no in tutela filij, posito casu, quòd auus non
habeat eum sub eius potestate, sunt videnda
notata per *Affl. & Vrsil.in decis.183. Maran.*
in cons.51. & Vinc.de Franch.in decis.10.per
tot. & quæ scripsi supra in 2.par. cap.1.nu.59.
8 Hinc etiam est, quòd sicut auus maternus præ-
fertur patruo in successione nepotis, vt plenè
concludit *Thes.in decis.5.per tot.* ita etiam ei
præfertur in eius tutela, vt affirmat latè *Dec.in*
cons.188.per tot. Et licet contrarium videatur
tenere *Gozadin.in cons.54.* loquitur tamen in
casu quo patruus vigore statuti præferebatur
auo in successione, & in eisdem terminis quoq;
9 consuluit *Honded.in d.cons.88.lib.1.* Eademq;
ratione mater & auia præferuntur etiam om-
nibus agnatis in baliatu, vt patet ex not. per
Affl.in const.minoribus, in 6. & 7. quæst. sub
rubr.de iure balij, lib.3. vbi Andr. refert ita de-
claratum fuisse per Regem Carolum Secundū,
10 sub die 19. Decembris in anno 1305. Nec pa-
ter potest in suo testamento prohibere quin
mater ad filiorum tutelam admittatur, prpter-
quàm si ipse alium tutorem testamentarium
eis relinquat, vt notabiliter dixit *Bal. in consi.*
487.vol.5. & in cons. 308. vol.2. quem refert
Vrsill.in add.ad Affl.in d.decis.183.nu.3.post
Dec.in d.l.fæmina, num.18. & seq. & Petr.
Pecch.in tract. de testam.coniug.lib.2.c.8.per
11 *tot.* Tenentur autem mater, & auia infra qua-
drimestre tutelæ onus suscipere, alioquin eis
existentibus in mora petendi ad huiusmodi tu-
telam admitti, si Iudex prouideat de alio tuto-
re, non esset amplius ad eorum instantiam re-
uocandus secundùm *Bar. & Salyc.in authen.*
presbyteros, la seconda, C.de episc. & cleric. &
licet *Alex.in cons.140.nu.5.vol.1.* dicat hanc
opinionem esse periculosam, cùm de iure non
reperiatur matri præfixus terminus ad tutelā
petēdam, prout sentijt etiam *Bal.in ead. auth.*
presbyteros, cum quo videntur acquiescere
Dec.in cons.16.in fi. & Borgn.Caualc.in trac.
de tutor.nu.200. tamen supradictam opinionē
simpliciter sequuntur, & pluribus authoritati-
bus confirmant *Honded.in cons.23.nu.27. &*
seq.lib.2. & Surd.in cons.159.nu.21.lib.2. &
12 *in decis.106.nu.16.* Verùm hęc conclusio ex
magis communi Doctorum opinione intelli-

genda

genda est, quòd tunc mater seu auia propter moram excluduntur, quando ipsis scientibus, & petentibus alius tutor datus fuit, ita quòd de earum mora, & negligentia Iudex cognouit in datione alterius tutoris, vt bene inquit *Alex. in cons. 161. sub nu. 4. vol. 5.* prout etiam perfectè distinguendo dixit *Bar. in l. tutor nu. 4. cũ seq. ff. de tutor. & curat.* & nouissimè *Ludou. Morot. in cons. 74. nu. 10. & Stiphs. Gratian. in 1. tom. discep. forens. cap. 28. nu. 16. & seq.*

13 Antequam autem mater filiorum tutelam suscipiat, debet renũciare secundis nuptijs, Velleiano, & omni legum auxilio, alias enim tutela suscepta esset ipso iure nulla, prout post *Bar. & alios in d. auth. matri, & auiæ*, refert *Capye. in decis. 50. nu. 5.* & de communi Doctorũ opinione testantur *Nat. in cons. 143. nu. 2. lib. 1. Purpur. in cons. 334. nu. 2. lib. 1. Burs. in cõs. 130. nu. 4. lib. 1. Rol. à Vall. in cons. 76. nu. 6. et seq. lib. 1. et Borgn. in d. tract. de tutor. nu. 24.*

14 Cuius renunciationis omissio in tantum annullat tutelam susceptam, quòd si non fuit facta statim tempore quo tutela defertur, non cõualidatur si postea fiat sequenti die, vt notabiliter refert *Rol. à Vall. in d. cons. 76. nu. 8. et seq.*

15 *et Honded. in d. cons. 23. nu. 23. lib. 2.* Quam conclusionem aliqui ampliando dicunt hanc renunciationem requiri, etiam si mater sit tutrix testamentaria, vt affirmant *Rol. à Vall. in d. cons. 76. nu. 7. et Nat. in d. cons. 143. num. 2.* Sed contrariam opinionem veriorem esse, & de consuetudine seruari testantur *Boer. in decis. 124. nu. 13. Bursa. in cons. 130. nu. 4. Anto. Piag. in tracta. de tutor. et cura. quæstio. 7. num. 40.* & alij relati per *Honded. in d. consil.*

16 *23. num. 25.* Tenetur etiam mater sicut omnes alij tutores legitimi cautionem præstare de bene administrando, & ratione reddenda cum reliquorum restitutione, vt post alios refert *Borgn. Caualc. in d. tract. de tutor. num. 23. &*

17 *seq.* Nam ab hoc onere satisdandi etiam pater filiorum emancipatorũ tutelam suscipiens non releuatur, vt refert *Arius Pinell. in l. 1. C. de*

18 *bon. matern. in 2. par. nu. 27.* Sed si mater, vel auia fideiussores non inueniunt, ad iuratoriam cautionem cum obligatione dotium, & renunciatione in forma admitti debent, vt testatur *Gasp. Thesaur. in quæst. forens. 21. per totam, lib. 1.* vbi ita pluries per Senatum Pedemontanum seruatum fuisse refert. Quæ conclusio cõfirmatur ex ijs, quę ad hoc propositũ plenissimè refert *Surd. in decis. 141. per totam, & Barbos. in l. diuortio §. interdum, nu. 28. vers. sed resoluendum est, ff. sol. matr.* Licet multipliciter limitetur, prout copiosissimè refert *Marius Giurba* omnino videndus *in decis. 4. nu. 35. cũ*

19 *plur. seq.* Præterea licet tutor esse non possit is qui est pupilli debitor, vt *in auth. minoris debitor, C. qui dari tutor, vel curator poss.* quem tex. pluribus exornat *Io. Guttier. in tract. de*

20 *tutel. in 1. par. c. 20. nu 2. & seq.* Præterquam si sit tutor relictus in testamento, iux. not. per *August. Bero. in q. 49. per totam, Ant. Piagiũ in d. tract. de tutor. q. 3. nu. 14. & seq.* & alios quos plenè refert *Petr. Caball. in cons. 25. nu. 3. & per totum, lib. 2.* qui propter approbatam eius fidem à testatore, etiam ab onere satisdandi releuatur, vt in *§. 1. & seq. inst. de satisd. tut.* quam conclusionem procedere etiam in curatore dato in testamento, affirmant *Io. Guttier. in tract. de tutel. par. 1. c. 5. num. 2. & Anton.*

21 *Piag. in tract. de tutor. q. 7. nu. 15.* Tamen secus est in matre, nam etiam si pupilli debitrix sit, ad eius tutelam admittitur, vt expressè cauetur in *auth ad hæc, C. quan. mul. tut. offic. fun. pot.* & notant *Ant. Piag. in ead. q. 3. nu. 16. & Guttier. in d. c. 20. nu. 11.* vbi etiam explicat an idem sit in fratre? & an pater possit esse tutor illius, cuius debitor sit eius filius, & quid è contra? ad quem me remitto. Et iddem est, si mater, aut auia sit creditrix pupilli, vel cum eo litem habeat, nam hæ non sunt legitimæ causæ eas remouendi a tutela, sicut in alijs tutoribus, vt in specie notãt *Alex. in cons. 109. sub nu. 2. lib. 3. & Afflict. in decis. 207. nu. 1.* quos refert *Gratian. in d. cap. 28. nu. 25. & seq.* quo casu si mater tutrix vult sua iura prosequi pro recuperatione sui crediti dari debet pupillo curator ad litem, iuxta practicã quã docet *Don Garz. Mastrill.* omnino videndus in *decis. 73. nu. 1.*

22 *cum seq.* Vero eo ipso, quod mulier transit ad secundas nuptias, statim priuatur filiorum tutela, etiã si sit tutrix testamentaria, *l. omnem,*

23 cũ ibi not. per *Doct. C. ad Tertull.* Quod ampliatur etiam si mulier luxuriosè viuat, vt per *Arium Pinell. in l. 4. nu. 18. C. de bon. matern.* & in alijs casibus relatis per *Sylu. nupt. in 2.*

24 *lib. nu. 50. cum plur. seq.* Verum eo casu quo mater transit ad secundas nuptias, si nominat tutorem idoneum pro eius filio, tenetur Iudex præuia inquisitione, & constito de eius idoneitate, eum confirmare, prout ex not. per *Bald. in l. si quis sub conditione, in fi. ff. de testam. tut. & in l. omni, C. ad Tertull.* refert *Hier. Gabr. in cons. 27. nu. 4. & seq. lib. 1.* & plenè *Fab. de*

25 *Anna in cons. 50. nu. 4. & seq.* An autẽ possit nominare fratrem in tutorem filij? *Dec.* tenuit quod non, in *cons. 674. num. 7.* sed contrarium verius esse testatur *Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cas. 151. num. 4.* hac ratione motus, nam mater potest etiam vitricum in tutorem filij nominare, qui præuia inquisitione confirmari debet, si reperitur idoneus, *l. fin.* cum ibi not. per *Bald. C. de contrar. iud. tut.* & notant *Boer. in decis. 266. nu. 3.* & alij, quos plenè refert *Io. Guttier. in d. tract. de tutel. in 1. par. c. 8. nu. 67.* & idem *Me-*

Menoch.in conf.151.vol.2. Ergo hinc arguit,
quod multo fortius cũ inquisitione confirmari
26 debet tutela fratris à matre petita. Sed an ma-
tre trãseunte ad secundas nuptias, eius filij sint
amplius penes eam educandi? vide *tex.* cum ibi
notatis per *Doct.in l.1.C.vbi pupill.educ.deb.*
Curt.iun.in conf.94.num.9.vol.1. Crauet.in
conf.18.nu.3.& 11. Menoch.de arbit.iud.lib.
2.cas.168.nu.10.Vinc.de Franch.in decis.350.
per tot. plenè *Surd.in tract. de alimen.tit.4.*
q.13.nu.15.cum plur.seq.Greg.Lopez in par.
6.tit.16.l.19.Io.Guttier.in d.tract.de tutel.in
2.par.c.8.nu.21. Didac.Spino. in spec.testam.
glo.29.num.13.Viu.in decis.16.per totam, &
Flam.Chartar.in decis.Gen.133.nu.13. et seq.
27 Et an, & quando circa filiorum educationem
recedere liceat à voluntate testatoris? vide om-
nino *Philip.Port.Imolen.in conf.150.per tot.*
28 Et quæ per Iudicem consideranda sint circa
huiusmodi educationem concedendam? vide
Menoch.in conf.62.nu.12.& seq.lib.1. Fab.de
Anna in conf.33.per totum,& in sing.395. &
latè *Ludouic.Morot.in conf.74.nu.11.& seq.*
29 Et quid si adultus petat educari penes matrẽ,
vel vitricum,& eum sibi dari in curatorem, an
Iudex teneatur assentire? vide Borgn.*Cauale,*
in d.tract.de tutor. nu.308. Surd.in tract.de
alimen.tit.4.q.13.num.5.& seq. & nouissimè
Molfes. in addit. ad comment. super consuet.
Neap.in 3.par.de success.ex testam.q.11.nu.3.
30 Sciendum est autem, quod supradicta cõclusio,
quòd mater ob transitum ad secundas nuptias
priuatur filiorum tutela, non habet locum in
patre, qui non prohibetur esse tutor filiorum
primi matrimonij emancipatorum, prout plu-
ribus rationibus, & authoritatibus plenè fun-
dat *Arius Pinel.in l.4.nu.15.& seq.C.de bon.*
matern. cũ quo concordat *Vrsill.in decis.357.*
31 *nu.2.* Magna etiam controuersia est, an mater
mortuo secundo viro, recuperet filiorum tute-
lam, quam amiserat ob transitum ad secundas
nuptias? In quo articulo variæ fuerunt Docto-
rum opiniones, quas refert *Surd.in decis.106.*
nu.2.& 11.cum seq. sed ex relatis per eũ, com-
munior videtur esse opinio negatiua, quã ipse
sequitur, & pluribus rationibus cõfirmat, eãq;
ampliat habere locum, etiam si mater nũquam
filiorum tutelam suscepisset, & quia optimè
hũc articulũ explicat, ideo ad eum me remitto.
32 Sed quid si mulier corã Iudice declarauit velle
nubere, & postea pœnituit, an ex hac sola decla
ratione efficiatur suspecta, ita vt debeat filiorũ
tutela priuari? vide *Affl.in decis.357.& Vrsil.*
in addit.ad eum, num.1, & Boer.in decis.266.
33 Prçterea omittendum non est, quòd mater per
transitum ad secunda vota, non solum amittit
filiorum tutelam, sed etiam si negligens fuit in
petendo filijs alium tutorem infra annum, pri-
uatur legitima eorum successione, si contingat
eos decedere in pupillari ætate, *l.2.§.si mater,*
ff.ad Tertull.& §.fin.inst.eod. quam conclu-
sionem ponit pro regula, cũ pluribus amplia-
tionibus, & limitationibus *Silu.nupt.in 2.lib.*
nu.52.cum seq.& Doct.omnes in l.sciant cun-
cti, C.de legit.hered.& in l.2. C.ad Tertull.&
in l.2.§.confestim, ff.eo.& Gabr.in 3.lib.com-
mun.conclus.sub tit.de secund.nup.conclus.9.
34 *per tot.* Excusatur autem mater ab hac pœna,
quando filij habent tutorem testamentarium,
nam tunc non tenetur eis alium tutorẽ petere,
l.2.§.bis illud, C.quan.mul.tut.off.fungi pot.
prout notat Bal.*in d.l.omnem,nu.*8.*C.ad Ter-*
tull.& in conf.403.lib.4. quem refert *Surd.in*
35 *conf.175.nu.26.lib.2.* Imo eam etiam excusa-
ri, quando extant tutores legitimi, adeo vt in
eo tantum casu in hanc pœnam incurrat, quan
do filijs esset prouidendum de tutore datiuo,
per multa probant *Soc.iun.in conf.16.nu.10.*
et seq.vol.2.Plot.in tract.de in lit.iur.nu.236.
36 *& Gabr.in d.conclus.9.nu.28.& 33.* Verum
quando solũ adsunt tutores legitimi, tunc ma-
ter tenetur expressè declarare se nolle tutelam
suscipere, vel eam susceptam renũciare, vt post
alios plenè tradit *Surd.in d.conf.175.nu.27.*
37 *& seq.* Sciendum est autem, quòd qui vult ma-
trem à luctuosa filiorum hæreditate excludere,
ob non petitũ eis tutorem, habet onus proban-
di, quòd fuit in mora, aliàs enim quælibet leuis
causa eam excusat ab hac pœna, vt notabiliter
38 inquit *Ant.Rub.in conf.81.sub nu.1.* Et ideo
tenetur specificè probare, quòd pupillus mor-
tuus fuit infra annum à die mortis viri ipsius
mulieris, vt pulchrè animaduertit *Nat.in*
conf.656.num.3. lib.4. post Alex.in conf.185.
nu.10.vol.6.& Bal.in conf.289.lib.1. quos re-
fert Caccher.*in decis.Pedem.58.nu.8.* qui tamẽ
hanc conclusionem declarat non procedere,
quando mater non confecisset inuentarium,
nam tũc ratione præsumpti doli esset omnino
filij successione priuanda, anni circulo non ex-
pectato, vt ibi per eum, *num.21.cum plur.seq.*
39 An autem exclusa matre à filijs successione
propter moram, ex quo infra annum nõ petijt
ei prouideri de tutore, si filius superuixit, &
alij proximiores, ad quos post eam deferebatur
successio, similiter fuerunt in mora, debeant
quoque eius successione priuari? vide *Ant.*
Rub.in conf.81.nu.2.Surd.in decis.48.per to-
tam,& Vinc.de Franch.in decis.167.nu.10.
40 *& seq.* Et an eadem pœna habeat locum si ma-
ter non petijt prouideri filio prodigo, vel fu-
rioso de curatore? vide eundem *de Franch.in*
41 *ead.decis.167.per totam.* Præterea in odium
mulieris secundò nubentis inductum est, quòd
si administrationis rationem filio non reddide-
rit, non solum bona propria, sed etiam secundi
viri

viri cenſentur tacitè hypothecata, *l. ſi mater, C. in quib. caſ. pign. vel hyp. tacitè cõtrahatur,*
42 *& §. ſi autem tutelam, auth. de nupt.* Sed hãc
concluſionem ſolum procedere quando mater
legitimè filiorum tutelam ſuſceperat, ſecus ve-
rò ſi in ea adminiſtranda de facto ſe ingeſſerat,
pulchrè declarat ac pluribus rationibus probat
Dec. in conſ. 591. per tot. & Surd. in conſ. 175.
43 *nu. 34. lib. 2.* An autẽ mulieri dotem repetenti
obijci poſſit exceptio, quòd prius reddat ratio-
nem adminiſtratæ tutelæ? ampla eſt quæſtio,
in qua contra mulierem conſuluit *Soc. in conſ.*
180. *vol. 2.* quem ſequitur *Dec. in conſ. 349. nu.*
10. & alij plenè relati per *Rol. à Vall. in conſ.*
17. *per totum, vol.* 4. pro muliere verò, vt aduer
ſus dotem nulla poſſit obijci retẽtio, iuxta *tex.
in l. vn. §. taceat, C. de rei vxor. act.* tenuit *Ne-
guſ. in tract. de pignor. in 1. mem. 5. par. nu. 36.*
pro cuius opinione iudicatum fuiſſe per *Rot.
Florent.* teſtatur *Borgn. Cauale. in d. tract. de
tutor. nu. 219.* Eamq; veriorem eſſe affirmant
*Guttier. in tract. de tutel. lib. 2. c. 9. num. 52. &
Peregr. in conſ. 100. nu. 2. lib. 1.* & pro hac opi-
nione iudicatum quoque fuiſſe per Sacr. Conſ.
refert *Vinc. de Franch. in deciſ. 642. in 4. par.*
Et hãc veriorem eſſe opinionem ex multorum
authoritate aſſerit *Franc. del Caſtill. in deciſ.*
32. *nu. 1.* Has autẽ opiniones notabiliter con-
cordat *Steph. Gratian. in 1. tom. diſcept. foren.
c. 129. nu. 40. & ſeq.* dicens, quòd hæc ſecunda
opinio procedere poteſt, quando aduerſus mu-
lierem opponeretur aliqua exceptio illiquida,
quę altiorem requireret indaginem, ſecus verò
quando exceptio eſſet liquida, nam tunc proce
deret prima opinio, vt puta ſi in promptu ap-
pareret, quod penes ipſam ex adminiſtratione
tutelæ perueniſſent pecuniæ, & bona, ex qui-
bus ſibi potuit de dotibus ſatisfacere, nam præ-
ſumptio iuris eſt, quod ſibi ſatisfecerit, ex reg.
*tex. in l. peculium, la ſeconda, §. præterea, verſ.
nam vt eleganter, ff. de pecul.* vt in ſpecie notãt
*Crau. in conſ. 129. nu. 5. Affl. in deciſ. 13. num.
16 & Borgn. Cauale. in d. tract. de tutor. nu.*
181. Imo eſt in culpa ſi ſibi non ſoluit, vt inquit
*Aret. in §. actionum, nu. 99. verſ. vigeſimoſe-
ptimo quæro, inſt. de act. & Surd. in tract. de
aliment. tit. 3. q. 7. nu.* 18. hoc enim regulare eſt
in omnibus adminiſtratoribus, quod ſi ex bo-
nis adminiſtratis ſibi ſatisfacere poſſunt, & nõ
ſatisfaciunt, nullum intereſſe petere poſſunt,
imo ſi poſtea debitor efficitur non ſoluendo, pe
rimitur omnis obligatio contra fideiuſſores,
vt notabiliter refert idem *Surd. in eodem
tract. de aliment. tit. 1. q. 45. num. 64. cum
plur. ſequen.* & præcipuè *num. 75. & ſequen.*
44 Hanc quoque diſtinctionẽ refert *Pau. de Caſt.
in conſ. 307. lib. 1.* & ſecundum eam bis iudi-
catum fuiſſe per Senatum Pedemontanum te-
ſtatur *Gaſp. Theſaur. in quæſt. forenſ. 28. nu. 4.
in 2. lib.* Verum ſubdit, quòd quando debitum
tutelare eſt illiquidum, tunc dos ſoluitur mu-
lieri cum cautione, & eandem diſtinctionem
ſequitur *Molinat. in tract. de retentione, q. 41.*
quem refert *Mugnoz. de Eſcobar in tract. de
ratiocin. c. 21. ſub nu. 3.* qui ſubdit, quod eo ca-
ſu quo debitum tutelare eſſet illiquidum, rectè
faceret Iudex ſi filijs compenſationem oppo-
nentibus, ſaltis duorum menſium terminum
ſtatueret ad liquidandum rationes, arg. *tex. in
l. aufertur, §. qui compenſationem, ff. de iur.*
45 *fiſc.* Alij vero aliam diſtinctionem faciũt, quod
ſi mater renunciauit omni legum auxilio tem-
pore quo tutelam ſuſcepit, tunc nullo modo
audiri debet in dotis repetitione, niſi prius ra-
tione reddita cum reliquorum reſtitutione, nã
ex vi dictæ renunciationis videtur à beneficio
dicti *§. taceat,* ſe excluſiſſe, ſi verò non adeſt hu-
iuſmodi renunciatio, tunc procedit diſpoſitio
dicti *§. taceat,* quod aduerſus dotem nulla da-
tur retentio, neque compenſatio, prout ex au-
thoritate *Molinat. in d. tract. de retent. q. 41.*
refert idem *Mugnoz. de Eſcobar in d. c. 21.
nu. 3.* Verum etiam in eo caſu quo adſit huiuſ-
modi renunciatio omni legum auxilio, dotis
exequutionem non impediri cum cautione re-
fert *Garz. Maſtrill. in deciſ. 189. nu. 13. in 2.
par.* & ita determinatum fuiſſe in illo regno Si-
46 ciliæ. Tertia etiam diſtinctio eſſe poteſt, quod
exceptio redditionis computorum ratione ad-
miniſtratæ tutelæ per matrẽ non impedit exe-
quutionem pro dote tantum ipſi mulieri debi-
ta, iuxta opinionem Neguſ. ſupra relatam, ſed
non pro ipſius dotis intereſſe, & antefato, nam
pro his ſuperſedetur in exequendo, donec per
ipſam mulierem ſit reddita ratio ſuæ admini-
ſtrationis, prout in vtroque caſu ita deciſum
fuiſſe per Sacrum Conſilium refert *Vinc. de*
47 *Franch. in d. deciſ. 642. per totam.* Multę etiam
ſunt aliæ pœnæ impoſitæ mulieribus ad ſecun-
das nuptias tranſeuntibus, vt *in l. 1. & toto tit.
C. de ſecund. nupt.* & inter cætera amittunt
proprietatem omnium lucrorum ad eas per-
uentorum à primo viro, quæ reſeruatur filijs
prioris matrimonij, vt *in l. fœmina, C. eod. tit.*
ad cuius ornatum plura cumulat *Burſat. in
conſil. 12. lib. 1. Petr. Caball. in conſil. 169.
per totum, Gaſp. Theſaur. in quæſt. forenſ.
29. lib. 1. Thom. Sanchez in tract. de matrim. in
12. tom. lib. 7. diſput. 87. cum quatuor alijs
ſeq. & Vinc. de Franch. in deciſ. 632. in 4. par.*
48 Filijs autem decedẽtibus, pleno iure proprie-
tas matri acquiritur, *Auth. hæres, C. de ſecun.
nupt.* ita notat *Gaſp. Theſ. in quæſt. foren. 30.*
49 *nu. 1. lib. 1.* Eamq; mater tunc lucratur nõ tan-
quã hęres filiorũ, ſed iure proprio, vt plenè pro-
50 bat *Fab. de Ann. in cõſ. 74. per totũ.* Licet enim
pœnę

pœnę secundo nubentiũ sint sublatæ per illud
dictum Apostoli, mortuo viro mulier nubat in
domino, vt in cap. pen. in fi. de secund. nup. ta-
men eæ quæ filiorum fauorem respiciunt re-
manent incorrectę, vt plenè testantur Luc. de
Penn. in l. mulieres, C. de incol. lib. 10. Boer. in
decis. 186. cum seq. Gram. in cons. 36. et seq. et
142. nu. 3, Decian. cons. 87. Affl. in decis. 75. ad
fin. Vinc. de Franch. in decis. 18. & alij relati
per Gasp. Thes. in q. forens. 28. num. 15. et seq.
51 Et eædem pœnæ militant etiam in viro ad se-
cundas nuptias transeunte ex identitate ratio-
nis secundum glo. in d. l. fœminę, §. illud, quam
sequitur ibi Bar. et Boer. in decis. 187. per totã,
& alij plenè relati per Petr. Caball. in d. cons.
169. nu. 4. et seq. et Gasp. Thes. in d. q. 29. nu. 12.
52 An autem mulier nubens infra annum luctus
priuari debeat relictis a primo viro, etiã quoad
vsumfructum, iux. tex. cum ibi not. per Bal. in
d. l. 1. C. de secun. nup. dic quòd non, vt plenè
concludit Surd. in cons. 175. per tot. lib. 2. nam
huiusmodi pœnæ secundo nubentium infra
annum luctus sunt pęnitus sublatæ, vt plenissi-
mè fundat Gasp. Thesaur. in d. q. 28. per totam.
53 Sed an nubens infra annum luctus teneatur re-
stituere vestes lugubres? vide Thob. Non. in cõs.
91. nu. 11. et seq, Ann. in sing. 591. Barbos. in l.
quæ dotis, nu. 81. et seq. ff. sol. matr. Thom. San-
chez in tract. de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 87.
54 nu. 31. et seq. Et an regulariter mulieri debeã-
tur panni lugubres, & lectum viduale? vide
55 Vinc. de Franch. in decis. 413. Et si fiat legatum
mulieri de pannis nigris, an ea nubente debeãt
restitui? vide Bal. in cons. 478. lib. 5. Bertran.
in cons. 304. num. 5. vol. 1. et Capell. Tholos. in
56 decis. 541. Quomodo autem interpretetur le-
gatum vxori factum, donec castè vixerit, & vi-
tam vidualem seruauerit, vide Borgn. Caualc.
in tract. de vsufruc. mul. relic. nu. 114. et seq.
57 Et quid si fiat legatum hoc modo, quòd si vitã
vedualem seruauerit, habeat vsumfructum, si
vero nupserit habeat suas dotes, & centum pro
seruitijs, eaque ceperit seruare viduitatem, &
vsumfructum percipere, an transeundo postea
ad secundas nuptias consequatur legatum? vi-
de eundem Borgn. Caualc. in eod. tract. nu. 134
58 & Vincen. de Franch. in decis. 231. Et an mu-
lier transeundo ad secũdas, vel tertias nuptias
priuetur legato relicto à primo viro absque vl-
la conditione, vide Cephal. in cons. 500. lib. 4.
Et an mulier transeundo ad secundas nuptias
teneatur filijs primi matrimonij reseruare
proprietatem eorum, quæ à primo viro habuit
in recompẽsationem iuuẽtutis, vel nobilitatis,
plenissimè explicat Surd. in cons. 164. et in cõs.
59 196 vol. 2. Et an mulier priuetur filiorum suc-
cessione si inhonestè viuat, vide Purpur. in cõs.
131. num. 1. lib. 1. & Peregr. in cons. 80. lib. 1.
60 Et quod si fiat legatum pedissequæ, sub condi-
tione, quòd maneat cum vxore testatoris, ea
transeunte ad secundas nuptias, potest impunè
ab ea recedere, consuluit Alex. in cons. 20. vol.
61 2. Nec omittendum est, quòd mulier tertiò nu-
bens non dicitur castè, & honestè viuere, præ-
sertim si nubit plebeio, vt notabiliter animad-
62 uertit Peregr. in d. cons. 80. lib. 1. Et ideo pri-
uatur etiam vsufructu relictorum à primo ma-
rito, secundom Boer. in decis. 185. num. 12. &
63 Hypp. in sing. 577. Præsertim si legatum sit fa-
ctum sub conditione, si castè vixerit, vt notant
Paris. in cons. 260. num. 9. lib. 4. & Borgn. in d.
tract. de vsufr. mul. relic. nu. 114. Sed huic con
clusioni aduersantur ea quæ plenè considerat
64 Cephal. in d. cons 500. per tot. Et demum an
vidua retineat priuilegia primi viri, donec le-
ctum viduale obseruat? videnda sunt quæ ad
hoc propositum pulchrè notant Vinc. de Frã-
chis in decis. 363. Franc. Milanen. in decis. 9. in
1. par. Emilian. Ferret. in cons. 74. Surd. in de
cis. 330. nu. 27. in 2. par. Fab. de Ann. in consi.
108. nu. 10. & seq. & Gasp. Thes. in q. foren. 90.
65 lib. 2. Licet autem mater possit esse filiorum tu-
trix, tamen eis tutorem in testamento relinque-
re non potest, ex quo eos in potestate non ha-
bet, sed opus est, quod tutor à matre datus con-
firmetur a Iudice pręuia inquisitione, l. 1. ff. &
C. de confirm. tut. & l. mater. testamenta. cum
ibi not. per glo. 1. de testam. tut. vt notant
glo. in l. fin. inst. de tutel. & Borgn. Caualc. in
tract. de tutor. nu. 10. & licet pater possit relin-
quere tutorem filio etiam exhæredato, matri
autem non licet, nisi eo instituto, l. pater hære-
di. ff. de testamen. tut. Immo non sufficit, quod
eum solum instituat in legitima, cum ea sit de-
bita filio de iure naturę, vt notabiliter affirmat
Rom. omnino videndus in cons. 188. nu. 3. per
tex singularem in l. peto, §. mater, ff. de lega. 2.
Et quod dictum est de matre non habet locum
in Auia, secũdum Specul. in tit. de tut. testam.
§. 1. nu. 3. Sed contrarium verius esse affirmat
Bar. in d. l. pater nu. 3. ff. de testam. tut. & licet
etiam quando mater filium non instituit, tutor
ab ea datus possit à Iudice confirmari, maior tñ
inquisitio tunc adhibenda est, vt notat Pau. de
Cast. in d. l. peto, §. mater, nu. 5. post glo. in d. l.
mater, in ver. solet, C. de testam. tut. An autem
mater constituere possit tutorem filio suo hæ-
redi instituto, excluso patre ab administratio-
ne, vide Don Garz. Mastriil. in decis. 59. per
tot. qui concludit pro parte affirmatiua, alia
vero ad hanc materiam pertinentia vide penes
Guttier. in tract. de tutel. par. 1. cap. 4. per tot.

Finis Cap. Decimi.

PARS

PARS QVARTA.

DE EFFECTIBVS NATVRALIS VNIONIS inter Patrem & Filium, ita vt pro vnica persona reputentur.

CAP. PRIMVM.

Pater & Filius vnicum vidētur habere patrimonium. Hinc est, quod post patris obitum, bonorum dominium continuatur in filium, & mortuo patre filius efficitur eius hæres ipso iure, sed hoc intelligitur quoad ea, quæ sunt ipsi filio fauorabilia; Et si filius possidet bona paterna, præsumitur possidere eo titulo, quo sibi vtilius est; Pluribus autem modis probatur hæreditatis aditio; Et si filius decedit ante aditam paternam hæreditatem, ius adeundi transmittit ad eius hæredes, sed pluribus modis declaratur hæc conclusio.

SVMMARIVM.

1 Pater & filius vnicum videntur habere patrimonium, & promiscua est vtriusque possessio.

2 Aestimum patris prodest filio etiam si seorsū habitet.

3 Appretium bonorum patris prodest omnibus filijs insolidum.

4 Pater pro filijs pro vno capite reputantur.

5 Filius est quasi dominus in vita patris.

6 Dominium post patris obitum continuatur in filium, & ideo non dicitur noua acquisitio, nec titulo lucratiuo, & nu. 7.

8 Filius non tenetur de bonis paternis soluere gabellam solus solitam de bonis titulo lucratiuo acquisitis.

9 Filius non tenetur soluere laudemium de re emphyteotica, in qua succedit patri.

10 Dominij continuatio de patre in filium procedit etiam in bonis feudalibus.

11 Successor in feudo tenetur infra annum, & diem denuntiare mortem sui prædecessoris, & soluere releuium, & si non fit denunciatio in tempore, soluitur duplicatum releuium, nu. 12.

13 Releuij solutio est introducta ex antiquissima huius Regni consuetudine.

14 Si eodem anno quo moritur feudatarius contingat deberi adobam, an successor in feudo teneatur etiam ad solutionem releuij.

15 Si eodem anno moritur pater & filius non debeatur duplex releuium.

16 Releuium an debeatur si nullos fructus successor in feudo percipiat.

17 Filius mortuo patre statim efficitur eius hæres ipso iure, sed hoc intelligitur quoad ea, quæ sunt filio fauorabilia, nu. 18.

19 Agens contra filium tanquam patris hæredē tenetur specificè probare, quod paternæ hæreditati se immiscuit.

Quæ conclusio procedit etiam si filius nihil opponat, nu. 20.

21 Filius possidens bona paterna condemnari nō potest tanquam eius hæres, nisi probetur, quod ea possidet titulo hæreditario.

22 Præsumptio enim est, quod possidet eo titulo, quo sibi vtilius est, & creditur eius assertioni cum iuramento, quod possidet alio titulo.

23 Filius si possidet bona hæreditaria, & facit aliquem actum, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non posset, nihilominus condemnari non potest tanquam hæres, nisi specificè allegata sit hæreditatis aditio.

24 Abstensio ab hæreditate paterna nō censetur reuocata per contrarium actum.

25 Abstensio, seu repudiatio semel facta an possit

sit amplius reuocari.

Minor an restituatur aduersus aditionem hæreditatis damnosæ? & quid econuerso, si omisit opulentam hæreditatem adire, num. eod. 25. remissiuè.

26 *Hæreditatem repudians, si postea soluit aliquod debitum hæreditarium an sibi præiudicet quoad alios creditores.*

27 *Confessio facta cum vno, quod est hæres, an præiudicet quoad alios.*

28 *Possessionis titulus an sit omnino declarandus.*

29 *Mulier possidens bona sui viri, an præsumatur possidere tanquam eius hæres.*

30 *Filius ergo hæres, valida est cõsequẽtia, quando agit, non quando conuenitur.*

31 *Sed hoc intelligitur quando agit, vt hæres patris, non quando agit vt hæres matris.*

32 *Stante Neapolitana cõsuetudine, quæ defert hæreditatem filio exclusa filia, si filius decedit hæreditate non adita, an succedat filia ex propria persona.*

33 *Hæreditatis aditio quomodo probanda sit.*

34 *Hæreditatis aditio an inducatur ex apprehẽsione rei modici valoris.*

35 *Et quid si quis asserat se hæredem in verbis enunciatiuis alicuius mandati procuratorij.*

36 *Tempus ad adeundam hæreditatem quantum sit, et an abbreuiari possit per iudicem.*

37 *Hæreditatis aditio per eius cessionem inducitur, quomodo autem hoc intelligendum sit, notabiliter explicatur.*

38 *Bona filijs debita ex dispositione statutaria, an eis acquirantur cum qualitate hæreditaria.*

39 *Filius transmittit ius adeundi paternam hæreditatem etiam ad extraneos hæredes.*

40 *Et illud ius transit cum facultate abstinendi.*

41 *Et idem est in hæreditate materna.*

42 *Mater an transmittat hæreditatem filij non aditam.*

43 *Ignorans hæreditatem sibi delatam an transmittat ius deliberandi ad eius hæredes.*

44 *Ius adeundi an transmittatur in beneficium creditorum.*

45 *Filius an trãsmittat querelam inofficiosæ donationis non præparatam.*

46 *Et quid in fratre.*

47 *Infans an transmittat hæreditatem non aditam, & ad quos.*

48 *Possessio non continuatur in filium.*

49 *Filius viuente patre ingerendo se in eius bonis iure familiaritatis, non dicitur verus possessor.*

50 *Filio pro obtinenda possessione bonorum hæreditariorum competit remedium adipiscẽdæ, non reintegrandæ.*

51 *Sed fallit in successore alicuius dignitatis, nam penes eum continuatur eadem possessio, quæ erat penes prædecessorem.*

52 *Item fallit in bonis feudalibus, nam eorum possessio continuatur in successorem absq; noua apprehensione.*

53 *Filius in vita patris est feudatarius, nec aliud ei deficit quam administratio.*

54 *Refutatio feudi in immediatè successurum fit sine Regio assensu, cum aliud non sit, quam quædam successionis præuentio, ex qua aliud filius non acquirit, nisi administrationem.*

55 *Refutatio debet esse simplex, & absque vlla reseruatione, ex qua ius aliquod separatũ constituatur in feudo.*



Axima est cõiunctio inter patrem, & filium, ita q; ex iuris fictione pro vnica persona reputãtur, *l. fin. C. de impube. & alijs subst.* vnde eadem quoque coniunctio operatur, quod vnicum quo-
1 dammodo videantur habere patrimonium, ita
quòd promiscua est possessio patris, & filij, &
quòd ab vno possidetur, censetur ab alio possideri, vt dixit *Bal. in l. 2 in fi. C. de legit. hæred.*
2 & ideo extimum patris prodest filio etiam seor
sum habitanti, vt inquit idem *Bal. in l. prætor, §. sed & filius, ff. de eden. & in l. 1. §. domini, ff. ad Syllan. & in c. quæ in ecclesiarum, in fi. de const.* & refert *Gul. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, de testamen. in ver. mortuo itaque testatore, in 2. par. nu. 45. & Io. Ant. de Nig. in*
3 *c. regni porrecta, nu. 105.* Hinc est, quòd si adsit
statutum, quòd nemo possit esse de antianis, nisi allibratus sit in appretio Vniuersitatis in mille, & pater multorum filiorum habeat bona allibrata ducatorum mille, donec pater viuit, illud appretium prodest omnibus filijs in solidum, vt pulchrè dixit *Ias. in l. filius paciscẽdo, nu. 3. C. de pact.* & plenius in *l. sciendum, nu. 25. cum seq. ff. qui satisd. cog. post Alber. in l. in suis, ff. de lib. & posthum.* quem refert *Cuman. in cõs. 132. sub nu. 1. idem Alber. in 1. par. statu. q. 71. & 109.* & plenè *Tiraq. in repet. l. si vnquam, C. de reuocan. donatio. in præfat. sub num. 23.*
4 Pater enim cum filijs pro vno capite reputan-
tur, secũdùm *Bal. in l. etiam, nu. 15. C. de exeq. rei iudic.* & domus habitationis patris, censetur domus habitationis filij, vt dicit *gl. sing. in l. 2. C. qui ætat. lib. 10.* quam refert *Bal. in l. 1. §. illud, nu. 2. C. comm. de manumiss. & Ias. in*

l. scien-

5 l.ſciendum, nu.28. ff. qui ſat:ſd. cog. Et filius
dicitur quaſi dominus in vita patris, l. in ſuis,
ff. de liber. & poſth. Vnde filius Regis dicitur
Rex etiam in vita patris, licet Regnum in ſua
diſpoſitione non habeat, nec in adminiſtratio-
ne, ſecundum gloſ. in c. Adrianus, in ver. Au-
guſtos, 13. diſt. quam refert Gul. de Benedic. in
d. ver. mortuo itaque teſtatore, in 2. par. nu. 48.
Loffred. in conſil. 17. nu. 39. Tiraq. in d. præfat.
l. ſi vnquam, num, 21. plenè Fab. de Anna in
conſt. terminum vitæ, in add. ad eius genitorē,
nu. 26. cum plur. ſeq. & pleniſſimè Don Garz.
Maſtril. in eius eleganti, & doctiſſimo tractatu
nuper edito de Magiſtratib. lib. 1. c. 5. nu. 1. &
ſeq. qui hanc concluſionem pluribus modis de-
6 clarat, & notabiliter exornat. Ideo mortuo pa-
tre non fit noua acquiſitio filio, ſed eſt potius
quædam continuatio eiuſdem dominij, adeo
quòd nec momento quidem temporis dici po-
teſt paternam hæreditatem iacuiſſe, vt ſingula-
riter dixit gloſ. in l. cùm hæreditas, C. depoſiti.
& Gul. de Bened. in eodem loco, nu. 47. Vnde
ſequitur, quòd licèt hæreditatis obuentio in
quolibet extraneo dicatur acquiri titulo lucra-
tiuo, ſecundum glo. in l. ſi duo, ff. de acq. hæred.
7 per tex. in l. 1. C. de impon lucr. deſcrip. Nihilo-
minus quoad filium non dicitur titulus lucra-
tiuus, ſed dominij continuatio in bonis pater-
nis iure naturæ ſibi debitis, l. cũratio, in princ.
ff. de bon. damnat. & l. ſcripto, ff. vnde liber.
8 Et ideo non tenetur filius de paterna hęredita-
te ſoluere decimam, ſeu gabellam fortè debitã
vigore ſtatuti de bonis titulo lucratiuo quæſi-
tis, vt teſtantur Gul. de Bened. in loco ſupraci-
tato, num. 52. Tiraq. in eadem præfat. d. l. ſi vn-
quam, nu. 19. & plenè Surd. in deciſ. 96. per tot.
9 Hinc etiam eſt, quòd mortuo emphyteota, non
tenetur filius de re emphyteotica, in qua ſucce-
dit, ſoluere laudemium domino directo, cũ non
ſit noua acquiſitio, vt inquit Bald. in c. quæ in
eccleſiarũ, de conſt. Dec. in conſ. 443. ſub nu. 5.
& in auth. præterea, ſub nu. 20. C. vnde vir, et
vx. & iddẽ innuit Iaſ. in l. fin. nu. 50. C. de iur.
emph. nam filius ſuccedens patri, nõ dicitur ac-
quirere, ſed acquiſitũ capere, vt dicit gl. in c. 1.
§. fin. de feud. cogn. quã ibi ſequitur Bal. dicens
hunc eſſe pulchrum, & lepidũ modũ loquendi,
& iddem affirmant Caſſan. in conſ. 23. nu. 27.
Tiraq. in præfat. d. l. ſi vnquam, nu. 20. & Gul.
de Bened. in citato loco, nu. 61. qui tamen dicit,
in illa patria cõtrarium ſeruari, nam licet filij
ſuccedentes in emphyteoſi paterna non ſoluãt
laudemia, ſoluunt tamen quædam accapita, ſe-
cundum quod facit conuentum, aut conſue-
10 tum. Hoc autem non ſeruatur in ſucceſſioni-
bus feudorum, nam licèt etiam in feudis videa-
tur procedere eadem continuatio de patre in
filium abſque noua inueſtitura, vt notabiliter
inquit Bal. in l. cum antiquioribus, C. de iur.
delib. quem valdè commendat Iaſ. in l. quoties,
nu. 32. C. de rei vend. & Cott. in memorab. in
ver. feudum viuo etiam patre. Nihilominus
11 quilibet ſucceſſor tenetur infra annum, &
diem denunciare mortem ſui prædeceſſoris, &
ſoluere releuium, alias ſecundum iura feudorũ
amittit feudum, vt in c. 1. quæ fuer. prim. cau.
benef. amittit. & in c. ſancimus, cum ibi not.
per Andr. & alios ſcribentes, quo temp. mil. &
in cap. Imperialem, §. præterea, de probib. feu.
alien. per Feder. & in c. 1. §. fin. de probib. feud.
alien. per Lothar. Capyc. in inueſtit. in ver. feu
dorum inueſtituræ, & in ver. feuda amittun-
tur, verſ. quinquageſimo quinto ſi vaſſalius,
Curt. iun in tract. de feu. in 4. par. verſ. vigeſi-
mo tertio cauſa priuationis, Zaſ. in tract. de
feud. in tit. ad quid vaſſal. dom. tenean. in 7.
par. nu. 7. & ſeq. plenè Io Ant. de Nigr. in cap.
reg. 256. nu. 25. & ſeq. & nouiſsimè Viu in de-
12 ciſ. 428. Hodie verò in locum amiſſionis feudi
ſucceſſit pœna duplicati releuij, vt teſtatur
Præſ. de Franch. in deciſ. 425. nu. 1. & Reg. Io.
Franc. de Ponte in deciſ. collat. conſ. 1. in qua
diſputat articulum an eo caſu admittatur mo-
ræ purgatio ſi inueſtitura non fuit infra annũ,
13 & diem petita. Hæc autem ſolutio releuij non
à iuris diſpoſitione procedit, ſed reperitur ex
antiquiſsima huius Regni conſuetudine ſic vſu
recepta, extra communes regulas, vt inquit
Andr. in c. 1. nu. 7. per quos fiat inueſt. & eſt
medietas fructuũ illius anni, quo moritur feu-
datarius, vt inquit idem Andr. in c. 1 §. ſi mu-
lier in hoſtendiтijs, nu. 4. de Cap. com. plenè
Loffr. in paraſr. feu. ſup. cap. 1. §. ſed & res, per
quos fiat inueſt. in verſ. contingit dubitari, fol.
mihi 20. latè Frezz. in ſubfeud. lib 2. in verſ.
tertia authoritas, per totum, Vinc. de Franch.
in deciſ. 121. num. 2. & 6. & pleniſsimè Garz.
Maſtrill. in deciſ. 112. qui multa notatu digna
14 cumulat in hac materia. An autem ſi eodem
anno, quo moritur feudatarius, contingat etiã
deberi adoham, ſucceſſor in feudo ſit vtroque
onere grauandus? vide Frezz. in d. auth. 3. nu.
26. Adden. ad conſt. Reg. poſt mortem, Loffr.
in d. §. ſed & res, verſ. quinto, & vltimo hæc
opinio comprobatur. Io. Ant. de Nigr. in cap.
reg. 256. nu. 43. & Apoſt. Fabij Iordani in d.
conſtit. poſt mortem, quæ teſtatur per Regiam
Cameram deciſum fuiſſe vnicum onus deberi
in cauſa Annibalis de Capua Domini Turris
Francoliſij, & Domini Franciſci Martini. Et
15 quid ſi eodem anno, quo moritur pater feuda-
tarius, moriatur etiam filius ſucceſſor, an de-
beat ſolui duplex releuiũ? Frezz. in ead. auth.
3. nu. 6. diſputat hunc articulum ad partes, &
demum concludit, quod fiſcales exigunt pro
vtroque totum, & integrum releuium, ſed ca:tè

Apostill. ad dictam constit. Reg. post mortem, dicit, vnicum deberi releuium, & ita per Regiã Cameram fuisse decisum in causa filiorũ Artur Pappacodæ, quia nõ decet solui omnes fructus illius anni, & nihil remanere pro feudatario.

16 Quærit etiam eadem Apostilla an debeatur releuium, si aliquo casu nullos fructus successor in feudo ex eo percipiat in illo anno? & dicit, q in hoc casu releuiũ taxari debet iuxta id, quod alijs annis percipi consueuit, & ita etiam post longam disputationẽ arguendo ad partes, concludit Loffr. in parafr. in d. §. sed & rei, vers. contingit dubitari. Alia pulchra ad materiam releuij refert Io. Vinc. de Anna in alleg. 95. per tot. lib. 2. & Io. Bapt. de Thor. in compend. decision. in vers. releuium, quem omnino videas.

17 Ex eadem quoque dominij continuatione inter patrem, & filium, sequitur, quod statim, & incontinenti, mortuo patre, ipso iure filius est eius hæres, ita quod non est dare medium, in quo possit dici paternam hæreditatem iacere, vt dixit glo. in d. l. cum hæreditas, C. depos. quã ibi Doctores omnes communiter sequuntur, & cum ea plures concordantes refert Ant. Gomez in 1. lib. var. resol. c. 9. nu. 17. & Mich. Crass. in 1. lib. receptar. sentent. §. 1. q. 2. nu. 6.

18 Hoc autem intelligitur quoad ea quæ sunt filio fauorabilia, secus quoad incommoda, cum enim de iure pretorio introductum sit beneficium abstinendi, & sublata sit necessitas, per quam filius tenebatur præcisè succedere patri, non poterit filius tanquam hęres molestari, nisi probetur immissio, vel voluntatis declaratio, iux. not. per Bar. & alios Doct. in l. si filius qui patri, ff. de vulg. & pupill. & Alex. in l. necessarijs, nu. 5. ff. de acquir. hæred. plenè Viu. in commun. opin. 278. nu. 7. & in opin. 330. in 1. par. & Ioseph Ludou. in conclus. 14. vers. &

19 quod agens contra filium. Et proinde agens contra filium tanquam patris hæredem tenetur pro fundamento suæ intentionis specificè probare, quod paternę hęreditati se immiscuit, alias succumbit, vt dicit glo. in d. l. necessarijs, plenè Rol. à Vall. in cons. 20. nu. 18. & per totum, vol. 1. latè Ant. Gomez in d. c. 9. num. 25. Menoch. in tract. de adipisc. poss. rem. 4. nu. 8. Andr. Gayl in obseruat. 128. num. 22. pulchrè Ferd. Gargiar. in patrocin. 16. num. 17. Maran. in cõs. 9. nu. 4. & seq. & Flam. Chartar. in

20 decis. Genuens. 33. Quæ conclusio procedit etiam si filius in iudicio conuentus tanquam hæres nihil opponat, nec expresse neget se esse hęredem, vt testantur Rol. à Vall. in d. cons. 20. nu. 10. in fi. et Ant. Gomez in d. c. 9. sub eodem nu. 25. contra Bal. in l. 1. C. commun. de legat.

21 Imo etiam si probetur, quod filius possidet bona paterna, non sufficit ad condemnandum, nisi specificè probetur, quod ea possidet tanquam hæres, vt pulchrè dixerunt Rom. in cons. 154. in princ. Cassan. in consuet. Burg. in tit. des successiones, rub. 7. §. 10. in fi. & Petr. Poller. in pragm. de censib. in ver. tanquam res iudi-

22 cata, nu. 25. Semper enim præsumitur, quod quis possideat eo titulo, qui sibi vtilior est, de quo statur eius declarationi cum iuramento, & eius assertioni creditur, quod bona hęreditaria possidet ex alia causa, vt notabiliter inquit Crauet. in cons. 33. nu. 11. Vrsill. in dec. 372. nu. 5. pulchrè Flam. Chartar. in decis. Gen. 124. per tot. & plenissimè Mascar. de prob. in concl 45.

23 nu. 2. & per tot. Et quod plus est, ac perpetuò memoriæ commendandum, etiam si filius possideat bona hæreditaria, & faciat aliquem actũ, qui citra ius, & nomen hæredis explicari non possit, nihilominus non sufficit ad condemnandum, nisi per partem specificè allegata sit hæreditatis aditio, vt notabiliter testatur Alexand. in consil. 94. sub num. 8. versic. plus di-

24 co, volum. 2. Præterea si filius eius animum declarauit, quòd à paterna hæreditate volebat abstinere, & postea facit aliquem actum, qui ab alio fieri non possit, quàm ab hærede, non per hoc censetur illam abstensionem reuocasse, nisi eam expresse, ac specificè reuocet, vt pulchrè dixit glo. in l. 1. C. de iur. delib. quam refert pro notabili Pras. de Franch. in decisio. 80. nu. 10. & Ferd. Gargiar. in patrocin. 15.

25 per tot An autem abstensio, seu repudiatio semel facta possit amplius reuocari? plenè declarat Gul. de Bened. in d. cap. Raynutius, in ver. suo itaque testatore, in 2. par. num. 127. cum plur. seq. qui concludit, quòd licet filius, qui semel paternam hæreditatem adijt, vel ei se immiscuit non posset amplius illam aditionem, seu immissionem reuocare. l. sunt hæres, C. de repud. vel abstin. hær. abstensionem tamen, seu repudiationem reuocare nõ prohibetur, dummodo duo requisita concurrãt, videlicet, quòd reuocatio fiat infra triennium, & res sit integra, ita quòd bona hæreditaria non reperiatur penes tertium alienata, cuius conclusionis rationem reddit, & eam multipliciter ampliat & declarat, vt penes eum ibidem videri potest. Sed quid si minor, seu eius tutor adijt hæreditatem, quàm reperit esse damnosam, an possit per viam restitutionis in integrum eam repudiare? vide omnino Borgn. Caualc. in tract. de tutor. nu. 75. Et quid è cõuerso si minor omisit hæreditatẽ opulentam adire, an eius hæres debeat restitui ad adeundũ? vide eundem Borgn. in decis. 65. in 2. par. nu. 93. & seq. Rol. à Vall. in cons. 10. num. 9. lib. 2. & Surd. in decis. 138.

26 nu. 10. Et an si quis repudiauit hæreditatem, & postea soluat aliquod debitum hæreditariũ tanquam hæres, sibi pręiudicet quoad alios creditores? dic quod non, vt pulchrè notant Bar.

in

in l.fi.ff.de interrog.act. Alex.in cons. 35. nu.
13.vol.7.& Borgn.Caualc.in d.tract.de tuto.
27 nu.76.vers.facunt adducta. Et an confessio
facta cũ vno,quòd est hæres, præiudicet quoad
alios? vide omninò Vinc.de Franch. in decis.
28 694.in 4.par.per tot. Et an teneatur specificè
declarare titulum quo possidet? vide Neuiz.in
29 cons.3.num.19.& in cons.5,nu.5. Et quid in
muliere an præsumatur bona quondam sui vi-
ri possidere tanquam eius hæres,vel potius pro
conseruatione suorum iurium dotalium? vide
Dec.in l.dotis,in fi. C.de collat.& plenius in
cons.232.post Soc.in cons.131.vol.1. pulchrè
Thob.Non.in cons.66.in 1.dub.& Ioseph Lud.
30 in decis.Perus.109.per tot.Insuper notandum
est,quòd regulariter valet consequentia, est fi-
lius ergo hæres,quando ipse filius agit, licet se-
cus sit,quando conuenitur,vt de communi opi-
nione testantur Rol.à Vall.in cons. 20. nu. 17.
vol.1.& Hier.Magon.in decis. 62. nu. 11. &
31 seq.Hoc autem declaratur habere locum quã-
do agit vt hæres patris, secus verò sicut hæres
matris, vt pulchrè refert Flamin. Chartar.in
32 decis.Gen.54.num.22. Sed an in casu consuet.
Neap. quæ defert integram hęreditatem filio,
exclusa filia, si filius decedat hæreditate non
adita,succedat filia ex ꝓpria persona? dic vtiq;
si bene ponderes verba Napod. in consuet. sed
si morienti,nu.246.& in consuet. & si testa-
tor,num.33.& Stephan. de Gaeta in apost. ad
eundem in consuet.si quis,vel si qua,in 2. ad-
dit.& plenè Ang.in cons.81.cum duobus alijs
seq.pro qua conclusione facit optimè tex. in l.
2.§.sed si sint sui,cum ibi not.per Barto.ff.ad
Tertull.& optimè Franc.Aret.in cons.161.ad
33 fin.& Gram.in decis.63.nu. 9. Quibus autem
modis probetur hæreditatis aditio? vide quæ
plenè cumulant Docto.in l.gerit,ff.de acquir.
hæred.Natt.in cons.140.vol. 1. latè Menoch.
de præsump.lib.4.præsum.99. & seq. plenissi-
mè Mantic.de coniect. vltim. volunt. lib. 12.
titu.9.& 10.per tot.& Mascard.de probat.in
34 concl.40.cum plur.seq. Et an ex apprehensio-
ne rei hęreditariæ modici valoris inducatur
35 aditio? vide Crau.in cons.33.nu. 12. Et an si
quis in aliquo mandato procuratorio in ver-
bis enunciatiuis asserat se hæredem, hoc suffi-
ciat ad probandam aditionem? vide Mathe-
36 sillan.in sing.34. Et quantum tempus compe-
tat ad hæreditatem adeundam,& an per Iudi-
cem abbreuiari possit? vide Aluar. Velasq. in
1.tom.consultatio. regni Lusitan. consult. 96.
37 per tot. Et demum in hac materia prætereun-
dum non est,quòd licet per cessionem hæredi-
tatis inducatur aditio,l.si auia,C.de iur. delib.
Surd.in decis.14. nu.2. & Vinc.de Franch. in
decis.14.n.23.& seq. hoc tñ aliqui intelligẽdũ
putant solum procedere,ad finem,vt valida sit
cessio, non autem ad hoc, vt cedens teneatur
creditoribus,vt pulchrè dixit Pau.de Castr.in
cons.252.col.3.vers.non tamen dico, vol.1. &
Crau.in cons.200.nu.2.Sed hęc opinio fuit re-
probata per Sacrum Cõsilium, vt refert Vinc.
38 de Frãch. in decis.32. nu.10.& seq.An autem
bona ad filios spectantia ex dispositione statu-
taria,de quibus mater vltra certam summam
disponere non poterat,prout est consuetudo in
Ciuitate Neapolis, quę prohibet disponere de
bonis antiquis vltra medietatem, & de bonis
dotalibus vltra decimam partem, existentibus
filijs,eis acquiri dicantur cum qualitate hęre-
ditaria? vide omnino Crau.in tract.de antiq.
temp.in 4.par,princip.in princ. num. 141. &
seq.& Napod.in plurib. locis relatis per Ant.
de Alex.in consuet.si aliquis moriens in 1. ad-
dit.in fi.& ibidem Camill.Saler.in addit.seq.
39 Ex eadem denique dominij continuatione de
patre in filium, infertur, quòd si filius decedit
post patris obitum, antequam eius hęreditatẽ
adeat ex potentia suitatis iddem ius trãsmittit
ad eius hęredes etiam extraneos, vt benè pro-
bat tex.in l.apud hostes.C.de suis, & legit.&
ita tenent communiter omnes Doct. in l.3.C.
de iur. delib. plenè Ant.Gomez. in d.cap.9.de
transmiss.hæred.num.20.vers. octauo infero,
Fab.de Ann.in cons.1.nu.5.& seq.lib.1.plenè
Cassan.qui hanc conclusionem pluribus modis
ampliat in consuet.Burg.rub.7.§.10.in verb.
des successiones,fo.mihi 266.Vinc.de Franch.
in decis.32.Surd.in decis.138.nu.9.& per tot.
Hier.Gabr.in cons.1.nu.16.lib.2.& Morot.
40 in cons.51.Idque ius transit cum eodem bene-
ficio abstinendi, vt inquit Bar. in l.si infanti,
nu.10.C.de iur.delib. quem refert Bursat.in
41 cons.61.nu.14.vol.1.Et hoc quoque procedit
in hæreditate materna, quam similiter filius
transmittit, sed ad descendentes tantùm, non
ad alios,vt communiter dicunt Doct. in l.1.C.
de his, qui ante aper. tab. Cephal. in cons.56.
nu.5.vol.1.& in cons.288.nu.11.& seq.vol.2.
Socyn.in cons.116.nu.13.vol.1.& Ascan.Cle-
men.in tract.de patr.potest.effect.13. num.4.
42 Sed non idem est è contra, parentes enim filio-
rum hęreditatem non aditam non transmit-
tunt,vt refert Crau.in cons.36. nu. 4.& plenè
43 Cacher.in cons.13.nu.29.& seq.Sed an igno-
rans hæreditatem sibi delatam transmittat ius
deliberandi ad eius hęredes? plenè explicat
44 Bursat.in cons.61.per tot.vol.1. Et an hoc ius
transmittatur etiam in beneficium creditorũ?
vide omnino Surd.in decis.140.per tot. & in
45 decis.111.Et an filius transmittat querelam
inofficiosi testamenti, vel inofficiosæ donatio-
nis non præparatam? vide Guliel.de Bened.in
rep.d.c.Raynutius, in ver. moruo itaque testa-
46 tore,in 2.par.nu.143.& seq.Et quid in fratre?

47 vide eũdem nu.145.& seq. Et quid in infante,
an transmittat hæreditatem non aditam,& ad
quos? ad tex.in l.si infanti, C.de iure deliber.
vide Gul.de Bened.in eodem loco,nu.171. cum
seq. plenè Fab.de Anna in cõs.1.nu.10.& seq.
in 1.lib. Mart.in voto 121.per tot. Io.Franc.
de Pon.in cons.19.nu.34.& seq.& Thesau.in
decis.88.per tot. Et an filius infans transmittat
hæreditatem non aditam, etiam cũ iure exclu-
dendi sorores vigore statuti excludentis fœmi-
nas,stantibus masculis? vide Dec.in cons.331.
sub nu.6.vers.venio ad secundum,& Surd.in
48 decis.138.per tot. Hæc autem, quæ dicta sunt
de continuatione dominij à patre in filium,nõ
habent locum in possessione,quę secundum ve-
riorem,magisq; communem Doctorum sentẽ-
tiam non transit in filium absque apprehensio-
ne,prout contra Glo.in l.miles.ff.ex quib.cau.
maior. tenuerunt ibi Bart.& omnes alij Doct.
quos plenè refert Tiraq.in tract.le mort saisit,
in 1.par.declar.3.nu.6. et Paris.in cons.1.nu.
49 160.vol.1. Cum enim filius viuente patre ha-
bitando eius domum, & in alijs bonis se inge-
rendo iure familiaritatis, nunquam eorum ve-
rus possessor fuerit,ex reg.tex.in l.qui iure fa-
miliaritatis.ff.de acq.poss.et in l.si quis à libe-
ris, cũ vtrobique not. per Bar.ff.de lib.agnosc.
sequitur, quòd deficiente principio, nullo mo-
do potest in eum post patris obitum agi de con-
tinuatione possessionis, quam nunquã habuit,
vt bene explicat Gul.de Bened. in d.ver.mor-
50 tuo itaque testatore, in 2.par.nu.66. Et hinc
est, quòd pro apprehendenda hæreditariorum
bonorum possessione,filio competit remedium
adipiscendæ possessionis non reintegrandæ,
quod cõpetit veris possessoribus, vt plenè not.
Rol.à Valle in cons.46.num.28. cum plur.seq.
volum.2. Lud.Morot.in cons.63. per totum.
51 Sed hoc fallit in successore in aliqua dignitate,
vel prælatura ecclesiastica, penes quem conti-
nuatur eadem possessio,quę erat penes eius prę-
decessorem absque aliqua apprehensione,eique
competit possessorium recuperandæ pro bonis
particularibus Ecclesiæ ad eius prælaturã spe-
ctantibus,vt egregiè consuluit Franc.Becc. in
cons.77.nũ.3. et per tot.vol.1. Vtitur enim ea
possessione, quæ est penes Ecclesiam, quæ nun-
quam mutatur,nec variatur, quamuis mutetur
persona Prælati, per quam repræsentatur, vt
per easdem rationes tenuit quoque Guid.Pap.
in decis.355. & plenè Tiraq.in eodem tract.le
52 mort saisit, in præfat. in 5.declar. Limitatur
etiam prædicta conclusio in bonis feudalibus,
quorum dominium, & possessionem in succes-
sores continuari absque noua apprehensione,
dixit singulariter Bal.in l.cum antiquioribus,
vers.decimo sic licet possessio, C.de iur.deliber.
quod dictum pro notabili valde extollit Ias.in
53 l.quoties, nu.32. C.de rei vendic. Ea ratione,
nam filius, etiã viuo patre, dicitur feudatarius,
vt supra fundauimus, imo dicit Bald.in auth.
defuncto,C.ad Tertull. quod feudum in perso-
na patris,& filij est iddem,ita quod filius etiam
viuo patre videtur inuestitus, & intelligitur
possidere, nec aliud ei deest, nisi administratio,
& licet ab hac opinione videatur recessisse idẽ
Bal.in c.1.nu.5.an mut.vel imperfect.& fortè
melius,secundum Ias.in l.si sorori,sub num.2.
vers.tertio limita, C.de iur.delib. hæc tamen
contradictio conciliari potest per ea,quę tradit
Gul.de Benedict. in eodem ver.mortuo itaque
testatore,nu.70.ad quem me remitto. Et hinc
est, quod Comes de nouo creatus non pręcedit
filium Comitis antiquioris,qui post eum in Co
mitatu successit, prout benè concludit Prez.
in subfeud. lib.2. sub cap.quis dicatur Comes,
nu.37. reprobata opinione Affl.qui contrariũ
54 tenuerat in procem.constit.reg.q.26. Et hinc
etiam est,quod refutatio feudi, quæ fit a patre
in eius immediatè successurum non compre-
henditur sub generali regula,qua prohibetur
omnis feudorum alienatio, & ideo fieri potest
absque assensu, cum aliud non sit, quam quæ-
dam successionis præuentio, & ex ea nil aliud
filius acquirat, nisi administrationem, iux. not.
per Loffr.in parafr.super cap. & si vassallus,
vers.quod si totius,col.3.si de feu. defun.milit.
fuer.cõtr.fol.mihi 34.Camer.f.25.col.2.lit.H.
& alios quos refert olim Regius Consiliarius
meritissimus Fab. de Anna in cons.39.nu.13.
55 & seq. in 1.lib. Verum ea debet esse pura, &
simplex,absque vlla reseruatione,ex qua ius ali
quod separatum constituatur in feudo, iuxta
plenè notata per eundem de Anna in cons.41.
& 46.per totum,& per Reg.Io.Franc.de Pon.
in consil.12.post Loffred.in cons.3.per totum,
& in consil.9.num.16.& seq.& Bolognet. in
cons.6.num.24 & seq.& in cons.7.per totum,
quibus addas, quæ nouissimè cumulant in hac
materia Reg.de Pon.in tract.de potest Proreg.
in tit.de refut.feud.per totum,fol.358.& seq.
Intrigliol. in decis.43. & Octau. Bammacar.
in c.beneficium à vassallo, quæst.1.per totam,
sub tit.si de feu.defun.fol 234. qui omnes opi-
niones circa hunc articulum refert,& latissimè
explicat.

Finis Cap. Primi.

CAP.

CAP. SECVNDVM.

Paterna nobilitas an tranſeat ad deſcendentes? & an transferatur ad filios illegitimos? Et quid ſi ſunt legitimati? Et quid econuerſo an filiorum nobilitas parentibus communicetur? Et quot modis nobilitas acquiratur? Et quot modis amitti nobilitas poſsit? Et demum quæ ſint nobilium priuilegia, & prærogatiuæ?

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas à patre acquiſita ad eius filios deſcendit.*

2 *Non tamen extenditur vltra pronepotes, licet de conſuetudine tranſeat ad omnes deſcendentes, donec perueniant ad egeſtatem, vel exerceant artes viles.*

3 *Doctorum priuilegia an competant eorum filijs, & nu. ſeq. vſq; ad nu. 9.*

6 *Vidua gaudet priuilegijs quondam ſui viri.*

9 *Paterna nobilitas non extenditur ad filios illegitimos.*

10 *Baſtardi non dicuntur de agnatione patris.*

11 *Et doctorari non poſſunt.*

12 *Nec eſſe notarij, & eti infra metrapoles.*

13 *Statutum, quod cauſæ inter coniunctos compromittantur, non habet locum in ſpurijs.*

14 *Vaſſalli non tenentur præſtare adiutorium domino pro filia ſpuria.*

15 *Spuria non poteſt eſſe Abbatiſſa.*

16 *Illegitimi ad ſacros ordines ſine diſpenſatione Summi Pontificis promoueri non poſſunt.*

17 *Et arcentur ab omnibus eccleſiaſticis beneficijs.*

18 *Et ad Epiſcopatum promoueri non poſſunt.*

19 *Et non admittuntur ad Cardinalatus Collegium nec fieri debent Rotæ auditores.*

20 *Baſtardi ſuſcipere non poſſunt Hieroſolymitanorum militum ordinem, præterquam ſi ſunt filij Baronum titulariorum.*

21 *Nobilitas paterna non tranſit ad filios legitimatos.*

22 *Aliqui autem tenent contrariam opinionem.*

23 *Nam legitimati per reſcriptum Principis nihil differunt à verè legitimis.*

24 *Legitimati vero per ſubſequens matrimoniũ paternam nobilitatem ſicut cæteri legitimi conſequuntur.*

25 *Filij legitimi, & naturales baſtardorum nihil conſequuntur ex nobilitate Aui.*

26 *Filij baſtardi nobilium de generali conſuetudine reputantur nobiles, præſertim ſi ſunt familiarum inſignium.*

27 *Baſtardi nonnulli fuerunt virtute inſignes, & mirificè floruerunt.*

28 *Nobilitas à patre acquiſita licet deſcendat in filios, tamen idem non eſt econuerſo.*

29 *Sed aliquãtulum parentes ex nobilitate filiorum cohoneſtantur.*

30 *Pater ſi ignobilis eſt, mater vero nobilis, filij ſequuntur conditionem patris.*

31 *Materna enim nobilitas non eſt in conſideratione.*

32 *Splendidior autem eſt nobilitas ex vtroque parente.*

33 *Nobilitas viri communicatur vxori.*

34 *Vxor poſt viri obitum retinet familiam, & ciuilitatem viri donec alteri nubat.*

35 *Nobilitas mulieris obumbratur ſi nubit viro ignobili.*

36 *Bona alienari probibita extra nobiles de familia, non poſſunt alienari mulieri nuptæ viro ignobili, & nu. 37.*

38 *Conſuetudo, quod filij à materno genere nobilitatem accipiant, non valet.*

39 *Nobilitas pluribus modis acquiritur.*

40 *Nobilitas an acquiratar per acquiſitionem feudi? & nu. 41.*

42 *Feudum habens nobile quaternatum annui valoris vntiarum viginti, aſſiſtit in parlamento procerum, & magnatum, & dat vocem cum baronibus regni.*

43 *Nobiles ex priuilegio an ſint verè nobiles etiã in proprio, & ſtricto ſignificatu, quod trahitur ad notabilem quæſtionem.*

44 *Mercatura an connumeretur inter artes viles.*

45 *Et quid ſi quis vendat triticum aut vinum proprium.*

46 *Et quid ſi perſonaliter non aſſiſtat, ſed mercaturam exerceri faciat per alium.*

47 *Nobilitas an amittatur, ſi quis laberat proprijs manibus in ſuis agris.*



1 Eiusdem quoque naturalis coniunctionis inter patrem, & filium effectus est, quòd nobilitas a patre acquisita, ad eius filios descendit, *l. 1. cum ibi not. per Bar. nu. 49. & Ioan. de Plat. sub num. 1. C. de dignit. lib. 12. Luc. de Penn. in l. mulieres, col. 2. vers. sexto ex nobilitate. C. eod. And. in consu. Reg. prosequentes*, & ibidem *Affl. in 7. quæst. num.*
2 16. Verum non extenditur vltra pronepotes, *l. diuo, C. de quæst.* licet de consuetudine transeat ad omnes descendentes, donec perueniant ad egestatem, vel exerceant artes viles, iux. not. per *Bar. in d. l. 1. C. de dignit. sub nu.* 101. *Aluaro. in c. 1. §. cæteri vero, num. 9. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio*, & *Affl. in d. consu. prosequentes, nu. 16. & in const. constitutione*
3 *præsenti, sub nu.* 6. Hinc Doctorum priuilegia etiam eorum filijs competere suadet *tex. in l. medicos. C. de profess. & medic. lib.* 10. per quē tex. & alia nonnulla iura ad hoc propositum benè ponderata, concludit *Guid. Pap. in decis.* 389. Doctorum filios etiam post patris obitum gaudere debere omnibus honoribus, immunitatibus, & prærogatiuis, quibus eorum pater gauisus fuit, iuxta cumulata per *eund. in præ-*
4 *ced. decis.* 388. Quam decisionem licet fortiter impugnet *Egid. Thomat. in tract. de collect.* quem ego habeo in 12. *volum. tract. fol.* 144. *à terg. nu.* 11. præcipuè per tex. cui dicit responderi non posse, in *l. sordidorū, C. de excus. mun.* vbi priuilegium ratione dignitatis concessum, cum persona extinguitur, & per alia iura ab eo plenè relata, cui astipulantur not. per *Natt. in*

in conſ.242.nu.1.lib.2. qui per multa iura affirmat, quod immunitas perſonalis alicui conceſſa non tranſit ad eius filios, & idem confirmant *Tiraq.de iur.primog.q.32.nu.3.& Hip. Rim.in conſ.258.nu.9.& ſeq.lib.4.poſt Io.de*
5 *Plat.in l.in filijs,in fi.C.de decur.lib.* 10. Nihilominus animaduertendum eſt, quod hæc opinio Egidij parum tuta eſſe videtur, nam *tex.in d.l.ſordidorum*, ex magis communi Doctorum interpretatione intelligitur, & declaratur, quod priuilegium perſonale, & ratione dignitatis, vel militiæ conceſſum non tranſit ad ſucceſſores extraneos, ſed benè tranſit ad hæredes ſuos, prout eum intelligit, & declarat *Gloſ.ibidem,in verb.ad hæredem*, nam filij sũt vna caro cum patre, & ideo etiam priuilegia perſonalia ad eos tranſire, plenè defendit *Soc. in conſ.84.nu.8.verſ.confirmatur ratio præmiſſa,vol.3.* de quo habes etiam pulchrum, & notabile dictum *Bal.in conſ.355.num.5.in fi. vol.2.* præſertim quia non bene reſpondet iuribus per *Guid.Pap.* allegatis, & præcipuè *d.l. medicos,C.de profeſſor.& medic.* qua ſpecificè cautum eſt Doctorum priuilegia communicari eorum vxoribus, & filijs, cuius l.deciſionem dum dictus author reſtringere conatur, vt intelligi debeat durante vita ipſius Doctoris, cui priuilegium eſt indultum, valdè decipitur. Cũ enim in ea lege filij, & vxor æquiparentur, certo certius eſt, quod vna determinatio reſpiciẽs plura determinabilia ea debet æqualiter determinare, *l.ancilla.C.de furt.& l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.* cum ſimilibus, vt in ſimili arguit quoque *Soc.in conſ.84.nu.8.vol.3.* Sed in vxore indubitabile quidẽ eſt, quòd etiã poſt obitũ viri retinet omnia priuilegia, quæ habebat eo viuẽte, donec retinet lectũ viduale, *l.filij. §.vidua,ff.ad municipal.l.fi.C.de incol.lib.10. l.fœmina,ff.de Senator.& l.cum te.C.de nup.*
6 Ita quod communiter Doctores affirmant mulierem viduam gaudere deberẽ etiam priuilegio fori, quo vir eius fruebatur, pro qua concluſione allegatur *tex.in l.penul.C.de fabricenſ. lib.10.* & alia iura cõcordantia relata per *Vinc. de Franch.in deciſ.363.num.2.& ſeq. Franc. Milanenſ.in deciſ.9.num.7.& ſeq.in 1.par. Doctores omnes in l.fi.C.de bon.mater.& in l.fi.C.de priuil.ſcolar.lib.12.& in l.cum quadam puella.ff.de iuriſd.om.iud.& d.l.fœmina ff.de Senator.* plenè *Rol.à Vall.in conſ.15.nu. 13.& ſeq.vol.3.Io.Philip.Monſpolienſ.in reſponſ.26.nu.18.& ſeq.* pleniſſimè *Surd.in deciſ.330.n.27.& ſeq.in 2.par.* & in ſpetie, quòd priuilegium d.l.medicos, durat etiam poſt ipſius Doctoris obitum, teſtatur *Menoch.de arbitr.iud.lib.2.caſ.379.nu.5.* & dictam deciſionem Guid Pap. confirmat *Guliel.de Bened.in rep.cap.Raynutius,de teſtam.in ver.qui cum alia vxore matrimonium contrahens,nu.140.* pro qua allegat *Maſuer.in tit.de talijs,§.item vxor militis,* & pro ea multa quoque valde notabilia refert *Fab.de Ann.in conſ.108.nu.11. & ſeq.in 2.lib.* & confirmatur etiam hęc concluſio ex notatis per *Io.Arz.Abotbalora Hiſpanum in tract.de nobilit.in 4.par.princip.c. 8.& Melchior Palacz in tract.de maiorat.in 1.par.q.51.nu.34.* Ergo hinc neceſſariò ſequitur, quòd etiam filij poſt patris obitum eodem priuilegio gaudere debent, ſicut vidua retinet priuilegium viri, cum vnica ſit prouiſio ab ea-
7 dem lege æqualiter ordinata. Vel potius diſtinguendo conclude, quòd priuilegium duplex eſſe poteſt, aut enim eſt temporale, vel ratione certi exercitij alicui conceſſum, & tunc ceſſante exercitio, cuius ratione fuit conceſſum, extinguitur priuilegium, & ad filios non tranſmittitur, nec ad vxorẽ viduam, *l.1.C.de excuſ. mun.* & in hoc caſu procedunt omnia, quæ pro contraria opinione allegãtur; Aut vero eſt priuilegium cõceſſum ratione alicuius dignitatis, & hoc non extinguitur per mortem, ſed tranſmittitur ad filios, & vxorem, prout pulchrè, & notabiliter cõſiderat *Iacob.Aemilian.in conſ. 74.per totum,* & hanc quoque diſtinctionem ante eum magiſtraliter poſuerunt *Alber.in tract.ſtatut.in 1.par.q.114.per tot.& Nicol. de Neap.in d.l.Medicos,verſ.ſecundo quærit, C.de profeſſor.& medic.lib.10.* & ſecundum eam iudicatum fuiſſe per Mag.Cur.cauſarum ciuilium Regni Sicilię refert *Franc.Milan.in d.deciſ.9.nu.16.in 1.par.* Verum hoc ſecũdum caput alij ſubdiſtinguunt, quod aut priuilegiũ competit patri ratione nobilitatis, & dignitatis, aut ratione alicuius officij habentis dignitatem annexam, primo caſu dicunt illud tranſire ad filios etiam poſt patris obitũ, & ad vxores viduas, ſecundo vero non, ſed extingui cum perſona patris, cum qua extinguitur officium, prout pleniſſimè probat *Barboſ.in l.quia tale, ff.ſol.mat.à nu.23.uſq; ad 34.* qui etiã *in ead.l. nu.1.& ſeq.* copioſiſſimè explicat quæ ſint priuilegia perſonalia, & quæ realia, & an Docto-
ris priuilegia ſecundũ hanc diſtinctionẽ extin-
8 guãtur cũ eius vita. Alia quoq; diſtinctio conſiderari poteſt, quod aut eſt priuilegium ſimpliciter perſonale, & tranſmittitur ad vxorem, & filios ratione cuiuſdam communicationis, & ex quadam vi comprehenſiua, cum ſint vnum corpus, iux.not.in *l.fœmina*, cum ſimilibus, & per *Artum Pinell.in d.l.fin.nu.4.C.de bon. mater.* aut eſt priuilegium conceſſum rei intuitu perſonæ, & hoc extinguitur cum ipſa perſona, prout nouiſſimè conſiderat *Gaſp.Theſaur. in quæſt.foren.90.nu.6.& ſeq.* Redeundo autem ad principalem concluſionẽ, quòd paterna nobilitas ad filios, & deſcendentes transfunditur,

tur, donec artes viles exercendo eam amittant, pro eius ornatu, & totius huius materiæ explicatione sunt aliqua consideranda. Et primò,
9 quòd parentum nobilitas extenditur ad filios legitimos, & naturales tantum, non autem ad illegitimos, vt bene animaduertit *Bar. in d. l. t. C. de dignit. num. 50. Bal. in l. eum legitimè, de stat. hom.* qui dicit, hoc procedere etiam si orti sint ex matre nobili, *Ruin. in cons. 77. num. 7. uol. 3.* plenè *Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 15. nu. 10.* pulchrè *Pet. Bellug. in specul. Princip. in 7. rub. de habilitat. cur. nu. 10. & seq.* & ibi
10 *Camill. Borrell. in addit. in lit. R.* Nam bastardi non dicuntur de domo, seu agnatione patris, nec possunt eorum insignia, siue arma deferre, iuxta not. per *And. in c. 1. si de feu. defun. fuer. controu. Guid. Pap. in decis. 580. et 897.* plenè *Duen. in reg. 69. per tot. Tiraq. in d. c. 15. nu. 12. Afflict. in tract. de iure protbomis. §. 1. nu. 32. Cott. in memorab. in uer. bastardi non sunt filij, Vrsill. in decis. 195. nu. 9. Boer. in decis. 127. nu. 21. Menoch. in cōs. 117. nu. 51. vol. 2. Molin. de primog. Hisp. lib. 1. c. 4. nu. 47. Didac. Spino. in specul. testamentor. gl. 16. nu. 26. Pet. Plaz. in epith. delictor. c. 41. num. 6.* & alij, quos plenissimè refert *Io. de Rosas in epith. successions.*
11 *c. 15. per tot.* Hinc est, quòd doctorari non possunt, vt refert *Apostill. ad Bal. in 1. const. Cod. in fi. in lit. G. & Affl. in const. Reg. constitutio-*
12 *ne praesenti, nu. 5.* Imo nec possunt esse Notarij, vt inquit idem *Affl. in eadem const. nu. 7.* quamuis vtramque conclusionem pluribus rationibus impugnet *Cardin. Paleot. in tract. de noth. & spur. c. 56. per totum.* & dum pater nobilis aliquid circa suos filios disponit, nunquā de talibus filijs disposuisse præsumitur, cum sit infamata proles, quæ ipsum dedecore afficit, ex not. per *Alex. in cons. 25. nu. 4. & in cons. 67.*
13 *nu. 5. uol. 1.* Et ideo statutum, quòd causæ inter coniunctos compromittantur, nō habet locum in spurijs, vt inquit idē *Alex. in cons. 60. nu. 8. & seq. vol. 2. & in cons. 144. vol. 7. & in l. ex facto, §. si quis rogatus, nu. 33. & seq. ff. ad Tre-*
14 *bell.* Et vassalli non tenentur præstare adiutorium domino pro filia spuria, vel naturali, vt refert *Boer. in decis. 127. & 240. nu. 20.* & plenè *Io. Vinc. de Ann. in sing. 12. et Addit. ad eū.*
15 Et mulier spuria non potest esse Abbatissa, prout pluribus rationibus testatur *Io. Monac. in c. indemnitatibus, nu. 4. & seq. de elect. in 6. et Petr. Gambar. in tract. de autborit. Legat. à*
16 *later. nu 302.* Nec huiusmodi illegitimi ad sacros Ordines absque dispensatione Sūmi Pontificis promoueri possunt, vt expressè cauetur *in c. 1. et 2. eo. tit. in 6. et cap. cum in cunctis, &*
17 *c. innotuit, de elect.* Et arcentur ab omnibus ecclesiasticis beneficijs, vt refert *Hipp. in sing.*
18 *193. incip. bastardi.* Nec promoueri possunt ad Episcopatum, vt plenè tradit *Lambertin. in tract. de iurepatron. in 1. par. 2. lib. in 11. art.*
19 *7. quaest. princip. nu. 11. & seq.* Nec ad Cardinalatus Collegium eos admittendos esse, nec Romanæ Rotæ Auditores fieri debere, refert *Lud. Gomez in Reg. Cancell. de triennal. poss. q. 2. sub nu. 2.* & plenè *Petr. Andr. Gambar. in d. tract. de offic. et author. Legati de later. lib. 7.*
20 *nu. 73. cū plur. seq.* Et demum bastardos Hierosolymitanorum Militum habitum suscipere non posse, quamuis eorum parentes ex quatuor partibus nobiles esse ostendant, iuxta illius Religionis stabilimentum, testatur *Marc. Ant. Surgent. in tract. de Neap. Illustr. lib. 1. c. 23. nu. 14.* ea ratione, nam bastardi nedum nō sunt nobiles, sed inter plebeios connumerantur, ex not. per *Bal. in l. cum nuptiæ, ff. de stat. hom. & in l. generaliter, §. fin. C. de inst. & subst.* & per *Cassan. in consuet. Burgun. des successions des bastards, §. 3. glos. 1. & in Catal. glor. mund. par. 1. consideratt. 38. conclus. 24.* Verum si huiusmodi bastardi sunt filij Baronum titulariorum, prout sunt Duces, Marchiones, & Principes, tunc eos indifferenter admitti ad suscipiendum dictæ Hierosolymitanæ Religionis habitum, refert idem *Surgent. in eodem loco*
21 *supra citato sub num. 14.* Ampliatur autem conclusio supra fundata, quòd paterna nobilitas non trāsit ad filios illegitimos, etiam si sint legitimati, ex not. per *Bald. in cap. per tuas, vers. quaero in bonoribus, de maior. & obed. & Alex. in l. ex facto, circa fin. ff. ad Trebell.* quos refert *Tiraq. in d. tract. de nobilit. c. 15. nu. 17.* pro qua opinione facit, quod legitimati non sunt verè legitimi, sed potius per quandam fictionē. Vnde bene dixit *Bal. in cons. 19. vol. 4.* quod legitimatio per rescriptum non fit naturaliter, sed gratia, non generatione, sed regeneratione, non felicitate nascendi, sed dono Principis, & ideo legitimatus similis est homini curato à vulnere, in quo remanet cicatrix, vt dixit idem *Bal. in cap. fin. circa med. de translat. Episc.* quem refert *Hipp. in sing. 273.* Hinc est, quod legitimati non sunt æquales alijs filijs legitimis, sed debent eis reuerentiam, nec debent simul sedere in eadem mēsa, vt pulchrè inquit *Gul. de Bened. in repe. c. Raynutius, de testam. in ver. Raynutius, nu. 30.* est enim legitimatio quædam imago repræsentata, quæ nō est iddem cū ipsa re, vt dixit *Saly. in l. et iam, C. de appell.* & est similis alchimię, quę facit apparere, quòd non est, secundum *Bal. in c. 1. de const.* quem refert *Ias. in l. cum acutissimi, C. de fideicomm.* Vnde legitimatus a Principe, post patris obitū nō debet sepeliri in sepulchro paterno, ne fiat æqualis patri, vt pulchrè dixit *Petr. de Vbald. in tract. de canon. Episc. q. 2. vers. sexto quaeritur.* Et Veneti ex particulari statuto eos non admit-

admittunt in eorum conſilijs, vt refert *Fulgoſ.*
in conſ.62.col.2.verſ.hoc euidentius, & iddem
affirmat *Card. Paleot.in tract.de notb.et ſpur.*
c.61.nu.9.in fi. Hinc legitimatos per reſcriptũ
Principis, ad Sedile nobilium Ciuitatis Neapo
lis non admitti teſtatur *Minad. in conſt. Reg.*
22 *in aliquibus,in ver.filiorum.* Sed contrariam
opinionem, quod filij nobilium legitimati pa
ternã quoque nobilitatem conſequantur, ple-
nè defendit *Card.Paleot.in d.tract.de notb.et*
ſpur.c.62.per totum, Pariſ.in conſ.58.nu.45.
vol.4. Bal.in conſ.146.nu.7.vol.1. & in conſ.
23 *387.col fin.uol.5.* Pro qua concluſione facit,
nam legitimati per reſcriptum Principis nihil
differunt a veris legitimis, vt expreſsè dicit
tex.in auth.quib.modis natur.effic.legit. §.ſi
igitur, & plenè notat *Curt.iun. in conſ.152.*
nu.11. & iura loquentia de filijs legitimis locũ
habent etiam in legitimatis per reſcriptum,
quia verè, & nòn fictè dicuntur legitimi, vt in-
quit *Bar.in l.ſi is qui pro emptore,in 3.quaſt.*
princip.ff.de uſucap. Bald.in l.nuper,in fine,
C.de naturalib. & Paul.de Caſt. in l.fin. C.de
bis, qui ueniam ætat. impetr. adeo vt per eos
cõſeruetur agnatio, ſicut per legitimos, vt dixit
Alex.in conſ.2.num.12.uol.1. & Dec.in conſ.
308. ad fin. & alij relati per *Tiraq.in tract. de*
utroq.retract.§.1.glo.8.nu.10. Primam autem
opinionem nouiſſimè pluribus rationibus con
firmat olim meritiſſimus *Regens Io.Franc.de*
Ponte in conſ.20.num.10. cum plur.ſeq.lib.2.
qui ſecundum eam in fine eiuſdem conſil. iudi-
24 catum fuiſſe teſtatur. Hæc autem opinionum
contrarietas procedit circa legitimatos per re-
ſcriptũ Principis, in legitimatis verò per ſub-
ſequens matrimonium, non dubitatur eos effici
verè legitimos, & paternæ nobilitatis partici-
pes, ex not. per *Tiraq.in d.tract.de nobilit.c.15.*
nu.22. & latius in *tract.de iur.primogen.q.34.*
25 *nu.53.cum plur.ſeq.* Ampliatur etiam princi-
palis concluſio, vt nec filij legitimi, & natura-
les in legitimorum aliquid conſequãtur ex no-
bilitate Aui, vt refert idem *Tiraq.in d.c.15.de*
nobilit.nu.24. & plenius in *d.tract.de iur.pri-*
26 *mogen.q.12.per totam.* Limitatur autem eadẽ
principalis concluſio, quòd non procedit de
generali conſuetudine, ſecũdum quam filij ba-
ſtardi nobilium reputantur nobiles, præſertim
ſi ſint familiarum inſignium, vt dixit *Io.Rayn.*
in tract. de nobilit. in 2.q.5.quaſt.principal.
nu.22. quem refert *Neuiz.in conſ.8. num.19.*
& iddem affirmant *Guid.Pap.in deciſ.580. &*
Boer.in deciſ.127 in fi. cum quibus concordat
quoq; *Tiraq.in eod.c.15.ſupra allegato,nu.25.*
27 Pro qua conſuetudine faciunt, quæ plenè in
laudem nonnullorum baſtardorum, qui virtu-
tibus inſignes, & fortunæ auſpicio mirificè flo-
ruerunt, idẽ *Tiraq.* congerit in *eod.c.15.nu.30.*
cum plur.ſeq. & latè *Io.de Roſas in tract. de*
ſucceſſ.c.15.nu.18. & ſeq. quem ego habeo in
28 *1.par.8.tom. tract.fol.406.* Eadem quoque
principalis cõcluſio declaratur, quod licet no-
bilitas acquiſita à patre ſemper deſcendat, &
transfundatur ad eius filios, non tamen iddẽ eſt
in nobilitate acquiſita per filium, ea enim ad
eius patrem non aſcendit, vt apertiſſime proba
tur in *l.1.* cum ibi not. per *gloſ. & Bar.ff.de Se-*
nator. & ita concludit *Io.Rayn. in d.tract. de*
29 *nobilit.in 13.q.5.quaſt.princip.* Sed ex nobi-
litate filiorum aliquantulum parentes cohone-
ſtari, pluribus iuribus, & rationibus probat
Tiraq.in d.tract. de nobilit.q.16.nu.3. & ſeq.
& Ant.Gam.in deciſ.Luſitan.112.per totam.
30 Item pro principalis cõcluſionis declaratione
notandum eſt, quòd licet filij acquirant nobi-
litatem a patre, ſi tamen pater fuit ignobilis,
mater verò nobilis, ipſi quoque ſunt ignobiles,
& ſequuntur conditionem patris, vt multis iu-
ribus probat *Affl.poſt And.in conſt.Reg.diui-*
næ iuſtitiæ,nu.7. & plenè *Tiraq.in d.tract.de*
31 *nobilit.c.18.num.20.* Materna enim nobilitas
nõ eſt in conſideratione, adeo quod impropriè
quis dicitur nobilis ex vtroque parente, vt in-
quit *Philipp. Prob. in additio. ad gloſ. Ioan.*
Monach.in c.ſtatutum 2. nu.9. de haret.in 6.
32 Licet negari non poſſit, quin ſplendidior ſit
nobilitas quãdo cum paterna nobilitate etiam
materna concurrit, vt pulchrè pluribus ratio-
nibus, & exemplis probat *Natt. in conſ.637.*
nu.18. & ſeq.uol.3. quem rogo videri, cum qua
opinione concordant *Io. Lopez in rubr. de do-*
nat.inter uir. & uxor.§.32.ſub nu.4.fol.mihi
27.à tergo in paruis impreſſ. Tiraq. in d.tract.
de nobilit.cap.18.nu.26.cum plur.ſeq. Franc.
Sarmien.in 1.lib ſelectar.interpretation.c.15.
nu.5. & Melchior Palaez in tract.de maiorat.
in 1.par.q.51. nu.3. & ideo nobilem ex vtroq;
parente præferendum eſſe alteri nobili ex pa-
tre tantum, refert *Io.Stephil.in trac. de gratijs*
expectat.in 6.par.principal.nu.43. Ratio au-
33 tem qua materna nobilitas non eſt in conſide-
ratione, quando pater eſt ignobilis, eſt, quia li-
cet viri nobilitas communicetur vxori, *l.fæmi-*
næ, ff.de Senator. & l.mulieres, cũ ibi not. per
Io.de Plat.C.de dignit.lib.12. prout latè refert
Hipp.in ſing.501. & plenè *Petr.Caball.in cõſ.*
34 *129.nu.21.& ſeq.lib.2.* Ita vt etiam poſt viri
obitum mulier donec tranſeat ad alias nuptias
retineat familiam, & ciuilitatem viri, iux.not.
per *Guid. Pap. in conſ.217. circa medium*, &
35 alios, quos ſupra retulimus. Nihilominus non
idem eſt è cõuerſo, nam ſi mulier nobilis nubit
viro ignobili, eius nobilitas obumbratur, *l.fin.*
C.de nupt. & l.mulieres, C.de dignit. vt in ſpe-
cie notat *Io.Lopez in d.rub. de don. inter uir.*
& uxo.§.31.nu.6. & in §.32.nu.1. quam igno-
bilitatem

bilitatem retinet mulier etiam post obitũ viri,
donec permanet in viduitate, vt pulchrè testa-
36 tur Gui.Pap.in decis.349.& 380. Hinc nota-
biliter dixit Curt.sen.in cons.40.sub nu.15.et
seq.vers.præmitte etiam, quod bona alienari
prohibita extra nobiles de familia, non pote-
runt alienari mulieri nuptæ viro ignobili, nã
37 licet mulier sit de familia patris, l.voluntatis,
C.de fideicomm. non tamen est amplius de no-
bilibus suæ familiæ, cum nobilitatem amiserit
statim quod nupsit viro ignobili, quod dictum
pro singulari refert Ferdin.Loazes in repe.l.fi-
liusfamilias,§.diui,sub nu.42.vers.secundo,
38 & notabiliter limita, ff.de leg.1. Et ideo non
mirum si mater non potest filijs suam nobili-
tatem transmittete, cum ea sit obumbrata ex
ignobilitate sui viri, quamobrem nec contrariã
consuetudinem operari posse, quod filij a ma-
terno genere nobilitatem accipiant, pluribus
authoritatibus confirmat Tiraq.in d.tract.de
39 nobilit.c.18.nu.22. Insuper pro eiusdem prin-
cipalis conclusionis ornatu sciendum est, quòd
nobilitas pluribus modis acquiritur, vt videri
potest penes Bar.in d.l.1.C.de dignit.& plenè
apud Luc.de Penn. in l.mulieres, C.eo. & ple-
nissimè cumulata per Tiraq. in d.tract.de no-
bilit.c.3.cum plur.seq. vsque ad cap.15. Sed
40 inter alia scias, quòd nobilitas acquiritur per
acquisitionẽ feudi, dummodo tamen concessio
fiat a Principe, & feudatarius nobiliter viuat,
iuxta not.per Gui.Pap.in decis.385.et seq.post
Andr.in c.1.nu.5.quis dicatur Dux, pulchrè
41 Cassan.in cons.64.nu.6.cum plur.seq. Secus
autẽ si infeudatio fiat à Duce, vel Comite non
habente potestatem conferendi nobilitatem,
vt considerat Ias.in tract.de feu.in 5.par. Sed
si feudum à Barone concessum sit quaternatum
cum vassallis, etiam ex eo nobilitas acquiritur,
nam Rex assensum præstans, videtur nobilita-
tem quoque concedere, vt inquit Guid.Pap.in
decis.415.post Andr.in c.1.§ similiter potest,
sub nu.14.vers.feudum ergo, de Capit.qui cur.
uêd. & latè Frez.in subfeu.lib.2. in cap.incip.
42 subfeudatarius est ille. Vnde habens feudum
nobile quaternatum annui valoris vnciarum
viginti, assistit in Parlamento Procerum, &
Magnatum, & dat vocem cum alijs Baronibus
Regni, secus si habet feudum planum, & de ta-
bula, vt refert idem Frez.in eodem lib.in cap.
43 incip.inter quaternata feuda, nu.12. Magna
autem quæstio est, an nobiles ex priuilegio sint
verè nobiles etiam in proprio, & stricto signifi-
catu? pro cuius explicatione videnda sunt om-
nino quæ in pulchro casu plenè tradit Mel-
chior Palaez in d.tract.de maiorat.q.51.nu.4.
cum plur.seq. qui pluribus rationibus probat,
quod si filius grauatur à patre, quod matrimo-
nium contrahat cum filia nobilis, sub pœna
amissionis maioriæ, non satisfacit huic condi-
tioni, si vxorem ducat nobilem ex priuilegio
Principis, nã testator videtur potius respexisse
nobilitatem generis, quia verba in dubio natu-
raliter, & non ciuiliter debent intelligi, l.ex ea
parte, §.insulam, ff.de uerb.oblig. iuxta ple-
nè notata per Luc.de Penn. in l.unica, col.1.
C.de impon.lucr.descr.lib.10. Quam con-
clusionem plenissimè fundat, reprobata opi-
nione Greg.Lopez, qui contrarium tenuerat
in l.3.tit.21.partit.2. in uer. con uillana, &
44 eius argumentis optimè respondet. Est quo-
que animaduertendum pro eiusdem principa-
lis conclusionis declaratione, dum supra dixi-
mus maiorum nobilitatem eatenus ad descen-
dentes transmitti, donec artes viles exerceant,
quòd inter artes viles est mercatura, per cuius
exercitium antiquorum nobilitatem amitti te-
statur Bal.in l.nobiliores, C.de cõmerc.et mer-
cat. quam conclusionem latè confirmat Guid.
45 Pap.in decis.196.per tot. In quo tamen consi-
derandum est, quòd mercaturam exercere non
dicitur, si quis vẽdat triticum, vinum, aut oleũ
propriũ, vt pulchrè inquit Crau.in cons.163.
46 nu.3. Et iddem est si personaliter non assistat,
sed mercaturam exerceri faciat per interpositã
personam, vt notabiliter dixit Alber.in l.hu-
milem, C.de incest.nupt. quem refert Aleiat.
47 de præsumpt.reg.1.præsumpt.48.nu.10. Sicut
nec amittitur nobilitas, si quis laborat proprijs
manibus in suis agris, iuxta not.per Guid.Pap.
in decis.41. Ant.Sola in consuet.Sabaud.in 1.
par.sub tit.de nominat.glos.2.nu.9.et Fab.de
Ann.in cons.34.nu.9. Verum hæc conclusio
non procedit in ijs, qui nimis sordidè in huius-
modi operibus se exercent, ita vt abiecto quo-
dã animo adeo se rusticis laboribus immisceat,
vt ab honestis, & vrbanis negotijs se penitus
abstrahãt, vt notabiliter animaduertit Pacius
48 Scala in tract.de consil.sapien.cap.7. Quę autẽ
sint vilia exercitia, ex quibus nobilitas amitti-
tur, vide quæ plenè cumulat Cesal.in cõs.237.
per tot.vol.2. & latè Tiraq.in d.tract.de nobil.
49 c.33.& seq. Circa quod est notandũ, q pulchrè
dicit Aleiat.in tract.de præsumpt.reg.1.præs.
48.nu.12. quod ad finẽ videndi an aliqua sit ars
vilis, debet attendi communis reputatio illius
loci, & eũ refert, & sequitur Cesal.in cons.611.
nu.29.vol.4. & iddẽ circa mercaturã affirmat
Benuen.Strac.in tract.de mercatura, in 2.par.
nu.18.et Io.Arz.Abotalor.in tract.de nobilit.
Hispan.in 5.par.principal.c.2. nu.2.et seq.
50 Notandum quoq; est in hac materia, quod in-
ter artes mœchanicas exercentes non connu-
meratur grammaticæ præceptor, vt pulchrè
dixit Cesal.in allegato cons.237.nu.19. qui al-
51 legat Rimin.in cons.3.nu.9.uol.1. Nec chirur-
giam inter sordidas, & mœchanicas artes con-
nume-

numerari debere pluribus rationibus pleniſſimè probat *Ceſal. in d. conſ. 611. per tot.* ſecundum quam opinionem, licet de dicto conſilio Ceſali mentionem non faciat, per Sac. Conſ. iudicatum fuiſſe teſtatur *Præſ. de Francb. in de-*
52 *ciſ. 564. in 4. par.* Imo etiam per exercitium Aromatariæ nobilitatem non amitti, nec eam inter ſordidas, & viles artes connumerari, tenuit *Iac. Mandell. in conſ. 43. per tot.* quem re-
53 fert *Ceſal. in eod. conſ. 611. nu. 24. et ſeq.* An autem amittatur nobilitas per exercitium notariatus? pro parte affirmatiua, quod notariatus ſit vile officium, & per eius exercitium nobilitas amittitur, conſuluit *Crauet. in conſ. 163. nu. 1.* & eandem opinionem tenuit *Guid. Pap. in deciſ. 90.* & eum ſequitur *Tiraq. in d. tract. de nobilit. nu. 9. Conrad. Brun. in tract.*
54 *de hæretic. lib. 5. c. 9. num. 12.* Sed contrariam ſententiã pleniſſimè probat *Couarr. in lib. pra*
55 *ctic. quæſt. c. 19. nu. 7. et ſeq.* Pro quarum opinionum cõcordia puto rectè ſcripſiſſe *Benuenut. Stracc. in additionibus ad conſilia Crau. ſuper d. conſ. 163. nu. 3.* quod in hoc attendenda eſt loci conſuetudo, num ſcilicet ſecundum communem opinionem illius regionis tabellionatus officium inter viles, vel eius loci honeſtiores verſetur, cum eam quoq; attendi debere circa exercitium mercaturę teſtatur idem in loco ſupra citato nu. 47. & ita etiam in hoc articulo tenet *Borgn. Caualc. in deciſ. Piuiz. 41. nu. 23. & Rip. in reſp. 14. nu. 9. ſub tit. de diuerſ. reſcript.* nobilitas enim nil aliud videtur eſſe, quam opinio, ita vt ex recepta quadam conſuetudine quis in vno loco nobilis habeatur, qui alibi mutatis regionum moribus ignobilis reputetur, iuxta not. per *Gaſp. Baet. in tract. de inop. debit. credit. addicen. c. 16. num. 36. & ſeq.* Et quod ex fama, & communi reputatione probatur nobilitas tradit *Caſſan. in conſ. 64. num. 50. & ſeq & Io. Arz. in tract. de nobilitat. Hiſpan. in 3. par. c. 6. num. 6. & in 5. par. c. 2. nu. 1. & ſeq.* vbi varios recenſet regionum mores, & conſuetudines circa nobilium
56 exercitia. Similis quoque quæſtio eſt, an procuratoris ad lites officium vile ſit, ita vt per eius exercitiũ nobilitas amittatur? in quo articulo *Guid. Pap. in deciſ. 89. & 399.* dicit hoc eſſe vile officium, & illud exercentem nobilitate priuari, & eandem opinionẽ tenuit *Carau. in rit. 100. nu. 4.* & alij, quos refert *Hond. in conſ. 81.*
57 *nu. 55. & ſeq. vol. 1.* Sed contrariam opinionem, quòd imo procuratoris officium ſit honorarium, & Aduocati illud exercẽtes, præſertim in ſupremis Tribunalibus aliquod dedecus nõ incurrant, tenuit *Borgn. Caualcan. in tract. de vſufr. mul. relict. nu. 232.* & latius in *deciſ. Piuiz. 41. nu. 24. & ſeq.* & hanc concluſionẽ veriſſimã eſſe nuper pluribus rationibus oſtendit doctiſſimus Regius Conſiliarius *Rouit. in commentar. ſuper prag. in rub. de procur. in princ.* & latius in *commentar. nouiſſimè impreſſis ſuper eadem rub. nu. 5. cum plur. ſeq.* cuius authoritati nimium deferendum eſt, cum eius ſingularis doctrina, ac eminens ingenij perſpicacia
58 omnibus nota ſit. Quod autem officium Procuratoris fiſci ſit nobile, nullatenus videtur dubitandum, ex not. per *Peregr. in tract. de iure fiſc. lib. 7. tit. 2. ſub nu. 15. poſt Io. de Plat. in l. vniuerſos, C. de decurion. lib. 10. & Iaſ. in rub.*
59 *C. de procur. ſub nu. 6.* Sed an amittatur nobilitas per ingreſſum Religionis? remitto me ad notata per *gloſ. & Abb. in cap. ea quæ, de ſtat. monac. Rom. in ſing. 37.* plenè *Tiraq. in d. tract. de nobil. c. 26. per tot. & Gaſp. Baet. in d. tract. de inop. debi. creditori addic. c. 16. nu. 34.* plenè *Fab. de Ann. in conſ. 110. nu. 24. & ſeq. vol. 2.*
60 Et an furtum committens nobilitatis priuilegio indignus reputari debeat, ita vt ignominioſis pœnis, quæ ignobilibus inferri ſolent, plecti debeat? dic, quòd attenta iuris communis diſpoſitione, omnes Doctores communiter affirmant, ex furto ignominiæ notam inferri, & proinde omnia nobilitatis priuilegia ceſſare, vt teſtantur *Tiraq. in d. tract. de nobilit. q. 24. per tot. Couarr. in 2. lib. var. reſol. c. 9. nu. 4. Io. Gutier. in tract. de contract. iurat. c. 16. nu. 21.* & nouiſſimè *Io. Boniſac. in tract. de furt. in §.*
61 *12. quod iure naturali, nu. 69. & ſeq.* Verum in hoc Regno, cum ex diſpoſitione *cap. ad hoc vt noſtrorum*, ſit expreſsè prouiſum, quod furtum committẽs vltra vnciam, ſi nobilis ſit, decapitetur, ſi verò ignobilis, furcis ſuſpendatur, ideo etiam ex quadam conſuetudine introductum eſt, quod in genere pœnæ infligendæ alio modo punitur nobilis, & alio modo ignobilis, nam quando pœna mortis pro aliquo delicto venit infligenda, nobilis decapitatur, ignobilis ſuſpenditur, & in alijs minoribus pœnis, nobilis relegatur ad tempus, vel perpetuò, ignobilis autem condemnatur ad ſeruiendum in Regijs triremibus, pœna verò exilij extra certa loca eſt communis vtrique, quam pœnarum diſtinctionem indiſtinctè ſeruari etiam in crimine falſi, & læſæ Maieſtatis, & ita per Sac. Conſ. deciſum fuiſſe teſtatur *Præſ. de Franch. in deciſ. 569. in 4. par.* Pro cuius concluſionis ornatu videnda ſunt, quæ plenè refert *Farinac. in tit. de pœnis temperan. q. 98. nu. 98. cum plur. ſeq.*
62 Et hoc nobiliũ priuilegiũ circa pœnas infligendas extẽditur etiã ad populares diuites, & honeſtos, ſecundũ *Bar. in l. capitalium, §. ſerui, ff. de pœn. Fel. in c. cũ quidã, col. 3. verſ. tertia declaratio, de iureiu.* quos refert *Io. Lopez in rub. de don. inter vir. & vx. §. 9. nu. 19.* quã concluſionẽ pluribus alijs authoritatibus exornat *Fab. de Ann. in conſ. 34. nu. 5. & ſeq. & per totum.*

In

63 In quo etiam notandum est, quòd in his casi-
bus, cùm hęc nobilitatis qualitas veniat inci-
denter non principaliter probanda, leuiores
probationes requiruntur, & sufficit quasi pos-
sessio ipsius, vt refert *Præs. de Franch. in decis.*
64 630. Verum aliquando ob criminis immani-
tatem practicatum fuisse, vt etiam nobiles su-
spenderentur, & ad Regias triremes condem-
narentur, refert *Reg. de Pont. in tract. de potest,*
Proreg. sub tit. de prouisio. fier. solit. §. 2. nu. 1.
& *seq.* vbi refert aliquos casus sic in facti con-
65 tingentia decisos. Insuper nobilitatis priuile-
gio priuari eos, qui conducunt Regia vectiga-
lia, testatur *Gasp. Baez in d. tract. de inop. deb.*
cred. addic. c. 16. nu. 77. & *sequen.* & *num. 81.*
66 Animaduertendum quoque est, dum supra di-
ctum fuit, nobilitatem amitti per exercitium
artis mechanicæ, & vilis, quod hoc intelligitur
quamdiu durat illud exercitium, sed si nobilis
illud exercitium deserit, statim pristinam no-
bilitatem recuperat, *l. ingenuũ, ff. de stat. hom.*
& facit *tex. in cap. fi. de vit.* & *honest. cler.* ita
dixit *Guid. Pap. in decis. 196. colum. 2. vers.* &
promissa esse vera, cum qua opinione concor-
dant *Iac. Mandell. in cons. 43. in fi. nu. 5. Ga-
ballin. in milleloq. 794. in 2. par.* Cassan. *in cõs.
4. nu. 35.* & *Cephal. in cons. 237. nu. 23. vol. 2.*
67. Verum circa hanc conclusionem mihi valdè
placet distinctio, quam facit *Chassan. in cõsuet.
Burgund. in rub. 4. §. 19. nu. 32.* & *seq. fol. mihi*
187. quòd aut quis est nobilis genere, & tunc
exercendo artem mechanicam, tàmdiu nobi-
litas obumbratur, quamdiu durat illud exer-
citium, nam iura sanguinis in totum tolli non
possunt, *l. iura sanguinis, ff. de reg. iur.* Si vero
quis sit nobilis ex priuilegio Principis, tũc ar-
tem vilem exercendo, in totum illud amittit,
cum per contrarium actum videatur ei renun-
68 ciasse. Nec pater viles artes exercendo potest
præiudicare filijs, qui à maioribus antiquam
nobilitatem trahunt, vt benè dixit *Tiraq. in d.
tract. de nobilit. cap. 35. nu. 4. per tex. in l. 3. ff.
de interdict.* & *relig.* quem refert, & alios con-
cordantes adducit *Fab. de Ann. in cons. 17. nu.
17.* & *seq.* Nam maiorum nobilitas æquè prin-
cipaliter, & eodem tempore omnibus compe-
tit de eodem genere, vt benè probat idem *Fab.
de Ann. in eo. cõs. nu. 46.* & ita ẽt sẽtijt *Cabal-
69 lin. in d. milleloq. 794. in fi.* An autem nobili-
tas fratris transeat in fratrem, vide omnino
*Affl. in const. Reg. intentionis nostræ, sub nu.
30. vers. sed quæro de quæstione, quæ fuit de
facto*, & *seq.* & plenè cumulata per *Tiraq. in
d. tract. de nobilit. cap. 17.* & *in cap. 37. nu. 14.*
& per *Bombin. in cons. 71. nu. 1.* qui ex commu
ni Doctorum sententia affirmant, quod si vnus
frater probat antiquam sui generis nobilitatẽ,
& tanquam à nobili stipite descendens nobilis
declaratur, tunc sententia in eius fauorem lata
prodest etiam alteri fratri consanguineo ab eo-
dem stipite descendens, si vero aliquis esset no-
uiter allectus inter nobiles alicuius Ciuitatis,
tunc eius nobilitas non porrigitur ad alium
fratrem, nam priuilegium personale non egre-
ditur personam, *l. 1. ff. de const. princip.* nec se-
quitur consequentia, frater fuit aggregatus in-
ter nobiles de Sedili, ergò etiam alij fratres
gaudere debent, nam nobilis in vno loco non
est nobilis in alio nisi recipiatur, secundum
Barto. in l. 1. C. de dignit. lib. 10. vt in spetie
refert *Afflict. in dict. const. intentionis no-
stræ, sub nu. 30.* quam distinctionem amplecti-
tur quoque *Tiraq. in d. cap. 17.* & *in d. cap. 37.*
70 *nu. 4.* Et ita etiam intelligenda est conclusio
relata per *Io. Vinc. de Anna in sing. 468.* quod
sententia lata in fauorem vnius fratris in Sedi-
libus prodest alteri fratri consanguineo, qui
testatur ita decisum fuisse per Sacrum Consiliũ
in causa delli Pandoni cum Sedili Capuano,
Doctores enim, quos allegat cum hac distin-
ctione loquuntur, cui conclusioni alia quoque
declaratio adijcienda est, quod si quis petit se
declarari nobilem tanquam vnus de aliqua
notòria familia nobili Neapolitana, tunc eo
ipso, quod constat eum esse de eadem familia,
admitti debet ad eosdem honores, quibus gau-
dent cęteri omnes de eadem familia, si vero illa
familia non est originariè Neapolitana, sed per
allectionem reperitur ad aliquod Sedile aggre-
gata, tunc licet aliquis probet se esse de eadem
familia, & tãquam nobilem gaudere in aliqui-
bus huius Regni partibus, non tamen admit-
tendus est ad honores huius Ciuitatis, nisi spe-
cificè probet se esse descendentem ab eodem
stipite illius, qui fuit primus aggregatus, quod
in dubio non præsumitur, vt plenè probat, ac
pluries decisum fuisse refert *Io. Franc. de Pont.
in cons. 107. per tot. lib. 2.* Imo etiam nobilem
vnius Sedilis non debere habere suffragia in
alio, plenissimè affirmat idem *de Pont. in cons.*
71 *108. in eod. lib. 2.* Sed an maior pars nobilium
possit aggregare ad nobilitatem contradicente
minori? vide *Loffr. in cons. 51.* & *Vincen. de
Franch. in decis. 2. per tot.* Et si quis fuerit à
nobilibus de regimine in locum alicuius defi-
cientis subrogatus, an nobilitatem acquirat,
hunc articulum valde quotidianũ tangit *Ber-
nardin. Bombin. in cons. 71. nu. 2.* & *seq.* & cõ-
cludit, quod non, nam potius videtur intrusus
72 à non habentibus potestatem. Et quid si sunt
voces numero pares? vide quę in simili pulchrè
tradit *Alex. in cons. 192. vol. 6. per tot.* Et quid
si adsit decretum factum ab omnibus nobilibus
quòd in aggregationibus faciendis seruetur cer
ta forma; An possit reuocari à maiori parte?
vide quæ in simili dixit notabiliter *Roman. in*
cons.

conſ.352.in 3.dub.& Crau.in conſ. 132. nu.1.
74 & 8. Et an in aggregatione nobilium ſint vo-
candi abſentes? vide Bar.in l.ſi.C.de legat. lib.
75 10.& Loffr.in d.conſ.51.in fi.Et quid ſi fuerũt
legitime vocati, & non comparuerunt? vide
Nat.in conſ.1.nu.4.& in conſ.67.nu.1.&per
76 tot.vol.1.Et quod hęc poteſtas faciendi nobi-
les non competit Sedilibus huius fideliſſimę
Ciuitatis Neapolis,ſed tantum Regi, pluribus
rationibus fundat Io.Vinc.de Ann.in allegat.
130.per tot.in 2.par. niſi fortè ex antiqua con-
ſuetudine legitimè præſcripta hãc facultatem
acquiſiuiſſent, iuxta pulchrè not. per Maran.
in conſ.103.& Garz.eruditum Doctorem Hi-
ſpanum in tract.de nobilit.glo,35.num. 57.et
77 ſeq. Nec ad probandum aliquem eſſe nobilem,
ſufficit quod ſit deſcriptus in Sedili, vt refert
Ann.in ſing.358.allegando Bald. in l.quoties,
§.ſed ſi eum,ff.de hæred. inſt. Sed in Ciuitate
Neapolis omnes de Sedili ſine dubio ſunt no-
biles,vt teſtatur Vinc.de Franch,in decis.207.
nu. 13. quem refert Io.Bapt.de Thoro in com-
pend.deciſio.Neap.in ver.nobiles regulariter,
78 verſ.notorietatem nobilitatis. Multa autem
ſunt nobiliũ priuilegia, quę plenè cumulant
Luc.de Penn.in l.mulieres,C.de dignit.lib.12.
Caſſan.in cõſuet.Burgun fol.mihi 20. 37. 54.
& 186. Affl.in conſt.minoribus,nu.15.& ſeq.
Io.Lopez in rub.de don. int. vir.& vxor.§.9.
per tot.& latè Bonus de Curtil.in tract. de no-
bilit.in 5.par. per tot. & pleniſſimè Tiraq. in
79 d.tract.de nobilit.in cap. 20. per tot. Et inter
cætera notãdum eſt, quòd ſi ſtatutum diſponat,
quòd carceratus pro aliquo delicto detineatur
in carceribus, poterit nihilominus perſonę no-
bili aſſignari palatium, imo tota Ciuitas pro
carcere, & ſatisfactum erit ſtatuto, vt notabili-
ter dixit Ang.in l.qui in carcere,ff.de eo, quod
met.cau. Gerar. de Petr.ſan.in ſing.30. nu. 4.
Catell. Cott. in memorab. in ver. carceres, &
Fab. Monteleon. in prax. arbitr. in 3. par. 5.
80 par.q.2.nu. 13. Et idem eſt ſi ſuperior reſcri-
bat, quòd aliquis detineatur ſub fida cuſtodia,
nam Iudex inferior poteſt nobilem fideiuſſori-
bus relaxare, vt inquit Carrer.in pract. crim.
§.6.nu.318. & Gramm.in deciſ.14.num.3.&
ſeq. Animaduertendum autem eſt, quod aliud
eſt tenere reum carceratum, & aliud eum tene-
re ſub cuſtodia, nam tenere carceratum impor-
tat detentionem intus carceres, tenere ſub cu
ſtodia, dici etiam poteſt ſub fideiuſſoria cautio-
ne, vt bene conſiderat Io. de Platea in l.1.nu.
2.C.de curioſ.& ſtationar.lib.11.quem refert
Rouit.in pragm.1.de cuſtod. reor.num. 15. in
81 nouiſſima impreſſione. Hinc in materia Rit.
Mag. Cur. Vicariæ, quo cauetur, quòd debitor
citatus ſuper tenorę inſtrumenti, non auditur
niſi in vinculis, vel facto depoſito, eſt perpetuò
notandum, quòd nobilis carceratus dicitur, ſi
ei aſſignetur tota Ciuitas pro carcere, vt mira-
biliter inquit Bartholom. de Cap. in eod. Rit.
Item quod ſi qui debitores, nu.16.fol. mihi 7.
82 à terg. Item nobilium conſenſus ſemper præ-
fertur, l.tam dementis, C.de epiſc.aud. vt refert
83 Tiraq.in d.tract.de nobilit.c.20.nu.25. Et in
electionibus officiorum, & beneficiorum nobi-
les, præferendi ſunt, vt plenè tradit Bonus de
Curtil.in d.tract.de nobilit.par.5. nu. 33. Ca-
poll.in tracta.de Imper. milit. diligen.in cap.
ſuscip.nobilitatis etiam cauſa,nu.23.quem ego
habeo in tract.tom.16.fo.311.& pleniſſimè D.
Garz. Maſtrill. in tract. nouiter edito de ma-
giſtratib.lib.2.c.8.nu.1.cum plur.ſeq. Io.Frã.
de Pont.in tracta.de poteſt. Proreg. in titu. de
elect.official.§.5.nu.9.& ſeq.& Regens Carol.
Tapp.in 2.lib.iuris Regni, ſub tit. de officialib.
84 in Regno conſtituen.nu.15. Et in electionibus
faciendis, ſi voces ſint hincinde pares, nobiles
præferuntur, vt notabiliter inquit idem Bon.
de Curtil.in eadem par.5.nu.35.& idem Ma-
85 ſtrill.in d.cap.8.nu.16. Item nobiles pugnare
poſſunt cum quocunque in dignitate qualibet
conſtituto, vt inquit Paris de Put. in tract. de
86 re milit.l.7.nu.2. Et è contra ab ignobili ad pu
gnam prouocari non poſſunt, vt teſtatur Bon.
87 de Curtil.in d.par.5.nu.57. An autem lite pẽ-
dente ſuper nobilitate, interim is qui ſe nobilẽ
eſſe contendit, ſit in poſſeſſione manutenẽdus,
vide Couar.in 1.lib.var.reſol.cap.16.num.11.
Io.Guttierez in lib.practicar.quæſtio.cap.25.
per tot.& Fab.de Anna qui plures alios refert
88 in conſ.80.nu.21.& ſeq. Et an nobilis poſſit
ſuo priuilegio renũciare circa carcerationem,
& alias pœnas ignominioſas? dic quòd non,
quia eſt priuilegium conceſſum toti nobilitati,
prout ex communi Doctorum ſententia pul-
chrè refert Hier.de Ceuallos in tract. commu.
opin.contra commu.quæſt.689. Sed hanc quę-
ſtionem pleniſſimè diſputat ad partes Amoſc.
in tract.de poteſt.in ſeipſum,lib.2.cap.23.per
tot.& relatis opinionibus, & rationibus hinc-
inde, tandem in contrariam partem inclinat,
quod huic priuilegio poteſt quoad ſui præiudi-
tium quilibet renunciare, cum aliquibus tamẽ
limitationibus, quæ nu. 20. & ſeq. penes eum
videri poſſunt, quibus etiam adde, quæ nouiſſi-
mè cumulant Mugnoz.de Eſcobar. in tract.de
ratiocin.cap.34.nu.16.& ſeq.Barboſ.in l.alia
§.eleganter,nu.11.& ſeqq.ff.ſol.matr. & Bo-
uadill.in ſua politica lib.3.cap.15.num.21.
89 Et an aduerſus eum, qui ſe nobilem declarari
contendit, ſubminiſtrandæ ſint litis expenſę
de publica pecunia? communis reſolutio vide-
tur, quòd ſic, vt patet ex not.per Ioan.Garz.in
tract.de nobilit.in Glo.1.§.1.ſub num.41. &
alios relatos per Mugnoz.de Eſcobar in tract.

90 *de rotigtin. cap. 25. num. 48.* Imo quòd etiam ipsemet qui super nobilitate cum Vniuersitate litem habet, tenetur cum ceteris ciuibus contribuere, testatur *Io. Arg. ab Otbalor. in tract. de nobilit. hispan. in 3. par. cap. 1. in fin.* pro qua conclusione allegat *Bal. in l. ab omnibus, §. si q.*
91 *Titio ff. de leg. 1.* An autem allectus in Ciuem alicuius Ciuitatis, sit etiam necessario admittendus ad eius honores, & dignitates? vide omnino *Marant. in cons. 103 per tot.* & plenè *Ioan. Franc. de Pont. in d. cons. 20. nu. 10. & nu. 21.*
92 *lib. 1.* Et demum an nobiles debeant alios praecedere in sedendo in Ecclesia, & an hoc permittendum sit ab Episcopo? curiosa est quaestio, in qua Doctor *Marta* concludit, quod non, *in voto 88.* nam cum apud Deum nulla sit exceptio personarum, *cap. nouit, de iudic.* ita etiam inquit non leue peccatum esse admittere preeminentiam in Ecclesia, idque pluribus alijs rationibus plenè confirmat, vt penes eum videri potest.

Finis Cap. Secundi.

CAP. TERTIVM.

Sicut ob merita publicam vtilitatem respicientia nedum delicta aboleri, sed premia delinquentibus quandoque concedi conuenit, ita etiam ob parentum merita filij remunerari aliquando consueuerunt, cuius conclusionis vtrumque caput pluribus exemplis, & notabilibus illationibus locupletatur, multaque ad materiam premiorum, quae bannitos occidentibus concessa solent non inutilia referuntur.

SVMMARIVM.

1 *Filij remunerantur ob parentum merita, & latius nu. 43.*
2 *Militi parcendum est, qui transfugit, & postea multos latrones deprehendit, vel alios transfugas demonstrauit.*
3 *Statuta quod occidentes bannitos premiis consequuntur, valida sunt, & fauorabilia.*
4 *Bannitum occidens, statuto permittente, est tutus in foro conscientiae, si mouetur zelo iustitiae, & non liuore vindictae.*
5 *Statutum quod capienti bannitum detur feudum, comprehendit etiam incapaces.*
6 *Crimen occultum vt in lucem prodeat, concedi potest premium, & indulgentia vni ex socijs criminis.*
7 *Socius criminis deponens contra socium torqueri debet pro conualidanda depositione non obstante, quod de proprio crimine gratiam habuerit.*
8 *Bannitus occidi potest, etiam si gratiam habuit, & nondum erat cancellatus à banno.*
9 *Ampliatur etiam si erat cancellatus indebitè.*
10 *Declaratur procedere, quando occidens ignorabat gratiam, secus vero si sciebat.*
Gratia ex multis redditur subreptitia, sed in ijs, quae conceduntur in festo Natiuitatis Domini nihil curatur de subreptione.
11 *Bannito se protestanti de gratia obtenta, an credendum sit.*
12 *Et quid si paratus sit ire ad Iudicem.*
13 *Bannitum habentem saluumconductū ignoranter occidens, an puniatur.*
14 *Ignorantia praesumitur ad excludendum delictum.*
15 *Praeterquam si bannitus esset publicè toleratus.*
16 *Tolerantia qualis esse debeat.*
17 *Bannitus committens nouum delictum post securitatem, censetur ipso iure diffidatus.*
18 *Guidatus committens nouum delictum, an & quando puniri possit pro antiquis delictis.*
19 *Indultus discussione pendente, si bannitus delinquat, sequuta declaratione indultus, punitur solum pro delicto nouiter commisso.*
20 *Nominati si sunt duo, & non potest gaudere indultu, nisi vnus vigore banni, ille gaudebit, qui fuit primo nominatus.*
21 *Securitatis beneficium amittit is qui contra*

formam guidaticij propriam patriam ingreditur, vel vbi sunt partes offensæ, sed hoc intelligitur de accessu animo permanendi, non autem de raro, & momentaneo.
22 Transitus nunquam censetur prohibitus, etiã si commoretur per tres, vel quatuor dies.
23 Guidatus sub conditione ne ingrediatur propriam patriam, an censeatur contrauenisse si reperiatur in Ianua murorum Ciuitatis.
24 Bannitum occidens ex odio particulari an excusetur.
Et quid si occiditur ad finem ne alios delicti complices detegat.
25 Bannitum interfectum an liceat spoliare.
26 Bannitum an liceat occidere extra territoriũ bannientis.
27 Bannitum an liceat occidere intus Ecclesiam.
28 Bannitum an liceat proditoriè, vel per assassinium occidere.
Et an liceat impunè occidere assassinium, qui nondum erat talis, declaratur per sententiam.
29 Banna huiusmodi an prosint delinquentibus post eorum promulgationem.
30 Exceptio indultus an possit allegari per procuratorem.
31 Bannitum capienti ex necessitate officij an detur premium.
32 Officiali an debeatur premium banniti capti ab eius familia.
33 Donatarius occidens donantem bannitum, an priuetur donatione tanquam ingratus.
34 Clericum bannitum occidens, an iuuetur statuto.
35 Bannitum effectum religiosum an liceat occidere.
36 Securitatem bannito concessam an liceat non obseruare.
37 Bannitus captus sub spe guidatici, quod declaratum fuit nullum, an debeat in libertatem reponi.
38 Bannitus pro homicidio, si obtinet gratiam, an teneatur alere filios occisi.
39 Bannitum receptans an puniatur pœna statuti, si non probatur scientia, quod erat bannitus.
40 Receptans coactè bannitos an puniatur.
41 Associatio cum bannito præsumitur casualis.
Confessio trium delinquentium an cõuincat, si non sunt repetiti parte citata, quamuis reus eos habeat pro repetitis, eo. nu. 41.
42 Bannitum occidens, statuto permittente, efficitur infamis, ita quod in causis grauibus, non admittitur ad testificandum sine tortura.
43 Filij remunerantur ex paternis meritis.
44 Solonis lege cautum erat, filios eorum, qui in bello occubuissent, publicè ali, & bonis moribus instrui.
45 Pater quãdoque remuneratur propter filios, & ideo excusatur à tutelæ munere propter filios in acie belli amissos.
46 Sed an idem sit, si filius in acie belli vulneratus, postea decedit in castris.

1 
X eadem quoque ratione procedit, quod sicut ob propria merita, & beneficia publicam vtilitatem respicientia, delicta aboleri; imo etiam quandoque premia delinquentibus concedi consueuerunt, ex eadem paritate rationis ob parentũ, aliorumue maiorum merita filios remunerandos esse, pluribus iuribus, & exemplis probat *Tiraq. in tract. de pœn. temperan. causa 49. per*
2 *totam.* Cuius prima cõclusionis pars benè fundatur in *l. non omnes, §. si ff. de re milit.* vbi cauetur, parcendum esse ei, qui transfugit, & postea multos latrones deprehendit, aliosque transfugas demonstrauit, quem text. valde extollit *Rom. in cons. 310. nu. 5.* & *Alex. in cons.*
3 *19. in fi. nu. 15. vol. 7.* Hinc nedum valida, sed fauorabilia dicuntur esse statuta, quæ vigẽt per totam ferè Italiã, & præsertim in hoc Regno, quod banniti possint impunè occidi, & eos occidentibus premium constituatur, iux. not. per *Alex. & Ias. in l. si plagij, in princip. ff. de verb. oblig. Dec. in cap. quæ in ecclesiarum, nu. 54. & seq. de const. & ibidem Hippol. Rimin. in repet. sub num. 180. & seq.* & alios, quos refert *Menoch. in tracta. de arbitr. iudic. lib. 1. in quæst. 90. nu. 4. & seq.* & pleniſſimè *Farinac. in tract. de reo confess. & conuic. q. 103. num. 1.*
4 *cum plur. seq.* Adeo vt etiam hoc licitum sit in foro conscientiæ, & absque peccato, dummodo tamen bannitum occidens id faciat zelo iustitiæ, & pro publica vtilitate, non autem liuore vindictæ, vel delectatione effundendi sanguinẽ humanum, vt ex multorum Doctorum sententia refert *Duenn. in reg. 68. in 2. limit. Io. Ant. de Nigr. in cap. Reg. misericordiam, nu. 30. & Petr. Caball. in 1. lib. resol. crimin. cas. 61. nu. 6.* qui tamen hanc determinationem Theologis relinquit, cum multa possint impunè fieri, & bono etiam zelo, quæ tamen innocentiam non habent, & immunditia non carent, cui sẽ-
5 tentiæ Ego quoque libenter inhæreo. Adeoque plena fit huiusmodi statutorum interpretatio, quòd si fiat bannum, quòd capienti talem bannitum detur aliquod castrum, seu feudum, & contingat eum capi ab aliquo incapaci, qui re-

gulariter non posset habere feudum, nihilominus censetur habilitatus, & debet cōsequi feudum debitum ratione premij, vt notabiliter affirmant *Alex. in l. si filius, nu. 2. ff. si cer. pet.* &
6 *Ias. in l. 1. nu. 12. C. de sacrosf. eccl.* Hinc etiam est, quòd ad finem, vt delictum occultum prodeat in lucem fieri potest bannum, quod indicanti furem detur certum premium, & concedatur indulgentia vni ex socijs criminis, qui alios reuelauerit, vt pulchrè dixit *Bar. in l. 3. §. si tibi, num. 5. ff. de cond. ob turp. cau.* quem refert *Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. sub tit. de prouis. sicr. solit. §. 4. num. 39. fol. 29.*
7 Verum eo casu, quando particeps delicti deponit cōtra socium criminis, debet torqueri pro conualidatione suæ depositionis, non obstante, quòd de proprio crimine gratiam obtinuerit, vt benè animaduertit oculatissimus *Vinc. de Francb. in decis. 459. in 3. par.* & plenè *Petr. Caball. in resolu. crim. centur. 1. cas. 29.*
8 *per tot.* Sciendum est autem pro intelligentia huiusmodi statutorum, seu bannorum, quibus permittitur bannitos impunè occidi, quod eo casu non solum licet occidere bannitum, dum est à Regia protectione dissidatus, sed etiam si habuit gratiam, & nondum erat a libro bannorum cancellatus, vt latè fundat *Alex. in cōs. 114. volum. 1. Dec. in cons. 327. nu. 6.* & plenè *Hipp. in sing. 340. & in pract. crim. in §. aggre*
9 *dior, nu. 4. & in cons. 55. nu. 7.* Quam conclusionem ampliat idem *Hipp. in d. §. aggredior, nu. 5. & seq.* etiam si esset cancellatus a banno, sed indebitè, pro qua ampliatione allegat *Bald.* in pluribus locis, & præcipuè *in l. si præses, Cod. quom. & quan. iud.* vbi notabiliter loquitur.
10 Verum hæc conclusio declaratur procedere, quando occidens ignorabat gratiam, secus si sciebat, quam declarationem intelligas, iuxta ea, quæ pulchrè distinguendo tradit *Cepoll. in cons. crim. 6. num. 18.* & *seq. Alex. in cons. 77. vol. 3.* & plenè *Nell. in tracta. de bannit. in 1. par. 3. temp. quæst. 2. per totum.* præterquam si gratia esset subreptitia, vel conditionalis, iux. not. per *Batard. in addit. ad Iul. Clar. in §. homicidium, nu. 247. & seq.* Plura enim reddunt gratiam subreptitiam, ita vt ipso iure vitietur, quæ plenè refert *Mascard. in tract. de probat. concl. 846.* & plenissimè *Menoch. de arbitrar. iud. in cas. 201. per totum*, Sed ad hoc propositum perpetuò notandum est, quòd in illis gratijs, quæ a Principe conceduntur in Festo Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi nihil curatur de subreptionis vitio, nam censentur ex proprio ipsius Principis motu concessæ, vt ex communi Doctorum sententia notabiliter re-
11 fert *Bursat. in cons. 177. num. 15. lib. 2.* Sed si bannitus se protestatur de gratia obtenta, non debet ei credi, si eam non ostendit in promptu, secundum *Bar. & alios DD. in l. non solum, §. morte, ff. de nou. oper. nunc. & Gozad. in consi. 61. nu. 9. Duen. in reg. 68. in 5. ampl. Menoch. in d. quæstio. 90. num. 34. Iul. Clar. in pract. crim. in §. homicidium, vers. sed quid si bannitus, Plaz. in epit. delictor. cap. 36. nu. 9. Viu. in comm. opin. 770. num. 9. & Farinac. in 2. tom.*
12 *q. 103. nu. 81.* Quod aliqui restringunt nō procedere in casu, quo bannitus paratus esset ire ad Iudicem, nam si commodè duci posset, deberet abstineri ab occidendo, vt inquit *Ant. Rub. in repet. d. §. morte, nu. 6. & seq. Rip. in cap. cum M. Ferrariensis, nu. 155. & sequen. de const. Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in d. §. homicidium, nu. 254. & Farinac. in d. q. 103. num. 83.* qui hanc conclusionē pluribus alijs modis ampliat, & limitat adeò copiosè, vt decentius existimem ad eum me remittere, quàm eiusdem
13 scripta exemplare. Eademq; conclusio procedit etiam si bannitus habebat securitatem, seu saluumconductū, cuius notitiam occidens non habuit, vt pulchrè tradit *Gozad. in d. cons. 61. Dec. in cons. 327.* plenè *Nell. in tract. de bannitis, in 2. par. 2. temp. q. 16. Farinac. in eadem q. 103. nu. 293. cum pluribus seq. & Bertaz. in*
14 *cons. crim. 104. per tot.* Quo casu ignorantiam præsumi ad excludendum delictum, ex cōmuni Doctorum sententia dixit *Bursat in cons. 134.*
15 *nu. 19.* Præterquam si bannitus esset publicè toleratus, iuxta not. per *Hipp. in sing. 77.* & alios, quos refert *Addit. ad Bertaz. in d. consil. 104. in lit. B.* & in alio *cons. 223. versic. tertio*
16 *fallit.* Quæ tolerantia qualis esse debeat? vide *Dec. in d. cons. 327. ad fin. Menoch. de arb. iud. in quæst. 90.* pulchrè *Io. Bapt. Ladercb. in cons. 205. per tot. Tbob. Non. in cons. 112. & Surd. in*
17 *cons. 270. vol. 2.* Et fortius supradicta conclusio procedit, si post securitatem obtentam bannitus commisisset nouum delictum, nam censetur ipso iure dissidatus, vt notabiliter dixit *Affl. in const. Reg. pœnam eorum, sub num. 60.*
18 *vers. decimo, & vltimo quæro.* Guidatus enim infra tempus securitatis delinquendo, nedum securitatis beneficiū amittit, sed etiam pro antiquis delictis puniri potest, si delictum nouiter commissum est graue, & punibile, iuxta notata per *Vinc. de Francb. in decis. 258. & 717. Menoch. de arb. iud. cas. 337. nu. 13. & Farinac. in q. 29. nu. 58.* Verum hæc conclusio intelligenda est procedere, quando bannitus assecuratus delinquit ex proposito, & deliberatè, & apparet quod venit in locum, in quo erat assecuratus, ad finem committēdi illud nouum delictū, alioquin si casualiter delinqueret, non deberet securitatis beneficio priuari pro delictis antea commissis, vt plenè probat *Pet. Cabal. in resol. crim. cas. 118. sub nu. 6. cum plur. seq.* hæc autē declaratio procedit de iure communi, sed attē-

tis

tis verbis *pragm.1.de guidatic.* etiam ſi guida-
tus nō delinquat ſub clypeo guidatici, amittit
eius beneficium, ſi delictum quod commiſit eſt
graue,& punibile, vt ſentit doctiſſimus *Rouit.*
19 *in eadem pragm.num.1.* licet ſecus ſit quando
pendente diſcuſſione indultus, is qui eū ex prę-
cedenti ſeruitio, ſeu nominatione pro eo facta
vigore banni prætendit, aliud delictum com-
miſiſſet, nam ſequuta declaratione debet gau-
dere indultu pro primis delictis, & ſolū puniri
pro alio nouiter cōmiſſo, prout per Sac.Conſ.
iudicatum fuiſſe teſtatur *Vinc.de Franch.in*
20 *decis.433.* in qua refert etiam deciſum fuiſſe
alium notabilem articulum, quòd ſi nominati
fuerunt duo, & vigore banni non poterat no-
minatione gaudere niſi vnus, ille debet gaude-
21 re indultu, qui fuit primo nominatus. Amittit
quoque ſecuritatis beneficiū is, qui contra for-
mam guidatici propriam patriam ingreditur,
vel vbi ſunt partes offenſæ, omnia enim guida-
tica ſub hac ſpecifica conditione concedi ſolēt,
ſed hoc intelligi debet de eo acceſſu, qui fieret
animo ibi reſidendi,& permanendi, nō autem
de raro, & momentaneo, & de eo qui fit tran-
ſeundo, prout notabiliter animaduertit ocula-
tiſſimus Conſiliarius *Rouit.in d.prag.1.de gui
datic.sub nu.3.verſ.& quia in guidaticis*, per
ea quæ in ſimili notant *Foller. in pragm.1. de
exulib.nu.45. & Carau.in prag.1.§.13.nu.9.
& ſeq.de Senatuſc.Macedon.* Pro qua conclu-
ſione facit ſingularis doctrina *Nell.in tract.de
bannit.in 1.par.2.temp.q.58.* in qua cōcludit,
quòd ſi ex forma ſtatuti cautum ſit, quod ban-
nitus non poſſit ſtare, nec habitare in certo lo-
co, aliàs quod ibi capi, & decapitari poſſit, &
quod puniantur vicini, qui eum ibi ſtare, ve
habitare permiſerint, huiuſmodi pœna non
habet locum in bannito tranſeunte per illum
locum prohibitum, quamuis in eo paululum
commorauerit comedendo in hoſpitio, prout
22 refert etiam *Hipp.in conſ.122.num.7.* Hinc
etiā notabiliter conſuluit *Anchar.in conſ.75.
ſub nu.4.* quod paciſcens in inſtrumento pacis
non ſtare, nec habitare in aliqua Ciuitate ſub
certa pęna, non dicitur ei contraueniſſe etiam
ſi diuerſis vicibus permanſerit in loco prohibi
to aliquādo per quatuor dies, & aliquando per
diem, & noctem, nam non dicitur veniſſe, qui
non ſtetit, *c.1.de iudic.* & fingitur non fuiſſe in
loco, qui ibi breui tempore permanſit, *l.ex fa-
cto, ff.de hered.inſt. & l.ſeruis vrbanis, ff.de
leg.3.* vt refert *Marſ.in d.conſ.122.num.8. &
Bertaz.in conſ.crim.144.nu.4.lib.1.* Et quod
ſimplex tranſitus nunquā cenſetur prohibitus,
refert etiam *Cephal.in conſ.539.nu.77.lib.4.*
nam modicum ſtare in aliquo loco, vel nullo
modo ſtare æquiparantur, vt inquit *Gandin.
in tract.de maleſic.ſub tit.de bānit.pro maleſ.
num.18. & Simon de Pret.in conſ.50.num.5.*
quos refert *Apoſtill.ad Bertaz.in d.conſ.149.
lit.A.* Cui concluſioni nòn repugnant nouiſſi-
mè tradita per dominum meum *Rouit.* in hac
poſtrema editione *ſuper pragm.1.de guidatic.*
in qua refert decreto Magnæ Curiæ confirma-
to per Sac. Conſ. excluſum fuiſſe quendam in-
quiſitum à beneficio gratię, in qua aderat clau-
ſula ſub his verbis concepta, *Con che non hab-
bia d'accoſtare nella Città di Napoli, ne tren-
ta miglia d'intorno*, ſtante quod fuerat poſtea
captus in Molo magno huius Ciuitatis, nam
illa conditio erat nimis ſtricta, ſi quidem per
eam nedum erat prohibitus acceſſus ad hanc
Ciuitatem, ſed etiam per triginta miliaria cir-
cumcirca, & illa verba, *Con che non habbia
d'accoſtare*, enixam demonſtrabant Principis
intentionem, vt non ſolum inquiſitus non in-
troiret hanc Ciuitatem, ſed etiam ne appropin
quaret per triginta miliaria circumcirca, vt be
ne animaduertit idem *Rouit.ibidem, num.47.*
23 Pone autem quòd guidatus ſub hac conditio-
ne captus ſit non intra muros Ciuitatis ſuæ pa-
triæ, ſed in ianua murorum, an amittat guida-
tici beneficium? hic caſus euenit in Ciuitate
Salerni in cauſa Thomaſij de Roſa inquiſiti de
homicidio intus eādem Ciuitatem commiſſo,
qui captus fuit in limine ianuæ dictæ Ciuitatis
infra murum, ſed extra clauſuram, & dū exhi-
buiſſet guidaticum, quod obtinuerat à Regio
Cōmiſſario Campaniæ Octauio de Piccolellis,
Regius Fiſcus prætēdebat, quod eius beneficio
iuuari non poterat, ſtante quod erat captus in
propria patria, ſed hoc non obſtante, fuit per
Regiam Audientiam, me referente pronuncia-
tum, quod dictus inquiſitus reponatur in pri-
ſtinam libertatem, nam captus in limine oſtij
extra eius clauſuram, non dicitur verè captus
intus Ciuitatē, pro qua deciſione moti fuimus
authoritate *Bar.in l.1.§.hoc interdictum, ff.de
cloac.Geminian.in c.1.nu.6.de conſecr.Eccleſ.
Signor.de Homod.in conſ.16.per tot. Alex.in
l.pleriq; nu.5.ff.de in ius voc.et Iaſ.ibid.n.20.*
Et licet dubitari potuiſſet, an etiam in caſu quo
inquiſitus capitur extra, ſed prope męnia ciui-
tatis, videatur contraueniſſe conditioni in gui-
datico appoſitæ, quod non ingrediatur in pro-
priam patriam, poſt quam patriæ appellatione
etiam ſuburbia, & loca adiacentia continen-
tur, *l.vxorem, §.legauerat, ff.de legat.3.* Nihi-
lominus verius viſum fuit, quod vis illius clau-
ſulæ prohibitiuæ extra ciuitatis muros non
porrigitur, nam patria, & ciuitas ſunt ſyno-
nima,& in effectu iddem ſignificāt, vt benè in-
tuenti probat *tex.in l.vn. C.ſi curial.relic.ci-
uit.lib.10.* & clarius probatur *in l.relegatorū,
§.ſolet. ff.de interdict.et releg.* in illis verbis,
Solet praterea interdici quibuſdam, ne intra

patria territorium, vel muros morentur. & in alijs verbis sequētibus, *Ne excedant patriā, vel in vicis quibusdam morentur*, quæ verba apertissimè demonstrant, quod patria pro ciuitate accipitur. Certum est autem, quod ciuitatis appellatione id tantum venit, quod infra murorum ambitum continetur, *l.2.* cum ibi not. per *Bar. & alios Doct. ff. de verb. sign.* Et licet in materia fauorabili etiam suburbia, & loca adiacentia sub nomine ciuitatis aliquando comprehendātur, vt *in l.1. §. cum vrbem, ff. de offic. præfec. vrb.* In pœnalibus tamen communis est omnium Doctorū resolutio, quod ciuitatis nomen in proprio significatu accipiendū est, ita vt id tantum, quod est intra mœnia comprehendat, vt plenè distinguendo affirmant. *Doct. omnes in d. l.2. ff. de verb. sign. Fel. in c. Rodulfus de rescrip. num.1. cum plur. seq. Stephan. Costa in rep. c. si ciuitas de sent. excomm. in 6. nu.10. & seq. Hipp. de Mars. in tract. de bannit. in ver. ciuitate, nu.19. Gramm. in cōs. crim.48. nu.3. & seq.* pulchrè *Gozad. in cons.5. nu.4. & Menoch. de arbitr. iud. lib.1. q.99. per totam*, cui conclusioni non repugnat *tex. in d. c. si ciuitas*, vbi ecclesiasticum interdictum etiā ad ciuitatis suburbia extenditur, nam illa decisio est fundata in ratione particulari, ne illius interdicti sententia vilipenderetur, & quoad reliqua ex eodem tex. fundatur regula in contrariū, vt benè animaduertit ibidem *Stephan. Costa, nu.6. & seq. & Fel. in d. cap. Rodulfus, nu.4.* Et demum pro huius conclusionis corroboratione, considerandum est, quod illa verba prohibentia ingressum in propriam patriā, satis clarè demonstrant proprium eorū sensum esse, quod inquisito prohibeatur ingressus intus ciuitatem, nam illa dictio in, iddem significat quod infra, cuius vis est ea solum comprehendere, quę intra vrbem continentur, *l.1. §. cum vrbem, ff. de offic. præfec. vrb.* vt in indiuiduo animaduertit *Menoch. in d. q.99. nu.7.* Et vltra quod hæc conclusio in puncto iuris strenuè defendi potest, inuenimus etiā in casu simili, quod in anno 1596. dū per Regiam Audientiā captus fuisset Gabriel Rugius de nobilissima familia Salernitana, extra mœnia dictæ ciuitatis sub clypeo guidatici Regij Cōmissarij Campaneę, fuit per literas Excellentissimi Comitis Mirādæ, tunc huius Regni Proregis, eiusq; Collateralis Consilij ordinatum, quod si captus fuerat extra muros Ciuitatis, statim excarceraretur, prout earum vigore fuit exequutum. Quæ prouisiones originaliter conseruantur penes Horatium Lōgobardum Secretariū dictæ Regiæ Audiētiæ, meū charissimum compatrem, diligentissimum ac fidelissimum conseruatorem omnium Regiarum prouisionum, quarum valde vtilem, & voluminosum librum composuit cum eius indice bene ordinato, in quo multæ curiosæ prouisiones, quæ per multos annos secundum variorum casuum occurrentiam ordinatę fuerunt, in promptu reperiuntur, inter quas, ni fallor, hæc est notabilis,
24 & memoranda decisio. An autem huiusmodi statuta, seu banna prosint ei, qui bannitum occidit non zelo iustitiæ, sed ex odio, & inimicitia particulari? vide *Hipp. in cons.10. num.42. Farinac. in d. q.103. nu.201. cum plur. seq.* & plenè *Garz. Mastrill. in decis.104. in 2. par. per totam.* Et quid si occidatur bannitus pro assassinio ad finem ne deueniat viuus ad manus Curiæ, & alios complices detegat? vide *Farinac. in cons.101. nu.20. cum plur. seq.* qui multis argumentis probare nititur licitè hoc fieri posse, & inter cætera allegat notabilē doctrinā *Nell. in tract. de bannit. in 2. par. 2. temp. q.32.* qui disputat ad partes quæstionem, An si quis occidit bannitum existentem in manibus capientium, qui eum ducere volebant ad manus Curiæ, puniri debeat; & demū concludit, quod non, ea potissimum ratione, quia sufficit Reipublicæ, quod mortuus sit bannitus, & eandem opinionem confirmant *Foller. in pract. crim. in ver. forjudicentur, nu.13. & in pragm.1. de exulib. nu.16. & Baiard. in addit. ad Iul. Clar.*
25 *in §. homicidium, nu.266.* Et an liceat bannitum interfectum spoliare? vide *Hipp. in cons. 110. nu.12. & in practic. crim. in §. aggredior, nu.83. Arnon. in dial.17. Pau. de Cast. in cons. 3. in fi. vol.3. Bursat. in cons.124. nu.14. vol.2.* plenè *Farinac. in d. q.103. nu.22. & Mastrill.*
26 *in d. decis.104. nu.4. & 8.* Et an liceat occidere bannitū extra territorium bannientis? vide *Vinc. de Franch. in decis.276. nu.3. Adden. ad Napod. in proœm. consuet. Neap. fol. mihi 57. lit. B. et seq.* & alios plenè relatos per *Farinac. in ead. q.103. nu.208. cum plur. seq. & Roust.*
27 *super pragmat.1. de exulib. nu.2.* Et an liceat bannitum occidere intus Ecclesiam? vide *Boss. sub tit. banniti, quod amitt. num.6. & Iacob.*
28 *Berret. in cons.68. per tot.* Et an liceat bannitū proditoriè occidere, & per assassinium? vide *Vinc. de Franch. in decis.276. nu.4.* plenè *Farinac. in eadem q.103. num.107. cum plur. seq. Baiard. in d. §. homicidium, nu.236. & seq. & Mastrill. in d. decis.104. nu.5. & seq.* Et an liceat impunè occidere assassinum, qui adhuc nō erat talis declaratus per sententiam? vide omnino *Farin. in d. cons.101. nu.4. cum plur. seq.*
29 *& addit. ad eum in lit. A.* Et an huiusmodi banna prosint delinquentibus post promulgationem ipsorum? communis resolutio est, quod non, nam daretur occasio delinquendi, iuxta not. per *Vinc. de Franch. in decis.360. & 468. Mart. in vot.143.* Sed in hoc articulo valdè notanda est distinctio, quam fecit *Bolognett. in l. om-*

*l.omnis populi,nu.*241 *ff de iuſt. & iur.* quod aut indulgentia conceditur ob publicam lętitiam, vel aliud ſeruitium temporale, & non trahitur ad futura, aut vero ſtatutum ſit propter ſeruitium perpetuum, & ob publicam vtilitatem, & tunc eius diſpoſitio trahitur etiã ad tempus futurum, quam diſtinctionem valdè extollit, & pluribus rationibus confirmat *Baiard.ad Iul. Clar. in d.§. homicidium, ſub nu.* 205. & cum ea concordat *Farinac. in d.q.*103.
30 *nu.*342. Et an pro occidente bannitum poſſit allegari exceptio indultus per procuratorem? vide *Vinc. de Franch. in decif.* 314. & plenè *Pet.Caball.in reſol.crimin.caſ.*23. *per totum.*
31 Et an capiens bannitum ex neceſſitate ſui officij, debeat habere præmium? vide *Bar.in l.3. §.vtrum,nu.2 ff.ad Syllan.* & alios copioſè relatos per *Petr.Caball.in* 3.*centur.reſol.crim.*
32 *caſ.*279.*per totum.* Et ſi capitur bannitus à familia poteſtatis de eius ordine, an debeatur pręmium ipſi Officiali mandanti? vide *Borgn.Ca-*
33 *ualc.in decif.Fiuiz.*23. *in* 5 *par. per tot.* Et ſi quis occidit bannitum, à quo aliquam donationem habuerat, an priuandus ſit donationis beneficio tãquam ingratus? dic, quòd non, ex not. per *Rip.in l.*2. *C.de reuoc.donat. in* 23.*quæſt.*
34 Et an gaudeat huius ſtatuti beneficio occidens bannitum Clericum? vide *Vinc.de Franch.in*
35 *decif.*463. Et an liceat occidere bannitum effectum Religioſum poſt bannum? vide *Borgn.*
36 *Caualc. in decif.Fiuiz.*11.*in* 5.*par.* Et an aliquando liceat bannito ſecuritatem conceſſam frangere, & non obſeruare? vide *Cagnol. in l.*
37 *ea eſt natura,nu.*18. *& ſeq.ff.de reg.iur.* Et ſi guidaticum conceſſum bannito declaretur nullum ex defectu poteſtatis concedentis, an bannitus ſub ea ſpe captus, debeat in priſtinam libertatẽ reponi? dic, quòd ſic, quia nemo debet ſub fide Regia decipi, vt refert *Vinc.de Frãch. in decif.*258. *& Baiard.ad Iul.Clar.in d.§.homicidium, nu.*216. & ita quotidie obſeruatur in Magna Curia, & Sacro Conſilio, licet contrarium ſentiat *Farinac.in d.q.*103.*num.*184. Imo pendente hoc iudicio repoſitionis in priſtinam libertatem, nihil eſt penitus innouandum, quod inquiſito poſſit eſſe nociuũ, vt pulchrè explicat *Dominus de Frãch.in decif.*590.
38 *&* 673.*in* 4.*par.* An autem ſi ex gratia Principis reſtituatur bannitus pro homicidio, teneatur alere filios occiſi, vel dotare eius filias? vide
39 *Fab.Turret.in conſ.*14.*vol.*3. Et an receptans bannitum, puniendus ſit pęna ſtatuti, non probata ſcientia, quod erat bãnitus? vide *Signor.in conſ.*145.*per tot. Cacher.in conſ.*65.*num.*43.*& ſeq. Menoch.de arb.iud.caſ.*348 *nu.*15. *Rot.Lucenſ.* in nouiſſimis *decif.trium Auditor.deci.*31. *in fi.* plenè *Burſat.in conſ.*231.*vol.*3. pulchrè *Simon de Petr.in conſ.*50.*&* 81. *Fab.Turrett. in conſ.*8.*vol.*3.*Farinac.in conſ.*101.*nu.*40.*& Maur. Burg. in tract. de modo procedend. ex abrupto,q.*23.*num.*218.*& ſeq.* pleniſsimè *Baiard.in addit.ad Iul.Clar.in q.*90.*nu.*36.*cum plur.ſeq.& Petr. Caball.in* 3.*centur. reſolut.*
40 *crim.caſ.*287.*nu.*4.*& ſeq.et per tot.* Et an puniatur is, qui coactè bãnitos receptat, & eis alimenta præſtat? vide eundem *Caball. in eodem*
41 *caſ.*287.*nu.*11.*cum plur.ſeq.* Et quod in dubio aſſociatio cum bannito præſumitur potius caſualis, quàm deliberata, & doloſa, ad hoc vt delictum excludatur, dicit eadem *Rot. Lucenſ.in d.decif.*31. *verſ. ſed præſuppoſito etiam*, quæ concluſio multis ſimilibus exornari poteſt ex ijs, quæ pleniſſimè cumulat *Farinac. in q.*85. *per tot.* Et an ſtante Regia *pragm.*1. *de perſeq. malefact.* qua cautum eſt, quod confeſſio trium delinquentium inducit plenam probationem contra receptantẽ, ſi ſunt repetiti citata parte, quæ per aliam *prag.*5. *ſub tit.de receptatorib.* ampliata fuit, vt ſufficiat confeſſio duorum in tortura, ſi confitentes non fuerunt realiter repetiti citata parte, ſed is, contra quem depoſuerunt, datis defenſionibus, contentatur habere teſtes Regij Fiſci pro legitimè repetitis, hoc ſufficiat ad plenam probationem inducendam ac ſi fuiſſent verè, & realiter repetiti? hãc quæſtionem plenè examinat doctiſſimus Conſiliarius *Rouit.in comment. d pragm.*1. *de perſeq. malefact.* & validiſſimis rationibus concludit non ſufficere huiuſmodi fictam repetitionem, quę ex illa inquiſiti acceptatione inducitur, ſed opus eſſe quod verè, & realiter repetantur citata parte, quod eſt ſummopere notandũ, nam pauci ad hoc animaduertunt, & eſt doctrina digna tanto viro. Regulariter autem an opus ſit quòd ſocius criminis deponat cum iuramento, & parte citata, ad hoc vt aliquod faciat indiciũ contra ſocium? vide omnino *Ludou. Peguer. in decif.*5.*nu.*34.*& ſeq.* Et quod confeſſio ſocij criminis, qui fuit morti traditus, nullum facit indicium contra ſocium ſine alio adminiculo, plenè probat *Bertaz. in conſ.crim.*234. *lib.*1. Multa alia ad hãc materiam cumulare poſſem, ſed quia ſunt plenè tractata per *Nell.*in ſuo copioſo, & vtili *tract.de bannit.* & per *Carauit.* & alios *Scribentes ſuper pragm.* 1. *de exulib.* ideo ſufficit has paucas quęſtiones magis curioſas tetigiſſe pro ornatu huius capituli, & de reliquis me remitto ad præfatos Authores.
42 Vnum tamen non omittam, quod eſt perpetuò notandum, quòd licet occidens bannitum, ſtatuto permittente, non puniatur, nihilominus ex hoc infamis efficitur, ita vt in cauſis grauibus eius teſtimoniũ admitti non debeat abſque tortura, prout ex not. per *Bal.in l.decurionem, circa fin. C.quib. ex cauſis infam. irrog. & in auth.ſi dicatur,col.fin. C.de teſtib. Hippol.in conſ.*

conf.9.nu.38. et Viu.in comm.opin.770.nu.5. refert Baiar. *in add.ad Iul.Clar.in q.24.n.95.*

43 Secunda verò huius principalis conclusionis pars, quòd ex patris meritis, filius præmium mereatur, benè fundatur ex multis iuribus, vt patet in *l.3. ff.de priuil.veteranor.* in qua cauetur quòd iddem honor, qui veteranis militibus debetur, eorum quoque filijs debeatur, & melius eadem conclusio fundatur in *l.nemini, vers.filios autem, & in l.petitionē, vers.filijs, C.de aduoc. diuers. iudicior. & in l.iubemus, vers.& si filios*, cū ibi not.per *glos.C.de aduoc. diuers.iudic.& in l.1.& seq. C.de filijs official. militar.qui in bello moriun.* in quibus iuribus cautum fuit, Doctorum filios, cæteris paribus, alijs in lectura, alijsq; honoribus, quibus eorū parentes gauisi fuerunt, esse præponendos, & dum doctorātur, nihil soluere debere pro examine, vt bene notat *Bal.in d.l.iubemus*, quam pro singulari allegat *Rom.in conf.22.sub nu.5. vers. quarto ad hoc optimè facit.* Et pro hac conclusione, quòd merita maiorum transeunt in filios, eadem supradicta iura allegat idem *Rom.in conf.29. vers. igitur quemadmodum*, & pro ea multa ex varijs historijs exēpla refert *Tiraq. in repe.l.si vnquam, in verb.donatione largitus*, C.*de reuoc don.num.40.& seq.& in tract.de pœn.temperan.caus.49.num.10. post Bal.in conf.355.col.2.lib.1. & Soc.in conf.84. vol.3. vers.ex quibus in proposito, nu.7. lib.3.*

44 Hinc lege Solonis cauebatur, quod non solum milites debitis præmijs ad bene seruiendū allicerentur, sed etiam quod filij eorū, qui in bello occubuissent, publicè alerentur, bonisq; disciplinis instruerētur, vt testatur *Alex. ab Alexgeni.lib.4.c.18.* quē refert *Thom. Act.in tract. de lud.scaccor. in 6. quæst. princip. num. 75.* Eandemq; sentētiam confirmant *Alex. Raud. in conf.49.nu.144. lib.1. Matthien.in l.5.tit. 10.glos.3.nu.6. lib.5.ordinamentor.* & pro ea faciunt quæ pulchrè notant *Paris. in conf.4. nu.42.lib.1. Dec.in conf.262.nu.4. Greg.Lop. in l.2.tit.15.par.2.col.fin. vers.& tene menti, & Tiraq.in tract.de nobilit.c.20.nu.8.* Et pro hac conclusione plura alia notatu digna nouissime refert *Don Garz. Mastril.in tract.*nuper impresso *de Magistratib. lib.1.cap.28.per tot.*

45 Quādoque autem pater remuneratur propter filios, vt in *l.bello amissi*, cum ibi not.per *Bar. nu.3.ff.de excus.tuto.* vbi cauetur, quòd pater à munere tutelæ excusatur propter filios in acie belli amissos, cui similis est *tex.in l.fin.ff. de vacat.muner. & in §.bello amissi, instit.de excus.tut.* vbi redditur huius conclusionis ratio, quòd qui propter gloriam ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur, cui similis est *tex.*iuris canonici in *c.omnium, 23.q.8.* ad quod propositum multa alia notabilia refert *Siluestr. Aldr. in d.§.bello amissi.*

46 An autem iddem dicendum sit de illis filijs, qui nō in acie belli, nec in ipso conflictu statim obierunt, sed ibi vulnerati, postea decedunt in castris? vide quæ plenè pro huius articuli solutione refert *Ferd. Paez in tract.de excus.paren.in 1.requisit.nu.40.& seq.*

Finis Cap. Tertij.

CAP. QVARTVM.

Filij parentibus prosunt ad multas prærogatiuas obtinendas, eosque à nonnullis publicis muneribus excusandos. Quæ conclusio pluribus notabilibus ampliationibus, & declarationibus copiosè exornatur.

SVMMARIVM.

1 *Generatio prolis inter tria matrimonij bona numeratur.*

2 *Decurio filios habens, præcedit alios filios non habentes.*

3 *Filios haben.i si esset abscindenda manus pro delicto, minoratur pœna, & in testimonijs ferendis præfertur etiam is, qui filios habet.*

4 *Munerum publicorum exercitium denegatur ei, qui vigesimumquintum annum non attigit.*

5 *Sed si filios habet, singuli anni pro singulis liberis remittuntur.*

6 *Numerus quinque filiorum excusat à muneribus personalibus.*

7 *A muneribus vero patrimonialibus filiorum numerus non excusat.*

8 *Sed*

8 *Sed verior eſt opinio, quod numerus duodecim liberorum etiam à patrimonialibus muneribus excuſat, nu. 9. & 10.*
11 *In quo numero computantur tam maſculi, quàm fœminæ etiam nuptæ, & religioſæ, et emancipati.*
12 *Moniales in eodem numero computantur.*
13 *Filij in bello amiſſi, & in acie vulnerati in hoc numero computantur, ſecus vero eſt in captis ab hoſtibus, & quæ ſit ratio differentiæ.*
14 *Baſtardi non computantur in hoc numero.*
15 *Præterquàm ſi ſint legitimati.*
16 *Vel ſint religionem ingreſſi.*
17 *Immunitas ſemel acquiſita non ceſſat ſi aliquis filiorum decedit, & nu. 18.*
19 *Nepotes ex filio præmortuo, an computentur in hoc numero.*
20 *Filij an gaudent eadem immunitate poſt patris obitum, & nu. 21.*
22 *Immunitas hæc an communicetur fratri ſimul habitanti cum patre duodecim liberorum.*
23 *Et an communicetur matri.*
24 *Immunitas hæc non habet locum, quando pater, & filij ſunt diuites, & Vniuerſitas eſt pauper.*
25 *Immunitas hæc an excuſet tam ab extraordinarijs, quàm ab ordinarijs muneribus.*
26 *Et an proſit aduerſus ſolutionem datiorum ad principem ſpectantium.*
27 *Pater duodecim filiorum an ſit immunis ab oneribus, quæ imponuntur ex cauſa belli, & nu. 34.*
26 *Et quid in oneribus, quæ imponuntur cauſa peſtis.*
29 *Eccleſiaſticæ perſonæ ab his muneribus non excuſantur.*
30 *Oneribus & expenſis, quæ fiunt pro Ciuitate tuenda, vel circa ea, quæ publicam omnium vtilitatem reſpiciunt, etiam eccleſiaſticæ perſonæ tenentur contribuere.*
31 *Et idem eſt in neceſſaria refectione murorum Ciuitatis.*
32 *Ciues commorantes extra mœnia, tenentur etiam contribuere in refectione murorum Ciuitatis.*
33 *Conſiliarij Regij an ſint immunes ab huiuſmodi muneribus.*
35 *Munerum triplex diſtinctio, remiſſiuè.*
36 *Munerum realium ſolutio an ſpectet ad poſſeſſorem, vel ad eum cui ſoluitur penſio?*
37 *Collectarum onus an ſit ſoluendum à colono, vel à locatore.*
38 *Vſufructuarius an teneatur ad munerum ſolutionem.*
39 *Collectarum onus an ſit ſoluendum ab eo qui poſſidet tempore impoſitionis, vel ab eo, qui poſſidebat tempore contracti debiti.*
40 *Exactor collectarum an teneatur exigere ab eo, qui eſt deſcriptus in quinterno, quamuis in alium ſit tranſlata bonorum poſſeſſio.*
41 *Barones an teneantur ſoluere onera realia ſicut alij Ciues.*
42 *Mercatores an teneantur ſoluere collectas pro mercibus, & induſtria.*
43 *Abſentes an obligentur ex impoſitione collectæ.*
44 *Forenſes an collectari poſſint.*
45 *Præſcribi an poſſit conſuetudo collectandi forenſes.*
46 *Præſcribi an poſſit ius non ſoluendi collectam.*
47 *Collecta an debeatur pro animalibus dohanatis.*



1 Icut autem filij ex parentum meritis, & laboribus præmia conſequuntur, ita etiam côuenit, quòd aliquando parentes ex liberorũ procreatione aliquod ſentiant commodum & beneficium. Prolis enim generatio inter tria matrimonij bona non inferiorem locum obtinet, cùm per eam reſpublica repleatur hominibus, ac totius humani generis propagatio conſeruetur, vt animaduertit doctiſſimus *Couarr. in epitô. de ſponſal. in 2. par. cap. 8. in princ.* qua ratione multa priuilegia dotibus mulierum conceſſa fuiſſe, plenè probat Barbos. *in 1. par. l. 1. ff. ſol. matr. num.* 81. Cupit enim lex hominum adiectione Imperium ampliari, & rempublicam augeri, *l. fi. §. pen. ff. de bon. damnator. & l. fin. C. qui po-*
2 *tior. in pign. hab.* Hinc eſt, quòd habens filios, præfertur alijs decurionibus filios non habentibus, vt expreſsè cauetur *in l. in albo*, *C. de decur. lib.* 10 eoſque præcedit in ordine ſedendi, ſcribendi, & iudicandi, vt plenè explicat *Io. de Plat. in ead. l. in albo*, idque clariſſimè probatur *in l. ſpurij, §. fi. ff. de decur.* Vnde notabiliter inquit *Bal. in d. l. in albo*, quòd etiam in teſtimonijs ferendis præfertur is, qui filios habet
3 alteri filios non habenti Hinc etiam eſt, quòd ſi plures filios habenti eſſet abſcindenda manus pro aliquo delicto, mitigari debet huiuſmodi pœna, ad hoc, vt pro filiorum educatione laborare valeat, vt notabiliter inquit *Hippol. de Marſil. in ſing.* 602. & *Ludou. Carrer. in pra-*
4 *cti. crim. §. 7. nu.* 105. Eademque ratione licet regulariter nemo ad publica munera exercenda admitti debeat, qui ſaltim vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum non attigerit, iuxta tex. *in l.*

in l.ad rempublicam.ff.de muner.& honor.& in l.non tantum.ff.de decurio. preterquam vbi alij idonei deficiũt, vt inquit *glo.in l.1.in ver. vrgentibus, C.qui, & aduersus quos in integrum restit. non poss. & in l. non tantùm, in*
5 *ver. ex causa.ff. de decur.* Nihilominus si minor annis vigintiquinque habet filios, singuli anni per singulos liberos remittuntur quoad honores suscipiendos, non quoad alia, vt singulariter probatur *in l.2.ff.de minor.25.ann.* vbi ita in spetie not. *glo.in ver.ad honores*, & idem affirmat *glo.in d.l.1.in ver.vrgentibus, in fi.C. qui aduersus quos, & in l.2.in ver. largitur, C.*
6 *de in integr. restit. minor.* Et demum liberorũ numerus patrem excusat à publicis muneribus, *l.2.§.numerus.ff.de vacat. & excusa. muner.* Quilibet enim quinq; filios habẽs, ab omnibus muneribus personalibus excusatur, *l. nepotes, cum glo.C.de his, qui num.liberor.lib. 10. & l. de personalibus, & l.fi.C.eod.* vt notat in spetie *glo.in l.2.in ver.ad honores.ff.de minor. vigintiquinque ann.*& plenè *Ferd. Paez in tracta. de excusa. parent. à public. muner. ob liber. num.in princ.nu.7.& seq.nu.20.cum seq.* Nõ tamen excusat à publicis muneribus habentibus dignitatem annexam, vt notabiliter refert
7 *Vinc.de Franch.in decis.65.nu.4.* A muneribus verò patrimonialibus neminem ob liberorum numerum excusari pluribus iuribus, & rationibus probare conatur, *Egid.Thomat. in tract.de collect.in cap.incipiente. Medici vero, num.15. in 12.volum. modernor. Tractat. fol.145.à terg.*& in hanc quoque opinionem inclinare videtur *Couar.in d.cap. 8. sub nu. 1.*
8 Sed verior, ac vsu recepta opinio est, quod duodecim liberorum numerus patri immunitatem acquirit ab omnibus muneribus tam personalibus, quàm realibus, & a collectis, ac etiam ab ijs, quæ personæ pro rebus imponuntur, vt notat *glo.in l.si quis decurio, 2. C. de decurio. lib.*
9 *10.* Et licet aliqui dicant hanc conclusionem procedere solum in decurionibus, sed in priuatis requiri numerum sexdecim liberorum ad hanc immunitatem consequendam, prout tenuit *glo.in l.1.C.de his qui num. liber. lib. 10. per tex.in l.semper, §.demonstratur, ff.de iur.*
10 *immun.* Nihilominus supradicta opinio, quod indistinctè numerus duodecim sufficiat, verior est, & magis communiter recepta, vt patet ex not. per *Aret.in §.1.in glo.munerum*, & per *Aldobrand.ibid.nu.48.instit.de excusat. tut. Alex.in l.si enim dotem, §.si maritus, sub nu.6. ff.sol.matr. Ias.in l.sciendum, §.si fundum, nu. 3.ff.qui satisd.cogan.* plenè *Rolan. à Vall. in consi.52.volum.2. Bursat.in consi. 161. num. 1. lib. 2.* latè *Cacher.in cons.6. per totum*, qui omnia iura, quæ pro contraria parte allegantur, benè explicat, plenissimè *Thes.in decis.267. nu.4. cum seq. Vinc. de Franch.in decis.289. nu.1.*& per alios, quos copiosè refert *Camill.*
11 *Borrell.in cons.28.nu.10.* In quo numero computantur tam masculi, quàm fœminæ etiam nuptæ, & religionem ingressæ, & emancipati, vt refert *Rol.à Vall.in d.cons.52.nu.5.& seq.* & licet quo ad filias nuptas dubitauerit *Ferd. Paez in d. tract. de excusat. paren. à public. muner.nu.66.* Nihilominus, quòd etiam filiæ nuptæ parentibus prosunt ad munerum excusationem semper obseruari vidisse testatur *The*
12 *sau.in d.decis.267.nu.5.* Et quod in eo numero computentur moniales, iudicatum fuisse per Sacrum Consilium refert *Vinc.de Franch. in decis.532.in 4.par.*& eadem ratione computatur etiam Monacus, vt inquit *Maran. in cõs.*
13 *81.num.21.* Nam etiam filij in bello amissi, & in acie vulnerati censentur adhuc per gloriam viuere, & in hoc numero computantur, & patri prosunt ad immunitatem consequendam, vt testatur *Ferdinan. Paez in d.tract. de excu-*
14 *sat.paren.nu.39.& seq.* An autem iddem sit in filijs ab hostibus captis? vide eundem *Ferdin. Paez.in eodem loco, nu.43.& seq.* qui plenè, & notabiliter explicat *tex.in l.filium, C.de his qui num.liber. lib. 10.* in quo probari videtur filios ab hostibus captos patri non prodesse ad huiusmodi immunitatem consequendam, & diuersitatis rationem exquirit, cur filij mortui in acie belli excusationem à muneribus præstent parentibus, capti verò in bello nequaquã, & demum relatis septem Doctorum opinionibus, in nulla figit pedes, sed Imperatoris voluntati, cui sic disponere placuit tribuendum esse
15 finaliter annuit. In hoc autem numero non computantur bastardi, secundum *glo. in l.3.C. de his qui numer. liber. lib. 10. & Cott. in me-*
16 *morab.in ver. bastardi non sunt filij.* Nisi fortè essent legitimati, iux.no.per *Bar.in l.si quis ita, §.1.ff.de leg.2.* pulchrè *Ruin. in cons. 124. nu.5.lib.4.& Rol.a Vall.in cons. 67. num. 18.*
17 *vol.3.* Vel sint religionem ingressi. Nam tunc etiam efficiuntur legitimi, vt notabiliter consuluit *Io.Franc.de Pont.in cons.16.& in cons.*
18 *seq.per tot.* Et si post acquisitam à patre immunitatem ob numerum duodecim liberorum tunc existentium, aliquis eorum decedat, immunitas tamen semel acquisita non cessat, vt pluribus rationibus plenè probant *Rol.à Vall. in d.cons.52.nu.39.& seq.vol. 2. & Thesaur. in d.decis.267.nu.8.* vbi *Addit.* ad eum plures alios cõcordantes refert, & ita iudicatum fuisse in decretis generalibus per Regiam Camerã refert *Io.Vinc.de Ann.in sing. 241.* licet multos referat, qui tenuerunt opinionem contra-
19 riam. Sufficit enim ad hanc immunitatem consequendam, semel duodecim liberos simul viuos patrem habuisse, etiam si vltimus ipsorum natus

natus sit in octauo mense, & paucis horis superuiuat, vt plenè probat *Camill. Borrell. in d.*
20 *cons.28. per tot.* In hoc etiam numero computantur nepotes ex filio præmortuo, sed tanquā subrogati in locum defuncti patris pro vnica tantùm persona reputantur, vt plenè refert *Vinc. de Franch. in decis.259. nu.14. cum plurib. seq.* Et licet Senatus Pedemontanus æquiorem opinionem arbitratus fuerit, quod omnes nepotes ex filio præmortuo si sunt in potestate Aui ad numerum augendum singuli numerari debeant, vt inquit *Thesau. in d. decisio. 267. num.6.* Pro qua opinione plura cumulat ibidem *Gasp. Thesau. in addit.* durum tamen mihi videtur recedere a decisionibus Sacri Cō-
21 filij, Mortuo vero patre filios quoque eadem immunitate gaudere, cōsuluit plenè *Menoch. in cons.486.* & ita etiam per Senatum Mantuanum iudicatum fuisse testatur *Surd. in decisio. 123. per tot.* & secūdum hanc opinionem Ego vidi quoddam decretum latum per Regiam Cameram Summariæ, quod Viduę, & filij vnitè viuentes post mortem patris gaudeant eodē priuilegio, sub die 4. Augusti 1571. referente Francisco Antonio Dauid eminentissimo Viro, tunc Regiæ Cameræ Præsidente, & postea Regente in Supremo Consilio Italiæ apud Ca
22 tholicam Maiestatem. Ab hac autem opinione dissentit *Thesau. in decis.267. nu.11.* qui pluribus rationibus probare nititur, quòd licet hęc immunitas concedatur patri propter filios, tamen est personalis, & cum persona patris extinguitur, & ita pluries per illum Senatum iudicatum fuisse affirmat ibidem *Gasp. Thes. eius filius in additionib.* Fatetur tamen in locis, in quibus vigeret contraria consuetudo, eam esse
23 seruandam. Hoc autem priuilegium, quod pater habet propter filios, communicatur etiam fratribus secum habitantibus, vt ex multorum authoritate refert *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas.379. num.9. & Bursat. in d. cons.161. num.4.* Pro qua conclusione plura similia cumulat *Hippol. de Marsil. in singul. 180. & in cons.84. nu.34. & seq. & Io. de Arnon. in soliloq.83.* qui hinc etiā infert, quod si clericus simul cum fratre habitat, eius immunitas cum eo communicatur, & idem affirmat *Natt. in cons.1. nu.10. lib.1.* Sed de hac opinione dicit se valdè dubitare *Gasp. Thesaur. in addit. ad eius genitorem, in d. decis.267. sub eod. nu.11.*
24 *vers. an autem frater.* Eadem quoque immunitas communicatur matri quoad bona propria, vt testatur *Vinc. de Franch. in d. dec.259.*
25 *nu.1. & seq.* Sunt tamen nonnulli casus, in quibus cessat hoc immunitatis priuilegium, quorum primus est quando pater, & eius filij sunt diuites, vniuersitas vero contra quam huiusmodi immunitas dirigitur, est valdè pauper, secundum *glos. in d. l. semper, §. demonstratur, ff. de iur. immunit.* quam refert *Thesaur. in d.*
26 *decis.267. nu.9.* Secundus casus est, quod hæc immunitas patri duodecim filiorum a iure concessa eum solum excusat ab extraordinarijs muneribus, non autem ab ordinarijs, vt in specie affirmat *Alberic. in rubr. ff. de muner. & honor. nu.88. per tex. in l. neque, C. de muner. patrim. lib.10.* cuius opinionem pluribus argumentis confirmat *Rol. à Vall. in d. cons.52. nu. 15. et seq.* fatetur tamen, quod de facto non seruatur, prout etiam affirmat *Thesaur. in allegata decis.267. nu.13.* qui testatur contra hanc limitationem vidisse semper iudicatum, & ob-
27 seruatum. Tertius casus, quem ibidem refert idem *Thesaur. nu.14.* est, quòd hæc immunitas non prodest aduersus solutionem datiorum, & gabellarum ad Principem spectantium, sed cōtra hanc limitationem allegat *Ruin. in cons. 127. nu.10. in fi. lib.4.* & contrarium consuluit etiam *Iacob. Mandell. in cons.519. nu.6.* prout etiam per eundem Senatum Pedemontanum postea iudicatum fuisse testatur *Gasp. Thesaur. in addit. ad eandem decisionem,* & idem affir-
28 mat in *quæst. foren.93. nu.1. lib.1.* Quartus casus in quo idem *Thesaur. in eadem decis.267. nu.15.* refert nō prodesse hanc immunitatem, est in illis oneribus, quæ causa belli imponuntur, nam ab eis nemo censetur exemptus, iuxta not. per *Doctor. in l. fi. ex toto, ff. de leg.1.* & plenè per *Bursat. in cons.161. num.51. lib.2.* & per *Gasp. Thesaur. in quæst. forens.13. nu.5. lib.1.*
29 Et idē est in oneribus, quæ imponuntur causa pestis, vt plenè probat idem *Gasp. Thesau. in*
30 *ead. q.13 per tot.* Nam etiam ecclesiasticæ personæ ab huiusmodi oneribus non excusantur, vt latè refert *Cacher. in decis.68.* a quo non dissentit *Surd. in d. decis.267. sub nu.15. et in de-*
31 *cis.234. in fi.* Et idem est in illis oneribus, & expensis, quæ fiunt pro Ciuitate ab hostium incursu muniēda, vel circa ea, in quibus versatur publica omnium vtilitas, nam in his etiam omnes ecclesiasticæ personæ tenentur contribuere, vt post alios plenissimè refert *Io. Bapt. Laderch. in cons.145. et in cons. seq. per tot.* & plenè *Bursat. in d. cons.161. num.5. cum plur. seq.*
32 Hinc est, quòd in refectione necessaria murorū Ciuitatis etiam ecclesiasticæ personæ contribuere tenētur, vt communiter affirmant *Bar.* & omnes alij *Doct. in l. ad instructionem, C. de sacros. eccles. Guid. Pap. in decis.78. Corn. in cons.72. nu.15. vol.4. Gul. de Benedict. in repe. c. Raynutius, de testam. in 1. par. in ver. et vxorem nomine Adelasiam, in 5. decis. sub nu.474.* plenè *Nicol. Fellas. in tract. de æstimo, et Collect. in 4. par. c.1. nu.29. et seq.* & alij, quos cōpiosè cumulat *Petr. Duen. in reg.100. in 12. limit. et Camill. Salern. in addit. ad Nap. d. in*

proœ-

procem.consuet.N cap.293. in addit.incip. pro conclusione prædicta,fol.mihi 36.in lit.D. qui refert in anno 1557. tempore quo Galli venerunt ad inuasionem huius Regni, captum fuisse argentum omnium Ecclesiarum, & ex eo conflatam fuisse monetam pro stipendijs militum.
33 Eademque ratione non solum ciues commorantes intra mœnia Ciuitatis, sed etiam habitantes extra mœnia ipsius cogi posse ad contribuendum murorum, & pontium refectioni, plenè probat *Peregr. in consf. 102. per totum,*
34 *lib.1.* Et hinc etiam ab huiusmodi muneribus exemptos non esse Regios Consiliarios, præterquam vbi viget consuetudo in contrarium, ex communi Doctorum sentẽtia refert *Mastrill.*
35 *in decis.156. per tot.* Sed contra hanc limitationem plenissimè consuluit *Rol. à Vall. in d. consf.52.nu.27.cum plur.seq.lib.2.* dicens, supradicta ex aduerso allegata procedere posse in priuilegio exemptionis concesso ab homine, in quo militat ratio, quod non censetur cogitatũ de huiusmodi oneribus, nam concessio non videtur respicere casum superuenientem ex causa belli, vel ob aliam publicã necessitatẽ, prout considerauit *Dyn.* & alij eius sequaces in *l.si ex toto,ff.de leg.1.* secus verò est in priuilegio immunitatis, quod oritur ex dispositione legis, nam absurdum est dicere, quòd lex non cogitauit de futuris bellis, est enim lex dogma virorũ prudentium, *l.1.ff.de legib.* & eius proprium est dare formam futuris negotijs, *l.leges, C.de legib.et l.1.in fi.C.de caduc.toll.* & prospicere etiam casus rarò contingentes, *l.antiqui,ff.si cert.pet.* & hàc opinionem vti æquiorem congregatis classibus sequutum fuisse Senatum Pedemontanum testatur *Gasp.Thesaur.in addit. ad dictam decis.sui genitoris 267.* & iddẽ affir-
36 mat *in quæst.forens.93.nu.2.lib.1.* Quæ autẽ sint munera personalia, & quę realia, seu patrimonialia, & quæ mixta? vide *Affl.in cap.1.in ver.plaustrorũ,nu.2.quæ sint regal.* & plenè
37 *Bursat.in consf.16.vol.1.* Et an solutio munerum realiũ spectet ad eum, qui naturaliter possidet, & fructus percipit, vel ad eum, cui debetur census, seu pensio in pecunia? vide *Soc. in consf.119.per tot.lib.1.* & plenè *Arium Pinell. in l.1. C.de bon.mater. in 2.par.nu.72. & seq.*
38 Et an onus collectarum, & tributorum sit soluendum à colono, vel à locatore? vide *Rol. à Val.in consf.79. per tot.vol.4.* plenè *Cacher.in decis.83.* & *Vinc.de Franch.in dec.107.nu.2.*
39 Et qui[illegible] vsufructuario? plenè *Borgn.Caual. in tra*[illegible]*vsufr.mul.relict.num.162.& seq.*
40 Et an onus collectandi spectet ad eũ, qui possidet tẽpore, quo imponitur collecta, vel potius ad priorem dominum, qui rem possidebat tempore contracti debiti per Vniuersitatem? vide
41 *Natt. in consf.71. per tot. lib.1.* Et an exactor collectarum teneatur præcisè exigere ab eo, qui reperitur in quinterno descriptus, licèt in aliũ sit translata possessio bonorum? vide *Dec. in consf.284. Rol. à Vall.in consf.32.nu.14.& seq. vol.1.* & plenè *Thesau.in decis.164.per totam.*
42 Et an Barones teneantur soluere collectas, & alia onera realia sicut cæteri ciues? vide plenè notata per *Franc.Becc.in consf.73. per totum.*
43 Et an mercatores teneantur soluere æstimum, & collectam pro mercibus, & industria? vide
44 *Menoch.in consf.9. per totum, lib.1.* Et an ex impositione collectæ obligentur absentes, qui non consenserunt? vide *Thesaur.in decis.257.*
45 *per tot.* Et an possint collectari forenses? vide
46 eundem in *decis.149.* Et an possit præscribi consuetudo collectandi exteros? vide *Crauet. in tract.de antiq.temp. in verb. materia ista,*
47 *in 4.par.nu.31.& seq.* Et an possit præscribi ius non soluendi collectam? vide eundem *Crauet.in consf.111. per tot. & Boer.in decis.246.*
48 *sub nu.4.* Et an debeatur collecta pro animalibus dohanatis, quæ soluunt fidam Regiæ Curiæ? vide *Io.de Amic.in consf.8.& in consf.seq.*

Finis Cap. Quarti.

CAP. QVINTVM.

Filij an aliquando puniantur pro peccatis, & delictis parentum? Et quibus pœnis puniantur filij committentium crimen læsæ Maiestatis tam humanæ, quàm diuinæ? Et quando vassallus venit feudo priuandus propter delictum, an illud applicetur domino, vel eius successoribus? Et an propter delictorum atrocitatem aliquando puniri debeant innocentes pro nocentibus, & propterea licitum sit facere aliquas rigorosas prouisiones contra consanguineos exulum, & bannitorum?

SVM-

SVMMARIVM.

1 Patris macula influit in filios.
2 Filij parentum vitia, & virtutes imitari solent.
3 Pœna regulariter nō infliguntur pro delictis alterius.
4 Filij quandoque puniuntur pro peccatis parētum, quomodo autem hoc intelligendum sit, explicatur nu.5.6.& 7.
8 Filij etiam de iure positiuo multoties puniuntur pro paternis delictis.
9 Læsa maiestatis crimen committentium filij, priuantur iure succedendi, & alijs pœnis afficiuntur.
10 Pœna statuta à iure contra filios committentium crimen læsæ maiestatis, minus rigorosè exercentur contra filias fœminas.
11 Eadem autem pœnæ procedunt contra nepotes ex filijs.
12 Delicta plura sunt, ex quibus incurritur in crimen læsæ maiestatis, sed quædam sunt in primo, quædam vero in secundo capite, nu.13.
14 Pœna publicationis bonorum procedit solum in delictis respicientibus crimen læsæ maiestatis in primo capite.
15 Pœna l.quisquis, C.ad l.Iul.maiest. non est in vsu quoad filios.
16 Filius non molestatur in bonis aliunde quæsitis, quando confiscantur bona ob delictum patris.
17 Confiscationis pœna non comprehendit bona donata filio emancipato ante delictum.
18 Neque comprehendit bona alienari prohibita vel fideicommisso subiecta.
19 Vsusfructus bonorū fideicommisso subiectorum, an publicetur durante vita delinquentis, remissiuè.
20 Fideicommissum iniunctum in casu, quo hæres delinqueret, an censeatur factū in fraudem fisci.
21 Fideiussor delinquentis condemnatus ad pœnam fracta pacis, an præferatur fisco super fructibus bonorum confiscatorum, & n.22.
23 Peculium aduentitium filiorum an publicetur ob delictum patris quoad vsumfructum.
24 Hæreditas delinquenti delata, sed nondum adita, confiscatis eius bonis, an possit adiri per fiscum.
25 Dos vxori debet summariè restitui, quando contingit bona viri publicari ob eius delictum.
26 Vxori à viro donata etiam causa mortis non comprehenduntur sub confiscatione bonorum viri.
27 Bonorum publicatio an comprehēdat censum delinquenti debitum ex bonis sitis extra iurisdictionem sub qua deliquit.
28 Feudalia non comprehenduntur sub generali bonorum publicatione.
29 Feudatarius si veniat feudo priuādus ob eius delictum, an feudum applicetur domino directo, vel eius successoribus, plures distinguuntur casus vsque ad nu.40.
40 Vassallus si delinquit viuente patre, eius filius non prohibetur succedere Auo, non obstante patris delicto.
41 Feudatarius feloniam committens ob metum tiranni an debeat feudo priuari, remissiuè.
42 L.quisquis. C.ad l.Iul.maiest. an habeat locū contra filios ante rebellionem susceptos.
43 Feudatarius si ob aliquod delictum forisiudicatur quid seruetur in hoc Regno, & stante gratia Neapolitanis concessa, cui eius bona applicentur.
44 Subfeudatarius baronis si committit aliquod delictum pro quo veniat feudo priuandus, an feudum applicari debeat baroni tanquā domino immediato, vel regi.
45 Filij hæreticorum puniuntur etiam in publicatione bonorum paternorum, & eorū successione priuantur.
46 Hæreticorum bona statim commisso delicto acquiruntur fisco.
47 Hæreticus occultus si bona alienat, detecta eius hæresi, & sequuta condemnatione, reuocatur alienatio.
48 Sed si antequam sequatur sententia declaratoria, & priusquam fiscus bonorum possessionem apprehendat, inquisitus hæresim abiurat, non datur amplius bonorum alienatorum reuocatio.
49 Bona hæretici confiscata an pertineant ad sūmum Pontificem, vel ad Principem temporalem.
50 Filij hæreticorum multas alias pœnas patiuntur.
51 Pœnæ autem omnes cessant si parentes ad ecclesiæ gremium reuertuntur.
52 Filij hæreticorum excusantur à pœna si patris occultum hæreticū reuelant, tenetur enim filius occultam patris hæresim manifestare.
53 Filij hæreticorum an antequam nobilitatem amittant, si ipsi catholicè viuunt, & n.54.
55 Filij suscepti antequam pater in hæresis labē irrueret, an eisdem pœnis subijciantur, & nu.56.57. Et an ambigua progenitorum nobilitate priuentur, nu.58.
59 Hæreticus vt propriè quis dicatur, quinque requiruntur, & inter cætera est voluntatis pertinacia.

60 *Haereticus non est, qui aliquid falso credit per ignorantiam, si suum errorem non defendit, & se remittit Ecclesiae.*
61 *Amoris furor excusat ab haeresis labe eum, qui daemones inuocat ad finem explendi libidinem cum aliqua puella, mitius enim punitur is, qui amoris impetu ad delinquendū impellitur.*
62 *Libri prohibiti penes aliquem reperti, an haeresis praesumptionem inducant.*
63 *Haereticus infra quantum tempus admittatur ad poenitentiam.*
64 *Haereticus post condemnationem an possit redire ad fidem.*
65 *Haereticus an teneatur specificè fateri omnes haereses, de quibus conuincitur.*
66 *Haeredes haeretici decedentis ante sententiam, an admittantur ad proponendum eorum iura.*
67 *Bona deserentis Christianam Fidem penes Turchas an sint publicanda.*
68 *Delictorum atrocitas efficit, quod multoties innocentes puniuntur pro delinquentibus.*
69 *Hinc aliquando fieri non inconueniens nonnullas rigorosas prouisiones contra consanguineos exulum, & bannitorum.*
70 *Propter publicam vtilitatem factum fuit statutum in Ciuitate Senarum, quod omnes banniti Ciuitatis infra certum tempus se constituerent in certo loco, alioquin inciderent in poenam ducatorum mille, pro qua fieret exequutio etiam in bonis coniunctorum per lineam masculinam, vsq; ad quartum gradum.*
71 *Bannitorum coniuncti stante eorum frequētia cogi possunt ad praestandam cautionem, quod neminem offendant in persona, neque in bonis.*
72 *Consanguinei bānitorum an omnes cogi possint ad huiusmodi cautionem praestandam, vel solum ij, ad quos spectat commodum successionis.*



1 Iusdem quoque rationis vis operatur, quod sicut filij sunt paternorum honorum, & priuilegiorum participes, ita quoque patris macula in filios influit, vt patet in *l. fin.* cum ibi not. per *Bald. C. de liber. & eor. liber. & not. Glos. in l. diui, ff. de iur. patro.* quam refert *Affl. in const. patarenorum, num. 36. vers. nono fallit.* & multa alia iura concordantia ad hoc propositum ponderat *Didac. Solon de pace in 1. par. quaestio. cit. in 3. quaestio.*
2 Plerumque enim filij parentum vitia, & virtutes imitari solent, *l. quod si nolit, §. qui mancipia, ff. de edil. edict.* vbi adsunt haec notabilia verba, (*Qui mancipia vendunt, nationem cuiusque in vēditione pronunciare debent, plerumque enim seruus natio, aut prouocat, aut deterret emptorem*) vnde vulgò dicitur, quod Philosophus Philosophum generat, & ex bonis nati tam natura, quam parentum exemplo, & imitatione virtutibus praediti esse praesumuntur, vt inquit *Luc. de Penn. in l. mulieres, col. 3. vers. sexto ex nobilitate, in fin. C. de dignit. lib. 12. & Affl. in const. Reg. post mundi machinam, in 20. not. & in const. Diuina iustitia, nu. 4.* quod axioma pluribus authoritatibus, & exemplis exornat *Tiraq. in tracta. de nobilit. cap. 20. nu. 20. & seq. & in tract. de legib. connubial. l. 7. nu. 2. cum seq.* qua ratione forsan iure cautum est, quòd patri non licet filium de quolibet crimine accusare, nec è contra, nam viderentur propriam maculam detegere, *l. iniquū, C. qui accus. nō poss. & l. qui accusare, ff. de accus.* Et ideo si filius aliquid patri surripiat, nō datur actio furti, ex not. per *Hier.*
3 *Grat. in cons. 10. nu. 13. & seq. vol. 2.* Hinc est, quod licet regulariter in pęnis infligēdis nemo teneatur pro delicto alterius, iux. not. in *l. sancimus. C. de pęn.* cum alijs plenè cumulatis per
4 *Farinac. in q. 24. nu. 1.* Nihilominus quandoq; Omnipotens Deus filios punire consueuit propter parentum scelera, etiā pęna mortis, prout puniti fuerunt paruuli Sodomae, qui nondum peccauerant, & filij Acham cum patre interfecti fuerūt, quod multis alijs nedum Sacrae scripturae, sed etiam profanorum scriptorum exēplis, latè probat *Iacob. Simāc. in tract. de cath.*
5 *instit. tit. 29. num 2. & seq.* Et quamuis *Ezechiel. cap. 8.* scriptum sit, quod anima, quae peccauerit, ipsa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris, & in *Leuit. cap. 14.* non occidētur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed vnusquisque in peccato suo morietur, cum alijs relatis per *Couar. in 2. lib. var. resol. cap. 8.*
6 *in princip.* Huiusmodi tamen authoritates ex communi Doctorum interpretatione intelliguntur quoad poenam aeternam, quae ipsius tātum animae infligitur, qui peccati reus est, secus autem est quoad poenas corporis, & bonorum, quas saepe filios pro parentibus luisse experti sumus; vnde legitur in Sacra scriptura, quòd patres nostri comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupuerunt, quam sententiam refert *Neuiz. in cons. 12. inter consilia feudal. Brun. in princ. & in Exod. cap. 20.* Legitur etiam illa notabilis sententia (*Ego sum Dominus Deus tuus Zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generatio-*

rationē eorū, qui oderūt me) q̄ verba optimè explicat *Simanc.in d.tit.29.nu.* 4.& multa ſimilia refert *Couar.in d.cap.8.ſub num.1.verſ. ſecunda quandoque*,& ita has Sacræ ſcripturę authoritates, quæ aliquam in ſenſu literali repugnantiam habere videntur, plenè conciliāt idem *Couar. in eod.cap.verſ. primum hinc ciuilianter,& Ant.Gomez in 3.tom. varia. reſol.c.2.ſub nu.*13.& omnium pleniſſimè *Ioan. Guttier.in 2.lib.canon.quæſt.cap.30.per totū,*
7 & præcipuè *nu.*18. Cur autem filij aliquando plectantur ob iniquitatem patris? multas rationes refert *Diu.Thomas in 2.2 q.*108. *art.*4. *Alphonſ. Caſtr. in tracta. de iuſta hæretitor. punit.lib.2.cap.*11.& pleniſſimè *Iacob.Simāc. in d.tract.de catbol.inſt.tit.29.nu.7.cū plur.*
8 *ſeq.* Hoc autem quod Diuino quandoque contingit euenire iudicio,etiam poſitiua iura imitata fuerunt,ita vt in multis caſibus ſtatutum ſit,filios puniri ob parentum delicta, quos plenè refert *Affl.in conſt.Reg.patarenorum, nu.*
9 *33.verſ.regula eſt.cum plur.ſeq.* Et ſpecificè in crimine læſæ maieſtatis cautum eſt, quòd filij committentium huiuſmodi crimen,nedum aſcendentium ex vtraque linea, ſed omnium proximorum ſucceſſione priuentur, & etiam ex teſtamento cuiuſcunque relicti ſint incapaces,ac perpetuò infames, & quibuſuis honoribus,& dignitatibus, & publicorum officiorum munere priuati ipſo iure ſint, vt patet in *l.*
10 *quiſquis,§.filij vero.C.ad l.Iul.maieſt.* Sed ea pœna non adeò rigoroſè exercetur cōtra filias fœminas,eas enim falcidiam de bonis maternis tātum habere permittitur, vt expreſsè cauetur in eadem *l.quiſquis,verſ.ad filias*, imo etiam de bonis paternis dotandas eſſe,refert *Baiard. in addit.ad Iul.Clar.in §. læſæ maieſtatis,nu.* 18.plenè *Fran.Becc.in conſ.*8. *per tot.* & alij relati per *Petr.Caball.in 3.cent.reſol.crimin. caſ.*276.*nu.*3.*& ſeq.* Idque benè ſeruaſſe Regē Ferdinandum, quem filias Principis Roſſani notorij rebellis honorificè maritaſſe, tradit *Affl. in tit. quæ ſint regal.§. bona committentium,nu.2. ſed per cap. Regn.* 128. *incip. item ſtatuimus,quod filiæ proditorum*,cautum eſt filias rebellium dotari de bonis nō feudalibus, quæ ad eas aliunde,quam ex paterna ſucceſſio-
11 ne peruenerunt. Dictā autem l.pœnam non ſolum afficere filios committentium crimen lęſę maieſtatis,ſed etiam eorum nepotes,tradit *Couar.in d.cap.8.ſub num.2.verſ.primum an ob*
12 *crimen,& Ant.Gomez in d.c.2.nu.*15. Verū animaduertendum eſt,quòd licet plura ſint delicta, ex quibus in hoc crimen læſæ maieſtatis incurritur, quæ plenè cumulant *Capic. in deciſ.* 130. *in* 1.*dub. & Baiard. in addit. ad Iul.*
13 *Clar.in d.§.læſæ maieſtatis,nu.*2. Nihilominus quædam dicuntur reſpicere crimen læſæ maieſtatis in primo, quędam vero in ſecundo capite,prout pulchrè,& magiſtraliter explicat idem *Capic. in alleg. deciſ.*130. *à nu.* 1. *vſque ad nu.* 18. vbi etiam benè declarat pœnas in
14 vtroque capite ſtatutas vſque ad finem. Pœna autem publicationis bonorum procedit tantū in illis caſibus, in quibus huiuſmodi crimen in primo capite committitur,nempe quando cōſpiratur cōtra Supremum Principem, vel eius Collaterales Conſiliarios, aut contra Rempublicam,iux.not.in *l.1.cum trib.ſequen.ff.ad l. Iul.maieſt.& in d.l.quiſquis,C.eo.tit.* In alijs vero caſibus præter expreſſos in dd.legibus bona non publicantur,vt expreſsè cauetur *in l.fi. cum ibi not.per glo.ff.eo.*vt benè animaduertit *Salic.in d.l.quiſquis*, quem refert *Baiard.in d.*
15 *§.læſæ maieſtatis, nu.*5. Imo quòd pœna *d.l. quiſquis*, quatenus reſpicit perſonas filiorum non eſt in vſu,& ex generali conſuetudine eſt ſublata,dixit notabiliter *Ang. in l.fallaciter, C.de abolit.*quem refert *Rol.à Vall. in d.conſ.*
16 *74.nu.*20. *vol.*3. Inſuper animaduertendum eſt,quòd quando ob patris delictum contingit bona confiſcari,tunc nō eſt moleſtandus filius in bonis aliunde quæſitis,& obuentis, iux.not.
17 per *Gram.in deciſ.6.nu.*14. Nec comprehenduntur bona donata filio emancipato ante delictum commiſſum,vt not. *Affl in conſt.pata-*
18 *renorum,in fi.* Neque comprehenduntur bona alienari prohibita,vel fideicommiſſo ſubiecta,vt plenè tradit *Alex.in conſ.*23.*vol.*1.& alij, quos pleniſſimè cumulant *Farinac. in* 1. *tom.pract.crim.q.*25.*nu.* 22. *cum plur.ſeq. & Melch.Palatz in tract.de maiorat.in* 4. *par.q.*
19 23.*nu.*2.*& ſeq.* Quo caſu an ſaltim confiſcari poſſit ipſorum bonorum vſusfructus durante vita ipſius delinquentis,remitto me ad not.per *Bar.& alios Doctores in l.Imperator,ff.de fideicom.liber. Ant.Rub.in conſ.*154.*Molin.de primogen.hiſpan.lib.4.c.*11.*nu.*5.*& ſeq.*plenè *Peregr.in tract.de iur.fiſc.lib.*5 *nu.*98.*& tot. cum ſeq.*pleniſſimè *Farinac.in d.q.*25. *nu.* 34. *cum plur.ſeq.& Theſaur.in deciſ.*167. *num.*2.
20 Et an fideicommiſſum ſpecificè iniunctum in caſu quo hæres delinqueret, cenſeatur factum in fraudem fiſci? vide *Rol. à Vall. in conſ.*56. *nu.*11.*& ſeq.vol.*1. *Menoch.in conſ.*91. *nu.*6. *Hier.Gabr.in conſ.*123.*nu.*12. *Peregr. de iur. fiſc.lib.*5.*tit.*1.*ſub n.*103.& pleniſſimè *Garz.*
21 *Maſtrill.in deciſ.*181.*per tot.* Et in caſu quo ob bonorum confiſcationem tranſirent fructus in fiſcum, & ob pacem fractam à delinquente eius fideiuſſor eſſet ad pœnam condemnatus; an in huiuſmodi fructibus debeat fideiuſſor fiſco præferri? vide *Bertazzol.*qui pro fideiuſſore conſuluit contra fiſcum *in conſ.* 139. *vol.* 1.
22 Et in fortiori caſu, dum criminis reus fuiſſet ratione infirmitatis à carceribus ſub fideiuſſo-

ria cautione habilitatus, & arrepta fuga ad pęnam fideiussionis condemnatus, & deinde lata contra eum fuisset diffinitiua sententia, per quam omnia eius bona cõfiscata fuerunt, quòd in eis similiter debeat fideiussor fisco præferri, pulchre consuluit *Franc. Becc. in cons. 57. per*
23 *tot. in 1. vol.* Sed an si publicẽtur bona patris, veniant filiorum peculia, vel vsusfructus, quem pater habebat in bonis aduentitijs filiorum? vltra not. per *Peregr. in tract. de iur. fisc. lib. 5. nu. 129.* vide quæ plenè cumulat *Horat. Carpan. in comment. super cap. Mediolan. de iur. & priuil. fisc. nu. 201. cum plur. seq. & Duen.*
24 *in reg. 275. in 7. limit.* Et quid si delinquenti sit delata aliqua hereditas, sed nondum adita; an confiscatis bonis possit adiri per fiscum? vide quæ plenè tradit *Cephal. in cons. 321. vol. 3. & Farinac. in d. q. 25. nu. 139. & seq.* qui per totum illud capitulum multas alias quęstiones ad hanc materiam spectantes fertilissimè congerit, quas nõ repeto, cum penes eum videri pos-
25 sint. Vnum tamen prætermittendum non est, quod in casu, quo bona viri publicari contingat, tunc dos vxori debet summariè statim restitui, & absque libello imo si habet instrumentum dotale cum clausulis constituti, & precarij, potest insistere bonis viri, & ea retinere, donec per fiscum ei satisfiat de dote, & donatione propter nuptias, vt pulchrè docet *Rol. à Vall. in cons. 31. num. 33. & 37. cum plur. seq. vol. 1.* cui suffragãtur not. per *Peregr. in eo. loc. supra cit. nu. 82. Farin. in d. q. 25. nu. 111. & Batard.*
26 *in addit. ad Iul. Clar. in q. 78. nu. 78.* Nec sub confiscatione bonorum viri veniunt ea, quæ prius ab ipso fuerant vxori donata etiam causa mortis, vt pulchrè dicit *Io. Lopez in repe. rub. de don. inter vir. & vxor. §. 76. num. 24.* & alij relati per *Farinac. in d. q. 25. nu. 127. & 130.*
27 *cum seq.* An autem in bonorum publicatione veniat census, qui delinquẽti soluitur ex bonis sitis extra iurisdictionẽ, in qua delinquit? vide *Franc. Aret. in cons. 10.* quem refert *Loffr. in*
28 *cons. 2. nu. 49. & seq.* Et an sub generali bonorũ confiscatione veniant bona feudalia? regula est, quòd non, ex not. per *Bar. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de dam. infect.* & alios plenè relatos per *Iul. Clar. in §. feudum, q. 84. in princ. & Farinac. in d. q. 25. nu. 62.* Verum hęc regula intelligẽda est cum aliquibus distinctionibus, quas pulchrè considerãt idem *Iul. Clar. in ead. q. 84. vers. ego vero, & Farin. in d. q. 25.*
29 *nu. 72. & seq.* Sed si delictum sit tale, pro quo feudatarius veniat feudo priuandus, an tunc feudum sit applicandum domino directo, vel eius successoribus? In hoc articulo reassumẽdo veras conclusiones, ita breuiter est dicendum, quod aut vassallus venit feudo priuandus propter culpam contra personam domini; aut ex
30 alia causa. Primo casu subdistinguendum est, quod aut feudum est nouum, aut antiquum, si feudum est nouum, & delictum commissum respicit personam domini, tunc sine dubio feudum eidem domino deuoluitur, exclusis filijs, & agnatis ipsius feudatarij, vt cautum est expressè in *cap. 1. §. fin. quæ sit prima cau. benef. amitt. & in c. 1. §. rursus, quib. mod. feu. amitt.* & ita in specie not. *And. in e. c. 1. §. si vero, de pac. ten.* & hæc est communis cõclusio, a qua nemo dissentit, vt patet ex not. per *Iacobin. de feu. in ver. dictiq; vassalli, nu. 58. & Iul. Clar. in d. §. feudum, q. 66. versic. & hæc quidem conclusio,* & alios, quos plenissimè refert *Petr. Caball. in resolut. crim. centur. 2. cas. 182. num. 3. & seq.*
31 Quatuor autẽ modis hæc conclusio limitatur. Primò, quando delictum collusiuè cõmittitur, consentiente domino. Secundò, quando feudũ esset duobus concessum in solidum, tunc enim vno delinquente, alter succederet. Tertiò, quãdo feudum non fuisset concessum ex gratia, sed ob remunerationem seruitiorũ. Quartò, quando taliter fuisset à domino vassallus lacessitus, vt ob necessariam defensionem contra eum se defenderet, prout not. *Zas. in tract. de feud. in 10. par. nu. 101. et seq. & Curt. iun. in tract. de*
32 *feud. in 5. par. à num. 3. vsque ad 10.* Si verò feudum est antiquum, iterum subdistinguendũ est, quòd aut est hæreditarium; aut ex pacto, & prouidentia. Primo casu illud quoque domino deuoluitur in vltionem suæ iniuriæ exclusis filijs, & agnatis, cum enim feudum fuerit liberalis concessio, semper in ea intelligitur esse tacita conditio fidelitatis, & gratitudinis erga dominum, qua cessante, traditio ipsa resoluitur, prout in specie cauetur in *cap. 1. §. denique, quæ fuit prima cau. benef. amitt. & in c. 1. an ille, qui interfec. fratr. domini sui,* & ita concludit *Anan in cons. 32. in 2. dub. sub num. 5. Alber. Brun. in cons. 108. num. 33. Alex. in cons. 30. nu. 9. vol. 6. Hier. Grat. in cons. 2. nu. 15. vol. 1.* & alij, quos plenè cumulat *Peregr. in d. tract. de iur. fisc. lib. 5. nu. 108. & Farinac. in d. q. 25. nu. 78. et 89.* & ita quoque tenet *Camer. in cap. Imperialem, de prohib. feu. alien. per Fed. f. 88.*
33 *lit. B.* ita explicans mentem Andreæ. Secundo vero casu, quando feudum est ex pacto, & prouidentia, & vassallus priuatur feudo propter delictum principaliter commissum in personã domini, tunc aliqui dicũt feudum domino deuolui debere exclusis filijs, & agnatis, vt ex cõmuni Doctorum sententia refert *Curt. iun. in tract. de feu. in 5. par. princip. in 1. quæst.* cum quo concordant *Rol. à Vall. in cons. 29. nu. 7. vol. 3. et in cons. 78. nu. 25. vol. 2. Bosi. in tit. de bonor. public. num. 57. et seq.* plenè *Hier. Grat. in respon. 2. vol. 1. Soc. iun. in cons. 68. nu. 126. vol. 3. et Iacobin. in inuest. feud. in ver. dictiq; vassalli,*

34 vassalli,vers.videamus nunc,nu.60. Alij verò dicunt,quòd si vassallus delinquens habet filios,tunc feudum domino deuoluitur, quia patris macula tangit filios,& omnes ab eo descendentes, cap.si vassallus,si de feud.fue.controu. si verò nō habet filios, tunc feudum applicatur eius agnatis excluso domino, prout latè tenet Andr.in c.1.nu.2.et seq.si vassall.feud.priu.et in c.si vassallus culpam,si de feudo defun.mil. fuer.contr.nu.1.cum quo concordat Aluarot. in eod.cap.1.§.fin.nu.8. vers.secunda cōclusio. Et sic deterioris conditionis sunt filij, quàm agnati,quod non est inconueniens,secundum And. nam in filio inspicitur macula patris culpantis,cum sit eadem imago,l.Diuo Marco,C. de quaest. & lugubre esset domino,qui felloniā passus est,videre feudum in posse filij,vel nepotis illius, qui eū offendit, cum inuerisimile sit, quod filius diligat illum,quem pater odio prosequutus fuit, arg.l.quod si nolit,§.qui assidua, ff.de adil. edi. Vnde si pater fuit partialis Regis, vel contra Regem, talis quoque filius esse praesumitur,iuxta notata per Angel.in l.si fugitiui, C.de seruis fugit. cum pluribus alijs similibus ad hoc propositum relatis per Grammatic. in consil.crimin.13.num.5.& sequen. quae ratio cessat in agnatis, nam delictum vnius, non debet nocere alteri, qui non habet esse à culpāte,sicut filius qui est iddem cum culpante, a quo esse deduxit, & in eo paterni criminis viuit exemplum, vt in specie considerat Andr.in eodem c.1.num.5.si vassall.feud.pri-
35 uet. Alij vero distinguunt, quod aut culpa respicit directè personam domini, aut indirectè, si directè,dicit Andr.in eodem loco,quod sunt opiniones, quidam enim dicunt, quod exclusis tantum filijs,& descendentibus delinquentis, feudum pertinet ad eius agnatos,quia delictum vnius non debet alijs praeiudicare, qui causam habent a primo acquirente, qui hanc opinionē sequitur tanquam ęquiorem. Alij vero dicunt, quod hoc casu feudum applicabitur domino in vltionem suae iniurię,iuxta not.supra num.37. Affl. verò in eodem c.1.si vassall.feu.priu.nu. 2.dicit hoc esse verum in feudo hęreditario,sed in feudo ex pacto, & prouidentia transit cum opinione Andreae, quod feudum applicatur agnatis, hoc tamen addito, quod non statim, quod commissa est fellonia agnati capient feudum,sed tunc illud domino deuoluitur,vt suae iniuriae capiat vltionem, illudq; teneat donec viuit ille qui culpam commisit, eo vero mortuo,perueniat ad agnatos, iux.not.in l.Statius
36 Florus,§.fin.ff.de iur.fisc. Si vero deliquit cōtra dominum indirectè, vt puta non petendo inuestituram infra annum, & diem, iuxta not. in c.1.de cap.Corr. vel quia alienauit feudū sine consensu domini, vt in §.fin.qua sit prima cau.benef.amitt. In hoc variae sunt opiniones, quas plenè refert Iul.Clar.in §.feudum,q.66. vers.sed quid si vassallus cadat à feudo, & alij cumulati per Peregr.in d.tract.de iur.fisc.lib. 5.sub nu.113.& Aluarot.qui pulchra vtitur distinctione in c.1.num.19.vers.decima sexta conclusio, qua sit prima cau.benef.amitt. ad quos me remitto, & his adde Camer.in c.Im-
37 perialem,fol.88.lit.A. Alij vero dicunt,quod quando feudum est ex pacto, & prouidentia, quod filijs acquiritur non vti patris haeredibus,sed ex prouidentia primi acquirentis,tunc indistinctè patris delictum eis non nocet, vt refert Rol.à Vall. in cons.28. nu.11. & latius in cons.seq.29.nu.32.& seq.vol.3.& in cons.64.
38 nu.38.vol.2. Alia est opinio,quod quando delictum directè respicit personam domini, tunc indistinctè feudum ipsi domino offenso deuoluitur, nedum exclusis filijs delinquentis, sed etiam agnatis, quam opinionem plenè tuetur, benè ponderando nonnulla iura feudorum, Menoch. in cons.99.sub nu.122.cum plur.seq. vol.1.quem omnino videas,& eandem opinionem pro domino cōtra agnatos plenissimè defendit, & pluribus rationibus, & authoritatibus cōfirmat olim dignissimus Regens,& Pręsidens Sacri Consilij Camill.de Curt.in diuersor.iur.feudal.fol.mihi 61.nu.59.et seqq. Se-
39 cundo vero casu quando quis venit feudo priuandus ob aliud delictum, quod personam domini non respiciat directè,nec indirectè, tunc si feudum est haereditarium, domino deuoluitur, si vero ex pacto, & prouidētia,filijs acquiritur, iuxta plenè relata per Rol. a Vall.in cōs.
40 78.per totum,vol.4. Haec autem omnia declarantur non procedere, quando feudatarius delinquit viuente patre, tunc enim eius filius non prohibetur succedere Auo, non obstante patris delicto,iuxta not. in c.1. extr. de feud. vt benè animaduertit Iacob.de Ardiz.in tit. quibus mod.feud.amitt.sub cap.si fil.repell.an nepos ex eo,& Andr.in c.1.§.praeterea,sub num.10. vers.in secunda quaestione, qua sit prima cau. benef.amitt. & ita etiam tenuit Bar.in l.cum qui, nu.2.ff.de interd.et relegat. et Sal.in l.2.
41 C.de libert.et eor.liber. An autem si feudatarius metu tyranni felloniam committat,feudo priuari debeat? Marin. Frezz. tangit hanc quaestionem, & concludit, quod non, in 2.lib.
42 de subfeud.author.4.num.13. Et an dispositio dictae l.quisquis, habeat locum cōtra filios ante rebellionem susceptos? vide Loffr.in parafr. feud.super c.1.quae sint regal.vers.in vltima columna,fol.mihi 67.à ter. plenè Ant.Gomez in 3.tom.var.resol.c.2.nu.16. & alios relatos per Rol.à Vall.in cons.74.nu.2.vol.3.plenissimè per Fab.de Anna in cons.9.nu.41.& seq. lib.1.& omnium copiosissimè Martā in voto

252. per tot. & quæ dicam infra in hoc eodem
43 cap.num.55. Quid autem seruetur in hoc Re-
gno, quando feudatarius ob aliquod delictum
foriudicatur? vide const. quæ incipit, foriudi-
catorum bona, cuius materiam reassumit, &
benè explicat Frezz. in suo lib. de subfeud. in
29. authorit. nu. 11. & seq. Et an stante gratia
Neapolitanis concessa, bona remaneant penes
eundem foriudicatum, vel potius applicentur
eius filijs, aut agnatis proximioribus? vide
Vinc. de Franeb. in decis. 202. & 213. nu. 10.
& seq. Et an ad huiusmodi bona admittantur
filij ante foriudicationis sententiam concepti,
plenè explicat idem de Franeb. in d. decis. 202.
nu. 8. cum plur. seq. Et quid agendum stante
gratia prædicta, quando Neapolitanus inqui-
ritur de vsuraria prauitate, cuius pœna est bo-
norum publicatio? vide eundem de Franeb. in
allegata decis. 23. sub num. 37. vers. hinc idem
44 Dominus Regens. Et quid si delictum commit-
tatur à vassallo, seu subfeudatario Baronis, pro
quo veniat feudo priuandus, an tunc feudum
applicandum sit eidem Baroni tanquam domi-
no immediato, vel Regi? hanc quæstionē plenè
disputat Affl. in dec. 282. in 2. dub. sed plenius
eam explicat Rol. à Vall. in cons. 78. vol. 2. &
in cons. 73. vol. 4 quibus addas Camill. de Cur.
in diuersor. iur. feud. fol. 62. num. 79. & seq.
45 Non solum autem puniuntur filij propter pa-
rentum delicta in crimine læsæ Maiestatis hu-
manæ, sed fortius in crimine læsæ Maiestatis
diuinę, nam hæreticorum bona similiter publi
cari cautum est in cap. vergentis, de hæret. et in
46 c. cum secundum, eod. tit. in 6. Adeo vt statim
commisso delicto ipso iure eorum dominium
transeat in fiscum, iuxta not. per Rol. a Vall. in
cons. 8. num. 7. vol. 3. & alios plenè relatos per
Iul. Clar. in §. hæresis, in ver. item bona con-
demnatorū, & Farin. in d. q. 25. nu. 13. & seq.
47 Vnde si occultus hęreticus sua bona alienauet,
& deinde detectum esset eum esse hæreticum,
& vt talis condemnaretur, daretur quoque re-
uocatio bonorum alienatorū ex not. per Surd.
in dec. 247. & plenè per Pet. Caball. in 2. cent.
48 resol. crim. c. 295. Quod tamen cum hac decla-
ratione intelligas, quòd si antequam sequatur
sententia declaratoria, & fiscus actualiter bo-
norū possessionem occupauerit, inquisitus ad
Fidem reuertatur, hæresim abiurando, non da-
tur amplius bonorum confiscatio, vt plenè tra
dit Rol. a Vall. in cons. 63. nu. 24. & seq. vol. 3.
49 & Farinac. in ead. q. 25. nu. 16. Ad quē autem
hęretici bona confiscata pertineant, an scilicet
ad Summum Pontificem, vel ad Principē tem-
poralem, aut alios, variæ sunt opiniones, quas
plenè refert Menoch. de arb. iud. cas. 374. Iul.
Clar. in d. §. hæresis, vers. itē bona, Rol. à Valle
in d. cons. 8. per tot. vol. 3. & in cons. 78. vol. 2.
& 73. vol. 4. & Pereg. de iu. fis. lib. 4. tit. 5. n. 31.
50 Alias quoque pœnas filij hæreticorum patiun-
tur, nam quamuis ipsi Catholici sint, nihilomi-
nus vsque ad secundam generationem ad nullū
ecclesiasticum beneficium, seu publicū officium
admittuntur, nec ad ecclesiasticos ordines pro-
moueri possunt, cùm infamia sint notati, vt ca-
uetur in allegatis iuribus, & ita plenè testatur
Iacob. Simanc. in tract. de cathol. inst. tit. 29. et
51 seq. Verùm si parentes ad Ecclesiæ gremium
restituantur, tunc cessant huiusmodi pœnæ cō-
tra filios, vt testatur idem Iacob. Simanc. in eo.
52 tit. 29. nu. 17. Excusantur etiam filij ab huius-
modi pœnis, si patris occultam hæresim reue-
lant, vt pluribus rationibus affirmat idem Si-
manc. in eod. tit. nu. 46. & seq. tenetur enim fi-
lius patrem occultum hæreticum accusare,
prout ex multorum sententia refert Mascard.
53 de probat. conclus. 857. nu. 18. Magna autem
quęstio est, an filij hæreticorum amittant anti-
quam sanguinis nobilitatem, si ipsi catholicè
viuant? In quo articulo idem Iacob. Simanc. in
citato loco, nu. 18. & seq. intrepidè tenuit, quod
non, ex quo non reperitur iure cautum, idque
pluribus rationibus probat, pro qua opinione
facit, quod nec priuantur illis beneficijs, quæ
obtinuerant antequam eorum parentes decla-
rarentur hæretici, ex not. per omnes DD. in c.
vergētis, de hæret. & Couar. in 2. lib. var. resol.
54 cap. 8. num. 4. Sed contrarium tenet Io. Arz.
ab Othalor. in tract. de nobilit. Hisp. in 4. par.
principal. c. 9. qui licet loquatur in nobilitate
quæsita per priuilegium ab eo, qui crimen hæ-
resis commisit, nihilominus eius rationes sunt
generales, quod filij hęreticorum, & rebellium
priuātur omnibus honoribus, & dignitatibus,
& consequenter fateri opus est, quòd omnem
nobilitatem amittāt, cùm nobilitas honorem,
& dignitatem afferat, vltra quòd reputantur
etiam infames, & qui infames sunt, efficiuntur
quoque incapaces honoris, & nobilitatis, cap.
infamibus, de reg. iur. in 6. & l. 2. C. de dignit.
55 lib. 12. & hæc opinio mihi magis placet. An au
tem huiusmodi pœnæ procedant etiam contra
filios natos antequam eorum parentes in hęre-
sim laberentur? multi affirmatiuam partem te-
nuerunt, inter quos est Couar. in 2. lib. var. re-
sol. cap. 8. nu. 5. & Gigas in tract. de crim. læsæ
Maiest. lib. 3. q. 5. cū quibus concordat Otalor.
56 in eod. loco supra citato, nu. 8. Sed alij contra-
riam opinionem defendunt, quos plenè refert
Tiraq. in tract. de iur. primog. q. 31. nu. 4. qui-
bus pluribus rationibus inhærent Simanc. in
eo. tit. supra citato, nu. 23. cum plur. seq. Moli.
de Hisp. primogen. lib. 4. c. vlt. num. 55. & Iul.
Clar. in d. §. hæresis, vers. quæro nunc, & in §.
57 læsæ Maiestatis, vers. fuit etiam. Primam au
tem opinionem veriorem affirmat Io. Rosas in
tract.

tract.de hæretic.assert.num.44. & in sing.68. ea potissimum ratione, nam hæresis est crimen spirituale, & non trahit originem à carne, & ideo non refert an filij sint nati antea, vel post, & eandem opinionem plenissimè cõfirmat Io. Guttier.in 2.lib.canonic.quæst c.30. à nu.31.
58 vsque ad fin. Sed pro harum opinionum concordia dici potest, quòd hæc opinio procedit, quando idem qui nobilitatem acquisiuit, delictum hæresis, seu læsæ Maiestatis commisit, tūc enim præiudicat nedum filijs natis post delictū, sed etiam illis, qui prius geniti erāt; si verò priuilegium nobilitatis quæsitum fuit a filio, cuius pater deliquit, tunc non fit præiudicium nepotibus antea natis ex delicto postea cōmisso per Auū, prout pluribus rationibus asserit Io. Arz.
59 ab Otalor.in d.c.9.nu.9. Notandum tamen est in hac materia, quod ad hoc vt quis propriè dicatur hæreticus, quinque sunt necessaria, quæ refert Nicol.Intrigl.in sing.8. in 2.lib. & inter cætera est voluntatis pertinacia, ita vt quāuis sciat aliud Ecclesiam tenere, nihilominus ipse contrariam opinionem tueatur, vt ex communi Patrum sententia refert Bursat.in cons.
60 344.nu.23.vol.4. vnde hæreticus non est ille, qui aliquid falso credit per ignorātiam, si errorem suū non defendit, & se submittit Ecclesiæ, iuxta not.per Bal.in l.1.C.de summa Trin. & Fid.Cath. Boer.in decis.341.sub num.4.plenè Bursat.in cons.344.vol.4. et Catell.Cott. in
61 memorab.in ver. hæreticus non est. Pariq; ratione ab hæresis labe excusandum esse eum, qui nimio amore captus, dæmones inuocat ad finem obtinendi amorem alicuius puellæ, consuluit Oldr.in cons.210.nu.5. amor enim vehemens, furori æquiparatur, vt benè probat tex. in c.cum in iuuentute, de præsumpt. exceptis tamē aliquibus casibus, quos refert Paul.Grillan.in tract.de sortileg.q.10. in fi. num.17. et seq. et Io.Aloys.Ricc.in praxi fori Ecclesiast. decis.672.nu.10. et per tot. & ideo mitius puniēdos esse eos, qui ex nimio amoris impetu ad delinquendum impelluntur, plenè probant Tiraq.in tract.de pœn.temper.causa 4.nu.1.et seq. Menoch.de arbitrar.iudic.in cas.328.et Farinac.in tit.de pœn.temperan.q.98.nu.77. et seq. & quod maximo amore captus æquiparatur ebrio, & furioso, ita vt in eius contractibus requiratur Iudicis decretum, singulariter affirmat Reg.de Pon.in tract.de potest.Proreg. in tit.de diuer.prouis.sub cap.de limit.expen.
62 nu.19 fol.515. An autem præsumatur hæreticus is, penes quem reperiuntur libri prohibiti? vide Romanum in singul.322. & Arnon.
63 in prob. 10. Et infra quantum tempus hæreticus admittatur ad pœnitentiam? vide Boer.in
64 d. decis.341.per totam. Et an post condem-
65 nationem possit redire ad fidem? Et an teneatur specificè fateri omnes hæreses, de quibus conuincitur? vide eundem in decis.343. & latè Menoch. de arbitr. iud.lib.2.cas.372. & 375.
66 nu.5. Et si moritur hereticus ante sententiam, an admittantur eius hæredes ad proponendū eorum iura? vide Bellamer.in dec.678. & 688.
67 Et an bona deserentis Christianam Religionē penes Turchas sint publicanda, & applicanda fisco? vide quæ pulchrè tradit Iacob.Berret.in
68 cons.97.per totum. Et demum pro huius capituli complemēto ne videatur absurdum, quod filius puniatur pro patre, considerandum est, quod ob delictorum atrocitatem multoties iura permittunt, quod vnus quamuis innocens puniatur pro alio, iuxta not.per Anan. in cap. dilectus 2. in 6.col. vers. ex atrocitate, de simon. quem refert Hipp. in tract. de bannit. in
69 verb. atrocioribus, sub nu.14. Et hinc non esse inconueniens, quod aliquando fiant aliquæ rigorosæ prouisiones contra consanguineos exulum, & bannitorum, tradit Io.Grand.in tract. de bell.exul. sub prædicamento Pati, in c. incip. quaro an consanguinei, fol. mihi 137. & Reg.de Ponte in tract.de potest. Proreg.fol.34. & alij quos plenè refert Don Garz. Mastrill. in tract. nuper impresso de Magistratib. lib.3. c.4.nu.108. cum plur.seq. Pro qua conclusione faciūt ea quæ ad hoc propositum plenè refert Flamin. Chartar. in tract. de exeq.sent.capto bannito, in præfat.nu.72.cum plur.seq. qui dicit valere statutum Florentinum, quod propter homicidium vnius, omnes consortes expellantur, ex not.per Bal. in l.si quis in tātam, C.vnde vi, & in l.sancimus, C.de pœn. & idē dixit Ias.in §.actiones autem, num.71. & seq. inst.de act. & Ferd.Vasq.in 3.lib. illustr.con-
70 trouersiar.c.96.sub num.14. Hinc notabiliter dixit Ang. in cons.63. incip. nobilis miles Dominus Raymundus, quod propter publicam vtilitatem in Ciuitate Senarum factum fuit decretum quod omnes banniti Ciuitatis se constituerent in certo loco, & infra certos fines, alioquin singuli inciderent in pœnam ducatorum mille, pro qua fieret exequutio etiam contra eorum coniunctos per lineam masculinam vsque ad quartum gradum, quod licito iure fieri potuisse affirmat Ias. in l.barbarius, nu.29.
71 vers.septimo facit, ff.de off.prætor. Ex quibus, & alijs stante bannitorū frequentia, cogi posse eorum coniunctos, & attinentes ad præstādum cautionem pro eis, quod neminem offendāt in persona, neque in bonis, pluribus rationibus nouissimè concludit insignis Doctor Petr.Ca-
72 ball.in resol.crim.cas.149.per tot. An autem ad huiusmodi cautionem præstādam cogi possint omnes consanguinei bannitorum, vel tantum ij, quibus spectat commodum successionis? vide Sebast.Guazzin.in tract. de pace, et treg. in 2.

in 2.par.q.59.per tot. qui arguit pro, & cōtra, & demum concludit, quòd cogi solum debent ad hoc onus sustinendū proximiores, ad quos spectare potest commodum succedendi, per ea quæ in simili dixit *Cagnol.in l.quo tutela, nu. 1.ff.de reg.iur.* Sed huic cōclusioni obstant notata per *Gaspar.Caballin.super const.Marcb. lib.4.c.19.glo.19.nu.2.* qui dicit esse grauandos omnes consanguineos, & affines pro virili portione absque gradus prærogatiua. Vnde idem Guazzin. refert, quòd Sacra consulta solet obseruare, quòd cogantur omnes consanguinei, & affines bannitorum ad cautionem præstandam, sed deinde cogit proximiores ad releuandum indemnes alios remotiores, quod quidem videtur satis æquum, & rationabile. Verùm ego vidi per literas quondam Excellentissimi Comitis Mirandæ, olim huius Regni optimi Proregis, eiusq; Collateralis Consilij ordinatum, quod circa exfractationem consanguineorum Pomponij Vollari famosi delinquētis Ciuitatis Atrani non grauarentur, nisi illi tantū, quos realiter constaret habere commercium cum dicto bannito, eiq; opem, & auxilium præstare, quæ prouisiones expeditæ sub die 11. Iunij 1582. in partium 6. fol.62. originaliter conseruantur penes Horatium Longobardum Secretarium Regię Audientię Salerni in eius vtilissimo libro fol.928.

Finis Cap. Quinti.

CAP. SEXTVM.

Inquilinum sicut licet expellere pro vsu proprio ob superuenientem necessitatem, ita etiam licet eum expellere, si dominus indiget re locata pro vsu filij, vel patris, hinc plenè explicatur qualis debeat esse necessitas vsus proprij ad finem expellendi inquilinum, multisque ampliationibus, limitationibus, & notabilibus declarationibus hæc conclusio exornatur, late etiam declaratur an & quando singularis successor teneatur ratam habere locationem factā ab eius authore? Et an antiquus conductor nouo conductori pro eodem pretio præferendus sit? Et an famulo recedenti infra annum debeatur salarium? Et an debeatur salarium famulo, operario, & officiali, pro tempore quo fuerunt absentes, seu legitimè impediti? Et an locatori liceat à locatione recedere ob necessariam eius refectionem? Et quid si conductor malè versatur in re conducta? Et quid si conductor non soluit pensionem in tempore promisso? Et demum an & quando conductori sit facienda mercedis remissio propter nimiam sterilitatem passam in re conducta?

SVMMARIVM.

1 *Locator Dominus pro vsu proprio ob superueniētem necessitatem potest expellere Inquilinum.*

Primo ampliatur, etiam si indiget domo locata pro vsu filij, vel patris, aut matris, nu.2.

Sed non quælibet necessitas vsus proprij sufficit ad expellēdum Inquilinum, nam debet esse vrgens, necessaria, & de nouo superueniens, nu.8.

Et causa debet esse vera, & non simulata, alias tene-

tenetur locator ad intereſſe, & punietur crimine ſtellionatus, & primus Inquilinus reintegrabitur, nu.9.

Secundo ampliatur nam ita etiam ex eadem ratione poterit conductor ex noua cauſa ſuperueniente recedere à conductione, numero 23.

Limitatur primo non procedere in locatione prædij ruſtici, nu.3.

Limitatur ſecundo, quando locator cum iuramento promiſit conductorem non expellere nu.10. Secus ſi ptomiſiſſet moleſtiam nō inferre, nu.11.

Ex noua tamen neceſſitate ſuperueniente poterit conductor expelli, non obſtante, quod ſpecificè locator promiſerit non expellere, nu.12.

Limitatur tertio, quando pro obſeruantia contractus apposita eſt ſpecialis hypotheca rei locatæ, nu.13. Quamuis aliqui contrarium teneant, nu.14.15. & 16.

Limitatur quarto, quando poſt ſuperuenientem nouam neceſſitatem locator recepit p̄ſionem rei locatæ, nu.17. & 18. Sed hoc quidam impugnant, nu.20. & 21.

Limitatur quinto fauore Scolarium, quia nō poſſunt expelli ob nouam neceſſitatem locatoris, nu.22.

4 *Locator tenetur manutenere conductorem in pacifica poſſeſſione rei locatæ, & patientiā præſtare, alias agere nequit, niſi ſit renunciatum huic exceptioni.*

5 *Agens ex contractu vltro, citroq; obligatorio, debet prius adimplere ex parte ſua.*

6 *Locator tenetur habitationem vacuam tradere in tempore promiſſo, alias Inquilino licebit à locatione recedere.*

7 *Conductor promittens ſoluere debitum locatoris, ſi expellatur à re conducta infra tempus, non tenetur ſoluere illud debitum.*

18 *Dominus recipiendo canonem ab emphyteota, cenſetur ei remiſiſſe caducitatem incurſam. Quamuis alij contrarium ſentiant, nu.21.*

19 *Creditor, qui poſt reſciſſum contractum recepit tertias à debitore, videtur tacitè receſſiſſe à reſciſſione.*

23 *Conductor ex noua cauſa ſuperueniēte poteſt à conductione recedere.*

24 *Inquilinus ſi infra annum recedat à domo ob peſtem, vel timore malorum ſpirituum, vel aeris corrupti, non tenetur ſoluere penſionem pro futuro.*

25 *Conductor exterus per annum, ſi iuſſu Superioris reuocetur in Patriam, non tenetur ſoluere penſionem niſi pro rata temporis, quo habitauit, & nu.26.*

26 *Correlatiuorum eſt natura.*

27 *Singularis ſucceſſor non tenetur ſtare colono.*

Quid ſi fuerit apposita ſpecialis hypotheca, nu.15. & 16.

Sed non poteſt cogere colonū inuitum ad perſeuerandum in conductione. nu.28.

Regula principalis procedit, quando ſucceſſio fit per extinctionem, & priuationem iurium locatoris, ſecus per tranſlationem, nu.29.

Tenetur tamen ſtare colono pro eo anno, quo fuit facta impenſa in ſeminando, nu.32.

Ita è conuerſo, colonus terram dimittere non poteſt in dicto anno, eod. nu.32.

30 *Prælati ſucceſſor non tenetur habere ratam locationem factam à ſuo prædeceſſore.*

Primo fallit, ſi fuerit facta nomine Eccleſiæ, eod. nu.30.

Secundo fallit in tranſactione iurium neceſſaria, nu.31.

33 *Conductor ſicut non cogitur continuari, ita locator non cogitur relocare etiam oblata à primo conductore alia penſione tam in prædio vrbano, quam in ruſtico.*

34 *Conductor an admitti debeat ad probandam nouam locationem per teſtes.*

35 *L. quoties, C. de rei vend. an habeat locum in contractu locationis.*

36 *Famulus ad annum conductus ſi recedat infra tempus, non debebitur ei ſalarium.*

Si tamē ei Dominus ira motus dicat, vade per viam tuam, non eſt iuſta cauſa recedendi, nu.37.

38 *Famulo debetur ſalarium etiam tempore infirmitatis.*

39 *Famulo an debeatur ſalarium, ſi ex pacto nō fuit conſtitutum, & ſi eſt creditor pro ſalario, an ei liceat tantundem domino ſubripere, nu. eod.*

40 *Operarius qui locauit operam vnius diei, ſi fuit pluuia impeditus, an debeat habere integram mercedem. Et quid ſi fuerit promiſſum, prout ſoluitur ab alijs, remiſſiuè.*

41 *Officiali debetur ſalarium pro tempore, quo fuit abſens cum licentia ſui ſuperioris.*

Fallit ſi tempore abſentiæ fuit alter deputatus in cauſa, nu.40.

Officialis ſuſpenſus ab officio ſi reintegretur, non recuperat ſalarium, nec emolumenta medij temporis, nu. eod.

Officialis per delictum ſuſpenſus ab officio, an habeat ſalarium pro eo tempore quo fuit toleratus, nu. eo.

42 *Locatori licet a locatione recedere.*

Primo, quando res locata indiget refectione.

Secundo, ſi conductor malè verſatur in re cōducta. Et tertio ob non ſolutam debitam penſionem, cum nu. ſeqq.

44 *In-*

44 Inquilinus reponi debet in pristinam conductionem, postquam domus est refecta.
45 Expensæ necessariæ pro refectione rei conductæ ad locationem pertinent.
47 Emphyteota expelli potest si male versatur in re conducta, & nu. 48. 50. vsque ad 58.
49 Arbores vi ventorum euulsæ ad fundi dominum spectant, non ad conductorem.
50 Colonus, vt propter deteriorationẽ possit expelli, tria concurrere debent.
51 Colonus non est expellendus ob incisionem trium arborum, & an ob mediocrem deteriorationem priuari debeat, nu. 52.
53 Deterioratio intelligitur, dummodo tendat ad perpetuam fundi deuastationem; & ex dolo lata, & leui culpa, & ideo non tenetur cõductor de incendio proueniente ex leuissima culpa, nec de furto, nu. 54.
55 Expulsionis pœna non procedit, si colonus incidit arbores antiquas, vel ad vsum destinatum, seu corruptas, & supplantet alias, & nu. 56.
57 Arbores cremiales quæ dicantur, & quæ sit sylua cedua, remissiuè.
58 Conductor ducens meretrices in re conducta, dicitur malè in ea versari.
59 Locatio ad tempus efficitur perpetua, si industria coloni fundus sterilis efficiatur fructuosus, & nu. 60.
61 Conductor expelli potest si pensionem nõ soluit in tempore debito, & nu. 62. 63. 70. 71. 72. & 73.
63 Colonus pensionem soluere tenetur post fructus perceptos.
64 Dominus in fundo proprio habet hypothecam legalem, & priuilegiatam.
65 Mutuans semen præfertur creditoribus anterioribus super fructibus ex eo peruentis.
Et præfertur etiã domino fundi si habet specialem hypothecam, nu. 66.
67 Vendens herbam Pastoribus pro alendis animalibus, præfertur creditoribus anterioribus.
68 Locator pro tacita hypotheca quam habet super bonis inuectis, & illatis, an præferatur anterioribus, & nu. 69.
Et hæc hypotheca est adeo priuilegiata, quod potest fieri exequutio in bonis clerici inquilini, in libris scholaris, & contra minorem, eod. nu. 69.
73 Solutio præterita probatur per vltimas solutiones, & ex alijs præsumptionibus, & nu. 74.
Quid stante pacto, quod solutio non probetur nisi per scripturam, nu. 75. remissiuè.
76 Conducens aliquos introitus secundum listam ostensam, si aliqua partita non sit vera, an retineant pensionem pro rata.
77 Remissio mercedis in quibus casibus sit facienda conductori, remissiuè.
78 Sterilitas qualis esse debeat in fructibus, vt competat remissio mercedis, & pro quota parte, remissiuè.
79 Conductor an teneatur denuntiare sterilitatem domino pro obtinenda remissione mercedis, remissiuè.
80 Remissio mercedis an fiat, quando damnum contingit in fructibus à solo separatis, remissiuè.
Et quid si fuit damnum illatum ab inimicis locatoris, nu. 81. remissiuè.
82 Remissio mercedis an competat in contractu censuali, remissiuè.
Et quid in contractu emphyteotico, nu. 83. remissiuè.
84 Emphyteotæ an ob deuastationem maioris partis rei liceat eam domino renunciare, remissiuè.
Quid si res tractu temporis efficiatur iniqua, nu. 85. remissiuè.
An autem si soluat canonem immoderatum possit petere reduci ad iustam pensionem, nu. 86. remissiuè.
87 Remissio mercedis an competat in venditione vectigalium, remissiuè.
88 Conductor molendini, qui fuit per aliquod tempus impeditus molere, an teneatur ad integram pensionem, remissiuè.
89 Remissio an sit facienda in contractu venditionis, in quo sit solutio annuatim, remissiuè.
90 Ad remissionem venditor non tenetur, si contingat damnum in fructibus, vel in re medio tempore si fuit habita fides de pretio, cũ reseruatione dominij.
91 Remissio an sit facienda si sit renunciatum casibus fortuitis, superueniẽte insolita sterilitate, remissiuè.
92 Fortuitus casus, vel insolitus, an dicatur factum Principis, remissiuè.
93 Remissio pensionis an sit facienda in beneficijs ecclesiasticis, remissiuè.
94 Conductor si promisit certam partem fructuũ ex fundo, ex quo tantum non percepit, an teneatur aliunde supplere, vel æstimationem soluere, remissiuè.
95 Locustarum voracitas an inter casus fortuitos connumeretur? & an possint huiusmodi animalia excommunicari?

Eiusdem



1 Eiusdem quoque vnionis inter patrem, & filium vis operatur, quòd sicut Dominus pro vsu proprio ob superuenientem necessitatem potest inquilinum expellere, ex reg. tex. in *l. ade*, C. *locati, & in cap.*
2 *propter sterilitatem. eo. tit.* Ita etiam eadem facultas sibi conceditur, si indiget domo locata pro vsu filij vxorem ducentis, vel quia eius pater aut mater ex aliqua noua, & honesta causa eius domus habitatione indigeant, prout in vtroque casu dicit notabiliter *Bal. in ead. l. ade nu.* 11. quem refert, & sequitur *Ant. Gomez. in*
3 *2. tom. varia. resol. cap. 3. sub nu. 6. in fi.* Quæ conclusio notabilis quidem est, nam dictæ legis dispositio strictam interpretationem recipit, & extensionem non patitur, cùm particulare priuilegium inducat, adeò quòd dum loquitur de locatione domus, extendi non debet ad locationem prædij rustici, vt animaduertit idem *Anto. Gomez. in eod. loco supra cita.* cum quo concordat *Vinc. Carroc. in tract. de locat. & conduct. in 4. par. sub tit. de recusat. in 2. q. nu.*
4 *35. fol. mihi* 190. Regulariter enim locator tenetur durante tempore locationis conductorē manutenere in pacifica possessione rei locatæ, & patientiā præstare, alioquin non potest agere ad pretium, nec instrumentum affictus liquidare via executiua, cùm ipsi incumbat onus probandi, quòd patientiam præstitit, præterquam si huic beneficio fuisset per conductorem specificè renunciatum, iux. not. in *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat.* plenè *per Cacber. in decis. Pedem. 50. Vrsill. in decis. 233. nu. 4. & seq. Hipp. in sing. 293. Dec. in cons. 421. Rol. à Vall. in cons. 69. per tot. lib. 4. & in cōs. 99. nu. 6. & seq. volum. eo. & Natt. in cons. 360. lib. 2.*
5 Nam quando quis agit ex contractu vltro citroque obligatorio, tenetur ante omnia docere, quòd adimpleuit ex parte sua, *l. Iulianus, §. offerri, cum ibi not. per Doct. ff. de act. empt.* vt in spetie refert *Franc. Becc. in cons. 45. nu. 6. & per tot.* & alij, quos plenissimè cumulant *Cæsar Barz. in decis. Bonon. 17. num. 1. cum plur. seq.* & late *Vinc. Carroc. in tract. de locat. & cond. in 4. par. sub tit. de euict. per tot. fol.*
6 197. & *seq.* Imo locans domum tenetur eius habitationem vacuam tradere in tēpore promisso, aliàs inquilino licet à locatione recedere, iuxta ea, quæ pulchrè tradit *Hier. Gabr. in*
7 *cons. 75. per tot. lib.* 1. Vnde si conductor alicuius rei se obligauit per publicum instrumentū ad soluendum aliquod debitum locatoris, & aliquo casu expellatur à possessione rei conductæ infra tempus, non tenetur ad solutionem illius debiti, cuius onus in se susceperat intuitu illius conductionis, vt notabiliter dixit *Gul. de Cun. in l. fi. ff. de constit. pecun.* cum quo cōcordat ibidem *Bal. & Ang. nu. 2.* & iddem affirmat *Pau. de Cast. in l. cum mulier, la secun-*
8 *da, nu. 3. ff. sol. matr.* Sciendum tamen est, quòd non quælibet necessitas vsus proprij sufficit ad expellendum inquilinum, sed opus est, quòd sit vrgens, & necessaria, ac de nouo superueniens post contractum locationis, vt not. *Bal. in ead. l. ade, nu. 7. Ant. Gomez. in d. cap. 3. sub num. 6. vers. Item quando locator, & Carroc. in d. q.*
9 *2. nu. 7. & seq.* Et causa debet esse vera, & figurata, alioquin si dominus sub prætextu nouæ necessitatis expellit inquilinum, asserens se velle rem locatam pro vsu proprio, & deinde eam locet alteri, non solum tenetur conductori ad interesse, sed etiam ob falsam assertionem punitur crimine stellionatus, & si inquilinus petat se reinuestiri de habitatione, debet in ea reintegrari, vt pulchrè inquit *Bal. in d. l. ade,*
10 *num. 13. in vers. Sed quid si dominus.* Cessat autem dictę legis dispositio, quando locator promisit etiam cum iuramento conductorem non expellere, tunc enim vt ea verba aliquid operentur, censetur etiam huic beneficio proprij vsus renunciatum, prout in spetie tenuit *Angel. in eadem l. ade*, quem refert *Dec. in l. fin. nu. 7. ff. si cer. pet. & in cons. 292. nu. 3. Hiero. Grat. in cons. 69. nu. 20. & in cons. 139. nu. 20. lib. 2. Natt. in cons. 481. num. 19. lib. 3. Seraph. in tract. de priuil. iuram. in priuil. 49. nu. 48.* & alij, quos refert *Bursat. in cons. 422.*
11 *nu. 2. lib. 4.* Secus verò dicendum esset, si locator simpliciter promisisset molestiā conductori non inferre, vel si locatio facta esset a procuratore non habente speciale mandatum ad renūciandum huic beneficio, iuxta ea quæ pulchrè
12 tradit *Natt. in cons. 25. per tot. lib. 1.* Verum etiā in casu quo locator specificè promisit conductorem non expellere, quòd tunc non censeatur adempta facultas eum expellendi ob nouam necessitatem superueniētem pro vsu proprio, tenuit *Natt. in cons. 416. nu. 7. & per tot. lib. 2.* & eandem opinionem approbat *Couar. in 2. lib. var. resol. c. 15. nu 4. vers. ex quo mihi*
13 *dubia.* Præterea aliqui dicunt non habere locum dictæ l. dispositionem, quando in instrumento locationis pro obseruantia contractus apposita est specialis hypotheca eiusdem rei locatæ, prout tenuerunt *Alex. et Cuman. in l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, ff. sol. matr. et Cacber. in decis. 156. nu. 2.* quos refert *Bursat. in d. cons. 422. nu. 1.* quam opinionem veram esse affirmat *Barbos. in l. si filiofamilias,*
14 *§. fin. nu. 36. ff. sol. matr.* Sed contrarium etiam in his terminis tenuit *Natt. in d. cons. 25. lib. 1.*

& in

et in conſ 416.nu.9.et ſeq.lib.2. cum quo con-
15 cordat etiam Couarr. in d.cap.15.nu.4. Licet
enim ſpecialis hypotheca rei locatæ operetur,
quòd conductor non poſſit expelli a ſingulari
ſucceſſore, prout limitando tex.in l.emptorem
C.locati, affirmat Couarr.in eod.cap.15.nu.3.
idq; verum ſit etiam ſi in contractu locationis
adſit pactum de non alienando cum generali
bonorum hypotheca, vt plenè teſtantur Frãc.
Becc.in conſ.80.per tot. & alij plenè relati per
Pet.Duen. in reg.240. in 7.limit. hac ſolum
conſtituta differentia, quòd quando in contra-
ctu locationis adeſt ſolum generalis hypothe-
ca, tunc conductor nõ poteſt expelli, niſi prius
per nouum emptorem ſibi ſoluatur intereſſe,
pro quo habet rei retentionem; quando verò
adeſt etiam ſpecialis hypotheca rei locatę, tunc
nullo modo expelli poteſt durante tempore lo-
cationis, non obſtante quòd nouus emptor ve-
lit ſoluere intereſſe, prout ex magis communi
Doctorum ſententia plenè diſtinguendo refert
Surd.in conſ.331.nu.18.cũ plur.ſeq. et nu.26.
cum ſeq.lib.3. Vel ſecundum aliorum ſenten-
tiam, ſiue in contractu locationis adſit genera-
lis, ſiue ſpecialis hypotheca, conductor expelli
non poteſt à nouo emptore, niſi prius ſoluto
intereſſe, iuxta plenè not. per Aluar. Velaſq.
in 1.lib.conſultat.Regni Luſit.conſult.76.per
tot. ſed ſi cum hypotheca concurrit quoque iu-
ramẽtum, tunc præcisè ſingularis ſucceſſor te-
netur ſtare contractui locationis, & etiam ſol-
uendo intereſſe non poteſt conductorem expel
lere, vt plenè teſtantur Natt.in conſ.426 nu.4.
Io.Guttier.in tract.de contract.iurat. cap.39.
num.7. Vinc.de Franch. in deciſ.302.num.5.
et per totam. & nouiſſimè Gaſp.Theſ.in quæſt.
foren.13.nu.9. et ſeq.lib.2. pro qua opinione
iudicatũ fuiſſe per Rot. Lucen. refert Magon.
in deciſ.97.nu.23.et ſeq. & quod iuramentum
iddem operatur ac ſi eſſet pactum de non alie-
nando, dicit Io.Guttier.in repe.l.nemo poteſt,
16 num.45.ff.de leg.1. Diuerſa tamen deciſionis
ratio viget quando dominus inquilinum expel
lit ex noua cauſa ſuperueniente pro vſu pro-
prio, hoc enim caſu ex legis ordinatione lo-
catio finitur in totum, & contractus, etiam
inuito conductore, penitus diſſoluitur, &
ideo hypotheca ſuper eo appoſita nihil ope-
ratur, nam extinguitur cum ipſo contractu,
tanquam quid acceſſorium, ex regula tex. in
l. cùm principalis, ff. de regul. iur. Non au-
tem iddem eſt, quãdo ſingularis ſucceſſor vult
à locatione recedere, nam tunc locationis con-
tractus ſtat in ſuo robore. Verùm quia perſona-
lis obligatio, qua tenebatur locator ad eius ob-
ſeruantiam, non tranſit ad ſingularem ſucceſſo-
rẽ, ideo nouus dominus poteſt ab ea recedere,
ſed ſi inquilinus habet pro obſeruantia contra-
ctus hypothecatam domum, tũc datur eius re-
tentio pro intereſſe, nam hypotheca adhuc du-
rat, cùm non ſit diſſolutus contractus, quòd pa-
tet ex eo, quia inquilinus poteſt agere ex condu
cto contra locatorem pro intereſſe, l.qui fun-
dum, & l.ſi merces, §.1.ff.locati. Hanc differen
tiam pulchrè conſiderat Natt. in d.conſ.416.
num.10.cum plur.ſeq.lib.2. qui aliam quoque
differentiæ rationem conſiderat in d.conſ.25.
nu.5. & ſeq. quòd quando nouus dominus ex-
pellit cõductorẽ, tunc oritur actio ad intereſſe
contra locatorem ob inobſeruantiam contra-
ctus, & ideo ratione hypothecæ, quæ cõſtituit
ius in re, datur eiuſdem rei locatę retẽtio; quan
do verò inquilinus expellitur ab eodem loca-
tore ob nouam neceſſitatem ſuperuenientem
pro vſu proprio, tunc nulla datur conductori
actio pro intereſſe, ex quo eijcitur lege permit-
tente, & ideo nihil ei prodeſt hypotheca ad fi-
17 nem retinendi. Inſuper aliqui limitant eiuſ-
dem l.prouiſionem non procedere, quando do-
minus poſt ſuperuenientem nouam neceſſita-
tem recepit penſionem rei locatę ab inquilino,
cum tunc videatur tacitè renunciaſſe huic be-
neficio, vt in ſpecie inquit Corn.in conſ.103.
ſub num.15.lib.2. quem refert Ant.Gabr.in 3.
lib.commun.concl. ſub tit.de locat.cõcl.3.in ſi.
18 Quæ concluſio confirmari videtur ex eo quod
in ſimili communiter Doctores affirmãt, quòd
dominus recipiendo canonem ab emphyteo-
ta, cenſetur ei remiſiſſe caducitatem incurſam,
vt poſt alios plenè refert Surd.in deciſ. 317.
19 num.1.cum plur.ſeq. Sicut etiam creditor, qui
poſt reſciſſum contractum recepit tertias à de-
bitore, videtur tacitè à reſciſſione facta receſſiſ-
ſe, prout mihi probare videtur tex.not.in l.2.
C.de iur.dom.impetr. ad cuius ornatum viden-
da ſunt quæ tradit Barbat.in c.cũ acceſſiſſent,
nu.18.de cõſt.et in c.noſtra, nu.95.de reſcrip.
Gozad.in conſ.23.per tot. & faciunt quæ pul-
chrè ad iddem propoſitum refert Franc.Becc.
in conſ.45.nu.4. lib.1. et Lud.Morot.in conſ.
40.nu.1.et ſeq. & pleniſſimè Steph.Grattan.
in 2.lib.diſcept.forenſ.cap.301.nu.36. & ſeq.
20 & latius in cap.ſeq.per tot. Verum ſupradictã
limitationem impugnat Vinc.Carroce.in d.
tract.de locat. & conduct. in 4.par.ſub tit.de
recuſ.q.2.nu.28.fol.190. dicens, quòd ſi pactũ,
& ſpecialis hypotheca tollere non poſſunt hoc
beneficium à iure conceſſum, multo fortius ta-
cita remiſſio non debet plus operari, quam ex-
preſſa, nec valere argumentum à tacita remiſ-
ſione caducitatis, quæ inducitur per receptio-
nem canonis, quæ eſt odioſa, ad remiſſionem
proprij vſus ob neceſſariam indigentiam, quæ
eſt res fauorabilis, cum ſit fundata in æquitate.
21 Pro qua opinione addo, quòd etiam caducitas,
quæ eſt odioſa, non cenſetur remiſſa per rece-
ptionem

ptionem

ptionem canonis præteriti temporis, secùdùm Bart. in l. 2. nu. 8. C. de iur. emph. & alios, quos refert Surd. in d. decis. 317. nu. 18. cū plur. seq. possunt enim simul stare, quòd recipiatur pensio præteriti temporis, & quòd emphyteota possit expelli, & ideo per electionem vnius, nō censetur alteri renunciatū, vt multis authoritatibus ibidē probat idē Surd. nu. 24. & seq. vsq; ad fin. quod confirmatur ex pluribus alijs similibus relatis per Ludouic. Morot. in d. cons. 40.

22 num. 15. & seq. Et demum limitatur supradicta conclusio, quod nō procedit fauore scholarium, qui expelli non possunt à domo conducta, etiam ob nouam necessitatem locatori superuenientem, vt notabiliter inquit Rip. in l. 1. in fi. ff. sol. matr. & Rebuff. in tract. de priuileg. scholar. priuil. 8. quos refert Pet. Duen. in reg. 213. in 1. ampliat. & Carroc. in loco su-

23 pra citato, num. 36. Sciendum autem est, quod sicut locatori succurritur, vt ratione proprij vsus ex causa superuenientis necessitatis possit inquilinum expellere, ita etiam ex eadem ratione poterit conductor ex noua causa superueniente à conductione recedere, vt notabiliter affirmat Hippol. de Marsi. in sing. 615. ita am-

24 pliando dispositionem d. l. ede, C. locati. Vnde si inquilinus infra annum recedat à domo conducta ob superuenientem pestem, seu aeris corrupti timorem, vel ob metum malorum spirituum, non tenetur soluere pensionem pro futuro tempore, quo domum vacuam dimisit, vt pulchrè notat Ias. in addit. ad Christofor. Port. in §. fin. inst. de locato, quem refert Ant. Gomez in 2. tom. var. resol. sub tit. de locat. & condu. c. 3. sub nu. 3 vers. ex quo primo infero, cū alio ver seq. incip. secundo infero, & iddem affirmat Regius Cōsiliarius Rouit. super prag.

25 1. de locat. num. 27. in nouissima editione. Et hinc etiam infertur, quod si exterus conduxit domum per annum, & deinde iussu superioris reuocetur in patriam, non tenetur soluere pensionem, nisi pro rata temporis, quo habitauit, vt notabiliter consuluit Soc. iun. in cons. 120.

26 lib. 3. Quæ conclusio præcipuè fundatur in natura correlatiuorum, quorum eadem debet esse dispositio, l. 1. cum ibi not. per Bal. C. de eu-press. lib. 11. adeo quod posito vno de correlatiuis, necessariò præsupponitur & reliquum, l. fin. C. de indic. viduit. toll. Vnde sicut quando conductor est impeditus vti frui re conducta facto locatoris, non tenetur ad pensionem, sed potest contra ipsum locatorem agere ad interesse, etiam lucri cessantis, l. si in lege, §. si colonus, ff. locati, Menoch. in cons. 27. nu. 54. & in cons. 55. nu. 14. ac potest etiam à conductione discedere, iuxta not. per Rolan. à Vall. in cons. 69. nu. 22. & seq. lib. 3. & Franc. Becc. in d. cons. 45. num. 20. & seq. quos refert Surd. in decis. 253. nu. 18. & seq. Quod procedit etiam in conductore plurium rerum, qui si vna ipsarum frui non possit, potest in totum à conductione recedere, vt dixit Imol. in cons. 39. quē refert idem Surd. in decis. 295. nu. 17. Ita etiā si conductor recedit absque causa infra tempus conductionis, tenetur soluere integram pensionem, vt patet ex not. per Bal. in cons. 325. lib. 3. quem refert Rol. à Valle in cons. 69. num. 22.

27 lib. 4. Eademque ratione sicut singularis successor nō tenetur stare colono, ex reg. tex. in l. emptorem, C. locati, & in l. si filiosfamilias, §. si vir, ff. sol. matr. quam pluribus ampliationibus, & limitationibus exornant Couarr. in 2. lib. variar. resol. c. 15. et Duenn. in reg. 240. Ita quod etiam colonum partiarium à nouo emptore expelli posse, cōcludit Vinc. de Franch. in decis. 334. & licet aliter senserit Senatus Pedemontanus, vt patet ex not. per Cacher. in decis. 82. et Thesaur. in decis. 55. eis tamen benè respondet Dominus de Franch. in d. decis. 334. cuius authoritati valde deferendum est, cū ita iudicatum fuisse referat per Sacrum Consilium, cum qua decisione concordat etiā Mart.

28 in voto 139. per tot. Iddem quoque è conuerso dicendum est, quod nouus dominus non potest cogere colonum inuitum ad perseuerandum in conductione, quia contractus claudicare non debet, vt post alios refert Surd. in de-

29 cis. 51. num. 9. Animaduertendum autem est, quod regula prædicta, quod singularis successor non tenetur habere ratum contractum locationis sui prædecessoris, præcipuè procedit, quando successio fit per extinctionem, & priuationem iurium locatoris, secus vero quando fit per iurium translationē, prout pulchrè considerat Iacob. Mandell. in cons. 108. nu. 1. cum quo concordant Cacher. in d. decis. 82. num. 3. Surd. in decis. 40. num. 10. Vinc. de Franch. in decis. 216. nu. 5. & Mastrill. in decis. 5. nu. 2.

30 Et hinc infert Mandell. in d. cons. 108. quod successor Prelati non tenetur habere ratam locationem factam à suo prædecessore, cum eius iura per mortem sint penitus extincta, cui opinioni inhæret Peregr. de fideicomm. art. 40. sub nu. 104. Fallit autem hæc conclusio, quando locatio à Prælato facta esset nomine Ecclesiæ, nam tunc successor tenetur eam habere ratam, quia Ecclesia nunquam moritur, vt benè animaduertit Soc. in cons. 32. nu. 9. & alij plenè relati per Aluar. Velasq. in decis. 40. per

31 tot. & Surd. in decis. 326. nu. 6. & 78. Limitatur etiam supradicta conclusio in translatione iurium necessaria, quæ fit ab habente plenum ius in re, iux. not. per Cacher. in d. dec. 82. nu. 6. Vnde redimens rem vigore pacti de retrouendendo, tenetur stare locationi factæ per eum, à quo rem reluit, vt plenè probat Rol. à Vall. in

cons.49.vol.2. post Bald.in l.1.in fi. C.de iur.
basta fiscal.lib.10. & alij relati per Mastrill.
32 in d.decis.5.nu.13. Ex eadem quoque regula
correlationis inter locatorem, & cõductorem
infertur, quòd sicut nouus emptor tenetur sta-
re colono, saltim pro eo anno, quo reperitur
per ipsum colonum facta impensa in seminãdo
terram conductam, iuxta plenè not. per eũdem
Sard.in decis.40.per tot. & in decis.52.nu.12.
& Borgn.Cauale.in decis.Piuiz.44.nu.23. in
1.par. Ita etiam conductor pro eo anno non
potest terram ipsam dimittere, sed tenetur in
affictu perseuerare, vt inquit Bal.in d.l.empto-
rem,nu.7. vers.sed pone colonus, C.locati, quẽ
refert idẽ Surd.in d.decis.52.nu.12.& Borgn.
33 in ead.decis.44.nu.24. Eiusdem quoque regulę
vis operatur quòd sicut conductor finito tem-
pore cogi non potest ad continuandam condu-
ctionem, l.inuitus, C. locat. ita etiam nec do-
minus inuitus cogi potest ad relocandũ, ad hoc
vt inter eos seruetur æqualitas, vt notat Vinc.
de Franch.in decis.406.nu.6. Vnde infertur,
quod etiam si dominus vult rem suam alteri lo-
care, & primus conductor offert iddem pretiũ,
arctanda non est domini libertas, quin de re sua
ad sui libitum disponat, non obstante prę1atio-
ne per primum conductorem petita, ex regula
tex.in l.ne cui, C. locati, & in l.conductores,
eod.tit. licet enim contrariũ suadere videatur
tex.in l.congruit, cum ibi not. per Luc.de Pen.
C.de locat.prad ciuil.lib.11. verius tamen est,
eius dispositionem restringi ad casum specialẽ
in pręd ijs fiscalibus, de quibus ille tex. specificè
loquitur, vt ex communi Doctorum sententia
affirmat Fab.de Anna in cons.77.nu.2. & seq.
prout inter alios in specie animaduertit Io. de
Plat.in eadem l.congruit, in cæteris verò con-
ductoribus priuatis tam vrbanorum, quàm ru-
sticorum prædiorũ indistinctè procedit regula
d. l. ne cui, quod nullo modo dominus inuitus
cogi potest ad relocandum primo conductori
offerenti iddem pretium, sed potest ad sui libi-
tum locare cui vult, vt bene probãt Io.Franc.
de Pon.in cons.23.nu.10. cum plur.seq. Vinc.
de Franch.in d.decis.406.& plenè Fab.de An-
na in d.cons 77.per totũ, qui bene respondent
omnibus contrarijs, & præcipuè not. per Afflict.
in decis.238. qui tenuit, in prædio rustico præ-
ferri antiquum conductorem, secus autem in
vrbano, & nouissimè hanc conclusionem ple-
nè cõfirmant Steph.Gratian. in 2.lib.discept.
forens.c.357.per tot. & Flamin.Chart.in de-
cis.97. An autem hęc conclusio procedat etiam
in conductore Ecclesiæ? Vinc.de Franch.in d.
decis.406.num.8. concludit, quòd sic, sed con-
trarium æquius esse affirmat idem Gratian.in
dicto cap.357. num.42. nam administratores
bonorum ecclesiasticorũ semper debent habe-
re pręoculis æquitatem, præsertim cùm Eccle
sia nullum damnum patiatur, quod primus cõ-
ductor præferatur secundo pro eodem pretio.
Animaduertendum autem est, quòd hæc con-
clusio procedit in casu, quo tempus primæ
locationis est elapsum, tunc enim libera est
domini potestas disponendi de re sua, & eam
alteri locare, non obstante, quod primus
conductor prætendat pro eodem, seu maiori
34 pretio præferri, & hoc est adeo verum, quod
etiam si primus conductor nollet exfractare,
allegando reconductionem, quam offert pro-
bare per testes, non debet audiri, sed omnino
cogitur exfractare, si reconductionem in prom-
ptu non probat per authenticam scripturam,
prout per Sacr. Consil. iudicatum fuisse refert
Vinc.de Franc.in decis.278. alioquin aperire-
tur via fraudibus, nã semper primus conductor
allegaret pactum nouæ locationis, & interim
nouus conductor remaneret sine habitatione,
vt bene considerant Bal. et Salyc.in d.l.ne cui,
in 2.not. C.locati. vnde cessante fraude, quan-
do reuera constat de noua locatione per testes
aduersario non contradicente receptos, huius-
modi probatio iam admissa non reijcitur, vt
idem de Frãch. fatetur in eadẽ decis.278.nu.7.
Et iddem est, quãdo antiquus conductor ante-
quam veniat tempus exfractationis, allegat no-
uam locationem, quam offert probare, nã tunc
non debet ei denegari terminus, & recipi eius
testes, prout bis per Sac.Cons. iudicatum fuisse
refert Regius Consiliarius Rouit. in comment.
35 super prag.1.de locat.sub nu.17. Sed si eadem
res reperiretur fortè à domino duobus locata,
tunc ille præferendus esset, cui prius fuit facta
locatio, etiam si secundus conductor rei locatæ
possessionem prius occupasset, nam dispositio
l.quoties, C.de rei vend. non habet locum in
contractu locationis, vt notabiliter affirmat
Sal.in eadem l.quoties, sub nu.32. qui dicit esse
casum quotidianũ, & non bene à Scribentibus
tactum, & licet contrariam opinionem strenuè
defendant Alex. in cons.122. lib.5. & Soc.in
cons.29.per tot.lib.4. quos refert Catell.Cott.
in memorab. in ver.locatio. & Couar.in 2.lib.
var.resol.cap.19.in fi.nu.8. Nihilominus rece-
dendum non puto ab opinione Sal. quam vti
magis communem, & melioribus rationibus
fundatam approbãt Natt.in cons.261.nu.10.
lib.2. Bursat.in cons.190.num.44.lib.2. plenè
Cephal.in cons.718.nu.35.& seq. lib.5. Ant.
Gam.in decis.130.per totam, & alij relati per
Marium Giurb. in decis.59. num.7. & 15.
Hinc fortè inferri potest, ꝙ singularis successor
tenetur manutenere officialẽ in possessione pro
eo anno, quo iã cœperat administrare cum cõ-
missione prioris domini, vt in indiuiduo affir-
mat Borg.Cauale.in generali repertorio suarũ
deci-

decisionum in ver. electio, & extractio, nu.13. & cum eadē opinione concordat *Capiblanc. in tract. de author. Baron. f.124. sub nu.57. et seq.* licet de ea dubitet *Horat. Viscon. in addit. ad Vinc. de Prāc. in dec.216. in verf. hāc decisionē.*
36 Eademq; ratione, sicut famulo ad annū conducto, si recedit infra tempus absque causa, non debetur salarium, si tantum damnum dominus sentit ex recessu, quantum commodum habuit ex seruitio, iuxta not. per *Bal. in d. l. ade, nu.8.* Ita etiam è contra, si famulus sine causa expellitur, debet habere integrum salarium, etiā pro tempore futuro, vt patet ex not. per *Cappell.*
37 *Tholos. in decis.268.* Notandum autem est ad hoc propositum, quòd si dominus iracundia motus, dicat famulo, Vade per viam tuam, hæc non est iusta causa recedendi ab eius seruitio, & non obstante hac licentia potest famulus cogi ad continuandum seruitium vigore pacti, vt notabiliter affirmat *Gramm. in constit. Regni,*
38 *eos, qui scienter, nu.18.* Item prætereundum non est, quòd famulo debetur salarium etiam tempore infirmitatis, cum non stet per eum quominus seruiat, ex regula *tex. in l. qui operas, ff. locati,* prout notat *glos. in l. arboribus, §. de illo, in verb. ægrotante, ff. de vsufruct.* sed hanc conclusionem non firmo, sed remitto me ad notata per *Laur. Siluan. in cons.28. nu.23. et Io. Vinc. Carroc. in d. tract. de locat. et conduct. in 1. par. sub tit. de famul. et pedisseq.*
39 *nu.23. cum plur. seq. fol.35.* An autem famulo debeatur salarium, etiam si constitutū ex pacto non sit? vide *Rot. Gen. in decis.115. per totam,* quæ plenè discusso articulo, concludit pro famulo, nam dignus est operarius mercede sua, *cap. quicunque, 12. q.2.* saltim vno ex duobus requisitis concurrente, scilicet, quòd famulus solitus sit operas locare, vel dominus pro simili ministerio alios conducere, nam censetur conduxisse pro mercede consueta. Alij verò dicūt, regulam esse negatiuam, quòd famulis, & pedissequis nullum debetur salarium, si ab initio conuentū non est, sed eis sufficit simplex victus, & vestitus, prout affirmant *Feder. de Sen. in cons.218. et seq. Alex. in cons.109. nu.2. vol.6. Natt. in cons.376. nu.4. lib.3.* & alij relati per *Gabr. in 2. lib. commun. concl. in tit. de procur. concl.5. nu.1.* præterquā si duo simul copulatiuè concurrant, quod famulus sit solitus operas locare, & Dominus conducere, vt ex magis communi Doctorum sententia refert *Paul. Granut. in theorem.12. nu.12. & Carroc. in tract. de locat. & conduc. in 1. par. sub tit. de famul. & pedisseq. q.10. fol. mihi 34.* Hinc est, quod cum regulariter scholares non sint soliti dare salarium eorum famulis, sed solum victum, & vestitū, ideo si famulus recedat a seruitio scholaris, nedum aliquid ab eo petere non potest ratione salarij, sed etiam possunt ei vestes donatæ, dum erat in eius seruitio, auferri, vt notabiliter inquit *Rebuff. in tract. de priuileg. scholar. priuil.167.* quem refert *Mart. in vot.99. in fi.* In casu vero quo salarium famulo debetur, notandum est, quod si famulus surripiat domino quantum sibi debetur pro salario, non tenetur pœna furti, vt notant *Gramm. in cons. crim.50. nu.5. & per totum,* & plenè *Cepol. in cōs. crim.26. per tot.* quod procedere in quolibet creditore, qui aliter ius suum consequi non potest, affirmāt *Hipp. in cons.58. nu.16. & seq. lib.1. & Io. Ant. de Nigr. in cap. reg. ad hoc, nu.106.* Imo, quod etiam in foro poli si publicentur monitoriæ sub pœna excommunicationis, non teneatur reuelare, ex multorum sententia refert *Basard. in addit. ad Iul. Clar. in §. fur-*
40 *tum, nu.87.* Sed an operarius qui locauit operam vnius diei, si fuit pluuia impeditus, debeat habere integram mercedem? Et quid si fuerit promissa merces prout soluebatur ab alijs? vide in vtroque casu *Natt. in cōs.229. lib.1.* & in hoc secundo casu vide etiam *Borgn. Caualc. in*
41 *decis. Piniz.26. nu.47. in 2. par.* Et quod officiali debeatur salarium pro tempore quo fuit absens cum licentia sui superioris, plenè probant *Fab. de Anna in cons.42. nu.25. & seq. & Marc. Ant. de Amat. in dec. Marchi. Anch.52. per tot.* Sed limitatur hæc conclusio, si tempore suæ absentiæ fuit alter deputatus loco ipsius in aliqua causa, ex qua aliquod debetur emolumentum, nam illud non debetur ipsi officiali absenti, sed illi qui laborauit, vt latè consuluit *Surd. in cons.42. per tot. lib.1.* Hinc est, quòd si officialis suspenditur ab officio, & postea restituitur de iustitia, non recuperat salarium, & emolumenta medij temporis, nam qui non laborat, non manducat, vt inquit *Bal. in rubr. C. de fruct. et lit. expen.* & in proprijs terminis ita iudicatum fuisse per Sacrum Consilium refert *Io. Vinc. de Anna in repet. c.1. de vassall. decrep. ætat. nu.222. & seq.* & ita etiam tenet *Garz. Mastrill. in comment. pragm. super generali indul. c.21. nu.70.* per tex. not. *in l. cum allegatis, C. de re milit. lib.12. & in l. penult. ff. eod.* hanc autem conclusionem intelligas iuxta ea, quæ notabiliter distinguendo nouissimè tradit *Io. Franc. de Ponte in cons.133. per tot. lib.2. & in decis.25. per tot.* An autem officialis suspensus ab officio propter delictum, debeat habere salarium pro eo tempore quo fuit toleratus? vide *Honded. in cons.82. vol.2.* De-
42 mum pro huius capituli complemento, postquam in *d. l. ade* non solum permittitur locatori recedere à locatione propter necessitatē vsus, sed etiam in tribus alijs casibus, scilicet quando res locata indiget refectione, item quādo conductor malè versatur in rē conducta, &

quando non soluit debitam pensionem, ideo
breuiter aliqua magis notabilia circa singula
43 hęc tria capita attingemus. Et quoad primum,
duo sunt notanda; quorum vnum est, quod si
domus locata indiget necessaria refectione, po
test inquilinus expelli, ad hoc vt domus reficia-
tur, & si renuat eam relaxare, cogi poterit per
interdictum vti possidetis, vt cauetur *in l. si
duo, §. cum inquilinus, ff. vti possidet.* vbi ita
not. *Bar. & Paul. de Castr.* & ratio est, nam im
pediens domum reficere, videtur domini pos-
sessionem turbare, vt inquit *Menoch. in tract.*
44 *de retin. poss. remed. 3. q. 29. num. 237.* Verum
postquam domus refecta est, debet inquilinus
ad pristinam conductionem reponi, vt inquit
Rom. in sing. 232. & Crem. in sing. 81. quos re-
fert idem *Menoch. in citato loco, nu. 238.* Sed
hæc conclusio non procedit è conuerso, nam si
inquilinus ob metum imminentis periculi à
domo conducta infra annum recessit, ea postea
refecta, cogi non debet ad eam iterum habi-
tandum, nec ad soluendam pensionem futuri
temporis, prout in casu contingenti optime
fundauit meus charissimus amicus Mutius Rec-
chus, cuius virtutibus, & eminenti doctrinæ
maximam obseruantiam profiteor, in allega-
tionibus manuscriptis, quas ponam in fine
45 huius capituli. Alterum verò notandum est,
quod expensæ necessariæ pro refectione, & re-
paratione rei conductæ pertinent ad locatorē,
*l. ex conducto, in princ. & l. si merces, §. si vice-
no, ff. locat.* Verum quia circa huiusmodi expē-
sas Doctores faciunt aliquas distinctiones, ideo
videas *Natt. in cons. 449. num. 9. & seq. lib. 2.*
plenè *Menoch. in cons. 64. nu. 17. & seq. lib. 1.*
Rol. à Vall. in cons. 83. per totum, lib. 4. & om-
nino *Borgn. Caualc. in decis. Finiz. 44. nu. 48.
cum plur. seq.* & præcipuè *nu. 57 in 1. par.* Se-
46 cundum caput, ex quo diximus conductorem
expelli posse, est quādo malè versatur in re con
ducta, idque probatur non solum in *d. l. ede, C.
locati,* sed etiam in *l. quaero, §. inter locatorem,
& in l. si merces, §. culpa, ff. eo.* & hoc duplici
modo consideratur, primo in prædio rustico, si
colonus incidit arbores fructiferas, iux. not. in
*l. in fraudem, §. fin. in fi. ff. de iur. fisc. Ruin. in
cons. 88. nu. 1. lib. 1. et in cons. 58. num. 3. vol. 3.*
& per alios quos refert *Addit. ad Bertaz. in*
47 *cons. crim. 423. lit. C. lib. 2.* Hęc enim est potis-
sima causa priuandi etiam emphyteotam iure
suo, vt ex communi Doctorum sententia affir-
mant *Iul. Clar. in §. emphyteosis, q. 26. Arius
Pinell. in 2. par. l. 1. C. de bon. mater. sub nu. 60.
vers. idem in emphyteota, Rol. à Vall. in cons.
49. nu. 14. lib. 1.* & alij quos plenè refert *Aurel.
Carbol. in tract. de caus. ex quib. emphit. priu.
sub tit. de causa priuation. ob rei deter. num. 2.*
48 Quæ conclusio non solum procedit in emphy-
teota Ecclesiæ, per *tex. in auth. qui rem, C. de
sacros. Eccl.* sed etiam in emphyteota priuati,
prout ex magis communi Doctorum opinione
testantur idem *Carbol. in citato loco, num. 4.
Ioseph Lud. in decis. Perus. 22. nu. 4.* & plenè
Barbos. in l. diuortio, §. si fundū, nu. 15. & seq.
49 *ff. sol. matr.* Arbores enim etiam vi ventorum
euulsæ, ad dominū fundi spectant, non ad con-
ductorem, iuxta not. per *Ioseph Lud. in decis.
Perus. 5. in 1. par. per tot. & Barbos. in d. §. si
fundum, nu. 21.* qui plenè explicat quomodo
hæc conclusio intelligenda sit, & eam triplici-
50 ter limitat, vt penes eū videri poterit. Verum
ad hoc vt colonus seu emphyteota propter de-
teriorationem expelli possit, tria copulatiuè
concurrere debent. Primum scilicet, quòd de-
terioratio sit magna, quòd quidem Iudicis arbi
trio relinquitur, vt plenè notant *Menoch. de
arbitr. iudic. lib. 2. cas. 78. nu. 7. & Tiraq. in l. si
vnquam, C. de reuocand. donat. in ver. omnia,*
51 *nu. 31.* Vnde expellendū eum non esse propter
incisionem trium arborum amigdalarum, prę-
sertim si erant vetustæ, & aliæ loco ipsarum
fuerunt plantatæ, latè probat *Rol. à Valle in*
52 *in cons. 49. nu. 20. & seq. lib. 2.* Sed hanc con-
clusionem aliqui limitāt, vt etiam ob modicam
deteriorationem emphyteota priuari debeat
iure suo, quando cum iuramento promisit vti
re emphyteotica arbitrio boni viri, & eam nō
deteriorare, sed meliorare, vt conatus fuit pro-
bare *Natt. in cons. 481. nu. 14. cum plur. seq.*
quem refert, & sequitur *Carbol. in eodem loco
supra citato, nu. 10. & seq.* Verùm de hac opi-
nione dubitat *Ioseph Lud. in d. decis. 22. nu. 19.*
affirmat tamen *num. 24.* quòd etiam ob modi-
cam deteriorationem conductor modici tem-
poris tenetur domino ad interesse, per *tex. in
l. si in lege, §. colonus, ff. locati,* & notata per
Ruin. in cons. 58. lib. 1. & quòd contra eum iu-
ratur in litem, ex not. per *Plot. in l. si quando,
nu. 190. C. vnde vi, post Alex. in cōs. 129. vol. 2.*
53 Secundum requisitum est, quòd deterioratio
tendat ad perpetuam fundi deuastationē, secus
verò si noceat solum quoad fructuū perceptio-
nem, vt animaduertit idem *Ioseph. Lud. in al-
legata decis. 22. num 22. Menoch. in d. cas. 78.
nu. 6.* & alij relati per *Addan. ad Bertaz. in d.
cons. 423. in lit. C. vers. ad hoc tamen, & Borg.
Caualc. in tract. de vsufr. mulie. relic. nu. 157.*
54 Tertium requisitū est, quòd deterioratio pro-
cedat ex dolo, vel saltim ex lata, vel leui culpa,
non autem ex leuissima, vt post alios refert *Ro-
land. à Vall. in d. cons. 49. nu. 22. lib. 2. et Borg.
Caualc. in decis 32. nu. 6. in 2. par.* Hinc est,
quod inquilinus tenetur ad refectionem dāni,
si incendium immittatur in domum conductā
ob culpam ipsius, etiam leuē, secus vero si pro-
cesserit ex leuissima culpa, vt ex cōmuni DD.
senten-

ſententia affirmat *Maſtar. de probat. in concl.* 893. *nu.* 8. ſed hoc intelligitur, quãdo leuiſſima culpa proceſſit in omittendo, ſecus vero ſi in committẽdo, vt refert idem *Maſcard. ibidem nu.* 4. Et in dubio præſumitur leuiſſima culpa in omittendo, de qua conductor non tenetur, vt pulchrè refert *Hier. Gabr. in conſ.* 159. *nu.* 2. *lib.* 1. plenè *Burſat. in conſ.* 59. *per tot. lib* 1. & pleniſſimè *Borgn. Cauale. in deciſ.* 36. *in* 5. *par. per tot. & Hier. Magon. in deciſ. Floren.* 111. *per tot.* Incendium verò dolo immiſſum grauiſſimè punitur, iuxta ea, quæ plenè refert *Petr. Caballl. in lib. reſol. crim. cap.* 22. *per tot.* Et hinc eſt, quod licet regulariter vtens re conducta vltra vſum deſtinatum teneatur pœna furti, ex regula tex. in *l. ſi vt certo. §. denique, ff. commodati, & in l. qui frumenta. ff. de furt.* cum alijs plenè cumulatis per *Couar. in* 3. *lib. var. reſol. cap.* 15. *nu.* 8. Hoc tamen fallit, quando abeſt dolus, vel culpa conductoris, vt puta ſi probabiliter credere potuit dominum eſſe permiſſurum, iux. not. per *Carroc. in tract. de locat. & conduc. in* 5. *par. in tit. de furto, num.* 2. *& ſeq.* Vnde ſi quis conducit equum, & eo vtitur vltra locum conuentum, cum conſenſu tamen famuli locatoris, ad aliquid nõ tenetur, etiam ſi poſtea famulus aufugiat cum equo, vt notabiliter affirmat *Hier. Magon. in deciſ. Floren.* 56. *per tot.* Qua ratione textor, qui telam texendam conduxit, ſi ea fuit furto ſubtracta, excuſatur, ſi ſuam diligentiam probat, nam de leuiſſima culpa non tenetur, vt plenè probat *Io. Bap. Laderch. in conſ.* 154. *per tot.* & idem eſt in creditore, cui fuit pignus furto ſubtractum, iuxta plenè cumulata per *Cephal. in conſ.* 640 *lib.* 5. Idemque eſt in officialibus annonæ, qui frumentum conſeruandum recipiunt, illudque furto ſubtractum reperitur, eos enim de leuiſſima culpa non teneri, plenè conſuluit *Honded. in conſ.* 90. *per tot. lib.* 2. *poſt Hiero.*
55 *Grat. in conſ.* 94. *& ſeq. lib.* 2. Vnde hæc pœna caducitatis, & expulſionis non procedit, quando colonus, vel emphyteota incideret arbores ad vſum deſtinatum, vel antiquas, & corruptas, & alias ſupplantaret, iuxta ea, quæ plenè refert *Carroc. in tracta. de locat. & conduc. in* 4. *par. ſub tit. de recuſat. in* 7. *quæſt. nu.* 20. *&* 24. *vſq;*
56 *ſeq. fol.* 191. *à ter.* Hoc autem intelligendum eſt, dummodo arbores ſubrogatæ in locum inciſarum durante iure excidentis creſcant in eadem qualitate, & bonitate, vt plenè refert
57 *Barboſ. in d. §. ſi fundum, nu.* 19. *&* 21. Quæ autem dicantur arbores cremiales, ideſt ad cremandum deſtinatæ? & quæ ſit ſylua cedua, & qualiter eius arbores excidi poſſint? optimè explicat idem *Barboſ. in eo. §. ſi fundum à nu.* 1. *cum plur. ſeq. & Arrius Pinell. in l.* 1. *C. de bon. mater. in* 2. *par. nu.* 59. Et an priuetur iure ſuo emphyteota, qui extirpauit oliuetum, & plantauit vineam? vide *Aluar. Velaſq. in con-*
58 *ſult.* 50. *per tot.* Secundo modo conductor male verſari poteſt in re conducta in prędio vrbano, vt puta ſi meretrices ducat ad domum conductam, in quo diſtinguendi ſunt aliqui caſus, quos conſiderat *Bald. & Saly. in d. l. ædẽ, C. locati,* quos refert *Menoch. in d. caſ.* 78. *nu.* 8. *&*
59 *ſeq.* ad quos me remitto. Sed ad hoc etiam eſt æquè priuilegiatus conductor; nã ſi taliter verſetur eius induſtria, & labor in re conducta, vt fundus ſterilis effectus ſit fructuoſus, tunc locatio ad tempus efficitur perpetua, & trãſit ad hęredes conductoris, vt notabiliter dixit *Bar. per illum tex. in l. quicunque, la ſeconda, C. de omni agro deſer. lib.* 11. quem refert cum mul-
60 tis alijs *Hypp. in ſing.* 550. Verùm quomodo hęc concluſio intelligenda ſit? plenè explicant *Io. Vinc. Honded. in conſ.* 85. *nu.* 2. *& nu.* 41. *& ſeq. & per tot. lib.* 1. & latè *Burſat in conſ.* 23. *nu.* 8. *lib.* 1. *& in conſ.* 330. *num.* 136. *& ſeq.*
61 *lib.* 3. Tertium caput, ex quo conductor expelli poteſt, eſt quãdo penſionem non ſoluit, vt probatur in eadem *l. æde, & in d. cap. propter ſterilitatem, §. fi.* Quo caſu eum poſſe etiam propria authoritate expelli ex multorum opinione affirmant *Carroc. in d. tit. de recuſat. q.* 14. *nu.* 16. *& ſeq.* & plenè *Gargiar. in patrocin.* 100. *per tot.* licet tutius ſit iudiciariam authoritatem implorari, vt patet ex not. per eundem *Carroc. ibid. nu.* 11. *& ſeq.* cum hoc etiam ſeruandum eſſe in caſu finitæ locationis referat *Burſat. in conſ.* 23. *in fi. lib.* 1. Idemque ſeruari quando inquilinus eſt abſens, & dominus vult domum ab eo derelictam ingredi, refert *Menoch. in tract. de recuper. poſſ. rem.* 5. *num.* 47. Et hanc quoque vrbaniorem viam eſſe, quando ex pacto licet propria authoritate poſſeſſionem ingredi, teſtatur idem *Menoch. in eodem tract. in* 8. *remed. nu.* 97. *& ſeq.* Nec ſine ſentẽtia declaratoria poſſe emphyteotam ob canonẽ non ſolutum expelli, ex magis communi Doctorum opinione teſtantur *Carbol. in tract. de iur. emphyt. in tit. de cauſ. priuat. ob deter. nu.* 18. *& ſeq.* & nouiſſimè *Don Garz. Maſtril. in*
62 *deciſ.* 193. *per tot.* Ad hoc autem, vt inquilinus ſit in mora ſoluendi, opus eſt ſcire in quo tempore anni obligatus ſit penſionem ſoluere? In quo articulo vera eſt reſolutio, quòd ſi adeſt expreſſa conuentio, vel regionis conſuetudo, illa eſt ſeruanda, quibus deficientibus facienda eſt ſolutio in fine anni, vt ex multorum Doctorũ authoritate reſoluit *Ant. Gomez. in* 2. *lib. var. reſol. cap.* 3. *nu.* 13. & idem affirmat Borgn. *Ca-*
63 *uale. in deciſ. Finiz.* 44. *nu.* 75. *in* 1. *par.* Colonus verò prædij ruſtici tenetur ſoluere poſt fructus perceptos, nam ruſtici raro pecuniam habent, niſi eam ex fructibus percipiant, vt inquit

Bal. in eadem l. ede, sub num. 1. vers. in colono
puto, vbi subdit vnum valdè notandum, quòd
potest dominus fructus secatos adhuc in fundo
existentes retinere loco pignorum, & prohibe-
re, ne illos colonus exportet, quam sententiam
sequitur quoque Ias. in l. item quia, nu. 17. ff.
64 de pact. Nam in his fructibus natis in proprio
fundo habet dominus hypothecam legalem, &
priuilegiatam, vt omnibus creditoribus ante-
rioribus conductoris præferatur, vt benè pro-
bat Peregr. in cons. 80. per tot. lib. 3. quæ con-
clusio est valdè notanda, nam contrarium post
multos tenet Borgn. Cauale. in decis. 27. nu. 23
in 2. par. quem refert Gasp. Thes. in q. foren. 29.
nu. 8. in fi. asserens Senatum Pedemontanum
congregatis classibus cõsueuisse mulierem pro
dote expressam hypothecam habentem esse lo-
catori præferendam super omnibus fructibus,
per tex. in l. assiduis, C. qui potior. in pign. hab.
quamuis circumscripto dotis priuilegio ipse
magis inclinare videatur in eam opinionem,
quòd dominus fundi præferatur anterioribus
creditoribus conductoris, saltim super fructi-
bus notabilibus, & hanc opinionem, quod dñs
fundi præferatur creditoribus anterioribus cõ-
ductoris super omnibus fructibus ex eodem
fundo peruentis, magis receptam esse asserit
Steph. Gratia. in 1. tom. disceptatio. forens. cap.
25. nu. 9. cum plur. seq qui hanc conclusionem
inquit procedere tam in fructibus naturalibus,
quam in industrialibus, dummodo tamen ex-
tent, alioquin si reperirentur alienati, non da-
retur huiusmodi prælatio super pretio, nam in
actione singulari pretium non succedit loco
rei, iux. not per Bar. in l. 1. de distract. pignor.
& in l. qui à debitore, in princ. ff. de his, quæ in
65 fraud. cred. Idem quoque prælationis priuile-
gium habet is, qui semen mutuauit super fructi-
bus ex eo peruentis, vt testatur Pract. Papien.
in forma libell. in act. hypothecar. in ver. sub
eadem obligatione, nu. 12. & Mantic. in tract.
de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 23. num.
66 11. Verùm si cõcurrit is, qui semen mutuauit,
cum domino fundi, tunc præferendum esse
eum, qui semen mutuauit cum speciali hypo-
theca, tenet Gasp. Thesaur. in d. quæstion. fo-
ren. 29. num. 9. & seq. Sed contrarium plu-
ribus concludit Anto. de Bellis Siculus in libr.
varior. tract. lib. 5. super pragm. vn. tit. 21. fol.
67 255. num. 8. & sequen. Is etiam qui vendit her-
bam pastoribus pro alimentis animalium ac-
quirit super eis hanc hypothecam priuilegia-
tam, vt alijs creditoribus anterioribus preferá-
tur, vt refert Borgnin. Cauale. in decisio. 44.
num. 47. in 1. par. & licet hanc conclusionem
non admittat Surd. in tract. de alimen. titu. 1.
quæst. 70. num. 10. eam tamen seruari in Du-
catu Mediolani de consuetudine approbata
testatur idem in titu. 8. priuileg. 62. nu. 19. Sed
eam quoque impugnat Stephan. Gratian. in d.
cap. 25. num. 22. & sequen. dicens, quod ad hoc
vt habeat locum huiusmodi priuilegium præ-
lationis, opus est, quod locatio pascuorum ex-
pressè facta sit in illam causam, secus vero esse
inquit, si pascua sint simpliciter locata, seu fenũ
venditum, & ita intelligi debere tex. in l. hu-
ius. ff. qui potio. in pign. hab. Hypotheca enim
cum priuilegio prælationis eatenus competit,
quatenus id quod fuit erogatum in necessariã
rei conseruationem non excedit eius necessita-
tem, & non vltra, l. fin. in fine principij. ff. de
exercitor. act. vt notat Neguz. de pignor. in 2.
memb. 5. par. num. 18. vers. quarto restringe.
Verum pro eo, quod fuit erogatum ob necessa-
riam rei conseruationem nedum datur pręla-
tio ex regu. tex. in l. interdum, cum ibi not. per
Doctor. ff. qui pot. in pignor. hab. Sed etiam re-
tentio eiusdem rei donec restituatur expensa
iux. not. per glos. & alios Doct. in l. si non sor-
tem, § si centum, ff. de cond. indeb. & plenè per
Surd. de alimen. titu. 8. in d. priuil. 62. per tot.
& Anton. Sola in antiq. constit. Sabaud. sub
titu. de captur. debitor. glo. 3. num. 6. Vnde
etiam carceratum retineri posse pro alimentis
ei erogatis à carcererio, tradit Guid. Pap. in de-
cis. 448. asserens opinionem Iacob. de Aret. qui
contrarium tenuerat, non seruari de consuetu-
dine, & idem refert Surd. in d. tit. 1. quæst. 71.
68 nu. 5. & Gratian. in d. cap. 25. num. 20. An au-
tem tacita hypoteca, quam habet dominus do-
mus pro pensione ipsius super bonis in eam in-
uectis, & illatis per inquilinum, iux. not. per
Ias. in §. item Seruiana, instit. de actio. & ple-
nè per Vrsill. in decisio. 184. per totam, & ple-
nissimè per Carroc. in d. tract. de locat. & con-
duc. in 5. par. sub titu. de inuectis, quæst. 1. cum
plur. seq. sit etiam priuilegiata quoad anterio-
res creditores, hunc articulum tetigit Bar. in l.
interdum, nu. 2. ff. qui potior. in pign. hab. &
distinguendo concludit, quòd aut domus loca-
tur ad habitandum tantum, & tunc licet res in
ea inuectæ sint tacitè hypothecatæ, tamen in
eis dominus domus non præfertur alijs credi-
toribus habentibus anteriorem hypothecam,
aut domus fuit locata ad conseruandum triti-
cum, aut ordeum, & similia, & tunc locator nõ
solum habet hypothecam super illis bonis, sed
etiam prælationis priuilegium, quoad omnes
anteriores creditores, quam distinctionem
pro notabili refert, & sequitur Ioseph Ludo-
uic. in decisio. Perus. 84. num. 4. & Carroc. in
d. titu. de inuect. quæst. 21. Sed quòd dominus
domus etiam si sit simpliciter locata ad habi-
tandum tantùm, pręferri debeat super bonis
in ea ab inquilino inuectis omnibus anteriori-
bus creditoribus, pluribus rationibus notabi-

liter

liter probat *Peregr. in d. conf.* 80. *nu.* 11. *& seq.*
69 *lib.* 3. ad quem me remitto. Posita autem pro vera prima opinione, quod in bonis inuectis in domum locatam ad habitandum tantum non detur prælatio anterioribus creditoribus, quæritur an locator vigore suæ hypothecæ saltim præferatur creditoribus, quibus fuit ius quæsitum ante tẽpus solutioni adiectum, pro cuius resolutione videri possunt notata per *Borgn. Caualc. in dec.* 27. *nu.* 27. *in* 2. *par.* Omittendũ autem non est ad hoc propositum vnum valdè notabile, quod adeo priuilegiata est hæc tacita hypotheca, quam habet dominus in bonis inuectis, & illatis in domũ locatam pro eius pensione, quod etiam si conductor esset Clericus, potest super eis fieri exequutio, vt mirabiliter affirmat *Rebuff. in* 1. *tom. sub tit. de liter. oblig. art.* 4. *glo.* 2. *nu.* 14. *& seq.* Et ab huiusmodi iure exequendi non excluduntur libri Doctorum, & scholariũ, quamuis regulariter super eis non possit fieri exequutio, vt affirmat idem *Rebuff. in eodem loco, nu.* 17. *& seq.* Et hæc tacita obligatio procedit etiam in bonis minorum, quãuis nulla præcesserit solemnitas, neque decretũ, nam hæc est obligatio legalis, & necessaria, ex qua minor læsus dici non potest, vt ex magis communi Doctorum sententia refert *Gratian. in d.* 1. *tom. disceptation. forens. c.* 27. *nu.* 44. *& seq.* An autẽ si alia bona non extant, fieri possit exequutio in subsidium in bobus aratorijs, & rusticalibus instrumẽtis? Duæ sunt opiniones, affirmatiuam tenet *gl. in l. exequutores, C. quæ res pign. oblig. poss. per tex. in l. stipendia, C. de exeq. rei iud. & in l. commodis, ff. de re iudic.* & cum eadem opinione concordant *Plot. in repet. l. si quando, C. vnde vi, num.* 712. *Petr. Duen. in reg.* 275. *in* 2. *limit. & Io. Bapt. Asin. in prax. iudiciar. §.* 31. *c.* 2. *limit.* 33. negatiuam verò opinionem, quod super huiusmodi bonis nullo modo possit fieri exequutio etiam in subsidiũ, tenent *Salyc. in d. l. exequutores, Neguf. de pignor. in* 3. *memb.* 2. *par. num.* 49. *Anna in sing.* 66. & plenè *Menoch. de arbit. iudic. lib.* 2. *cas.* 378. *nu.* 10. Et in hanc quoque opinionem inclinare videtur *Carroc. in tract. de locat. in* 5. *par. sub tit. de inuect. q.* 20. *num.* 10. In quo opinionum conflictu multis alijs pro vtraque parte relatis, articulũ indecisum reliquit *Mar. Giurb. in decis.* 40. licet *nu.* 15. magis approbare videatur hanc secundã opinionem, quæ sine dubio verior, & melioribus rationibus fundat.

70 Notandum quoque est in hac materia, quòd quando inquilinus non soluit pensionem, non solum expelli potest, sed etiam cogitur soluere pẽsionem decursam, per *tex. in l. colonus*, cum ibi not. per *Paul. de Cast. ff. locati.* Nam etiam emphyteota, qui cadit à iure suo ob canonem non solutum, tenetur etiam vltra amissionẽ rei soluere pensiones præteritas, vt plenè tradit *Petr. Beninten in decis. Bonon.* 37. *per totam.* An autem tertius possessor rei emphyteoticæ teneatur soluere canones, & laudemia præteriti temporis? vide *Mattrill. in dec.* 171. *per tot.* Et an incidat in pœnam, si nõ soluit canonem lite pendente super caducitate? vide *Surd. in decis.* 6. *per totam.* Et an si ex pacto habet potestatem affrancãdi in pecunia, dum ei obijcitur caducitas ob canonem non solutum, possit pretium offerre, & caducitatem euitare? vide *Annam in sing.* 392. *& Vinc. de Franch. in decis.* 267. *per totam.* Et an tertius pro suo interesse possit offerre canonem directo domino, non solutum per emphyteotam suũ debitorem? vide
71 *Mattrill. in decis.* 154. Præterea ad hoc propositum *Bal. in d. l. ade, & in l. seq.* mouet quæstionem, quòd dum supra cõclusum fuit, quòd vbi non adest consuetudo, vel pactum in contrarium, pensio solui debet in fine anni, quomodo practicari potest hæc conclusio, quod ob nõ solutam pẽsionem inquilinus expellatur infra tempus? Et pro resolutione ex mente eiusdem Bal. dici potest, tunc inquilinum infra tempus expelli posse ob pensionem non solutam, quando ex pacto, vel consuetudine ante finem anni esset facienda solutio, prout sentit etiã *Carroc. in d. q.* 14. *nu.* 1. Vel quando locatio esset facta per plures annos, & inquilinus defecisset à solutione in primo, vel secundo anno, nam tunc expelli posset, aliorum annorum decursu, quo du
72 rabat locatio, non expectato. Et demum pro huius capituli complemento animaduertendũ est, quòd locator, qui vult conductorem expellere ob pensionem nõ solutam, habet suam intentionem fundatam in instrumento locationis, & non habet onus probandi hanc negatiuam, quod conductor non soluit, sed opus probandi solutionem incumbit eam alleganti, vt in specie not. *Alex. in cons.* 131. *nu.* 2. *lib.* 4. *& in cons.* 105. *nu.* 1. *lib.* 1. quem refert *Gargiar.*
73 *in patrocin.* 100. *nu.* 3 *& seq.* Verùm si locatio continuata fuisset per multos annos, & conductor non posset in promptu demonstrare omnes solutiones præteritas, sufficeret ei saltem ostendere vltimas solutiones à tribus annis citra, nam ex ijs præsumeretur solutio omnium præteritarum pensionum, nisi per locatorem probaretur contrarium, vt singulariter cautum fuit in *l. quicunque, C. de apoch. publ. lib.* 10. quem text. valde commendat ibidem *Ioan. de Plat. & Ias. in l.* 2. *num.* 168. *C. de iure emphyte.* quos ad hoc propositum refert *Ant. Gomez in d. cap.* 3. *nu.* 13. *in fi.* & eandem l. pulchrè declarat *Crauett. in cons.* 313. *per totum*, eamque pro regula ponit *Petr. Duenn. in reg.* 54. & eam quoque pulchrè explicat, ac plures alios Doctores pro eius ornatu refert *Vinc.*

de

de Franch. in decis.137.per totam, plenissimè
Menoch.de præsumpt.lib.3.præsumpt.139.&
Mascard. de probat. in conclus.1326.per tot.
74 Multæ etiam sunt aliæ præsumptiones, ex
quibus arguitur solutio, quando non potest per
scripturas, aut alias liquidas probationes veri-
ficari, quas plenè refert Surd. in decis.105. per
totam, Menoch. de præsumpt.lib.3.præsumpt.
135. Mascard. de probat. in conclus.1324.nu.
26.& seq.Bertaz.in cons.ciu.118. Mugnoz de
Escobar in tract. de ratiocin. c.37.per totum,
& pulchrè Nauiz.in cons.57.nu.7.& seq. Et
aliquando præsumitur debiti remissio ex hot.
in l.Procula,ff.de probat. ad cuius intellectum,
& ornatum videnda sunt notata per, Menoch.
de arbitr.iudic.lib.2.cas.88.nu.16.& seq.Ma-
scard.de probat.in conclus.1377.num.101.&
seq.& Mugnoz de Escobar in d.c.37.nu.6.&
75 seq. Sed quid si adsit pactum in instrumento,
quod solutio non possit probari nisi per scri-
pturam? vide Vinc.de Franch.in decis.361.nu.
4.plenè Surd. in cons.54. lib.1. per totum, &
Thesaur.in decis.260.nu.5. cum ibidem addit.
76 per Gaspar.eius filium. Pone autem, quod ali-
quis conducat aliquos introitus pro certo pre-
tio, habito respectu ad librum, siue listam sibi
demonstratam, & postea reperiat non omnes
introitus esse veros, vel aliquos inexigibiles, an
possit pro ea rata pensionem retinere? Alex.
consuluit, quod non, in cons.242.incip.perspe-
ctis his, quæ in themate, vol.6. si tamen locator
expresse non asseruit omnia in libro contenta
esse vera, & exigibilia. Sed contra hanc opinio-
nem Alex. faciunt not. per glo. & Doct. in l.1.
§.editiones,ff.de eden. Fel.in c.cum venerabi-
lis,nu.33.de except.Suarez in alleg.27.& quæ
plenè tradit Arius Pinell.in repet.l.2.C.de re-
scind.vendit.in 3.par.c.2.nu.25. Et quia mul-
toties conductores ad finem retinendi pensio-
nem allegant eis fieri debere mercedis remis-
sionem propter superuenientem sterilitatem,
ideo breuiter aliqua tangam pro huius materię
77 ornatu, remissiue tantum. In quibus ergo casi-
bus conductoribus facienda sit mercedis remis-
sio? videas omnino Imol.in d. cap. propter ste-
rilitatem, de locat. nam omnes casus perfectè
distinguit, & eũ refert Petr.de Vbald. in tract.
de duob.fratr.in 11.par.principal.nu.115. qui
similiter hanc materiam vsque ad finem opti-
mè explicat, & vide etiam quæ plenè tradit
Aegid.Boss.in tit.de remiss.merced.nu.103.&
seq. Pract. Papiens. in for. libell. afficti præ-
stat.in ver. inuestiuit in perpetuum, num.14.
cum seq.Gozadin.in cons.74.per totum, & ple-
78 nè Bursat.in cons.11.lib.1. Qualis autem de-
beat esse sterilitas in fructibus, vt cõpetat mer-
cedis remissio? & pro quota parte? vide plenè
cumulata per Menoch.de arbitr.iud. lib.2.cas.
76.& seq. Carroc. in d.tract. de locat. & con-
duct.in 4.par.sub tit.de remis.merced.fol.180.
79 & Fab.de Anna in cõs.64.lib.1. Et an condu-
ctor teneatur denunciare domino sterilitatem
ad finem obtinendi remissionẽ mercedis? vide
80 Thesaur.in decis.108. Et an fiat remissio mer-
cedis, quando damnum contingit in fructibus
à solo separatis? vide Boss. in d. tit. de remiss.
merced.nu.90.& seq. plenè Siluan.in cons.11.
& 12. Fab.de Anna in d.cons.64.nu.12.& in
cons.seq.nu.1.& plenissimè Surd. in cons.34.
per totum, lib.1. Sed an agni lac sugentes com-
putentur inter fructus à solo separatos? plenè
explicat Fab. de Anna in cons.65. num.2. &
81 seq. lib.1. Et quid si fuit damnum illatum
ab inimicis locatoris? vide Gozad.in cons.27.
& Franc.Becc.in cons.233.nu.5.& seq. lib.2.
82 Et an mercedis remissio cõpetat etiam in con-
tractu censuali? vide in l.forma,ff.de censib.&
83 in l.si vno,ff.locati. Et quid in contractu em-
phyteotico? vide Alex.in cõs.112.nu.2.vol.1.
plenè Boss.in d.tit.de remiss.merced.num.114.
84 & Nat.in cons.49.per tot.lib.1. Et an propter
deuastationem maioris partis rei emphyteoti-
cæ liceat eam domino renũciare? vide Thesau.
in decis.20.per tot. & Surd.in cons.197.lib.2.
85 Et quid si res tractu tẽporis efficiatur iniqua?
86 vide eundem Thesaur.in decis.226. Et quid si
emphyteota soluat canonem immoderatum,
an possit petere quod reducatur ad iustam pen-
sionem? vide eundem Thesaur. in decis.120.
Et quia super hoc articulo editæ sunt doctissi-
mæ Allegationes V.I.D. Iosephi Pica Patricij,
ac primarij Aduocati Ciuitatis Aquilæ, Viri
quidem perspicacissimi ingenij, mihiq; ob pre-
claras animi sui dotes, & ob singulares eius vir-
tutes charissimi, ac amicitiæ fœdere coniun-
cti, ideo in fine huius capituli eas ad commu-
87 nem vtilitatem imprimi curabo. Et an mer-
cedis remissio competat in venditione vectiga-
lium? vide Boer.in decis.249.per totã, Boss.in
tit.de remiss.merced.publicanor.per tot. plenè
Bursat.in cons.309.lib.3. Mandos.in cons.89.
88 per tot.et Surd.in decis.326.nu.18. Et an con-
ductor molendini, qui fuit per aliquod tempus
molere impeditus, teneatur ad integram pen-
sionem? vide Boer.in decis.213.sub nu.17.&
89 seq. Et an in contractu venditionis, in quo fit
solutio annuatim, sit facienda remissio? vide
Soc.in cõs.88.sub nu.3.vers.si autem dicamus,
vol.1.& in cons.156.nu.3.vol.2. post Bart.in
q.4.nu.12. plenè Corn. in cons.38.vol.2.& in
cons.12.vol.4.& plenissimè Bursat.in cons.11.
90 per totum, lib.1. Et quid si fiat venditio alicu-
ius rei, habita fide de pretio, cum pacto, quòd
non transferatur dominium donec pretium
sit solutum, & interim emptor soluat annuam
pensionem, si medio tempore contingat nota-
bile

bile damnum in fructibus, vel in corpore rei, an venditor teneatur ad aliquam remissionem? dic quod non, vt notabiliter decidit *tex. in l. ficut, §. fin. cum l. seq. & ibi glo. & Doct. ff. locati, Alex. in conf. 121. vol. 5. Dec. in conf. 312. vers. tertio idem comprobatur, & Boss. in d.*
91 *tit. de remiss. merced. num.* 102. Et an si fit renunciatum casibus fortuitis, superueniente postea insolita sterilitate, sit facienda remissio? vide *Capyc. in decis. 88. nu. 1. Guid. Pap. in decis. 630. Affl. et Vrsill. in decis. 258.* plenè *Couarr. in lib. practicar. quæst. cap. 30. per totum, Crauet. in conf. 95. et 233.* pulchrè *Anchar. in conf. 402.* plenissimè *Arium Pinell. in d. l. 2. C. de rescin. vendit. in 1. par. c. 3. nu. 21. et seq. Iac. Macchell. in patrocin. 6. nu. 2.* & latè *Franc.*
92 *Becc. in conf. 82. per totum.* Et an factum Principis dicatur casus fortuitus, vel insolitus? vide *Ludou. Morot. in conf. 76. nu. 8.* & plenè *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 80. per totum.*
93 Et an propter sterilitatem sit facienda pensionis remissio in beneficijs ecclesiasticis? vide
94 *Natt. in conf. 86. lib. 1.* Et an si conductor promisit certam partem fructuum ex fundo conducto, & ex eo tantam quantitatem nō percepit, teneatur aliunde supplere, vel æstimationem soluere? vide *Borgn. Caualc. in decis. 26. in 5.*
95 *par. per totum.* Et quid si conductor impeditus fuit vti frui re cōducta ob nimiam locustarum voracitatē, an ei sit facienda mercedis remissio? vide omnino *Hier. Magon. in dec. Floren. 67.* qui concludit, quòd sic, & quod hic inter casus fortuitos connumerari debet, prout etiam plenè affirmat *Menoch. in tract. de recuper. poss. remed. 12. nu. 36. et seq.* Et licet huiusmodi animalia excommunicationis sententia percuti posse tradat *Cassan. in conf. 1. per totum*, qui ponit etiam ordinem, qui seruari debet in huiusmodi iudicio, nihilominus contra eum incubit plenè *Nauarr. in conf. 5. sub tit. de sent. excommunic. lib. 5.*

Finis Cap. Sexti.

ALLEGATIONES

V. I. D. Mutij Recchi, de quibus fuit facta mentio supra nu. 44. fol. 408.

IESVS, MARIA, IOSEPH.

Inquilinus, qui propter iustum metum migrauit, aliaque est locatione illigatus, pro solo tempore quo habitauit ad pensionem compellitur, pro residuo verò, (etiam refectione sequuta) non est molestandus, perlucidè declaratur.



Franciscus Tucca, & Mutius Recchus inquilini, cum propter iustum metum (decreto M. Cur. cōprobatum, qđ liceret exfractare) migrasent 30. Maij 615, eadēq; die alias domos conduxissent, fuerūt 18. Iunij conuenti ab Artemitia Gramatico, quòd redirent ad habitationem, stante refectione sequuta, quæritur an teneantur?

1 Quinque de causis pro actrice locationis cōtractum per casum fortuitum non esse resolutū præsumi potest, sed durare adeò, q̄ refectione sequuta cogātur inquilini redire, remissaq; pensione temporis impedimenti, pro residuo locationem persoluere.

Earum prima est, quia fideicommissum super domo erectum, exusta domo, remanet in area, *ff. de leg. 1. l. domos 61.* quemadmodum & legatum insulæ, *ff. eo. dicto, l. si grege 21. in fi.* in tantum, quod officinæ locatio per combustionem non extinguitur, nam refectione sequuta dicitur durare, vt dixit *Cephal. conf. 271. volum. 2.* Cum enim consistat domus ex area, parietibus, & tecto, quoties funditus non est extincta, sed sub eadē forma, & facie potest refici, toties eadem dicenda est, *ff. de iudic. l. proponebatur, in fi. ff. quib. mod. vsufruct. l. quid tamen, §. plane, cum similibus.*

Se-

Secunda, quia locatio adeò est emptioni, & venditioni proxima, vt ijsdem iuris regulis cõsistat, *ff. loca. l. 1. & 2.* sed domus venditæ ignorata combustio in parte, venditionis contractū non resoluit, sed interesse partis deficientis reficitur, *ff. de contrab. emp. l. domum emi*, ergo sic est dicendum in locatione, vt casus fortuitus eam non resoluat, sed omninò vel domus reficienda est, vt ea inquilinus fruatur, vel interesse incommodi resarciendum, quoniam habitatores non statim si paulo minus commodè aliqua parte cenaculi vterentur deductionē mercedis facere possunt, *vt ff. locat. l. habitatores in princ.*

Tertia, quia locatio, & conductio correlatiua sunt, æque ac locator, & conductor, correlatiuorum eadem est dispositio, *C. de indict. vid. toll. l. legem : ultam, glo. in C. de furt. l. si quis seruo, verf. corrumpi*, sed dominus domus qui pernecessaria refectione potest inquilinum expellere, *C. locati, l. a de*, compelli potest refectione sequuta habitationem restituere, *ff. uti possid. l. si duo, §. cum inquilinus, not. Roman. singul. 232. tu habes*, ergo idem dicendum est è contra.

Quarta, quia propter iustum timorem, pestem, & similia potest inquilinus migrare, *ff. locat. l. habitatores*, sed sicuti remota peste tenetur inquilinus rehabitare, & contractum continuare, prout per multa tenet *Ripa de priuil. contract. cau. pest. num. 18. & seq. & Couarr. pract. quæst. cap 30. num. 3.* easque nouiter sequutus est *Carrocc. in tract. locati, par. 4. de remiss. merced. q. 8. nu. 8. & 9.* ita etiam remoto timore, & periculo.

Quinto, quia quando dominus inquilinos habitare prohibuisset, adhuc ei iure fauendum esset, si intra paucos dies peteret, quod redirēt, cum nihil ex obligatione paucorum dierū mora minuat. *ff. locat. l. si in lege, §. colonus*, ibi *quod si paucis diebus*, vnde cum in casu nostro, exfractatio sit sequuta sub die 15. Iunij, in qua fuerunt consignatæ claues, vt fol. 10. & domus fuit oblata refecta 18. eiusdem, quis hoc legis auxilium actrici viduę, & filiorum grauatę numero denegabit?

Contrarium tamen esse iure verius non est dubitandum, inquilini enim, qui propter iustū metum migrarunt, (prout confitetur actor in casu nostro) pensionem soluere non tenentur, nisi pro præterito, & ad eum vsque diem, quo abierint, tametsi post discessum refectio proponatur. Quoniam locationis contractus. ab illo temporis momento, quo propter iustum metū migratur aperto iure, expressoque legis casu resoluitur. Nam interrogatus Iur. Conf. si quis timoris causa emigrasset, deberet mercedem, nec ne? respondit, si causa fuisset cur periculū timeret, quamuis periculum verè non fuisset, tamen non debere mercedem, *ff. locat. l. habitatores, §. iterum interrogatus*, si ergo de mercede preteriti temporis non erat dubitandum, necessariò sequitur, illud (non debere mercedem) intelligendum esse pro futuro, & sic post sequutum timorem, atq; ideo si per casum legis expressum post migrationem ex iusto timore, mercedem non deberi constitutum sit, quis negabit contractum non esse iam resolutum per casum fortuitum?

Idque est, quod alibi aptissimis verbis dicitur, si cum in annum habitationem quis conduxisset, pensionem residui temporis rectissimè Mela scribit, ex conducto actione repetiturum, *ff. locat. l. sed addes, §. si quis eū, & ibi Accurs. in verb. repetiturum*, subdit, nam si non dedissem agerem, vt liberarer, eamque legis, & Accursij sententiam retulit *Cacheran. decis. 98. num. 9.*

Idque Sum. Pont. his verbis alloquens sentiebat. Inuito inquilino reficere poteris, remissa sibi pro residuo temporis pēsione, *de locato. c. propter, §. verum.* Non igitur fit mercedis remissio pro solo tempore timoris, ad refectionē vsque neque durare dicenda est locatio, pensionis, cuius deductio ab ipso timoris, & impedimenti momento, fit pro residuo temporis, cum satis esse debeat exfractādi incommodum, propter timorem, quo inquilinus grauatur, qui sua quiete fruebatur, prout ponderauit *Speculator de loca. §. post quam, nu. 10.*

Idque sentiebat Iur. Conf. dum dicebat, ædibus exustis, eius temporis, quo ædificium stetit mercedem præstandam esse, *ff. locati, l. si quis domum, in fi.* non dixit, vel stabit, sequuta refectione, sed solummodò stetit. Item si vicino ædificante obscurentur lumina cænaculi, poterit inquilinus relinquere conductionem, *ff. locat. l. si merces, §. si vicino.* Nam si contractus impedimento remoto ligaret, non dixisset relinquere conductionem.

Idatq; ipsum est, quod DD. formalibus verbis declarauerunt, age mecum deprecor peritissime domine, Quarto casu principali, quando hoc contingit casu fortuito, aut iste casus contingit ex parte locatoris, aut rei locatæ, quod idem est, tunc fit mercedis remissio pro rata, ita *Bar. in l. si vno, §. cum quidam, nu. 4. ff. locati*, quam quidem ratam, sic declarauit, Quando inquilinus recedit de necessitate, tunc non tenetur soluere pensionem, nisi pro præterito tempore, *idem Bar. in l. 1. §. si pensio, ff. de migrando.*

Io. Andr. in d. c. propter, dixit, inquilinum ex causa migrantem nō teneri soluere nisi pro tempore, quo habitauit.

Eum sequitur *Hostien. in d. c. propter, nu. 8. Imol.*

Imol.ibid.nu.31. Zabarell. ibid. §. verum, in fine.

Butrius ibid. dixit, subsistente legitima causa posse inquilinum rem cōductam dimittere, dum tamen soluat pensionem pro rata temporis, qua in domo habitauit.

Pau.de Castro in l.si in lege, §.si domus, nu. 1. ff. locat. dixit, sufficere, quod soluat pro præterito tempore.

Alber.in d.l.1.§.si pensio, dixit, soluta pensione præteriti temporis pro rata.

Costa de ratione rata q.141. num. 8. dixit, non esse aliquo pacto dubitandum posse inquilinum propter bellum, pestem, & similia è domo locata impunè abire, soluendo tamen pensionem ad ratam, hoc est ad eum vsq; diem quo abierit.

Molin.de contract.lib.tract.2.disput.493.in princ.& nu.2.& 3. latis esse dixit conductorē deserere rem conductam ob iustum timorem, vt a solutione pensionis liberetur, esto non eueniat, quod iustè timebatur. Et num. 4. quærens in specie. An remoto periculo inquilinus teneatur continuare locationem. Concludit inquilinum si ex circunstantijs persuaderi possit, non debere cogi, non esse cogendū, circunstantias autem, vt non cogatur eas considerat, si nō expediat eum ad locationem redire, si longè migrauit, & similia, quoniam si à principio deductum fuisset in pactum, quod eo in euentu teneretur continuare contractum, vtique id non acceptaret, cum in contractibus sicut & alijs in rebus, non censetur id in vniuersali pactione comprehensum, quod si in particulari fuisset deductum in pactum, non acceptaretur, sic in casu nostro, inquilini nullam habuerunt culpam in casu fortuito, exfractauerunt preuio M.C ordine, quod liceret, statim alias domos locauerunt, propter quæ nihil iusti persuadet, vt continuare cogantur, duas enim locationes persoluerent, pœnamq; luerent sine culpa, vltra labores, & expensas passas in exfractando, quid ergo dubij esse poterit non esse cogendos redire, & continuare?

Quæ omnia a Molina adducta breui distinctione, & singulariter perstrinxit *Enriq. Bombie in d.c.propter, §.super eo, el quinto*, quem videndum rogo.

Non ideo in contrarium adducta subsistunt.

Non primum, quia area cum sit pars domus, & insulæ, *ff.solut. l.qui res, §.aream*, non est mirum si fideicommisso, & legato cedat, cum pars in toto sit, *ff.de reg. iu.l.in toto, 114. & l. in eo 111.* pars atque ipsa ex toto remansa, tametsi minima, videtur in legatarij, vel fideicōmissarij commodum cōiunctim, vel disiunctim contemplata cum toto, prout melius pro honoratis fiet, cum in legatis, & fideicommissis illa amplectenda sit coniectura, & interpretatio, nè sint inutilia, vt congerit *Menoch. de præsump.lib.4.præsump.106.nu.14.15.& 16.* At in locatione inquilinus totam domum coniunctim, & vnamquamq; ipsius partem, prout coniunctam toto, fuit cōtemplatus, alias enim non fuisset conducturus, cum quisque ante conductionem capacem eligit, & ad gustum domū, quæ in minimo si deficeret, impediretur conductio, vt omnibus docet experientia, exemplū habes in locatione, nam si vicino ædificante obscurentur lumina cænaculi, poterit inquilinus relinquere conductionem, *ff. locati, l. si merces, §. si vicino*. Ecce quod non solum quādo in conductione quidquam deficit, sed quando in minimo incommodatur, potest ab ea recedi. Item habes in emptione, nam si duos quis seruos vno pretio emerit, quorum alter ante traditionem est mortuus, neque in vno constat emptio, *ff.de contrahen.empt.l.si duos* 44. alias enim non fuisset empturus nisi duos coniunctim.

Item habes in quolibet contractu, nam quoties in contractū res pluribus in membris consistens deducitur, quæ non nisi integra nō deduceretur, toties parte deficiente (quia nonnisi totam habere expedit) contractus resoluitur, *ff.de ædil.edicto, l.cum eiusdem.* Inde propter morbosa mancipia, etiam non morbosa redhibentur, quando sine incommodo separari non possunt, *ff.eod.d.l.plerūnque*, quia dura diuisio euitanda est, *C.commun.vtr.iud.l.possessionū, ff.de fundo instr.l.quæsitum, §.vxores quoque eorum*, vbi latè *glo.verf.duram.* Quæ ergo subsistens in argumentum deduci potest ratio ab area remansa ex domo exusta, quæ etiam disiuncta videtur legata, ne reddatur actus inutilis, ad domum locatam, vt integram, non diuisam, vel incommodatam? nulla equidem.

Nec quod dixit *Cephal. d. conf.271.vol.2.* impugnat, cum generali illo elidi possent respōso. Incendium semper inhabitantium culpa præsumi euenire, *ff.de leg.1.l.si modo*, quod nō est in ruina, nisi probetur, vel dicas, & melius in d. consilio firmata non esse vera in iure, tum quia rationes ibi adductæ, vt perspicaci ingenio intuenti videbitur, non subsistunt, adeò quod ipse idem consulens, videns ab articuli veritate aberrare, ibidem in fine dicere non erubuit. Hoc non pono pro constanti, cum ex scribentibus, qui id exactè dixerit, viderim neminem. Tum etiam, quia licet domus exusta semper eadem respectu domini videatur, non tamen idem esse posset respectu conductoris, qui hasitare non posset.

Non obstat secundum, quia ijsdem consistit regulis locatio, & emptio, quando agitur de cōsensu, vt notatur in *d.l.2.ff.locati*, & ibi per glo.

glo. eum in cæteris longè differant, ex quo in venditione transfertur dominium, *ff. de act. empt. l. ex empto in princip.* quod in locatione non euenit, *ff. locati, l. non solet*. Inde videmus dominio translato siuè in totum, siuè in partem res pereat, durare etiam promissionis contractum super ipsa re celebratum, sed quando vtile tantum transfertur re perempta, perit obligatio in totum C. *de iu. emphyt. l. 1. instit. de locat. §. adeo*. Quod multo fortius esse debet vbi nullum transfertur dominium nec vtile, vt est in locatione, quia tunc re perempta, vel incommoda facta contractus resoluitur, vt supra probauimus.

Et quod dicitur ex *d. l. habitatores, in princ.* intelligitur quando dominus tignum ruptum vult reparare, vel rupta remouere, vt apponat sana, per quæ incommoditas, non periculum, & modica paucarumque horarum inquilinis resultat, non quando domus periculum minatur, aut imminēte periculo multis opus est diebus, vt reficiatur intra quæ tēpora inquilinus alia locatione illigatur, vt ibi aduertit glo.

Non tertium, quia correlatiuorum eadem est dispositio, vbi eadem militat ratio, non dispar, vt in casu nostro, tractat enim dominus de non amittendo pensionem, inquilinus de non amittendo vitam. Vel secundo, vt dominus, qui pro necessaria refectione inquilinū prohibuit habitare, possit cogi reponere, est in inquilini fauorem inductum, vt grauatus in vno, quod possit expelli, releuetur in alio, vt debeat reponi, *ff. de iur. iur. l. eum qui, in princ.* Et per hoc id non conuertitur, quia in fauorem inducta retorquerentur in odium, quod non conuenit, *C. de leg. l. quod fauore*, & proinde, neque lex, neq; DD. id conuerti dixerunt, quia si voluissent, dixissent, & non dictum pro ommisso est, *C. de caduc. toll. l. vnica*, vel tertio si vis dicere conuerti posse, necessariò dicere debes, dominū debuisse de hoc protestari tempore ex fractationis, vt dicitur *ff. vti possid. l. si duo, §. cū inquilinus, vbi glo. vers. dominum*, quam notandam dixit ibi *Bart.* quæ protestatio non concurrit in casu nostro. vel atquè idoneam domum refectione durante offerre, & assignare, quia tunc inquilini cogerentur recipere, *ff. locati, l. eum in plures, in princ. & ibi glo. vers. commodam*, quod nec concurrit, vel quarto non tenetur se inquilinus incommodare, nisi modica sit refectio, per quam habitatio nō impediatur, vt dixit Bar. *in d. §. cum inquilinus*, quod neq; concurrit, vt ex fide fol. 6. per quā ruina imminens apparet, & maxima indigere refectione.

Non quartum, quia si Ripæ rationes nō attendantur fundatæ sunt primo in regula, *l. sicut, C. de act. et oblig. et de reg. iur. in 6. quod semel*, vbi nemini licet aduersario inuito à contractu recedere. Secundo in *l. si fundus, ff. locati*, vbi (vt ipse dicit) impedito vti, frui, propter casum fortuitū non datur repetitio, nisi pro rata temporis, quo fuit impeditus, non pro rata totius temporis quo non est vsus, & sic si liceret à contractu discedere, totius temporis repetitio concederetur.

Sed miror æquidem Ripam virum doctissimum hac in re inuiti *regul. l. sicut, & c. quod semel*, in qua multæ sunt limitationes, inter quas duas solummodo magistrales in casu nostro referre libuit. Prima, vt non procedat ex causa nouiter superueniente, vt videmus in locatione. Inquilinus enim potest inuitus expelli, si noua reficiendi emergat necessitas, *C. locati, l. æde, cum ibi not. in glo. vers. necessariam, & de locato c. propter, §. verum*, ibi, *quæ tamē non imminebat locationis tempore*. Secunda, vt non procedat omnibus in casibus, in quibus à iure licentia recedendi datur, prout notant *glo. in d. c. quod semel, & c. propter, vers. imminebat*. Atque ideo propter iustum periculi metum competit inquilino interdictū de migrando, vt *d. l. habitatores, §. iterum*, cum quę de nouo emergunt, nouo reparentur auxilio, *ff. de in int. actio. l. de ætate, §. ex causa, & de elect. in 6. c. vt circa, §. alioquin*.

Rursus & secundo miror ad quid inducatur *d. l. si fundus*, cum neq; dicat, quod prætendit Ripa, neq; possibile est, quamuis geranone protrahatur, quoniam mercedis solutæ restitutio pro futuro, quam geminatis vicibus fieri dixit, ibi tex. apertè Ripæ intentionem excludit, existimantis, publicato fundo locato faciendam esse remissionem pro rata temporis impedimēti non totius temporis, ridicula interpretatio, quia si fiscus non tenetur stare locationi *d. l. si filius*, vbi comm. DD. & culpatus antea fundi dominus, si tenetur restituere, quod anticipatū pro futuro recepit, quod clarius locationē esse resolutam per culpam, & pro residuo tēporis?

Mirarer & tertio, de Couarr. quia falsā Ripę intentionem sequutus, suam exiccatam retulit opinionem non legibus, non doctrinis vallatā, nisi scirem nulla in lectura bona, errorē deesse, quemadmodum in mala quid amplectendum.

Et quis impugnabit Carroccio? qui tractatum locati edidit, bis reuisum, & ampliatum, & tamen in *d. q. 8. nu. 9. de remiss. merced. p. 3.* dixit formalia verba.

Declaratur secundo loco principalis cōclusio, vt procedat, & habeat locum durāte peste, vel bello, vel simili impedimēto, quibus cessantibus teneatur rehabitare, & pro eo tempore pensionem soluere, ita contra Ripam, & alios tenuit *Couarr. pract. quæst. c. 30. nu. 3.* reprehendens in hoc Ripam contrarium tenentem. O magne Deus, quam bene ea de re informatus

scripsit

ſcripſit Carroc. ſi Couarr. loco citato non reprehendit Ripam, ſed ſequitur, ſi Ripa opinionem firmat ab ipſo Carroccio relatam, & Couarr. ſequutam, non contra, eat nunc incautus, & nouus iudex, & iudicet, quod tenet Ripa, quod Couarr. ſcripſit, quod Carroccius retulit, ſuaq; confirmauit ſententia? Quam tuta eſſet inquilini iuſtitia doctorum varietate obfuſcata, tametſi expreſſo legis caſu ſuffulta?

Quid ergo mirum ſi communis opinio huic ſe ſubſcripſit ſententiæ, licere propter iuſtum ruinæ metum, bellum, peſtem, atq; id genus ſimilia, inquilino a conductione, & contractu recedere, vt firmauit *Boſſ. de remiſſ. merced. nu. 45. & 46. Mulin. de contract. diſput. 493. per tot. tract. 2. Bertachin. latè cumulans in ſuo repertorio, verſ. locatio, in princ.* ibi, *locatam domum poteſt conductor.* Periculum enim & peſtis vitanda ſunt æquè, ac ex inope factus diues, vel ex ignobili glorioſus, 88. *diſt. c. negotiatorem.* Contractus namque locationis, eo ipſo, quod quis ex iuſta cauſa migrauit, reſoluitur, vt nec quidquam pro futuro debeatur, ita in proprijs terminis reſolui dixit *Abb. in d. c. propter de locato nu.* 6. ſubdens ſingulariter eſſe notandum cōtra *l. ſicut, C. de actio. & oblig. Caccialup. in rep. l. diem functo, ff. de offic. aſſeſſ. q. 1, nu. 55. & 56. not. glo. in d. l. ſed addes. §. ſi quis cum, verſ. repetiturum, ff. locati*, nam ſi non dediſſem, agerem vt liberarer.

Non quintum, nam quando vera eſſet lectura conſignationis clauium, (quod negatur) neceſſario dicendum eſſet, domum non eſſe refectam, eſſeq; fruſtra propoſitum de redditu, cum per dici ſpatium refectio effici non potuiſſet, maximam enim iacturam paſſa cum eſſet, non minus 15. dierum numerus erat neceſſarius in refectione, prout expertorum retulit fides fol. 6. vel ſecundo vera lectura eſt inquilinos adijſſe M.C. 27. Maij pro decreto, quod liceret exfractare, ſtante imminente periculo fol. 1. De quo conſtito per iteratum D. Commiſs. acceſſum cum expertis, auditis partibus, prouiſum fuit in aula, quod liceret, ſub die 30. Maij fol. 7. ſub qua die cum exfractaſſent, vt conſtat per aſſertionem Recchi conuenti fol. 9. & actricis fol. 9. a terg. miſerunt claues dominæ domus, & recuſauit recipere. Reliquerūt illas alteri, eiuſdem dominæ aliarum domorum inquilino, vt daret, qui fuit foras eiectus, cum aſportaſſet, vt ex fide duorum teſtium fol. 62. & ſic à die 30. Maij, vſque 18. Iunij, nullo modo dici poſſunt pauci dies, cum pluralis loquutio duorum numero contenta ſit, *ff. de teſtib. l. vbi numerus, & duorum expreſſio dicitur pauca, ff. de preſcrip. verb. l. 1. §. ſed ne res exemplis.* Ideò in terminis *d. §. colonus* dierum paucorum numerū ad plus in duobus, vel tribus verificari dixit *Carroc. de locato par. 4. tit. de mora, nu. 23.*

Vel tertio, duo copulatiuè requiruntur, vt *d. §. colonus* locum ſuum obtineat, vnumque ſine altero non ſufficere, dixit idem *Carroc. d. par. 4. de euict. nu. 66.* Alterū, quod res ſit integra, ideſt alia locatione inquilinus non ſit illigatus, ſera enim eſt patientia fruendi, quæ offertur eo tempore, quo frui inquilinus alijs rebus illigatus non poteſt, vt dicitur in *d. §. colonus*, alterum, quod offeratur intra paucos dies, ibi, ꝙ ſi paucis diebus. Quæ quidem duo aperte ceſſant in caſu noſtro.

Alias namq; domos cōduxerāt inquilini cōuenti ſub die 30. Maij, in qua exfractauerūt, vt fol. 55. & 57. & dies 18. quæ prætererant vſq; 18. Iunij, in qua fuit oblata refecta, non ſunt pauci, & nec quidem ſi eſſent pro actrice facerent quicquā, ſtante quod non erat res integra.

Vel quarto, clauium non conſignatio (quādo id fuiſſet verum) non impedit quo minus inquilini, qui propter metum migrarunt, & cum decreto Iudicis petere ob id non poſſint mercedis remiſſionem, ſoluta penſione pro ſolo tempore præterito, eum vſq; diem, quo abierunt, ſed operatur ſolummodo; vt ſi fortè ob non conſignationem earum, & ignorantiam exfractationis aliquod paſſus eſſet intereſſe dominus domus, id poſſet repetere, vt per multa probauit *Ripa de priuileg. contract. cap. poſt, nu. 23. Boſſ. de remiſſ. merced. nu. 52.* Cæterum ſi actrix filiorum eſt prægrauata numero, atque vidua non eſt eius in iudicio miſerendum, ita vt aliorum iuſtitia deferatur. Cum lex viduis tunc ſuccurrendum dicat, cum defendūtur, nō cum calumniantur, *ff. de reg. iur. l. in eo*, 111.

Concludendo igitur ex prædictis vera, indubitabilis, & abſoluta elicienda eſt regula iure ſcripto, propter iuſtum periculi metum poſſe inquilinum migrare, nec vltra mercedem temporis quo habitauit adſtringi, adeò ꝙ tametſi domus reficiatur, nulla aduerſus eum inferri poterit pro reſiduo temporis controuerſia, niſi exfractationis tempore alia æquè idonea oblata ſit. Equitate verò ſectata, ſi quid ſine inquilini damno redire remoto periculo, & continuare contractum, ſuadeat, fortè ſecus iudicari poſſet. Alioquin ſi in minimo ex continuatione læderetur, proculdubio non eſſe cogendum redire arbitror, ſaluo ſemper rectius ſentientis iudicio.

Mutius Recchus.

ALLEGATIONES
V. I. D. IOSEPHI PICA PATRITII AQVILANI, de quibus fuit facta mentio supra num. 86. fol. 412.



Dominus Hieronymus Iosephi Pica pro se, suisq; hæredibus, & successoribus ad tertiam generationem masculinam conduxit à Reuerendiss. Abbate Cœlestinorum, & à nõnullis RR. Monacis eiusdem Religionis molendinum Sanctę Mariæ Collismadij de Aquila existentem in territorio eiusdem Ciuitatis pro annua responsione, & affictu salmarum 40. frumenti, & sub nonnullis alijs infrascriptis assertis pactis emphyteoticis, publico instrumento mediante, Aquilæ celebrato sub die 11. Augusti 1606.

Et quia in præfata conductione Apostolicus desiderabatur Assensus, eoq; impetrato, ac presentato coram DD. Commissarijs inibi per Suam Sanctitatem electis, ac deputatis, probatoque etiam coram eisdem hanc locationem esse in maximam, & euidentissimam Monasterij vtilitatem, fuit ipsi conductori molendini, de quo agitur, possessio consignata.

Sed eo sic possidente, cum animaduerteret se esse in eadẽ conductione quam maximè lęsum, tum ob magnam pensionem, non solum fructibus adæquatam, sed vltra dimidiam excedẽtem etiam alias consuetas pensiones pro tempore, ac pro eodemmet affictu annuatim ab antiquis, & modernis conductoribus dicto Monasterio solutas, tum etiam propter iniustitiã infrascriptorum pactorum in instrumento cõtentorum. Cupiens se à tanto onere eximere, & propter allegatam læsionem, vel rescindere in totum hãc locationem, vel saltem aliquam remissionem partis pensionis obtinere, cum prædictorum pactorum moderatione, habendo recursum ad Reuerendiss. Abbatem, à quo licet aliquam tunc minimam remissionis pensionis partem obtinuit, nihilominus maxima apud eum spes remansit, quod in futuro à Reuerendissimo etiam Capitulo taliter ipsius indemnitati esset consulendum, vt nullus læsionis, nec grauaminis locus sibi remaneret pro conductione prædicta.

Quo animo iterum adeundo Reuerendiss. Abbatem, & Capitulum, ex ipsorum rescripto causa ista fuit admodum RR. Patribus Diffinitori primo, & Abbati Sãcti Benedicti de Nursia in solidũ cõmissa, vt ab eis cum voto V. I. D. Iosephi de Rusticis cognosceretur, & iudicaretur, eaq; cum taliter introducta reperiatur coram prædictis religiosissimis Patribus, cumq; ipsa iudicanda sit a Viro vndequaque doctissimo, ac sapientissimo, apud quem cum vix sit dare casum in iure, in quo prudentissimè non consuluerit, aut sanctissimè non iudicauerit, superuacaneum videtur circa infrascriptas de iure proponendas elaborare quæstiones, sed vt cui plurimum debeo morem geram, hanc operam meam, qualiscunque ea sit, denegare non possum, licet non admodum necessariam.

Ex relata igitur facti specie colligitur D. Hieronymum conductorem prædicti molendini prætendere se esse in hac conductione valde, & vltra dimidiam consuetæ pensionis læsum, & cùm læsio ipsa ex scripturis, ac processu reproducto satis iustificetur, prætendit etiam vel in totum dictam conductionem rescindere, vel saltim aliquam partem remissionis pensionis obtinere, nec non pacta infrascripta in instrumento dictæ conductionis contenta, quę etiam iniusta videntur, ex eodem capite læsionis moderari facere, implorando, ac petendo ad talem effectum auxilium, & remedium *l. 2. de rescind. vend.* Et quia ex aduerso prætenditur dictum conductorẽ non posse in casu nostro implorare tale auxilium, nec sibi vllo modo dictum remedium *l. 2. de rescind. vendit.* competere ex contractu istius conductionis, quæ dicitur facta in emphyteusim ad tertiam generationem, non inutile, sed necessarium primo loco videtur inuestigare, & cognoscere quis cõtractus sit verè inter Monasterium, & Dominũ Conductorem celebratus, cum multifariam sint contractus, ac diuersæ naturæ diuersus sit etiam effectus, & iddẽ non sit inter eos coniugium, vt sunt verba *Bald. in rubr. C. de iur. emphyt.* Atque etiam successiuè videndum erit an stante allegata, & probata læsione ex depositione omnium testiũ ad instãtiam ipsius Monasterij examinatorum in processu reproducto, & ex scripturis in eodem contractu, locum habeat remedium *d. l. 2.*

Sed adhærendo in primis inuestituræ contentæ in instrumento prædicto, ex verbis in ea descriptis, videlicet, quod dicti multum RR. Monaci spontè dederunt, concesserunt in emphyteusim, & sub pactis emphyteoticis molendinum,

dinum, de quo agitur dicto D. Conductori, videtur dicendum, quod contractus ſit emphyteoticus, quia verba contrahentium denominant contractum ipſum fore emphyteoticum, quibus verbis in dubio eſt ſtandum, *l. qui fundum, §. fundi, ff. de contrahen. empt. Bar. in l. qui cotem, §. maximos, ff. de public. Paul. de Caſtr. conſ. 127. per l. ſi quis ita ſtipulatus ſit Stichum, ff. de verb. oblig. l. fideiuſſores magiſtratuum, ff. de fideiuſſ.* nullū enim eſt maius mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, *Bald. in c. 1. de teſtib.* quia ex loquela hominis animus iudicatur, ibi *Bald. in l. vt in epiſtola, col. 2. verſ. modo quæro, Rol. à Vall. in conſ. 96. vol. 1. nu. 1.* tenor enim inueſtituræ vim contractus oſtendit, *Dec. in conſ. 614. nu. 3. incipit in cauſa,* & apparentia facit præſumi diſpoſitionem prout in prima facie ſeſe offert, *l. item apud Labeonem, §. ſi quis Virgilium, ff. de iniur.* latè *Dec. in l. fin. C. de edic. diu. Andr. tollen. & in 5. notabil.* quia talis præſumitur contractus qualis in ſua prima figura apparet, *l. 1. C. ſi quis alt. vel ſibi, l. ad probationem, la 1. C. de probat. l. ſæpimus, C. de fideiuſſ.* & idem *Bald. in alleg. rubr. C. de iur. emphyt.* dicit contractum eſſe emphyteoticum quando dicitur, quod datur in emphyteuſim, & ita habetur in inueſtitura, & ſtante hac concluſione, ſequitur etiam concluſio contra D. Conductorem inueſtitum, allegatam, & probatam læſionem pro ſua intentione non militare, cum remedium dictæ l. 2. regulariter in contractu verè emphyteotico locum non habeat, ſecundum *Specul. in §. nunc dicendum, verſ. quid de conceſſione in emphyteuſim,* & alios.

Sed præmiſſis, & alijs quibuſcumque non obſtantibus, contrarium audacter teneo, & veriſſimum defendo; Vtque res clarior reddatur, illud in primis aduerto, quod communiter à maiori parte de hac re ſcribentium notatur illum eſſe verè, & propriè contractum emphyteoticum, in quo ſoluitur quid minimum pro recognitione directi dominij, & hanc eſſe propriam ipſius formā, & in hoc omnes frequentiſſimo calculo conſentire teſtatur Clar. *in §. emphyteuſis, verſ. aduerte,* referendo *Natt. in conſ. 49. poſt nu. 7.* Si verò præſtetur magna penſio pro vſu rei, quę ſcilicet fructibus correſpondeat, vel quaſi, vel præſtetur aliqua pars fructuum, debet potius iudicari locatio, quam emphyteuſis, & quod quando penſio, quæ præſtatur correſpondet fructibus, debeat de tali contractu iudicari tanquam de locatione, potius quam de emphyteotica conceſſione, refert idem Clar. in loco ſupra citato concludere communiter Scribentes ex doctrina *Cagnol. in l. 2. num. 202. C. de reſcind. vend.* quo in loco idem *Cagnol. & in verſ. ſecundus caſus eſt,* cum eadem relata communi diſtinctione pertranſiens dicit, ſecundus caſus eſt reſpectu vtilis dominij in emphyteota ſoluente magnam penſionem in recompenſatione fructuum ex re emphyteotica percipiendorum, & ſic ſibi pēſio fructibus correſpondeat, & tunc cōtractus ſimilis eſt locationi, & eadem æquitate regulatur, *§. adeo, inſtit. de locat. & conduct.* imo potius locatio dicitur, quàm emphyteoſis per id, quod eleganter in ſimili dicit *Bald. in cap. ſi cautio, in ſi. de fid. inſtr.* de feudo conceſſo pro magno cenſu annuo, quod potius locationis, quam feudi naturam habeat, quia magis pacta in inſtrumento appoſita, quam verba, ſeu nomina attendi debent, *l. inſulam, ff. de præſcript. verb. Bart. in d. l. cotem ferro, §. fin. de publican.* & in terminis, quòd talis contractus potius locationem, quàm emphyteoſim reſpiciat, eaq; lege iudicādus ſit concludunt communiter Scribentes, *Dec. in auth. qui rem, in princ. C. de ſacroſ. eccl. Parpalia in repet. l. placet, col. 21. d. tit. C. de ſacroſanct. eccleſ. Curt. in tract. feud. fol. 6. & in 1. requiſito, Brun. Aſtenſis in tract. exclud. fœmin. ſtantibus agnatis, fol. 40. col. 2. Moderni in repet. l. Gallus, & §. quidā rectè, col. pen. ff. de liber. & poſth. Aquenſ. in l. interdum, §. quod ex naufragio, ff. de acq. poſſ.* quos omnes citat, & refert idem allegatus Cagnol. in ſupra citato loco, & alij DD. cōmuniter in *l. 1. & 2. C. de iur. emph.* Iddem tenet *Io. And. ad Spec. de emphyteuſ. §. 6. verſ. 4. tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum,* & communiter etiam *DD. in cap. potuit, de locat. Alex. de Neuo conſ. 30. nu. 1. Menoch. conſ. 372. nu. 7. conſ. 444. nu. 34. Becc. conſ. 35. num. 2.*

Et vltra prædictos relatos, quòd non ſit vera emphyteoſis, cùm ſoluitur penſio magna, non autem canon exiguus pro recognitione directi dominij, ſed potius locatio, & iudicetur vti de locatione ad longum tempus, eādemq; ſententiam tenent, & confirmant *Caſſan. in conſuet. Burgund. in tit. de cenſib. verſic. & le dex ans paſſeſſes, num. 8. poſt Iaſ. in l. 2. col. 2. nu. 351. C. de iur. emphyt. gloſ. in l. 1. C. de ſuperfic.* vbi *Bart. nu. 3. Iaſ. in d. l. 1. nu. 35. Aretin. conſ. 55. nu. 4. Alex. conſ. 112. Barbat. conſ. 24. num. 36. lib. 2.* vbi dicit, ſe ita pluries conſuluiſſe *Ruin. conſ. 50. num. 4. & in conſ. 7. lib. 1. Bald. in c. 2. num. 3. de dilat. Corſet. in ſing. incipit contrahens, Franc. Becc. conſ. 3 nu. 23. Cephal. conſ. 9. nu. 12. lib. 1. Theſaur. in deciſ. Pedem. deciſ. 20. nu. 5.* & idem *in deciſ. 120. ſub nu. 2.* ex mente *Cagnol. in d. l. 2. nu. 203. Alciat. in l. 2. §. nam ſi aliud, ff. ſi cer. pet.* poſt Rom. & Picum, quos omnes relatos citat, & ſequitur idem *Theſaur.* concludēdo *in ſi. deciſ. 20.* quod ſi iudicatur vti de locatione fiet remiſſione emphyteotæ, & liberabitur à ſolutione canonis, vt in cōductore

omnes concludere testatur idem, & in his terminis *Alex.in d.cons.112.Neuiz.cons.92.nu. 12.& 51.Aret.d.cons.55.& in cons.110.col.2. Bolognet.cons.49.col.3.vers.nihilominus, Gozad.cons.83.col.3.vers praeterea, Rol.a Vall. d.cons.96.nu.26.Bellon.cons.21.nu.10.Surd. decis.198.num.1.Cott.in suis memorabilib.in verb.emphyteota, Dec.cons.161.lib.1. Gozad. cons.43.col.2. Rom.in l.interdum,§.fin.de acq. poss.Ruin.cons.127.lib.1.Gozad.cōs.43.vol.2. Bartholom.Perret.in comment.extrauag.ambitiosae, de reb.eccl.nō alien.c.4. de differ.inter locat.ad longū tempus,& emphyteusim, nu.9. Fab. de Mont. in tract. de emptio. & vendit. 8.quaest. princip. quando liceat ab empt. discedere,nu.14.Ant.de Burgos in repet.cap.ad nostram,de empt.& vend.num.51.*& praedictam communem DD. sententiam confirmat religiosissimus *D. Franciscus Viuius in suis aureis decision.Regni Neapolitani,in decis.500. par.3.sub nu.2.* quod vbicunque emphyteota soluit pensionem correspondentem fructibus non quid minimum in recognitionem directi dominij, quod non solum non teneatur reficere rem dirutam,sed quod eidem sit facienda remissio, & hoc quia communem affirmat esse etiam DD. sententiam, quòd quando soluitur in contractu emphyteotico pensio magna, vt supra,quod tunc contractus emphyteoticus iudicetur, veluti contractus locationis, vt tradit etiam *Riminald.sen.cons.45.nu.14.& 17.* per eum relatus in eadem *decis.sub nu.3. Caesar de Mament.in tract.de iur.cōtract.liuell.pecun. constituti,& creati.*

Ex quibus sic praemissis,& retentis supradictis terminis cum D.Conductor salmas 40.frumenti annuatim monasterio soluere teneatur in recompensationē fructuum molendini, pretium quarum, vt omnes testes in dicto processu reproducto deponunt, ascendit ad ducatos 70 auri de camera,& sic cum magna pensio,& non canon exiguus praestetur, dicendum erit instrumentum locationis ad longum tempus, & non emphyteoticum fuisse, & esse inter D. Conductorem, & Monasterium celebratum, quae locatio ad longum tempus est verè,& proprie locatio, vt est *tex.in l.viam virtutis,C.locat. Bald.in l.certi iuris,C.eod.tit. Aret.d.cōs. 55.in princ. Ruin.in eod cons.161.nu.22.& in cons.118.vol 4.* Quo praesupposito instrumentum locationis fuisse, & esse celebratum inter Reuerēdum Monasterium, & D.Conductorē, non autem emphyteoticum, cum magis locationis, quam emphyteosis naturā respiciat, & cum eadem equitate reguletur,non est dare bonam rationem, cur in eodem contractu nostro non vendicet etiam sibi locum praedicta *l.2. de rescind.vendit.* etiam in secreto conscientiae,

prout ita etiam concludit *Cagnol. in loc.citat. post dictum vers. secundus casus est,* ex mente *Bald. Salyc. Paul. Abb. & Imol.* quia clarum est apud omnes *d. l.2.* locum habere in omnibus bonaefidei contractibus, vt notant *Bart. in ead. l.2. col.1. vers. quid in alijs contractibus, Bal.col.2.in 7.opposit.vers.tertio quaero, Angel.cons.21.vers.in eodem glos. ibidem Paul. de Castr.col.penul.3.q.& Salyc. col.3.vers.quarto quaero, Corn. cons.240. vol.4. Ias. in l. de quibus,nu.29.* vbi dicit communem opinionē *ff. de legib. & in l.si quis cum aliter de verb. oblig. Gozad.in.cons.44.col.fin. Guid. Pap. in sing.736.Gabr. conclus.1.de empt. & vendit. num.19. ampliat.6. fol.mihi 319.* prout etiam clarum est eandem *l.2.* locum habere in locatione, & conductione ipsa, quae & bonae fidei est,& emptioni vicina, *l.2.ff. locat. quod not. glos. in l.si ea pecunia, C.de vsur. glos. in l.si olei,C. locat. Roman. cons.433.dicens ibidem, nu.1.* tunc aestimandam esse laesionem attenta consueta mercede, an minus dimidia res locatur,vel vltra dimidiam conducatur, ita *Arius Pinell.in eod.l.2.de rescind.vendit. 1.par. lib. 2.nu.17.* qui etiam cum relatis concludit dictā *l.2.* locum habere in locatione,& idem sentiūt *Cyn.in l.legem,C.locat.Specul.in tit.de empt. & vend.in §.ergo nunc dicendum restat, vers. sed nunquid, d. l.glos in l. in venditione in verb etiam si minoris,ff.de bonis auct.iud.poss. bonus tex. in l.item si in pretio, §.fin. cū l.seq. ff.loc. & in l.1.§.si quis in fraud.patron. Bald. in ead. l.2. col.4. vers. tertio quaero, & ibidem Salyc.col.3.vers.tertio quaero, Paul.de Castr. col.pen.in d.3.q. Angel.in l.maioribus,C.commun.vtriusq.iud. Bald.in c. cum causa, de test. in fi. Anton. de Butr. in c. cum dilecti, & ibidē Imol.col.pen. & Barbat.circa fin. de empt. & vendit. & in c. cum causa, col.4. eodem tit. Cepoll.in tract.de simul. contract.col.3. Corn. cōs.185.col.3. Alex.in alleg.cons.112. col.pen. col.1.Dec.in cōns.583. Gabr. in alleg.conclus. 1.de empt. & vendit.nu.3. ampliat.12.d.fol. 319.* qui omnes vnanimiter tenēt *d.l.2.* locum habere in omnibus bonaefidei contractibus, vt in locatione praedicta, quae ex supradictis constat eam bonaefidei esse,& relatus *Pinel.in ead. l.2.num.118.& in vers.ego verò,* testatur se in proposito nostro,& in instrumento locationis obtinuisse coram grauissimis Senatoribus pro plebeio quodam contra virum nobilem,& petentem in fortioribus terminis etiam post finitam locationem locum habere hanc *l.2.* dicens, saepius contingere conductorem finito tempore contractus,agere ad repetendum quod dederat vltra iustam pensionem,probando se lesum vltra dimidiam iustae mercedis, prout etiam D.Conductor noster ex beneficio eiusdem *l.2.*

quae

quæ locum habet in contractu, de quo agitur, obtinere debet, ſtante allegata, & probata læſione in ſuis veris, & proprijs terminis ex depoſitione omnium dictorum teſtium in eodē proceſſu reproducto examinatorum, ac deponentium molēdinum fuiſſe, & eſſe vltra dimidiam iuſtæ, ac conſuetæ penſionis conductum, & omnino eſſe illi conſulendum, vel in ipſius cōductionis reſciſſione, vel ſaltem in diminutione partis canonis, & moderatione infraſcriptorū pactorum, videlicet tertij, quarti, ſexti, ſeptimi, & noni, ex quorum lectura, quia ipſorum iniuſtitia, ac enormiſſima D. Conductoris læſio demonſtratur, & incompetentia in hoc contractu omnino etiam ad illorum moderationem, & canonis retractationem deueniendum erit, præſertim quia in contrarium adducta D. Conductoris iuſtitiam nullo modo perturbant, & primo.

Non obſtat primum fundamentum in principio adductum, contractum de quo agitur ex verbis in inueſtitura deſcriptis apparere, & eſſe cōtractum emphyteoticum, cùm in dubio ipſis verbis ſit ſtandum ex iuribus ibidem allegatis, quia huic fundamēto reſpondetur, quòd licet verba ſonent contractum emphyteoticū, tamen hic non eſt verè, & propriè contractus emphyteoticus; Ad iudicandum enim qualitatem contractus, non ſonus verborum, ſed effectus rei inſpicitur, cùm verba potius deſetuiāt naturæ contractus, quàm natura verbis, *Bald. in l.2. verſ. ſed iuxta hoc quæro, C. commodat.* per *tex. in l. ſi inſulā, de præſcripc. verb. Alex. conſ.40. nu.13. vol.4. verſ. pro hoc facit*, vbi inquit, quòd licet contrahentes contractus locationis, vel donationis appellent contractū venditionis, & emptionis, non tamen eſt contractus emptionis, & venditionis, per *d. l. ſi inſulam*, quod iddem tenet etiam *Ruin. in allegato conſ.161. nu.27.*

Secundo, nec minus obſtat allegata doctrina *Bald. in rubr. C. de iur. empt.* pro ſecundo fundamento contractū eſſe emphyteoticum, quando dicitur, quod datur in emphyteuſim, quia idem *Bal. in ead. rubr. 1. q. in fi.* contrarium tenet, & affirmat, & ipſum ſequitur *Dec. in conſ. 160. col.1.* dicens, quòd ſiue in contractu, ſiue in iudicio ponatur nomen vnius contractus, & effectus alterius, quod eſt iudicādum ſecundum naturam illius contractus, cuius effectus ponitur, & nomen appoſitum, quod non conuenit effectui, habetur pro non appoſito, *l. ſed & ſi poſſeſſor, §. item ſi iurauero, ff. de iuretur.* iddē dixit *Dec. in conſ.164. nu.3. in conſ.301. col.2. conſ.413. col.2. conſ 544. col. fin. & 682. col.2. Pariſ. cōſ.12. col.1. vol.2. conſ.32. nu.54. vol.4. Roland. à Valle in alleg. conſ.96. nu.38. & 39. & ſeq.* Quod autem contractus non reguletur ſecundum verba, quando natura repugnat, hoc expreſsè tenet allegatus *Cott. in ſuis memorab. in ver. emphyteota, cir. fi.* ex doctrina *Abb. in c. conſtitutus, in pen. col. verſ. tertia differentia, extra de relig. domib.* quod etiam firmat *Aret. conſ.10. in 2. col. verſ. item præmitto, & in cōſ. 160. longa, col.8. circa med.* & in caſu, de quo agitur, ſatis, ſuperq; extitit oſtenſum effectum huius contractus potius locationi, quàm emphyteuſi cōuenire, & locationem eſſe ex pactis appoſitis demonſtratum eſt, & etiam quia penſio fructibus correſpondet, quo caſu nec iura loquentia de emphyteuſi locum habent, *Arec. d. conſ.55. nu.4. ad fin. Ruin. d. conſ.161. nu.21. & ſeqq. num.26. in fi. Rimin. iun. conſ.40. 160. nu.10. conſ.461. nu.21. & ſub num.25. & 26. conſ.643. in fi. Burſat. conſ.255. ſub nu.1. Cephal. conſ.9. nu.12. conſ.523. nu.50. conſ.699. 22. & ſeqq. conſ.703. num.44. Siluan. conſ.42. ſub nu.5. Bald. in l.1. nu.21. C. de iure emphyt. Soc. in l. Gallus, §. etiam parentem, ſub num.6. verſ. confirmatur hoc, ff. de lib. & poſth. Bero. conſ.130. per tot. Ruin. conſ.57. ſub nu.10. cōſ. 77. num.70. & in conſ. 157. num. 23. Neuizan. d. conſ.92. nu.11. in fi. Rimin ſen. cōſ.419. nu.16. & conſ.421. in fi. Cott. in d. verb. emphyteuta regulariter, Boſſ. de remiſſ. merced. conduct. num.114. Aymo de alluuione, lib.2. c.18. nu.11. cum ſeqq.* qui omnes cōcorditer dicunt iura loquentia de emphyteuſi, locū non habere in hoc contractu, ſed eſſe verè contractum locationis, nomine non attento, & etiam quod partes appellauerint cōtractum emphyteoticum, vt bene declarat doctiſſimus *Viuius in d. deciſ. 500. ſub nu.3. in fi.* & ita alias iudicatum fuit in re prorſus eccleſiaſtica per Rotā Romanam, teſte *Virginio de Boccatijs ſuper bull. de cenſib. par.2. nu.153.* & ita etiam reperitur in *deciſionibus nouiſſimis, deciſ. in ordine 564. 1. par.* & & iddem tenet *Becc. in d. conſ.3. nu.22. & 27. d. conſ.35. nu.6. conſ.104. nu.11. Grat. conſ.76. nu.15. conſ.82. nu.12. Vrſill. ad Affl. deciſ.25. nu.11. Neuiz. in ſæpe alleg. conſ.92. nu.45. 47. 50. & 51. Roland. d. conſ.96. nu.25. 26. & ſeqq. & nu.44. Cagnol. in auth. qui rem, nu.6. C. de ſacroſ. eccl. & in d. l.2. eod. num.102. & ſeqq. de reſcind. vend. Maſcard. concl.251. num.9. & cōcl.1133. nu.10. Magon. deciſ. Lucen.12. nu.5. & deciſ. Florent.117. nu.43. & 44. circumſpectiſſimus Præſes de Franch. deciſ.235. num.2. Portius conſ.144. nu.2. Bellon. d. cōſ.21. Alber. Brun. conſ.12. nu.74. Borgn. deciſ.44. num.55. Carrocc. de locat. & conduct. cap. 64. num.7. par.2. Theſau. deciſ.120. nu.2. Cabal. milleloq. 227. ſub num.10. Albenſ. 134. num.6. 7. 137. num.23. 148. num.15. 395. num.3. & 4. 643. num.4. & 12. Anchar. regul. tota, q.78. lib.3. Ludouic. Bolognet. conſ.54. col. fin.* qui omnes

ex magna pensione concludunt, hunc esse verè, & propriè locationis contractum, nomine non attento, contra opinionem *Natta in d. consil.49. per totum. Carbol. de causa priuationis ob non solution. canon. ampliat. 12. Surd. in dicta decis. 198. num. 20. & sequent.* asserentium cōtractum hunc esse verè emphyteoticum, licet ex eo soluatur magna pensio fructibus correspondens, quia si clarum est, quod ipsi loquuntur contra opinionem omnium scribentium, verissimum est etiam, quod eorū rationes quantumcunque illas fortificare studeant, quod facilè ab omnibus prosterni possunt, vt benè aduertit perspicacissimus *D. Viuius in d. decis. 500. sub num. 3.* referendo *Rol. Tiraq. Affl. Paris. Dec. & Bellon.* & alios relatos à *Menoch. in tract. de arbitr. iudic. q. 7. num. 26.* ex mente cuius expresè tenet hunc non esse cōtractum verè emphyteoticum, cum soluitur magna pensio, etiam quod emphyteoticum contrahentes eum nuncupauerint. Et clarissimum etiam est, quod Natta, & alij tenentes contrariam opinionem, esse contractū emphyteoticum, quia partes sic dixerunt, manifestè labuntur, cum loquantur contra casum legis, & expressam decisionem *tex. in cap. constitutus de religios. domib.* vbi contractus fuerat emphyteoticus nuncupatus, tamen quia qualitas repugnabat nominationi, fuit iudicatum illum esse censualem, nō emphyteoticum, cum attēdatur ipsius effectus, non simplex denominatio, & sic arguit *Dec. cons. 163. nu. 29. Gui. Pap. decis. 186. num. 1. in fi. Cæsar de Manent. in d. tract. de contract. liuell. pecun. constit. & creat. pacto 3. nu. 21. Affl. dec. 80. nu. 8.* vbi asserit, quod non est respiciendum nomen contractus, sed potius rerum substantia.

Neque vlla remanet dubitatio ex supradictis, cōtractum hunc esse verè, & propriè contractum locationis, non autem emphyteoticū, cum soluatur pensio magna, fructibus correspondens, non autem canon exiguus, quæ coniectura, quòd sit omnibus præstantior, vt præualeat, & sit omnino fortior, & faciat contractum appellari locationem veram, & non emphyteosim, voluit subtilis *Aretin. in d. cons. 55. in vlt. col. vers. secundo respondet,* quem refert, & sequitur *Ludou. Bolognett. in d. cons. 54. col. fin. Ruin. in dicto* & sæpè allegato *cons. 261. nu. 22.* & melius *nu. 29. & Rol. in d. cons. 96. sub nu. 44. a nobis etiam citato in eod. loco.*

Quibus omnibus accedat, quod dato & nūquam concesso quod contractus de quo agitur, esset verè & propriè contractus emphyteoticus, stante allegata, & probata læsione in proprijs terminis, adhuc etiam D. Conductori in fortioribus terminis competeret retractatio canonis, & ea potissimum ratione, quia canon 40. salmarum frumenti boni, & nitidi, quod annuatim persoluitur, cum in 25. annis ascendant ad valorem ducatorum trium mille, & vltra, & sic cum excedat valorem molendini, de quo agitur, omninò canon prædictus retractari debet, *Auth. de eccles. titul. §. si verò loca, & de non alien. & permut. reb. eccles. §. si verò alicuius §. dudum, & §. quia verò Leonis, gloss. fin. in auth. perpetuò, C. de sacros. eccles. Alex. cons. 74. nu. 6. lib. 1. gloss. in c. cum causa, de testib.* & ita censuit Senatus Pedemontanus, teste *Thesau. in decis. 120.* in causa Fratrum Sancti Dominici de Clarasco, & Rachæ, vbi pro decem iugeribus alterius prati, & nemoris soluebantur sacchi quinque frumenti, quouis casu non obstante, & cum alijs pactis, & Senatus prædictus reduxit ad saccos tres cum dimidio, data tamē electione Fratribus rescindendi emphyteusim, si nolebant acceptare dictam reductionem, & hoc illa ratione decisum fuit, quia præter id quod census annuus erat magnus, ita vt corresponderet fructibus, & multa pacta in odium emphyteutę erant apposita, & valdè illum grauabant, ita vt potuisset dici valdè lęsus, & quamuis læsio non esset vltra dimidiam, tamen quia facta fuerat ab ecclesia, quæ esse debet iustitiæ cultrix, & in ea debet superabundare bona fides, per ea, quæ *Cagnol.* allegat *in d. l. 2. de rescind. vendit. sub nu. 10.* fuit habita consideratio talis læsionis, prout maxima ratio habēda est in casu nostro, in quo & verè, & propriè in suis terminis probata est læsio vltra dimidiam, & ipsa pactorum lectura demonstrat eorum iniustitiam, eaque in odium D. Conductoris fuisse apposita, ita vt eum valdè grauētur, cum ex dictis pactis etiā pensio fiat grauior, vt aduertit *Thesaur. in d. decis. 120. nu. 2.* & propterea omninò ad canonis retractationem deueniendum est, & ad dictorum pactorum moderationem, præsertim quia sumus in Ecclesia, & valdè diuite, quæ cū iactura D. Conductoris tanti Ciuis nobilissimi, & Patritij locupletari non debet, vt aduertit & notat sapientissimus *D. Præses de Franch. in decis. 191.* prout etiam arguit in proprijs terminis decis. Perusin. Imò facilius reduci debet hæc pensio ex contractu emphyteotico ad tertiam generationem, quàm in simplici locatione, quia simplex locatio cùm sit temporaria, parum potest grauare conductorē, sed secus accidit in emphyteusi ad tertiam generationem, nā magis, atque magis grauatur à solutionibus pensionum, & de æquitate, quando res tractu temporis potest reddi iniqua, tunc reducitur ad æquitatem, vt notat idem *Thesaur. in d. decis. in fin. per tex. singul. in l. cùm quidam, ff. de vsur. & in decis. 226.* hoc idem expresè firmat dicens *nu. 1.* quòd reductio contractus fieri

fieri debet ad æquitatem, quando res tractu temporis efficitur iniqua, vel in infinitum cresceret, quod de facto accidit in hoc molendino ex impetu ventorum, & ex alluuione, & alijs casibus fortuitis, & propterea reduci debet ad æquitatem, & hæc est singularis, & mirabilis facultas Iudicibus data, vt hoc in casu possint etiam cõtra paciscentium pactionem ad æquitatem reducere, vt est singularis & notabilis tex. ad litteram in *l. cum quidam, in princ. ff. de vsur.* ex quibus Doct. citati per *Thesaur. in decis. 226. sub nu. 1. & 2.* inferunt ad pistorem, & molendinarium per doctrinam *Ias. in l. quo minus, nu. 136. & seqq. ff. de flumin.*

Ad motiua verò subtilissimi D. Iudicantis mihi in genere motiuata, respondetur, & primo ad illud de scientia D. Conductoris ante conductionem sibi factam molendini, de quo agitur, quòd cum non appareat de dicta prætensa scientia, in dubio præsumi ignorantiam in conductore, stante læsione vltra dimidiam consuetæ pensionis, *gl. in l. quisquis*, & ibidem *Bart. Salyc. Pau. de Cast. C. de rescind. vendit. Spec. in tit. de empt. & vend. §. sciendum est, uers. quid si aliquis scienter, Nic. de Mattarel. & Bald. in l. 2. in 6. quæst. C. de rescind. uend. Angel. Imol. in l. si quis cum aliter, ff. de uerb. oblig. & Imol. in c. cum contingat, c. 15. col. 1. de iureiur. Abb. in c. pen. col. 1. de empt. & uēd. Alex. cons. 1. col. 1. vol. 6. Dec. cons. 583. Imol. in c. cū causa, col. 11. de empt. et uend. Bertrād. cons. 138. col. 4. vol. 2. in nouis, Mant. cons. 82. col. 1. Grat. cōs. 71. col. fin. vol. 1. Marian. iun. cons. 73. uol. 4. col. 2. Gabr. lib. 3. cōcl. 1. de empt. & uend. sublimit. 1. nu. 103. fol. mihi 333.*

Ad secundum motiuum, remedium l. 2. non competere D. Conductori per renūciationem generalem contentam in hoc instrumento, ibi in illis verbis, *Renunciando esso affittatore, cum iuramento à tutte ragioni, capituli, & constitutioni, che fossero à suo fauore*, quia respondetur, quòd per hāc generalem renunciationem etiam cum iuramento factam, D. Conductorem non esse excludendum à beneficio, & remedio d. l. 2. cui non extitit in specie renunciatum, vt tenet *Mantua in d. cons. 82. col. 2.* relatus per *Gabr. in alleg. lib. 2. de empt. & vend. conclus. 1. nu. 39. ampl. 20.* qui melius *num. 70.* dicit, iuramētum nullo modo obstare, quando non fuit interpositum ex certa sciētia, *Bertran. cons. 737. col. 2. Ruin. cōs. 176. nu. 24. volum. 2. Aym. cons. 188. col. 1. Marianus iun. cons. 50. col. 2. vol. 2.* & ampliando hoc idem *num. 8.* dicit idem esse etiam si in instrumento aliquis iurasset, singula omnia obseruare, & esse vera, ex doctrina *Mantuæ in d. cons. 82. col. fin.* Nec de certa scientia apparet, quo casu præsumitur error, vt declarat *Bald. in ead. l. 2. vers. quarto quæro*, & sequitur *Soc. in reg. 226. & in vltima limit.* & dicendum erit talem renunciatione præcessisse ex simplicitate D. renunciantis, vltra quòd sub generali ista renunciatione non includitur renunciatio ad *d. l. 2.* vt tenent *Bal. in d. l. 2. col. 2. uers. quinto quæro*, & ibidem *Pau. de Cast. col. 5. uersic. quinta conclusio, de rescind. uēd. Bart. in l. si quis cum aliter, ff. de uerb. oblig. Imol. in c. Quintaualdis, col. 24. & 77. de iureiur. & in c. cum contingat, chart. 21. col. 2. eod. tit. et in eod. c. cum causa, col. 7. de empt. & uendit. Soc. cons. 48. col. 1. uol. 4. Alex. cons. 1. col. 2. uol. 6.* vbi plus etiam tenet, quod non sufficiat, quando esset renunciatum deceptioni, vel læsioni, idem *Gabr. in alleg. loc. num. 20.* Nec iuramentum operatur, quando adest læsio vltra dimidiam, nec minus si non habet tres illos comites, scilicet veritatem, iustitiam, & iudicium, *cap. animaduertentes, 32. quæst. 2.* deficit enim in hoc iuramento iustitia, quia non continet licitum, & honestum, cùm Ecclesia ex tanta D. Conductoris iactura locupletetur, & si boni Iudices, & Præsides etiam per capturam personæ talia iuramenta relaxari faciunt, per *l. illicitas, de off. præsid. Afflict. decis. 80.* Dominus Conductor ex solo nutu Circumspectissimi Iudicantis, cum prouidentia religiosissimorum Patrum Commissariorum sperat se à tanto onere eximere. Quod iddem iuris esse dico, ac consulo pro veritate, & iustitia, ego Ioseph Pica Fidelissimæ Ciuitatis Aquilæ I. V. D. qui ad maius robur præsentem consultationem etiam meo solito sigillo communiri iussi.

Idem Ioseph Pica V. I. D.

CAP.

CAP. SEPTIMVM.

Pax an dicatur violata si quis offendit filium eius, cum quo pax facta fuit? Et quid si filius offendit eum, cum quo eius pater pacem fecerat? Et hinc multa notabilia tractantur in materia fractæ pacis, & cautionis de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Pacis conuentionem violasse dicitur offendens filium eius, cum quo fuit facta pax, sic etiã offendens eius vxorem.*

Et quamuis aliqui contrarium teneant, n.2. Tamen ex magis communi distinguitur, vt num.3.

Quod non procedit si offenditur frater, vel alius consanguineus illius, nu.4. Secundum magis communem, num.6. Licet alij dissentiant, nu.5.

Fallit si frater offendatur ex causa inimicitię antiquæ, nu.9.

Limitatur principalis conclusio, si filius offendit eum, cum quo pater pacem fecit, nu.10.

Secus si pater promiserit etiam pacem pro filio, nu.11.

Quid respectu omnium consanguineorum, & adhærentium ante ratificationem, nu. 12 & 13.

7 *Offensio illa dicitur vera, vt dicatur fracta pax pro qua competit actio iniuriarum.*

8 *Offensio facta vni de domo afficit omnes, vbi consideratur animi affectus, & iniuria.*

14 *Pater an teneatur ad pœnam fractæ pacis pro filio naturali, remissiuè.*

15 *Cautio de non offendendo præstita pro se, & attinentibus vsque ad certum gradum, an comprehendat spurios, remissiuè.*

16 *Frater an teneatur præstare talem cautionẽ pro fratre, remissiuè.*

17 *Cautio de non offendendo actiuè, & passiuè pro filijs, & consanguineis non comprehendit filios, & consanguineos bannitos.*

18 *Cautio de non offendendo an sit præstanda ꝓ consanguineis bannitis.*

19 *Cautio de non offendendo, an comprehendat affines futuros, remissiuè.*

Et an comprehendat nondum natos neque cõceptos tempore quo fuit facta pax, num.20. remissiuè.

21 *Offendens affinem communem, an incidat in pœnam, remissiuè.*

22 *Magistratus an ex officio possit cogere offensum ad remittendum iniuriam, & ad faciendam pacem cum offendente, remissiuè.*

23 *Cautio de non offendendo, in quibus casibus sit præstanda, remissiuè.*

24 *Fiscus an possit exigere pœnam fractæ cautionis sine querela partis, remissiuè.*

Et an hæc pœna exigatur in solidum. num.25. remissiuè.

26 *Pœna fractæ pacis, an & quando committatur, si offensio fiat ex noua causa, remissiuè.*

Et an in dubio præsumatur offensio ex noua causa, nu.27. remissiuè.

28 *Cautio de nõ offendendo præstita ab vna parte an teneat, si non præstetur ab alia, remissiuè.*

Et quomodo, & quando dicatur rupta, nu.29. remissiuè.

30 *Archibusij ictum emittens contra inimicum, si eum non offenderit, an teneatur ad pœnã fractæ pacis, remissiuè.*

Quid si ignoretur quis fuit primus offensor, nu.31. remissiuè.

32 *Pax si fuit fracta ab vna parte, & ex interuallo primus offensus offendentem offenderit, an fiscus ab vtroque pœnam exigat, remissiuè.*

33 *Pœna an exigatur à fideiussoribus ex ficta confessione principalis, remissiuè.*

34 *Hypotheca super bonis eius, qui hanc cautionem præstitit, an incipiat à die stipulationis, vel contrauentionis, remissiuè.*



1 Pacis conuentionem violasse dicitur, qui filium eius offendit, cum quo pax facta fuit, vt communiter affirmant *Doct. in l. ita stipulatus, §. Grisogonus, ff. de verb. oblig.* quos plenè refert *Vulpell. in trac. de pace, q.38. nu. 3. post Luc. de Penn. in l. vn. nu.50. in 20. quæst. C. publ. lætit. lib. 12.* qui latè discusso articulo ita concludit etiam in offendente vxorem eius, cum quo pacem fecerat,

ea

ea ratione potiſſimè motus, nam ſicut pater, &
filius, ita etiam maritus & vxor dicũtur vnum
corpus, & vna caro, & ideo vnum offendens,
alterum quoque offendiſſe videtur, *ex reg. tex.*
in l. fi. C. de impub. & alijs ſubſt. & in cap. ſunt
qui dicunt, 27. q. 2. pro qua concluſione plures
alios concordantes allegant *Farinac. in tract.*
de var. crimin. q. 107. nu. 336. & ſeq. & Card.
Tuſch. in 6. tom. in ver. Pax, concl. 182. *nu.* 24.
2 Et licet multi cõtrariam tueantur opinionem,
aſſerentes pacem, ſeu cautionem de non offen-
dendo ruptam non eſſe per offenſionem factam
filio, vel vxori, vt in ſpetie tenent *Herculan.*
in tract. de caut. de non offend. cap. 19. nu. 9. &
in cap. 20. num. 11. Plaz. in epith. delict. cap. 6.
nu. 29. Maſcard. de probat. in concl. 1136. *nu.*
40. & alij plenè relati per *Farinac. in d. quæſt.*
3 107. *n.* 339. *& ſeq.* Ex magis tñ communi Do-
ctorum ſententia hæ contrariæ opiniones ad
hanc concordiam reducuntur, quod aut verba
promiſſionis concepta ſunt de non offenden-
do aliquem in perſonam, ſeu perſonaliter, &
tunc procedit hæc ſecunda opinio, quia non
videtur promiſſioni cõtrauentum ex offenſio-
ne filij, vel vxoris, poſtquam verba promiſſio-
nis ſpecificè hunc caſum videntur excludere,
& conſequenter pœna vltra terminos promiſ-
ſionis non debet extendi, vt in ſpecie refert
Vulpell. in d. q. 38 nu. 5. ex not. per Alcia. in l.
4. §. cato, ff. de verb. oblig. Aut verò promiſſio
de non offendendo, fuit facta ſimpliciter, &
tunc ſubdiſtinguitur, quòd ſi offenſio filij, ſeu
vxoris procedit ex cauſa antiquæ inimicitiæ,
pro qua pax facta fuit, ſine dubio pęna commit-
titur, ſecus verò ſi offenſio oritur ex alia noua
cauſa, prout relatis opinionibus concludit *Fa-*
rinac. in ead quæſt. 107. *nu.* 344. & nouiſſimè
Sebaſt. Guazzin. in tract. de pace, & treug. in
4 1. *par. q. 63. nu.* 5. Verùm hæc concluſio ſecun-
dum aliquos non procedit, ſi offenditur frater,
aut alius conſanguineus eius, cui facta fuit pro-
miſſio de non offendendo, vt notant *Vulpell.*
in d. tract. de pace, q. 40. ſub nu. 3. verſ. ſed diffi-
teri, Cephal. in conſ. 587. nu. 19. lib. 4. Iul. Cla.
in §. fi. q. 47. verſ. quæro etiam, qui teſtatur hãc
opinionem eſſe communem, plenè *Hercul. in*
d. cap. 19. nu. 1. & alij relati per *Farinac. in ea-*
dem quæſt. 107. nu. 317. & ſequen. & Sebaſt.
Guazz. in d. tract. de pace, in 1. par. q. 64. nu 2.
5 Et licet non deſint, qui ab hac opinione diſſen-
tiunt, vt patet ex not. per *Hippol. in ſing.* 331.
6 Tamen re vera negari non poteſt, quod ſupra-
dicta concluſio eſt magis communis, & grauio-
rum Doctorum authoritate fundata, vltra
quod pro ea vrget validiſſima ratio, cui ni fal-
7 lor, reſponderi non poteſt. Illa enim propriè
dicitur vera offenſio, ad finem, vt pœna fractæ
cautionis exigi poſſit, pro qua competit actio
iniuriarum proprio nomine, vt ex multorum
ſententia plenè explicat idem *Farinac. in al-*
leg. quæſt. 107. *nu.* 143. Sed pro offenſione fa-
cta fratri viuenti nullo iure cautum reperitur,
quòd alter frater agere, & quærelare poſſit, er-
go ſequitur neceſſaria conſequentia, quod nec
pro ea agi poteſt ad pœnam fractæ cautionis de
non offendendo, vt benè arguit *Bal. in cap. 1. §.*
ſimiliter, nu. 4. quib. mod. feud. amitt. poſt Bar.
in d. l. ita ſtipulatus, §. Griſogonus, in fi. ff. de
verb. oblig. vbi ita etiam tenent *Pau. de Caſtr.*
nu. 12. Imol. nu. 14. & pulchrè *Iaſ. omnino vi-*
8 *dendus, nu. 52. & ſeq.* Qui notabiliter dicit,
quod in his, in quibus conſideramus animi ef-
fectum, & iniuriam, offenſio facta vni de domo
ſeu familia videtur omnes afficere, ſecus verò
eſt in ijs, in quibus agitur de committenda pę-
na conuentionali. Vnde infert, quòd iniuria
facta vni de agnatione, non cenſetur facta toti
agnationi quantum ad hoc, vt omnibus com-
petat actio iniuriarum, ſed cenſetur omnibus
illata, ad finem, vt nemo de illa familia poſſit
eſſe teſtis, neque Iudex, quam concluſionẽ plu-
ribus authoritatibus confirmat, & exornat, vt
9 ibi per eum. Limitatur autem ſupradicta con-
cluſio, quòd non procedit, quando manifeſtè
conſtat iniuriam illatam fuiſſe fratri illius, cui
præſtita fuerat cautio de non offendendo, ex
cauſa antiquæ inimicitiæ, & animo offenden-
di, ſeu iniuriandi eum, cum quo pax facta erat
in perſonam ſui fratris, hoc enim caſu, ſi nulla
alia cauſa offenſionis aſſignatur, non ſolùm ta-
lis offendens incidit in pęnam fractæ pacis, ſed
etiam grauius puniri debet ob huiuſmodi ini-
quam trãſuerſalem vindictam, vt fatentur *Iul.*
Clar. in d. q. 47. verſ. quæro etiam, in fi. & Ba-
iard. ibidem in addit. nu. 50. & ſeq. qui refert
in Vrbe Romæ, ac toto ſtatu Eccleſiaſtico ſu-
mentes vindictam inimicorum contra eorum
conſanguineos, & propinquos puniri tanquam
committentes crimen læſæ maieſtatis, & ita
cautum fuiſſe per multas Bullas Summorum
10 Pontificum. Supradicta autem principalis con
cluſio non procedit è conuerſo, quando filius
offendit eum, cũ quo pater pacem fecerat, quia
tunc non debetur a patre pœna fractæ pacis, vt
plenè explicat *Vulpell. in d. q. 39. nu. 3. & ſeq.*
præterquàm ſi pater fuiſſet etiam particeps, &
culpabilis, ſaltim ſciens, & non prohibens, vt
11 refert *Farinac. in d. q. 104. nu.* 345. Verùm ſi
pater promiſiſſet etiam pacem pro filio, eum
poteſt ad pœnam obligare, etiam ſi non ſequa-
tur eius ratificatio, prout pluribus rationibus
plenè probat *Hier. de Monte in tract. variar.*
quæſt. in q. 25. nu. 19. & ſeq. & in quæſt. 27.
12 *nu.* 11. Quam concluſionem procedere in om-
nibus conſanguineis, & adhærentibus, teſtan-
tur *Corn. in conſ. 40. vol. 2. Hipp. de Marſil. in*
conſ.

cons.9.num. 48. *& seq. & Bertazzol. in cons.*
13 149.*& seq.lib.*1. Sed hæc ampliatio nõ est omnino tuta, nam contraria opinio, quod consanguinei, pro quibus fuit pax, seu cautio de non offendendo promissa, non incidunt in aliquam pœnam, antequam eorum ratificatio sequatur, est magis communiter recepta, & validioribus rationibus roborata, vt patet à notatis p *Herculan.in d.tract.de caut.de non offend.cap.*15. *nu.*6. plenè *Honded.in cons.*97.*lib.*1.*& in cõs.* 89.*nu.*9.*lib.*2. *Hier. Magon. in decis. Lucens.* 100.*nu.*25. *&* 33. & plenissimè *Farinac.in d. q.*107.*nu.*272. *cum plur. seq.* qui hanc conclusionem adeò perfectè explicat, ampliat, & limitat, vt nihil desiderandum remaneat, eumque cum alijs concordantibus refert *Sebast. Guazzin.in d.tracta.de pace,in* 1.*par.q.*81.*per tot.*
14 An autem pater teneatur ad pœnam fractæ pacis pro filio naturali? vide *Vulpell.in quæst.* 24.*nu.*2.*& in q.*84.*nu.* 1. *Hier. de Mon.in q.* 8. plenè *Farinac.in d.q.*107.*nu.*346.*& Sebast. Guazzin.in d.tract.de pace,in* 1.*par.q.*67.*per*
15 *totum*. Et an cautio de non offendendo præstita pro se, & attinentibus vsque ad certum gradum comprehendat etiam spurios? vide *Petr. Caball.* concludentem, quod non, *in tertia centur. resolutio. criminal. cas.*210. *per to-*
16 *tum*. Et an frater teneatur præstare hanc cautionem pro fratre? plenè explicant *Ioã.Bapt. Laderch.in cons.*208.*Cephal.in cons.*587. *nu.* 37.*& sequen.lib.*4.*& Herculan. in d.tract.de*
17 *caut.de non offend.c.*7. *& seq.* Et an in dubio cautio de nõ offendendo actiuè, & passiuè præstita pro filijs, & consanguineis comprehendat etiam filios, & consanguineos bannitos? vide *Thob.Non.in cons.*112.*per tot.* qui pluribus rationibus concludit quod non, & cum eadem opinionè concordat *Hercul.in tract. de caut. de non offend.cap.*23.*nu.*30. eamque plenè confirmat *Sebast.Guazzin.in allegato tract. in* 2.
18 *par.q.*56.*per tot.* Sed an præstanda sit hæc cautio pro consanguineis bannitis? vide quæ plenissimè refert *Sebast.Guazzin. in alleg. tract. in* 2.*par.q.*57. qui multa allegat pro & contra, & demum concludit, quòd pro bono publico, quando nimia esset copia bannitorum infestantium statum, & tranquillitatem Reipublicæ possunt cogi eorum consanguinei ad præstandam cautionem de non offendendo pro eis, prout etiam plenè probat *Petr. Caball. in* 1.
19 2.*centur.resolu.crimin.cas.*149.*per tot.* Et an cautio de non offendendo comprehendat affines futuros? vide *Bertazzol.in cons.*30.*vol.* 1. *Farinac.in d.q.*107.*nu.*329.*& seq. & Sebast. Guazzin.in citato loco,*1.*par.q.* 71. *per tot.*
20 Et an comprehendat non natos neque conceptos tempore quo fuit facta pax? vide *Bertazzol. in cons.* 185.*vol.*1.*& in cons.*282.*vol.*1.
21 Et an incidat in pœnam offendens affinem communem? vide *Soc.iun. in cons.* 103. *vol.* 3. *Farinac.in d.q.*107.*nu.*321.& *seq.* & *Guazz.*
22 *in d.tract.de pace,in* 1.*par.q.* 65. Et an Magistratus ex officio possit offensum cogere ad remittendum iniuriam, & pacem faciẽdam cum offendente? vide *Iul.Clar.in q.*58. *in fi.* & *ibi Baiard.in addit.num.*74. plenè *Vulpell.in d. tract.de pace,q.*3.& *Plaz.in epith. delict. cap.*
23 7.*nu.*3.& *per tot.* Et in quibus casibus cautio de non offendendo præstanda sit? vide *Alex. in cons.*107.*vol.*4.*Iul.Clar. in q.* 47. *vers. sed nunquid.*& *ibi Baiard.nu.*17.*Herculan.in d. tract.de caut.de non offend. c.* 3. *Vulpell.in d. tract.de pace,q.*73. & *seq. Mascard. de probat. in concl.*1376.*Menoch.de arbitr. iud. lib.* 2. *c.* 140.*Vinc.de Franch.in decis.*359. plenè *Farinac.in d.q.*107.*nu.*11.*cum plur.seq.* & *Guazzin.in d.tract.de pace in* 2.*par.§.*2.*q.*7.*per tot.*
24 Et an in casu contrauentionis, fiscus possit pœnã fractæ cautionis exigere sine querela partis? plenè explicat *Ursil.in addit.ad Affl.in decis.* 3.*nu.*4. & *Guazzin. in citato loco, in* 2.*par.*
25 *§.*3.*q.*47.*per tot.* Et an hæc pœna exigatur in solidum? vide eundem *Guazzin. in eod. tract. in* 1.*par. q.* 74. *post Alex. in cons.* 116.*vol.*4. *Baiard.in addit.ad Iul.Clar.in q.*47.*num.*33. & *Vulpell.in d.tract.de pace,q.*57. & *in q.* 63.
26 Et an & quando committatur pœna, si offensio fiat ex noua causa? vide *Ursil.in decis.*206. *nu.* 7.*Herculan.in d.tract. de caut. de non offend. cap.*13.*Farinac.in d.q.* 107. *nu.* 403. *cum seq. Petr.Caball.in resol.crimin.cas.*101.*num.*11. & *seq.* & plenè *Sebast.Guazzin.in d. tract. de*
27 *pace,in* 1.*par.q.*43.& *in* 2.*par.§.*3.*q.*38. Et an in dubio præsumatur offensio facta ex noua
28 causa? vide *eundem ibidem in quæst.*40. Et an teneat huiusmodi cautio ab vna parte præstita, si non præstetur ab alia? vide eundem *in eadem* 2.*par.§.*3.*q.*3.*post Cephal.in cons.* 690. *vol.* 5. *per tot.* plenè *Vinc.de Franch.in decis.* 359. & *Petr.Caball.in* 3.*centur.resolut.crim.cas.*219
29 *per tot.* Et quomodo & quando hæc cautio dicatur rupta? vide plenè notata per *Mascard. de probat.in concl.* 1162. & *in conclus.* 1136.
30 Et quid si quis emisit ictum archibusij contra inimicum, sed eum non offendit, an teneatur ad pœnam fractæ cautionis? pulchrè explicant *Caball.in resolut. criminal. cas.*152.*per tot.* & *Honded.in cons.*103.*nu.*8.&*seq.lib.*1. Et quid si emisso cane super rota archibusij, illud contra aduersarium declinauit, sed ab alijs impeditus non emisit ictum? vide *Farinac.in cons.*36.
31 *per tot.* Et quid si ignoratur quis fuit primus offensor? vide *Iul.Clar.in q.* 47. *vers. sed hic quæro, Herculan. in d.tract. cap.* 30. *Vulpell. in cons.*118.*Bertazzol.in cons.*48.*volum.*1.& *Petr.Caball.in resol.crimin.cap.* 102.*per tot.*

Et

32 Et ſi ex vna parte fuit fracta pax, & poſtea ex interuallo, ille qui fuit prius offenſus offendat offendentem, an fiſcus ab vtroque pœnam exigat, vide *Io. Vinc. Honded. in conſ. 89. vol. 2.* & plenè *Pert. Caball. in 2. centur. reſol. criminal.* 33 *caſ. 101. nu. 2.* & *per tot.* Et an ex ficta confeſſione principalis exigatur pœna à fideiuſſoribus? vide *Herculan. in d. tracta. cap. 29. Vulpell. in q. 104. Foller. in fragmen. nu. 263. Rol. à Vall. in conſ. 94. nu. 23. vol. 3. BertaZZol. in* *inſ. 18. nu. 14.* & *in conſ. 280. nu. 3. Baiard. in q. 47. nu. 26. Farinac. in d. q. 107. nu. 105. cum ſeq.* & *Flamin. Cartar. in tract. de exeq. ſent.* 34 *capto bannito, cap. 1. nu. 304.* Et an hypotheca ſuper bonis eius qui hanc cautionem præſtitit incipiat à die ſtipulationis, vel contrauentionis? vide *Din. in conſ. 4. per tot. Rip. in l. priuilegia, nu. 41. ff. de priuil. credit. Vinc. Maxill. in conſuetud. Baren. in tit. de donat. int. vir. & uxor. §. quarta tradita, nu. 7. Herculan. in cap. 44. nu. 7.* & *ſeq.* & *Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 182.* & *lib. 6. tit. 6. nu. 12.* Aliud ad hanc materiam non refero, cùm ad ſaturitatē videri poſſint penes *Herculan. Vulpell. Farinac.* & *Sebaſt. Guazzin. in ſupradictis locis.*

Finis Cap. Octaui.

CAP. OCTAVVM.

Sicut homicida priuatur hæreditate interfecti, quæ ab eo tanquam indigno aufertur, & applicatur fiſco; Eadem quoq; ratione idem eſt, quando quis occidit teſtatoris filium, Quæ concluſio pluribus notabilibus declarationibus, & illationibus locupletatur.

SVMMARIVM.

1 *Homicida priuatur hæreditate interfecti, eaq; applicatur fiſco.*
2 *Quæ concluſio ampliatur ad filios homicidæ.*
3 *Et idem eſt ſi quis occidit teſtatoris filium.*
4 *An eadem concluſio procedat in occidēte vxorem, vel fratrem teſtatoris, diſtingue vt ibi.*
5 *Eadem concluſio ampliatur procedere in eo, qui cauſam morti dedit.*
6 *Declaratur primo hac concluſio, quod homicida non priuatur ipſo iure hæreditate occiſi, ſed poteſt actiones hæreditarias exercere, donec ea ſibi auferatur à fiſco tanquam ab indigno.*
7 *Tenetur tamen poſtea fiſco reſtituere fructus mala fide perceptos.*
8 *Sententia declaratoria requiritur ad priuandum indignum hæreditate occiſi, vnde ſi ante ſententiam ab eo repudiatur hæreditas, non applicatur fiſco, ſed hæredibus ab inteſtato.*
9 *Et idem eſt ſi ante aditam hæreditatem decedat homicida.*
10 *Hæreditas interfecti per aſſaſinium non applicatur fiſco, ſed alijs ſucceſſoribus ab inteſtato.*
11 *Limitatur principalis concluſio, quando adſunt alij ſucceſſores teſtatoris in pari gradu cum homicida.*
12 *Alij dicunt, quod portio homicidæ applicatur fiſco.*
13 *Secūdo limitatur principalis concluſio, quando filij homicidæ veniunt ad hæreditatem occiſi ex perſona propria.*
14 *Primogenitus ſi occidit vltimum poſſeſſorem maioratus, deuoluitur alijs ſucceſſoribus.*
15 *Aliqui tamen diſtinguunt inter maioratum antiquum, & nouum, ſed eorum opinio reprobatur.*
16 *Pater ſi occidit filium habentem bona materna, an hæreditas occiſi applicetur fratribus, vel fiſco.*
17 *Hæres negligens vindicare necem defuncti, priuatur eius hæreditate.*
18 *Filius non tenetur vindicare necem defuncti, à quo fuit hæres inſtitutus contra patrem.*
19 *Et idem eſt econuerſo.*
20 *Vaſſallus ſicut non tenetur iuuare dominum contra ſemetipſum, ita etiam non tenetur eum iuuare contra proprium filium.*

Homi-



1 Omicida priuatur hę-
reditate illius, quem
interfecit tam ex te-
ſtamento, quàm ab
inteſtato, non quod
ab ea excludatur tã-
quam incapax, ſed
admittitur ad ſucce-
dendum, & deinde
fiſcus ab eo hæreditatem aufert tanquam ab in-
digno, *l. cum ratio, §. ſi. cum ibi not. per Glo.* &
Bar. ff. de bon. damnat. quæ concluſio probatur
etiam *in l. Lutius, ff. de iur. fiſc.* & canoniza-
tur per *Doctores omnes in l. hæreditas, & in l.
ſororem, C. de his quib. vt indign. & per Bar-
bat. in conſi. 8. lib. 3. Iul Clar. in §. homicidium
verſ. priuatur etiam homicida, Boer. in deciſio.*
25. *Alex. de Neuo in conſ. 91. per totum, Plaz.
in epith. delict. lib. 1. cap. 22. nu. 39. Hiero. de
Laur. in deciſ. Auenion. 21. num. 12. Peregr. de
iur. fiſc. lib. 2. tit. 3 num. 1. & ſeq. & Menoch.
in nouiſſimis addit. ad ſuum tract. de arbitr.
2 iud. in caſ. 359. num. 129.* Sicut autem priuatur
ipſe homicida hæreditate interfecti, ita etiam
priuatur eius filij, vt probatur in eadem *l. cum
ratio, §. ſi. ff. de bon. damnat.* prout affirmant
*Ruin. in conſ. 129. ſub num. 1. lib. 2. Boer. in d.
deciſ. 25. num. 1. Alex. de Neuo in d. conſi. 91.
num. 2. & ſeq. Plaz. in d. cap. 22. ſub nu. 39 &
ſeq. Hier. de Laur. in d. deciſ. 21. num. 12. verſ.
& ſi filius, Honded. in conſi. 55. num. 28. lib. 2.*
& plenè *Melch. Palaez in tracta. de maiorat.
3 par. 2. quæſt. 4. illat. 1. nu. 17. & ſeq.* Eademq;
concluſio procedit etiam ſi quis occidit teſta-
toris filium, nam ſimiliter eius hæreditate pri-
uatur, ac ſi ipſum occidiſſet, cum pater, & filius
pro vnica perſona reputentur, prout poſt *Glo.
Bart. & Bald. in l. codicillis, § matre, & vxo-
re, ff. de lega. 2. & Alex. de Neuo in d. conſi. 91.
nu. 2. refert Peregr. in d. tit. 3. ſub num. 1. verſ.
4 amplia in occidente filium.* Quam concluſio-
nem aliqui ampliant, etiam ſi quis occiderit te-
ſtatoris vxorem, aut fratrem, vt innuit *Bald. in
d. l. hæreditas, num. 8. C. de his quib. vt indign.
per tex. in l. his conſequenter, §. 1. ff. famil. her-
ciſc.* qui tamen in occidente teſtatoris fratrem,
hoc non firmat, ſed remittit ſe ad *tex. in cap. 1.
de eo, qui interf. fratrem dom. ſui*, verum *Salic.
in eadem l hæreditas, nu. 8.* dicit, quòd ſi quis
occidit vxorem, aut liberos teſtatoris, efficitur
indignus eius ſucceſſione, & fiſcus ab eo hære-
ditatem aufert, ſed hoc intelligit procedere,
quando teſtator ignorauit, aut ſi ſciuit tempus
mutandi teſtamentum non habuit; Vnde du-
bitat, an hæc concluſio habeat locum, quando
homicidium eſt commiſſum poſt ipſius teſta-
toris obitum, quo vero ad occidentem teſta-
toris fratrem tenet pro abſoluto, quòd hæredi-
tas ipſius per fiſcũ ei nõ auferatur, per *tex. in d.
cap. 1. de eo qui interf. fratr. Dom. ſui*, hoc
autem intelligendum eſt, niſi quis in iniuriam
teſtatoris eius fratrem occidiſſet, nam etiam eo
caſu vti indignus priuari deberet eius hæredi-
tate, prout poſt *Andr. Bal. & Affl. in eod. cap.
1. refert Peregr. de iur. fiſc. in d. lib. 2. tit. 3.
5 nu. 13.* Eadem quoque concluſio ampliatur,
vt non ſolum priuetur teſtatoris hæreditate, is
qui eum occidit proprijs manibus, ſed etiam
qui dolo, vel culpa eius morti cauſam dedit, vt
puta, neceſſaria ad eius ſalutem denegando, vel
medicum peritum ſuæ infirmitati non adhibẽ-
do *l. indignum, cum ibi not. per gloſſ. ff. de
his quib. vt indig. vt notant Hier. de Laur. in
d. deciſ. 21. nu. 1. & ſeq. Peregr. in allegato tit.
3. nu. 15. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 3. c. 2.
6 nu. 33. & Surd. de alim. tit. 4. q. 5. n. 8.* Pluribus
autem modis hęc concluſio declaratur. Et pri-
mò. Quod homicida non priuatur ipſo iure
hæreditate occiſi, etiam ſi ſit parricida, ſed po-
teſt eius hæreditatem adire, & donec ei per fi-
ſcum auferatur tanquam ab indigno, non pro-
hibetur hæreditarias actiones exercere, prout
per tex. *in d. l. his conſequenter. §. 1. ff. fam. her-
ciſc. affirmant Bal. & Saly: in d. l. hæreditas,
Ruin. in conſ. 129. ſub nu. 1. lib. 2. Barbat. in d.
conſ. 8. nu. 4 lib. 3. Alex. de Neuo in d. conſ. 91.
nu. 12. Peregr. in d. tit. 3. nu. 1. in fine, & Rol.
à Vall. in conſ. 56. num. 1. & ſeq.* & præcipuè
7 *nu. 3. lib. 1.* Sed quando poſtea fiſcus ei hære-
ditatem aufert, tunc tenetur reſtituere etiam
fructus perceptos tanquam malęfidei poſſeſſor,
vt notabiliter inquit *Boſſ. in pract. crim. ſub
tit. de his quibus, vt indign. num.* 18. & alij
quos plenè refert *Farinac. in 4. tomo ſub tit.
de homicid. ſect. 2. nu. 36.* Ex qua declaratione
8 duo inferuntur notabilia. Primum eſt, quòd
ad hoc, vt interfector priuetur hæreditate il-
lius, quem occidit, requiritur ſententia decla-
ratoria, per quam pronuncietur indignus, vn-
de ſi ante ſententiam hæreditas nondum adita
repudiatur, ea non applicatur fiſco, ſed venien-
tibus ab inteſtato illius, de cuius ſucceſſione
agitur, vel vulgariter ſubſtitutis, vt pulchrè
conſuluit *Iac. Berrett. in conſ. 50. nu. 4. & ſeq.*
cui concluſioni non repugnãt notata per *Boſſ.
in tit. de his quib. vt indign. nu.* 18. dicentem,
quod ſi indignus differt hæreditatem adire, vel
eam repudiat poſt negligentiam incurſam, tũc
fiſcus eam occupat tanquam ſi eſſet adita, quia
non debet eſſe in poteſtate ipſius fiſcum exclu-
dere, prout etiam affirmat *Barboſ. in l. ſi ab ho-
ſtibus, §. fin. nu. 22. ff. ſol. matr. per tex.* in ter-
minis in *l. ſi ſequens. ff. ad Sillan.* Nam vera
huius articuli reſolutio elicitur ex doctrina
*Bar. in eadem l. ſi ſequens. verſ. reſpondeo
poſtquam primus.* qui dicit, quod ſi indignus
cui

cui hæreditas interfecti defertur est negligens
in adeundo, tunc præsumptio est, quod in fraudem
fisci non adeat, & idem fiscus hæreditatem
aufert tanquam si adita esset, & vt constituatur
in vera negligentia dat cautelam, quod
substitutus ei faciat statui terminum adeundũ,
vel repudiandum hæreditatem, nam si repudiat
ante negligentiam incursam, tunc hæreditas
excluso fisco, defertur substituto, ex qua
doctrina habemus claram decisionem, quod
tunc fiscus acquirit ius adeundi ex persona indigni
non adeuntis, quando ille factus est negligens
ex quo interpellatus, & dato termino ad
deliberandum recusat adire, nam tunc oritur
præsumptio, quod vult fraudare fiscum, & ideo
fiscus hæreditatem occupat tanquam si adita
fuisset, sed si ante negligentiam incursam, seu
infra tempus præfixum ad deliberandum repudiat,
tunc *Bar.* fatetur, quod hæreditas defertur
substituto, vel alijs ad quos spectat successio,
& ita hanc Bar. doctrinam reassumit. Idem
Boss. in citato loco, & eam optimè explicat
Iacob. Berrett. in d. cons. 50. nu. 5. quem omnino
9 no videas. Et idem est, si homicida ante aditam
hæreditatem interfecti decedat, vt post
alios refert *Barbos. in d. l. si ab hostibus, §. fi. nu.*
10 22. *in fin. ff. sol. matr.* Alterum notabile est,
quòd supradicta conclusio non habet locum,
quãdo aliquis occidere fecit per assassinium illum,
cui successurus erat, nam tunc ad huiusmodi
hæreditatem nullo modo fiscus admitti
potest ex persona interfectoris, sed defertur
proximioribus ab intestato venientibus, & ratio
est, quia interfector per assassinium efficitur
incapax successionis, per *tex. in cap. 1. de homicid. in 6.*
& consequenter nihil penes eum reperitur,
quòd per fiscum auferri possit, ita pulchrè
considerat *Barbat. in d. cons. 8. col. 4. sub
nu. 11. vers. & ideo vidi arduam quæstionem,*
quem refert *Menoch. in cons. 502. nu. 9.* Nam
quando simul concurrunt indignitas, & incapacitas
succedendi, tunc magis attenditur incapacitas
ad exclusionem fisci ad hoc, vt fiat locus
proximioribus successoribus, vt inquit
Rip. in l. 1. sub nu. 155. ff. de vulg. & pup. &
alij quos refert *Peregr. in d. tract. de iur. fisc.*
11 *lib. 2. tit. 2. nu. 26.* Eadem quoque conclusio
limitatur, quando adsunt alij testatoris successores
ab intestato in pari gradu cum ipso homicida,
tunc enim eis non fisco applicatur eius
hæreditas, prout post *Bar. in d. l. cum ratio. §.
fin.* videtur concludere *Boer. in decis. 25. num.
16. & seq.* plenè *Pancirol. in cons. 163. num. 8.
& seq.* & hanc opinionem vti æquiorem fortè
in praxi esse tenendam suadet *Menoch.* in nouissimis
additionibus ad suum *tracta. de arbitr. Iud. super cas. 356. sub num. 133. in fin.*
12 Sed quòd imò portio ipsius homicidæ fisco applicanda
sit, tenuit Bal. reprehendendo *Bar. in
ead. l. hæredicas, nu. 9. & ibidem Alex. num. 6.
Iacobin. nu. 7. & Sali. num. 10.* quam opinionem
veriorem esse testantur *Alex. de Neuo in
d. cons. 91. nu. 6. & seq. Boss. in tit. de his quib.
vt indign. nu. 16. Iac. Mandell. in cons. 7. nu.
10. Rol. à Vall. in cons. 56. nu. 4. lib. 1. Peregr.
in d. tit. 3. nu. 2.* Baiard. *in addit. ad Iul. Clar.
in d. §. homicidium, nu. 57.* & nouissimè *Petr.
Caball. in 1. centur. resol. crim. cas. 10. per tot.*
& secundum hanc opinionem iudicatum fuisse
per Senatum Pedemontanum, refert *Gasp.
Thesaur. in quæst. foren. 41. nu. 9. lib. 2.* quamuis
ipse strenuè defendat opinionem contra-
13 riam. Limitatur etiam hæc conclusio, quando
filij homicidæ venirent ad hæreditatem occisi
ex persona propria, nõ ex persona patris, nam
tunc eius delictum eis nõ noceret, vt post *Socyn
in cons. 124. sub nu. 3. lib. 3. & alios* refert *Menoch.
in dictis addit. ad cas. 356. sub num. 130.
vers. tertius est casus, cum seq. & plenè* Barbos.
in d. l. si ab hostibus, §. fin. sub nu. 23. vers.
14 *sed aduertendum est, & seq.* Hinc si primogenitus
occidit vltimum maioratus possessorem,
licet ipse efficiatur indignus, tamen maioratus
deuoluitur alijs successoribus in sequenti
gradu, vt affirmat *Molin. de primog. Hisp. lib.*
15 *3. cap. 2. nu. 31.* Et licet aliqui hanc conclusionem
intelligant, quando maioratus est antiquus,
nam si est nouus, dicunt, quòd licet veniat
ad sequentem successorem, tamen viuente
occisore illum occupat fiscus, ex reg. *text. in l.
Statius Florus, §. fi. ff. de iur. fisc.* Nihilominus
reprobata eorum opinione contrarium defendit
*Barbos. in eadem l. si ab hostibus, §. fi. num.
21.* prout etiam in feudalidus primogenituris,
& maioratibus idem concludit *Peregr. de iur.
fisc. in d. lib. 2. tit. 3. in fi.* pro qua conclusione
facit, quòd bona alienari prohibita nunquam
confiscantur propter delictum, vt plenè defendit
Rol. à Vall. in cons. 56. lib. 1. & plenissimè
Meleb. Palaez in tract. de maiorat. in 4. par. q.
16 *23. nu. 1. cum plur. seq.* Et demum aliqui limitant
hanc conclusionem in patre occidente filium
habentem bona materna, eius enim hæreditatem
asserunt deferri fratribus, dummodo
tamen pater occisor renuntiet vsufructui, quẽ
ex filiorum persona habere posset, vt docuit
*Ang. in l. adoptiuum. §. patronum, nu. 5. ff. de
in ius vocan.* quem refert *Cepoll. in caut. 52.
Plaz. in d. cap. 22. nu. 39. in fi. & Alex. de Neuo
in d. cons. 91. nu. 4.* Verum idem *Alexan. de
Neuo in eod. cons. sub nu. 11.* reprehendit hoc
dictum *Ang.* dicens illud nullo modo procedere
posse, nam portio, quæ acquireretur patri
interfectori, sine dubio applicaretur fisco, in
alijs vero portionibus, in quibus alij fratres defuncti
succederet simul cum ipso patre, *ex reg.*

tex.in Auth.defuncto, C.ad Tertull. nullus ei
quæreretur vsusfructus, prout in alijs bonis ad-
uentitijs filiorum, cum ita expressè cautum sit,
per *tex.in §. quoties, Auth. de hær. ab intest.*
& in auth. item hæreditas, C. de bon. quæ lib.
per quæ iura ita pulchrè notat *Rol. à Vall. in*
conf.95.nu.49.lib.1.& in conf.90.nu.24. vol.
2. & consequenter in illis portionibus non
opus esset, quod ipse pater renunciet vsufru-
ctui, Ideo benè concludit in nullo casu supra-
dictam conclusionem practicari posse, & idem
affirmat *Baiard. in addit. ad Iul.Clar. in d.§.*
17 *homicidium, num.* 48. Sciendum est etiam pro
huius Capituli complemento, quòd non solũ
priuatur tanquam indignus successione defun-
cti, is qui eum interemit, sed etiam hæres, qui
eius necem vindicare negligit, vt cauetur in *l.*
hæreditatem, & in l.portiones, ff. de his quib.
vt indig.& in l.1.C. eo. & in alijs iuribus rela-
tis per *Anto.Gomez. in 3.lib. var. resol.cap.3.*
nu.53. Plaz.in epith.delict.lib.1.cap.39. num.
23. & Farinac. in tit.de accusat. q. 13. num.7.
18 *cum plur.seq.* Sed inter cæteras, quas hæc con-
clusio limitationes habet ad propositum, de
quo agitur notandum est, quòd filius non te-
netur vindicare necem defuncti, à quo fuit hæ-
res institutus, contra proprium patrem, qui
forte eũ interfecit, vt post alios testantur *Plaz.*
in cap.22.n.41. Farinac. in eadem q.13.nu. 10.
& Barbos.in l.si ab hostibus, §.fi. sub num. 24.
19 *vers item si testator, ff.sol.matr.* Et idem est è
conuerso, quòd pater non tenetur defuncti ne-
cem, cuius est hæres, vindicare contra filium
interfectorem, vt inquit *Boer. in decis.25. nu.*
20 14 Hinc est, quòd sicut vassallus non tenetur
iuuare dominum contra semetipsum, cum hoc
hoc non videatur promissum in iuramento fi-
delitatis, ex not.per *Glo.in c.petitio, de iur. iu-*
ran. Ita etiam non tenetur eum iuuare contra
proprium filium, vt pulchrè refert *Gul. de Be-*
ned.in cap.Raynutius, de testam, in verb.mor-
21 *tuo itaque testatore, in 2.par.nu.54.* Nec de-
nique omittendum est, quod hoc ius auferendi
hæreditatem interfecti, ab indigno præscribi-
tur quinquennio, quo elapso fiscus excluditur,
ex regula *tex.in l.in cognitione, ff. ad Sillan.*
vt plenè probat *Peregr. in conf.148. num. 4.*
lib.5.

Finis Cap.Octaui.

CAP. NONVM.

Filius in quibus casibus representet personam patris defuncti, & in eius locum, & gradum in successionibus subingrediatur? Masculi descendentes ex fœminis an & quando admittantur ad fideicommissum, in quo sunt vocati masculi? Et an regulariter descendentium appellatione veniant masculi ex linea fœminina descendentes? Et quid si est contemplatus fauor agnationis? Et quid si vocati sunt descendentes ex linea testatoris? Et quotupliciter linea accipiatur? Et an masculi descendentes ex fœmina sint de linea testatoris? Et quid si fœmina nupsit alicui de eadem familia? Et an & quando fideicommissum conditionale comprehendat nepotes actiuè, & passiuè?

SVMMARIVM.

1 *Filius representat personam patris defuncti, & in eius locum subingreditur.*
Quæ conclusio multipliciter declaratur, nu. 2. 3. & 4.
5 *Ampliatur primo, quod eadem representatio datur respectu omnium ascendentium.*
6 *Ampliatur secundo, ad successionem bonorum feudalium, in quibus viuitur iure Francorum, & proinde filius primogeniti excludit patruum secundogenitum à successione Aui.*
7 *Et idem est in nepte ex filio.*

8 *Ea-*

masculis remotioribus, censetur intellexisse de masculis eiusdem linea, & gradus, & quod eis deficientiaus admittantur.

62 *Si vocati sunt masculi de linea testatoris, an filius fœminæ à testatore descendentes sub ea dispositione comprehendatur?*

63 *Linea multipliciter accipitur, & comprehendit tam masculos, quam fœminas, & num. 64. & 65.*

66 *Linea subdiuiditur in masculinam, & fœmininam.*

67 *Neptis ex filio dicitur de linea masculina sed descendentes ab ea sunt de linea fœminina.*

68 *Masculi ex fœmina à testatore descendente sunt de linea testatoris.*

69 *Fœmina à testatore descendens, si nubit alicui de eadem familia, an masculi ex ea geniti admittantur ad fideicommissum, in quo vocati sunt masculi descendentes ex linea testatoris, si ex coniecturis constat contemplatam fuisse agnationis conseruationem? & nu. 70. 71. & 74.*

72 *Linea paterna, seu amita dupliciter consideratur, scilicet effectiuè, & contentiuè.*

73 *Linea in odiosis accipitur in strictiori significatu, scilicet effectiuè, ita vt descendentes tantum comprehendat; in fauorabilibus vero accipitur contentiuè in largiori significatu, & nu. 75.*

76 *Vincula duo magis ligant, & coniunctio duplex fortius stringit, & nu. 77.*

78 *Filiorum appellatione nepotes continentur, quando agitur de eorum fauore, nu. 79.*

80 *Legatum alimentorum filijs relictum cōprehendit etiam nepotes.*

81 *Fideicommissum comprehendit nepotes, quando agitur de filiorum fauore, præsertim si concurrunt coniectura, vt nu. 82.*

83 *Substitutio reciproca sub conditione, si sine filijs, an nepotes comprehendat?*

84 *Et quid si sit concepta sub conditione si sine filijs, & descendentibus.*

85 *Pactum stipulatum in contractu fauore filiorum ad nepotes porrigitur.*

86 *Nepotes non continentur appellatione filiorū quando agitur de eorum damno.*

87 *Fideicommissum conditionale ad filios non transmittitur.*

88 *Limitatur hac conclusio, quando ex coniecturis apparet contraria testatoris mens.*

89 *Fideicommissum conditionale transmittitur in omnibus casibus, in quibus filij in conditione positi censentur ex coniecturata testatoris mente vocati.*

90 *Filij in conditione positi quando censentur vocati? remissiuè.*

91 *Conditio semel purificata viuente substituto expirat, & ad vlteriores gradus non extenditur, & nu. 92.*

1 
Idem quoque naturali coniunctioni inter patrem, & filium tribuendum est, quòd filius quandoque sui genitoris personam representat, & in ipsius predefuncti locum subingreditur, cuius exemplum est,
si quis decedit relicto filio, ac etiam nepote ex
altero filio præmortuo, quo casu quamuis ne-
pos sit in gradu remotior, nihilominus admit-
titur vna cum patruo ad successionem Aui, vt
expresse cauetur *in §. cum filius, inst. de hered.*
quæ ab intest. defer. & *in l. 3. C. de suis,* & *legit.*
2 Et tunc non dicitur gradus corrumpi, sed re-
presentari, & est illemet, in quo pater represen
tatus succederet, vt ex multorum sententia re-
fert *Menoch. in cons. 200. num. 44. lib. 2. & in*
3 *tract. de præsump. lib. 4. præsump. 95. nu. 5.* Nā
in tali casu filius non succedit ex persona pro-
pria, sed patris, cum quo fingitur esse eadem
persona, secundum *Bar. in l. Gallus, §.* & *quid*
si tantū, ff. de libe. & posth. Rip. in l. in quartā,
nu. 198. & seq. ff. ad l. Falc. & Ferd. *Vasq. in*
tract. de success. in 1. par. lib. 3. §. 27. limit. 31.
4 *sub nu. 17.* Vel secundum alios succedit ex per-
sona propria, in gradu tamen patris defuncti,
vt refert *Bursat. in cons. 67. sub nu. 24. vol. 1.*
& plenè *Cacheran. in cons. 72. sub nu. 27. vers.*
septimo pro hac nostra, aut denique distinguen
dō dicemus, quod aut agitur de successione ascen-
dentis, & tunc licet filius succedat in locum
patris, non tamen representat gradum ipsius,
aut agitur de successione patrui, & tunc datur
gradus representatio, vt pulchrè considerat
5 *Alex. Raud. in cons. 1. nu. 60. & seq. lib. 1.* Quæ
conclusio ampliatur, quòd non solum procedit
quādo agitur de successione aui, sed etiam pro-
aui, & aliorum ascendentium, vt post alios te-
stantur *Molin. de primogen. hispan. lib. 3. cap.*
7. nu. 6. & Menoch. in d. præsump. 95. nu. 6. &
6 *seq.* Item amlpiatur etiam in successione feudo-
rum, in quibus viuitur iure Francorum, nam
in ijs quoque nepos ex filio primogenito præ-
defuncto præfertur patruo secundogenito in
successione aui, prout ex magis communi Do-
ctorum sententia affirmant *Tiraq. de iur. pri-*
mogen. q. 40. nu. 20. cum plur. seq. latè Io. Tho.
de Marin. in tract. de feud. lib. 1. tit. 6. nu. 23.
& tit. 11. num. 47. Bursat. *in cons. 67. num. 27.*
Gramma. in decis. 1. per tot. plenè Franc. Mi-
lan. in decis. 8. nu. 198. cum plur. seq. lib. 1. La-
nar. in cons. 1. nu. 49. & seq. Peregr. in cons. 39.

per

per tot. lib. 1. Alex. Raudenſ. in conſ. 4. vol. 2. Couar. in lib. pract. quæſt. cap. 38. nu. 7. & ſeq. Napod. in conſuet. ſi moriatur, nu. 118. *& ibi Adden. ad eum, plenè Fab. de Ann. in conſ. 125 num. 37. & ſeq. lib. 2. Surd. in conſ. 403. vol. 4. Menoch. in conſ. 452. vol. 5. Marchio de Pont. in lectura feud. cap. 12. num. 35. & ſeq.* & alij, quos nouiſſimè cumulat *Gaſp. Theſau. in q. foren. 35. nu. 18. cum plur. ſeq. lib.* 1. qui licet videatur inclinare in cõtrariam opinionem prò patruo, nihilominus ab hac concluſione recedendum non eſt, pro qua pluries fuit iudicatũ, præſertim in hoc Regno, vt refert *Fab. de Anna in alleg. conſ. 125. nu. 41.* qui in fine teſtatur in fauorem ſuarum allegationum, iunctis aulis deciſum fuiſſe pro nepote ex fratre carnali cõtra fratrem vterinum, & de ea in hoc Regno dubitandum non eſſe, cùm ita ſæpius iudicatũ fuerit, teſtatur *Camill. Saler. poſt alios Adden. ad Napod. in d. conſuet. ſi moriatur, ſub num.* 111. & nouiſſimè *Reueren. Pater Don Andr. Molfeſ. in comment. ad conſuetud. Neap. in 4.*
7 *par. ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſt. q.* 35. Qui omnes indiſtinctè affirmant, quòd non ſolum nepos ex filio primogenito excludit patruum ſecundogenitum in feudo ex ſucceſſione aui, ſed etiam neptis, nam non ſolum repreſentat patrẽ in gradu, ſed etiam in ſexu, vt in ſpetie dicit *Napod. in d. conſuet. ſi moriatur, num.* 118. & *Anto. Capyc. in addit. quæ incipit, tenet Napod. hic, ſub nu.* 111. quamuis contrarium defendere conatus ſit *Bolognet. in conſ. 8. per tot.*
8 Et eandem concluſionem procedere etiam de iure conſuetudinario Ciuitatis Neapolis, vltra prædictos teſtatur etiam *Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de ſucceſſ. mulier. nu.*
9 *42. cum plur. ſeq.* Et idem eſſe in ſucceſſione delata à ſtatuto, per quod vocantur proximiores, aſſerit *Menoch. in d. præſump. 95. num.* 11.
10 Eadem quoque principalis concluſio ampliatur quando agitur de ſucceſſione patrui, tunc enim nepos ex fratre præmortuo ſuccedit ſimul cum fratre defuncti ſuperſtite, vt expreſsè cauetur *in § reliquum, Auth. de hared. ab inteſt. venien. cum ibi not. per Ang. in* 3. *not.* & *Bar. in Auth. poſt fratres, C. de ſuis, & legit.* & alios relatos per *Menoch. in d. præſum.* 95. *nu. 8. Vinc. de Franch. in deciſ. 652. in 4. par. nu. 2. & in deciſ. 149. in princ.* & plenè *Ioſeph*
11 *Ludou. in deciſ. Peruſ. 11. nu. 2. & ſeq.* Et idem eſt in feudis, in quibus viuitur iure Francorum, nam nepos ex fratre primogenito præmortuo excludit fratrem ſecundogenitum a ſucceſſione alterius fratris, vt plenè teſtatur *Fab. de Ann.*
12 *in d. conſ. 125. nu. 43. & ſeq.* & *nu.* 48. Et idem eſt, quando agitur de ſucceſſione auunculi, vel materteræ, vt in ſpetie notant *Dec. in conſil. 527. col. 1. Crau. in conſ. 67. num. 4. & in conſ. 127. nu. 2. & Petr. Beninten. in deciſ. 51. nu. 2.* Hoc autem intelligitur in feudis hæreditarijs, ſecus vero in feudis ex pacto, & prouidentia, nam in illis non datur ſubingreſſio, ſed quilibet ſuccedit ex perſona propria in gradu, in quo reperitur, vt notabiliter dixit *Anto. Rub. in conſ. 85. ſub nu. 6. & Frezz. in ſubfeudis lib. 3. in 1. differ. inter feud. hæredit. & ex pa-*
13 *cto, & prouid.* Vltra hos autem gradus patrui ſeu auunculi in linea tranſuerſali non datur ſubingreſſio, vt poſt alios referunt *Rol. à Vall. in conſ. 100. num. 10. vol. 1. Crau. in conſ. 127. nu. 3. Menoch. in d. præſump. 95. nu. 13. Theſ. in deciſ. 65. nu. 3. & Vinc. de Franch. in deciſ.*
14 *157. nu.* 3. Hinc eſt, quòd fratrum filij ex magis recepta DD. ſententia ſuccedunt communi patruo in capita, & non in ſtirpes, nam quilibet ipſorum ſuccedit ex perſona propria, & nõ per viam ſubingreſſionis in locum patris defuncti, vt expreſsè cautum eſt *in l. 2. §. hæreditas ff. de ſuis, & legit.* & *in l. lege duodecim tabularum, circa fi. C. de legitim. hær. & in § hoc etiam, inſt. de legitima agnatorum ſucceſſ.* quæ iura cum non inueniantur expreſsè correcta, nec nos corrigere debemus, iuxta præceptum Imperatoris in *l. præcipimus, in fi. C. de appell.* & huius cõcluſionis Anteſignanus author fuit *Azo. in ſumma C. de legit. hær. num.* 11. Cuius opinionem amplexi ſunt trigintaocto alij Doctores relati per *Ant. Theſau. in deciſ.* 162. &
15 alij moderniores, quos inferius referam. Et licet contrariam opinionem, ſcilicet, quòd potius ſuccedant in ſtirpes, tenuerit *Glo. in auth. ceſſante. C. de legit. hæred.* cum qua concordant nonnulli famoſi Doctores relati per eundem *Theſaur. in allegat. deciſio.* 162. & eam plenè defendit *Fran. Becc. in conſ. 16. per tot. lib. 1.* & pro ea plures alios copioſè cumulant *Fab. Turret. in conſ. 68. vol. 2.* pleniſſimè *Borgni. Caualc. in deciſ. Fiuiz. 24. per totam, in 4. par.* & *Regius Conſiliarius Io. Andr. de Gorg.*
16 *in alleg. 30. n. 41. & ſeq.* Nihilominus à ſupradicta Azon. ſententia recedẽdum non eſt, cum ſit nedum validioribus rationibus, & copioſiori DD. numero, ſed etiam rerum iudicatarum vbique locorum authoritate munita, vt patet ex ijs, quæ pro hac concluſione plenè refert *Cephal. in conſ. 431. vol. 3.* pleniſſimè *Ludouicus Morot.* omnino videndus *in conſ. 1. per totum, Theſau. in d. deciſ. 162. nu. 7. Coſtant. Capriol. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 3. nu. 60. cum plur. ſeqq.* qui *nu. 105. cum ſeq.* omnibus contrarijs optimè reſpondet, & nouiſſimè hanc concluſionem cõfirmat *D. Andr. Molfeſ. in comment. ad conſuet. Neap. in 4 par. ſub titu: de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt.* 37. & ſecundum hãc opinionem paucis ab hinc annis recordor per Sacrum Conſilium iunctis aulis, plenè di-

scusso articulo, iudicatum fuisse in causa illorũ
de Nastaro,adeò quòd de ea in hoc Regno am-
plius dubitandum non est, eamq; pluribus au-
thoritatibus ,ac rerum iudicatarum exempiis
plenè confirmat Petr.Caball.in conf. 114.nu.
17 30.lib.2.Qua ratione etiam patruus, seu auun-
culus præfertur fratri consobrino in successio-
ne nepotis ex alio fratre præmortuo, vt suadet
tex.in l.auunculo,C.commu. de success. quem
ita intelligit Boer.in decis.302.& plenè Gasp.
18 Thesau.in q.foren.63.lib.2. An autem nepos
ex fratre,vel sorore excludat patruum,seu auũ-
culum eius , de cuius successione agitur ? Rom.
in cons.196.incip.præmissa consulentium de-
cisio,tenet quòd non,quia ambo sunt in æquali
gradu , sed contrarium tenet Franc. Becc. in
cons.81.per totum,ea ratione motus,quia licet
vterque sit in tertio gradu, tamen nepos subin-
greditur gradum patris, qui erat frater defun-
cti,& ex eius persona debet patruo præferri, &
hæc opinio est magis communiter recepta , vt
patet ex not.per Cumiam in cap. Regni si ali-
quem,de success.feu.in ver.proximior, nu.26.
& seq.& Peregr.de fideicommis.art.20.nu.4.
19 Magna etiam quæstio est in hac materia , an
neptis ex masculo subingrediatur in locum pa-
tris ad finem excludendi amitam à successione
patrui?qua in re sunt opiniones hinc inde; Nã
pro amita,vt simul cum nepte succedat,collata
tamen dote,decisum fuisse per Sacrum Consi-
lium testantur Capyc.in decis.21.in fi. Vrsill.
in decis.161.num.2.Colut.Copp.in addit. ad
Napod.in consuet. si morienti, num. 171.fol.
mihi 153.& alij relati per Surd.in decis. 138.
num.1.qui dicunt,quòd subingressio tantum
operatur , quòd neptis succedat patruo vna cũ
fratribus,seu sororibus defuncti, non obstante,
quòd sit in gradu remotiori , non autem ad fi-
nem,vt sorores,quæ sunt in proximiori gradu
excludat,& pro hac opinione multos alios cõ-
cordantes refert Mich.ab Aguir.in Apolog.de
success.Regni Portugall.in 2.par.nu. 106. &
num.126.& in 3.par.nu.82.vers. verum huic
rationi , & Raud. qui in eadem causa plenissi-
mè scripsit in consi.1.sub nu. 61. & seq. lib. 1.
20 Pro contraria vero opinione,quòd sola neptis
succedat,est doctrina Cyn.in l.1.C.de adult.in
fi. pro qua Sacrum Consilium iudicasse refert
Vinc.de Franch.in decis.32.sub nu. 9. & cum
ea concordat Lud. Morot.in cons.51.nu.2.&
pro ea faciunt plenè not. per Surd. in d. decis.
138.per tot.eamque latè defendit Molfes.in d.
tract.de success.ab intest.quæst.32.per totam,
21 Et pro eadem conclusione faciunt etiam not.
per Vinc.de Franch.in decis.586.in 4.par. vbi
concludit, quòd neptis ex filio excludit substi-
22 tutum. Et facit etiam ad eius confirmationem
quòd dicit Napod. in consuet. sed si morienti,
nu.273.& in consuet.si moriatur,nu.111. vbi
affirmat,quòd filia subintrat non solum in gra
dum,sed etiam in sexum patris,ex reg.tex. in
l.gallus.§.nunc de lege Velleya,ff. de liber.&
posth. quam doctrinam latè exornat Regens de
Pont.in tract.de potest.Proreg.sub tit.de suc-
23 cess.mul.à nu.42.vsque ad finem. Ampliatur
denique principalis conclusio, quòd etiam in
fideicommissis habet locum hæc subingressio,
iux.not.per Glos.in l.cum ita , §.in fideicom-
misso,ff.de leg.2. & alios plenè relatos per Ce-
phal.in cons.215.nu. 12.cum plur.seq.vol.2.
latè Marzar.in cons. 1.per tot.& in epith.de
fideicom.subst.in 2.par.q.18.Bursat.in consi.
1.nu.25.& latius in cons.67.nu.9.& seq. &
in cons.71.nu.1.& seq.vol.1.Cacher. in consi.
72.nu.4.& seq. & Mantic.de coniect. vltim.
24 volunt.lib.8.tit.9 per tot. Et licet non desint
qui contrariam tuentur opinionem , vt patet
ex not.per Cæsar.Barz.in decis.Bonon.93.nu.
3.& 8.& alios,quos plenè refert Hond. in cõs.
70.nu.19.vol.1. Nihilominus hæc ampliatio
est magis communiter recepta , vt ex supradi-
ctis apertissimè constat, & alijs plenissimè cu-
mulatis per eundem Honded.in alleg.cons.70.
à nu.20.vsque ad finem , cum sequentibus ta-
25 men declarationibus,Quarum prima est,quòd
solum procedit quando agitur de successione
ascendentium, vel patrui, & non vltra alios
transuersales remotiores, iux.not. per Couar.
in lib.pract.quæst.cap.38,ante num.5.vers.
nono secularis,Marzar. in d. quæst. 18. Man-
tic.in d.tit.9.nu.3.Benint.in decis.Bonon. 88.
nu.3.& seq.Thesau.in decis.65. nu. 3. Cacher.
in d.cons.72.nu.8.& sub nu.29. Peregr. de fi-
deicom.art.21.nu.6.& seq.& alios,quos plenè
refert Ioseph de Rustic.in comment. ad l.cum
auus,ff.de cond.& demonstr. lib.3.cap. 10. nu.
26 38.& seq.Secunda declaratio est , quòd dicta
conclusio non procedit, quando vocati sunt
proximiores , seruata gradus prærogatiua , vt
refert Cacher.in d.cons.72. nu. 13.& seq. &
alij,quos plenè cumulat Alex.Raud.in respõs.
2.nu.45.cum plur.seqq.& Thesau.in decis.65.
27 per tot. Tertia declaratio est , quòd huiusmodi
subingressio non habet locum in fideicommis-
sis particularibus,per not.per Ant.Gam.in de-
28 cis.Lusitan.59.num.3. Alias declarationes ad
conclusionem prædictam latè ponit Cacher.in
d. cons. 72. per tot. quæ penes eum videri pos-
sunt,& Mantic.de coniect.vltim. volunt. lib.
29 8.tit.9.per tot. Verum ex vi huius representa-
tionis infertur , quòd si ad fideicommissum vo-
centur omnes masculi descendentes in infini-
tum,exclusis fœminis, hæc dispositio operatur
quòd sicut fœminæ sunt exclusæ,ita etiam cen-
sentur exclusi filij masculi ab eis descendentes,
nam infecta radice censentur etiam infecti eius
palmi-

palmites,ex reg.tex.in l.ſi vina matre,C.de bo-
nis mater. & in §.reliquum ,cum ibi not.per
DD.Auth.de hæred.ab inteſt.venien. vt poſt
alios refert plenè Moli.de primog.Hiſp.lib.3.
c.5.nu.45.& ſeq. Cranet.in conſ.22.num.10.
Menoch.in conſ.172.per tot.lib.2.plenè Ceph.
in conſ.581.vol.4. Peregr.de fideicom.art.26.
nu.8.15.& 19. Surd.in conſ.316.per tot.lib.3.
Decian.in conſ.127.in 1.dub.volum.3.& alij,
quos latè cumulat Ioſeph de Ruſtic.in d.l.cum
30 anni,lib.6.c.16.nu.1.& ſeq. Nam maſculus
natus ex fęmina, non cenſetur maſculus quoad
ſucceſſionem ,& aliorum excluſionem, vt poſt
alios refert Tiraq.de iur.primogen. quæſt.13.
num.6.& Mich.ab Aguirr.in apolog.pro Re-
ge Hiſpan.ſuper ſucceſſ. Regni Portugall.in
3.par.num.24.et ſequen.et num.34.et ſeq. &
31 latius nu.65.cum plur.ſeq. Hinc eſt,quòd in
feudorum ſucceſſione ,ſicut de iure communi
ſunt excluſæ fœminæ ,ita etiam excluduntur
maſculi ab eis geniti,vt in ſpecie notãt Io.Cam-
peg.in conſ.11.inter conſ. Alber.Brun.col.3.
& alij,quos refert Io.Thom.de Marin.in trac.
de feud.in tit.de feud.fœmin num.3.& Andr.
32 in c.1.nu.13.de natura ſucceſſ.feud. Verum
hæc concluſio intelligenda eſt quando deſcen-
dens ex filia fœmina concurrit cum maſculo
eiuſdem lineæ in proximori gradu, adeo vt ad-
mitti ad ſucceſſionem non poſſit niſi per viam
ſubingreſſionis in locum ,& gradum ſuæ ma-
tris,tũc enim ſicut mater excluderetur propter
impedimentum ſexus ,ita etiam excluduntur
eius filij,qui eam repræſentant , nam deſtructo
antecedenti , ſequitur deſtructio omnium con-
ſequentium ex eo,l.1.§.huius,ff.de off. eius, cui
mandata eſt iuriſd.vnde inquit Bal.in l.maxi-
mum,C.de liber.præter. quod mutato ſexu, nõ
mutatur ratio excluſiua,dum filius non poteſt
venire niſi tanquam matris imago,arg.l.illam,
33 §.pen. C. de collation. Secus vero ſi poteſt ad-
mitti ex perſona propria tãquam maſculus de-
ſcendens ab eo,de cuius ſucceſſione agitur , tũc
enim nihil ei nocet qualitas fœminini ſexus ſuę
matris, poſtquam non venit tanquam repræ-
ſentans perſonã ipſius, vt benè animaduertunt
Soc. iun. in conſ.2. num.21. & ſeq. lib.3. Ant.
Rub. in conſ.22. ſub num.14. plenè Cephal.in
conſ.103. ſub nu.6. & per totum, lib.1. Tiraq.
de iur.primogen.q.13. num.3. Franc.Vegg.in
conſ.63.Grauett.in conſ.127.nu.1.& alij rela-
lati per Petr. Caball. in conſ. cri.118. num.5.
34 Regulariter enim deſcendentium appellatio-
ne veniunt tam maſculi,quam fœminæ,cap.no
uit,de iudic. & l.liberorum,ff.de verb.ſign. &
l.fin.C.de ſuis, & legit. Alex. in conſ.160. nu.
2.vol.1.& in conſ.24 nu.13. vol.5. Soc.in cõſ.
223.nu.1.plenè Mantic.de coniect.vltim. vo-
lun.lib.8.tit.vlt.nu.13. Peregr. de fideicomm.
art.25.nu.10.& in conſ.159.nu.2.lib.5.Cæſar
Barz.in deciſ.Bonon.14. num.15. Menoch.de
præſumpt. lib.4.præſumpt.91.nu.2. & Surd.
35 in deciſ.66.nu.2. Vnde ſi quis filios maſculos
inſtituat hæredes , eoſq; fideicommiſſi onere
grauet in caſu,quo ſine filijs ex eorum corpore
deſcendentibus deceſſerint, excluſa filia fœmi-
na ab vniuerſali ſucceſſione, quam certa dote
voluit eſſe contentam,& deinde contingat ali-
quem ex inſtitutis decedere relicta filia eiuſdẽ
teſtatoris nepte ,licet magna inter DD. fuerit
controuerſia ,an hoc caſu cenſeatur purificata
ſubſtitutionis conditio, ita vt in hoc articulo
diuerſa reperiantur conſilia ,& deciſiones ,vt
patet ex pleniſſimè relatis per Hier. Gabr. in
conſ.88. & in conſ.100. per totum ,vol.2. Io.
Vinc.Honded.in conſ.57.& in conſ.75.per to-
tum,vol.1.Cephal.in conſ.306.vol.3.& in cõſ.
484.vol.4.& in conſ.752.vol.5.Burſat.in cõſ.
157.nu.40.cum plur.ſeq.vſq; ad finem, vol.2.
Fab.Turrett.in conſ.96. vol.2. Surd.in deciſ.
66.per totam,Cæſar Barz. in deciſ. Bonon.11.
per totam,Theſaur.in deciſ.188.& Arium Pi-
nell.in l.3.nu.24.& ſeq. C.de bon.mater. &
alij ,quos copioſiſſimè refert Marini Giurba
in deciſ.32.nu.1.cum plur.ſeq. cuius dubij ma-
ior dubitandi ratio eſt ,quia durum videtur ,
quod neptis ſit melioris conditionis , quam te-
ſtatoris filiæ,quæ ab vniuerſali ſucceſſione fue-
runt excluſæ,ex regula tex.in l.ſi viua matre ,
C.de bon.mater. vt plenè teſtatur Alex. Raud.
in d.conſ.1.nu.65. & ſeq. lib.1. Nihilominus
per Sacrum Conſilium præuia maxima cauſæ
cognitione, bis deciſum fuit in fauorem nepo-
tis contra ſubſtitutum ,prout nouiſſimè refert
Vinc.de Franch.in deciſ.586.in 4.par.vbi cõ-
cludit ,quod poſtquam Sacrum Conſilium bis
in hoc puncto iudicauit ,non eſt amplius de eo
dubitandum , iux. not. per eundem de Franch.
in deciſ.233. Et hanc opinionem pro nepte
nedum ex magis communi Doctorum ſenten-
tia,ſed etiam rerũ iudicatarum authoritate ve-
riorem eſſe pleniſſimè probat Mart.in vot.71.
36 nu.12.cũ plur.ſeq. Hæc autẽ cõcluſio duplici-
ter limitari poteſt. Primo,quod habet tantũmo
do locum quando ſubſtituti ſunt extranei , &
de aliena familia ipſius teſtatoris ,ſecus vero ſi
eoſdẽ filios inſtitutos teſtator reciprocè ſubſti-
tuiſſet ſub ea conditione , vt alter alteri ſine fi-
lijs decedenti ſuccederet , relinquendo certam
dotem filijs fœminis, tũc enim ſi vnus filius de-
cedat relicta filia fœmina ,& ſuperſtite altero
fratre cohærede ſubſtituto , magis communis
DD.ſententia eſt ex pręſumpta teſtatoris men-
te, quod hoc caſu filia fœmina non faciat defi-
cere conditionem fideicommiſſi,nam ſubſtitu-
tus eſt eiuſdem teſtatoris filius , qui cenſetur
prædilectus,vt conſuluit Paul.de Caſtr. in cõſ.

409.*vol.*2. cum quo concordant *Gozad. in cõs.* 89. *per tot.* pulchrè *Soc. iun. in conf.* 168. *vol.* 2. *Decian. in conf.* 84. *vol.* 3. *Menoch.* qui pro hac opinione numerat quinquaginta tres Doctores in *conf.* 95. *nu.* 90. *vol.* 1. & alios addit in *cõs.* 150. *num.* 54. *vol.* 2. *& in conf.* 204. *nu.* 46. *vers. decimo, & vltimo, vol.* 3. *& in tract. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 85. *nu.* 8. *Mich. Crass. in lib. recept. sent. in §. fideicommissum, q.* 75. *sub nu.* 4. *Ant. Gomez in* 1. *lib. variar. resol. c.* 5. *nu.* 25. *Couar. in cap. Raynaldus, nu.* 1. *de test. Melch. Palaez in tract. maiorat. lib.* 2. *q.* 6. *nu.* 21. *Alex. Trentacinque in tract. de subst. in* 4. *par. c.* 7. *nu.* 12. *Iul. Clar. in §. testamentum, q.* 77. *& seq. in fi.* plenè *Mantic. de coniect. vlt. volun. lib.* 11. *tit.* 4. *sub nu.* 20. *vers. & hæc quidẽ sententia,* optimè *Cephal. in cõs.* 306. *vol.* 3.

37 *& Surd. in d. decis.* 66. *num.* 7. *& seq.* Altera eiusdẽ conclusionis limitatio esse potest, quod ea non habet locum vbi viget statutum excludens filias fœminas à paterna successione, stantibus masculis, tunc enim in fideicommisso à patre constituto sub ea conditione, si eius filij sine filijs decesserint, nunquam fœminæ comprehenduntur, vt testatur *Gozad. in consil.* 45. *num.* 12. *& in conf.* 79. *sub nu.* 7. *& in conf.* 89. *nu.* 9. *Alex. in conf.* 15. *vol.* 4. *Curt. iun. in conf.* 116 *sub num.* 9. *Alciat. de præsump. reg.* 3. *præsumpt.* 32. *nu.* 4. *Hier. Gabr. in conf.* 97. *nu.* 25. *vol.* 1. & alij, quos cumulant *Peregr. de fideicomm. art.* 25. *num.* 57. *& seq.* & plenè *Alex. Trentacinque in d. tract. de subst. c.* 7. *nu.* 12. à quibus non dissentit *Thesaur. in d. decis.* 188. *nu.* 14. qui in hoc casu limitat opinionem contrariam, quam ille Senatus sequutus fuerat. Sed hanc limitationem non puto veram, nam in supradictis decisionibus Sacri Consilij relatis per *Vinc. de Franc. in d. decis.* 586. per quas fuit pro nepte iudicatum, supponendum est, quod in specie reiecta fuit hæc limitatio postquam in hoc Regno adest constitut. In aliquibus, per quam stantibus masculis, excluduntur

38 fœminæ a paterna successione. Ex eadem quoque ratione infertur, quod in maioratibus deficiente masculo eiusdem lineæ, & gradus, fœminæ admittuntur, vt plenè testatur *Molin. de*

39 *primogen. Hispan. lib.* 3. *c.* 4. *nu.* 5. Etiam si expressè maioratus institutus sit fauore domus, &

40 familiæ, vt affirmat idem *ibidem, nu.* 10. Nam in huiusmodi successionibus fœmina est ad instar secundogeniti, eiusq; gradum assumit, licet primogenita sit, & ætate maior, vt notat *Pau. Castr. in conf.* 164. *num.* 18. *lib.* 2. quem refert

41 *Molin. in citato loco, nu.* 12. Descendentium autem masculorum appellatione, etiam masculos ex fœminis descendentes contineri, suadet apertissimis verbis *tex. in Auth. de hered. ab intest. venien. post princ.* quem ad hoc propositum bene ponderat *Mantic. de coniect. vltim. vol. lib.* 8. *tit. vlt. nu.* 14. *& seq.* & idem probatur in *cap.* 1. *de eo, qui sibi, & hæred. suis.* vbi in materia feudali hæc verba, pro descẽdentibus masculis, intelliguntur etiã de nepotibus ex filia, non obstante quod in feudis de iure cõmuni non solum fœminæ, sed omnis earũ linea excludatur, *cap.* 1. *§. hoc autem, qui feu. da. poss.* vt bene considerant *Alciat. in conf.* 15. *nu.* 2. *et seq. lib.* 8. *& in conf.* 34. *nu.* 7. *vers. secundo probatur, lib.* 9. *Curt. iun. in conf.* 1. *per totum, & Cæsar Barz. in decis. Bonon.* 4. *num.* 16. *& seq.*

42 Vnde infertur, quod in fideicommisso, in quo vocantur masculi descendentes, censentur etiã vocati masculi descendentes ex fœminis, vt in specie tenent *Fulgos. in conf.* 85. *per tot. Ruin. in conf.* 49. *nu.* 2. *& in conf.* 120. *num.* 8. *& seq. lib.* 1. *Ant. Rub. in conf.* 22. *num.* 11. *Soc. iun. in conf.* 2. *per tot. lib.* 3. *Iacob. Mandell. in cõs.* 86. *nu.* 3. *& seq.* & alij relati per *Mantic. in d. tit. vlt. nu.* 20. *et Peregr. in d. art.* 26. *nu.* 17. *Franc. Vegg. in conf.* 63. *nu.* 75. *cũ plur. seq. Curt. iun. in conf.* 1. *nu.* 24. *vers. sexto aduertendũ, Guid. Pap in conf.* 176. *in* 4. *dub.* & plenè *Surd in cõs.* 308. *nu.* 2. *cum plur. seq. et in conf.* 317. *nu.* 13.

43 *vol.* 3. Et licèt multi DD. contrariam teneant opinionem, vt patet ex ijs, quæ plenè refert *Mich. Aguir. in d. Apolog. pro Rege Hispan. in* 3. *par. num.* 67. *et seq. et in* 2. *par. num.* 161. omnes tamen loquuntur in casu, quo aliud suaderet subiecta materia, seu coniecturata testatoris mens, vel fuisset in specie cõsideratus fauor agnationis, vt plenè demonstrant *Mantic. in d. tit. vlt. num.* 74. *et seq. et Pet. Caball. in conf.*

44 *citu.* 118. *sub nu.* 4. *et seq. per tot.* In his verò, quę non sunt instituta pro conseruatione familiæ, nec est contemplatus fauor agnationis, tũc appellatione descendẽtium masculorum indistinctè veniunt etiam masculi descẽdentes per lineam fœmininam ex proprietate sermonis, quia re uera in eis concurrit vtraque qualitas, cùm sint masculi, & de linea descendenti, & dũ non est contemplatus agnationis fauor, censetur potius habitus respectus ad simplicem qualitatem sexus, quæ licet fœminas excludat, non tamẽ debet obesse earum filijs, in quibus cessat ratio exclusionis, vt notabiliter affirmat *Surd. in d. cõs.* 308. *nu.* 14. *et in conf.* 317. *sub nu.* 13. *Molin. de primog. Hisp. lib.* 3. *c.* 5. *nu.* 48. *et seq. Hond. in conf.* 8. *num.* 19. *vol.* 2. *Hier. Gabr. in conf.* 96 *nu.* 24. *vol.* 1. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 18. *nu.* 13. *et seq. Ant. Gam. in decis.* 294. *nu.* 1. plenè *Pet. Caball. in conf.* 118. *num.* 5. *lib.* 1. *et Mich. Aguir. in d. apolog. pro Rege Hisp. in* 2. *par. nu.* 225. *et in* 3. *par. nu.* 81. Et licet contrarium in eadem facti specie affirmet *Alex. Raud. in d. conf.* 1. *nu.* 68. *cum plur. seq. lib.* 1. nihilominus ex prædictis apparet

hanc

45 hanc eſſe magis communem opinionem. Et
multo fortius cenſentur vocati maſculi ex fœ-
minis, quando teſtator vocauit quoſcunque
maſculos deſcendentes, hoc enim operatur vis
illius dictionis vniuerſalis, vt in ſpetie notat
Curt.iun.in conſ.1.nu.7.& in conſ.48.nu.3.
46 Nam huius dictionis vis eſt comprehendere
omnes, qui regulariter non cõprehenderentur
cap.ſolitæ, de maiorit. & obed. vt not. Dec.in
conſ.599.nu.3.& ſeq.Soc.iun.in conſ.38.nu.1.
& ſeq.lib.3.Syluan.in conſ.25.num.21.& in
47 conſ.61.nu.2. Hinc eſt, quòd feudum conceſſũ
pro ſe, & hæredibus quibuſcumque, compre-
hendit in eius ſucceſſione etiam extraneos, &
perſonas inhabiles, cap.1. de feud. non haben.
propriam feu. natur. Alex.in conſ.7.num.6.
vol.7.Rol.à Vall.in conſ.42.per tot.& in cõſi.
84.nu.18.& ſeq.vol 4.Bolognet.in conſ.4.nu.
130.Io.Vinc.de Ann.in alleg.127.num.2. &
plenè Bammacar. in cap.feudum ea lege, ſub
tit.ſi de feu.defun.content.fuer.in 4.q.nu.47.
48 & ſeq.fol.273. Et idem eſt ſi conceſſio ſit facta
pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, nam ea
verborum geminatio operatur idem quòd di-
ctio, quibuſcunque, vt pulchrè inquit Soc.in
conſ.266.nu.36.volum. 2. cum quo concordat
Laur.Siluan.in conſ.52.ſub nu.12.verſ.quar-
to quia iſtud, licet hæc opinio non ſit omnino
tuta, vt patet ex not.per Hier.Magon.in deciſ.
Lucen.12.nu.11.& ſeq. & Peregr.in conſ.2.
49 nu.1.vol.5. Maior autem difficultas eſt circa
præmiſſa, quando per fideicommiſſum vocati
ſunt deſcendentes ex linea teſtatoris, quo caſu,
a Doctoribus multa figurantur dubia; Quorum
primum eſt, an fœmina deſcendens per virilem
ſexum, ſub ea diſpoſitione comprehendatur?
pro cuius articuli reſolutione aliqui caſus ſunt
50 diſtinguendi. Aliquãdo enim vocati ſunt ſim-
pliciter deſcendentes ex linea abſque qualitate
maſculinitatis, & tunc indiſtinctè veniunt om-
nes, tam maſculi, quàm fœminæ in infinitum,
nam deſcendẽtium nomen eſt collectiuum plu-
rium perſonarum, & graduum, l.fin.C. de ſuis
& legit.& cap.nouit, de iudic.cum alijs plenè
cumulatis per Peregr.de fideicom.art.19.nu.
51 11.& ſeq.& in art.25.nu.8. Et linea quoque
eſt nomen collectiuum plurium perſonarum
ab eodem ſtipite deſcendentium gradus conti-
nens, & numeros diſtinguens, iux.not.per Bal.
in conſ.331.vol.1.& in conſ.334.& 339.vol.
3.Menoch.in conſ.106.nu.344.& ſeq.lib.2.
52 Et non ſolùm comprehendit maſculos, ſed etiã
fęminas ab eis deſcendentes, vt patet ex relatis
per Tiraq.de retract.lignag.§.1.glo.9.nu.244.
& Mich.de Aguir.in d.Apolog.in 2.par.nu.
53 262.& ſeq. Verum quando aliud ſuaderet
ſubiecta materia, vel coniecturata mens teſtato-
ris, tunc fœminæ non veniunt appellatione
deſcendentium, & præſertim quando eſſet cõ-
templata agnationis conſeruatio, iuxta ea, quæ
plenè tradit Peregr.de fideicom art.25.nu.10.
54 cum plur.ſeq.& in conſ.23.nu.5.vol.3. Hinc
eſt, quòd ſi Rex concedat alicui pro ſe, & ſuis
deſcendentibus aliquod officium, cuius exer-
citium fœminis non conueniat, tunc conceſſio
reſtringitur tantum ad maſculos, vt poſt alios
notabiliter refert in pulchro caſu Didac.Spin.
in ſpeculo teſtam.Glo.19.num.94.& ſeq.&
Marchio de Pont.in tract.de poteſt. Proreg.
in titu.de diuerſ.prouiſion.ſub cap.de poteſt.
55 ſubſt.in offic.num 4.fol.482. Aliquando vero
ſunt vocati deſcendentes de linea maſculina,
& tunc variæ ſunt DD.opiniones, nam aliqui
diſtinguẽdo dicunt, quòd ſi ſunt vocati deſcen
dentes per lineam maſculinam, ſeu per virilem
ſexum, tunc fœminę à maſculis deſcendentibus
progenitæ non cenſentur excluſæ, nam verum
eſt, quòd per virilem ſexum ab eodem teſtatore
lineam trahunt, ſi vero ſunt vocati deſcenden-
tes ex linea, ſeu de linea maſculina, tunc affir-
mant fœminas non comprehendi tanquam
non exiſtentes in linea maſculorum, ſed dantes
principiũ alteri lineæ, cuius opinionis author
fuit Alex.in l.Gallus, § nunc de lege, nu.2.&
ſeq.ff.de liber.& poſth.& in conſ.53.nu.2.&
9.vol.6. & licet eum reprehendat Soc.in d.§.
nunc de lege, nu.4. eum tamen ibidem defendit
Claud.Seyſell.nu.11. eumque refert, & ſequi-
56 tur Ruin.in conſ.110.nu.16.vol.2. Alij autem
dicunt, quòd aut ſunt vocati deſcendentes ſub
nomine agnationis, & tunc ſub eo nomine etiã
fœminæ cenſentur excluſæ, quia in eis deficit
hæc qualitas, vt patet ex not.per Gozad.in cõſ.
57 87.nu.15.& ſeq. Alij verò indiſtinctè tenent,
quòd quando fit mentio de linea maſculina,
fœminæ cenſentur excluſæ, vt refert Mantic.
de coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.11.nu.9.& alij
relati per Peregr.de fideicom.art.26.num.30.
58 Licet enim fœminæ ſint de agnatione, vt ex-
preſsè probat tex.in l.voluntas, cum ibi com-
muniter not.per DD.C.de fideicommiſ.ac etiã
de cippo domus, iuxta not. per Pariſ.in conſi.
35.nu.5.cum plur.ſeq.& in conſ.47.nu.51.&
ſeq.lib.3.& Thob.Non.in conſ.41.num.28.
59 Nihilominus negari non poteſt, quòd in eis fa-
milia non conſeruatur, ſed extinguitur, cum
fœmina ſit finis agnationis, vt inquit Crau.in
conſ.189.nu.1.& Rol.à Vall.in conſ.82.num.
16.et ſeq.vol.3.& ideo iddem iudicandum eſt
de principio principiante, quod de his, quæ ſe-
quuntur ab ipſo principio, l.maritus, cum ibi
not.per Paul.de Caſtr.C.de procur.& conſe-
quenter cum à filia incipiat diuerſa linea, & de-
ſcendentes ex ea ſint de aliena familia, ideo ſi-
cut eius deſcendentes ſunt extra agnationem
teſtatoris, ita etiam de ea iudicandum eſt tan-
quam

quam de initio ipsius lineæ fœmininæ, vt pul-
chrè not. Curt. iun. in cons. 5. nu. 25. & seq. pro
qua conclusione faciunt etiam not. per Cacher.
in decis. Pedem. 127. nu. 4. qui ex multorum au-
thoritate refert, quòd omnis dispositio indu-
cta in fauorem agnationis, & domus nunquam
fęminas comprehendit, eandemq; conclusio-
nem in maioratibus confirmat Molin. de pri-
60 mogen. hispan. lib. 3. cap. 5. num. 69. Et multo
fortius hęc conclusio procedit in fęmina nupta
extra familiam, vt plenè testatur Hier. Grat. in
cons. 67. & 68. vol. 2. & plenissimè Honded. in
cons. 75. nu 9. cum plur. seq. & per tot. vol. 1. &
alij relati per Mich. Aguir. in d. Apolog. in 3.
par. nu. 72. & per Alex. Rauden. in cons. 2. nu.
61 111. cum seq. Vnum autem est valdè notandū
circa hanc conclusionem, quòd quando testa-
tor exclusit fęminas propter masculos ab eius
successione, & fideicommissi beneficio, sed non
expressè cauit, se velle eas excludi à masculis
remotioribus, tunc eius dispositio intelligi, &
interpretari debet, quòd fęminæ excludantur
solùm à masculis eiusdem lineæ, & gradus, &
quòd illis deficientibus admittantur, alijsque
masculis remotioris gradus præferantur, prout
in simili casu circa institutionem maioratus,
pulchrè considerat Molin. de primogen. hisp.
in d. cap. 5. nu. 71. qui hanc conclusionem plu-
ribus authoritatibus confirmat, eam tamen li-
mitans in casu, quo ex coniecturis, seu ex ratio-
ne conseruandæ agnationis expressa, vel tacitè
subintellecta aliud suaderetur, pro qua conclu-
sione faciunt quæ plenè ad idem propositum
cumulat Gasp. Thes. in q. foren. 12. num. 14. &
62 seq. lib. 2. quem omnino videas. Alia dubitatio
est, si vocati sunt masculi de linea testatoris, an
tunc filius fęminæ ab ipso testatore descenden-
tis sub huiusmodi dispositione comprehenda-
tur? pro cuius areicoli resolutione consideran-
63 dæ sunt infrascriptæ conclusiones. Quarum
prima est, quòd linea multipliciter accipitur,
est enim supra, & infra, & ex latere, l. stigmata
ff. de gradib. cognat. & habet suos gradus veluti
quędam scala, vt inquit Napoda. in consuet. si
64 quis, vel si qua, nu. 237. in ver. linea. Vnde de
linea Auita dicitur quælibet persona ab Auo
descendens, siue masculus, siue fęmina, vt asse-
rit Bald. in cons. 321. in fi. lib. 1. & latè Peregr.
65 de fideicom. art. 22. nu. 24. Et linea simpliciter
accepta comprehendit tam masculos, quàm
fęminas descendentes ab eodem stipite, vt post
alios refert Borgn. Caualc. in decis. Fiuiz. 18.
66 nu. 91. in 3. par. Verum subdiuiditur in mascu-
linam, & fęmininam, vt notant Cuman. in cōs.
2. nu. 6. nam licet fęmina sit de linea patris, ta-
men eius filij incipiunt esse de linea matris,
quia per fęminam rumpitur linea paterna, &
ab ea initium sumit cognationis origo, postquā
transit in alienam familiam, vt plenè conside-
67 rat Curt. iun. in cons. 1. nu. 24. & seq. Vnde
neptis ex filio dicitur de linea masculina, quia
est sub linea patris, descendentes vero ab ea
sunt de linea fęminina, vt benè animaduertit
Hier. Gabr. in cons. 90. nu. 32. & seq. lib. 1. post
glos. notab. in l. Gallus, §. nunc de lege, in vers.
tametsi, cum ibi not. per Bal. & alios DD. ff. de
liber. & posthum. & alios relatos per Hipp. in
sing. 33. incip. neptis ex filio, & idem plenè af-
firmant Peregr. in cons. 50. nu. 1. lib. 3. Cephal.
68 in cons. 413. nu. 18. & seq. lib. 3. Vtcumque ta-
men sit, negari non potest, quòd etiam nati ex
fęmina a testatore descendente dicuntur esse
de ipsius testatoris linea, vt in specie affirmant
Honded. in cons. 4. num. 20. vol. 1. & Bero. in
cons. 77. nu. 15. lib. 2. cum qua conclusione tan-
quam indubitabili transit quoque Ias. in cons.
17. sub nu. 1. col. 3. vers. vnde eum in casu præ-
senti. lib. 3. & Andr. Pacchin. in 2. lib. contro-
uers. iur. cap. 25. nu 1. & seq. Ex quibus circa
propositam quæstionem, concludi potest, quòd
nepotes masculi descendentes ex fęmina verè
dicuntur esse de linea, ita quod quādo testator
vocat masculos de eius linea ex propria verbo-
rum significatione veniunt etiam masculi ex
fęmina descendentes, cum in eis vtraque quali-
tas concurrat, scilicet masculinitatis, & lineæ,
prout punctualiter affirmant Iacob. Mandell.
in cons. 86. nu. 4. & in cons. seq. 87. nu. 1. & seq.
& Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 24. in fi. qui
licet pro contraria opinione allegat Barto. in
cons. 10. Ruin. in cons. 141. nu. 21. volum. 5. &
Curt. iun. in d. cons. 5. nu. 23. cum quibus vide-
tur etiam conuenire Borgn. Caualc. in decisio.
Fiuiz. 18. nu. 89. cum seq. in 3. par. non tamen
est ab hac conclusione recedendum, nam si be-
ne inspiciantur supradicti DD. omnes ferè lo-
quuntur in diuerso casu, scilicet, quando sunt
expressè vocati descendentes de linea masculi-
na, vel erat in specie contemplata agnationis
conseruatio, magna autem est diuersitatis ratio
de vno casu ad alium, nam quando simpliciter
vocantur masculi de linea, tunc benè procedit
conclusio, quòd ex proprietate sermonis sub
ea dispositione comprehenduntur etiam ma-
sculi descendentes ex fęmina, quia verborum
significatus nō repugnat, secus vero est, qñ vo-
cātur descendentes ex linea masculina, nā tunc
licet descendentes à fęmina sint de linea testa-
toris, non tamen dici possunt de eius linea ma-
sculina, nam per fęminam, quæ fuit interme-
dia, cepit fieri linea fęminina, vt considerat idē
Borgn. in alleg. decis. 18. sub num. 92. Retento
autem eiusdem quæstionis themate, & posito
casu, quòd ex coniecturis argui possit, quòd te-
stator prospicere voluit suę agnationis conser-
uationi, quo casu nedum fœminas, sed etiam
mascu-

masculos ex eis descendentes censeri exclusos a fideicommissi beneficio demonstrauimus su-
69 pra nu.43. Non inutilis erit inuestigatio, an cedet hæc difficultas in casu, quo fœmina a testatore descendens nubit alicui de eadem agnatione, ita quòd filij masculi, qui ab ea oriuntur, licet trahant a testatore originem per medium fœminæ, tamen ex parte patris sunt de eadem ipsius testatoris familia? In quo dubio parum videtur elaborandum, nam pro nepote masculo descendente ex fœmina nupta ex eadem familia consuluerunt quatuor eminentissimi viri in causa cuiusdam Francisci de Scarampis, vt videri potest inter consilia feudalia Bruni, *Ias.in cons.* 8. *& seq.* quòd est repetitum inter volumina eiusdem *Ias. in cons.17.lib.3.* & idē *Ias.in cons.142.sub nu.3.vers.sexto facit,lib.2.* & inter eadem consilia Bruni, *Soci.in cons.10.num.6.&* 10. & *Io.Campeg.in cons.11.& Curt.iun.in cons.1.per tot.* & præcipuè in fine, vbi asserit, quòd ridiculum esset dicere contrarium, in qua causa idem quoque consuluit *Iacob.Mandell.in d.cons.86.& in cons.seq.87.* & eandem cōclusionem confirmant *Curt.sen. in cons.49.nu.5.* & plenissimè *Crau. omnino videndus in cons.831.num.3.& in cons.877.* quem refert *Mantic.de coniect. vltim. volun. lib.8.tit.12.sub nu.10. vers.sed aduertendum est*, & alij, quos refert *Alex.Raud.in cōs.3.nu.24.& seq.lib.1.& Peregr. in d.cons.50.nu.4.*
70 *vol.3.* Cuius conclusionis potissima ratio est, nam causa dubitationis, quòd masculi descendentes a fœmina excludantur à benefitio fideicommissi constituti pro conseruatione agnationis, fundatur solùm in eo, quòd descendētes à fœmina sunt de familia, quæ causa exclusionis cessat, dum mulier ducit virum de eadem familia, tunc enim non solum in ea non finitur agnationis nomen, sed conseruatur, imo maius recipit incrementum, & perpetuitatem, vt benè considerant, & plenè hoc motiuum exornāt *Crau.in d.cons.831.sub nu.3.& seq.* & nouissimè *Io.Franc.de Pont.in cons.154. nu. 30. cū plur.seq.lib.2.& Don Andreas Molfes.in cōs.18.nu.17.cum plur.seq. in 2.par. nouiter impressa*, qui refert ita decisum, & declaratum fuisse per Regem Alphonsum Primum in fidei-
71 commisso familiæ Sāseuerinæ. Nec obstat aduersus hanc conclusionem opponatur, quòd dū testator vocauit masculos de eius linea, censetur sensisse de masculis ab ipso descendentibus de gradu in gradum, exclusis fœminis, per ea, quæ considerat *Ruin.in cons.153.num. 10.& seq.lib.2.& Menoch. de præsump.lib.4.præs. 88.nu.11.& in cons.233.num.20. & seq.* & consequenter aut descendens ex fęmina vult admitti ex persona matris, & non potest, cùm fęminæ sint exclusæ, aut ex persona patris, & stante, quod est de agnatione, & familia testatoris, & ei obstat defectus alterius qualitatis, nam licet pater sit de eadem familia, non tamen de-
72 scendit ex recta eiusdem testatoris linea. Siquidem pro huius contrarij resolutione animaduertendum est, quòd linea paterna, seu auita dupliciter consideratur, scilicet, effectiuè, & contentiuè. Primo casu continentur tantum ab ipso patre, seu auo descendentes. Secundo vero interpretatur linea paterna, seu auita, sub qua pater, seu Auus continetur, & sic comprehendit etiam transuersales descendentes ab eodem stipite, a quo ipsemet pater, seu auus descendit, vt notabiliter dixit *Bal. in cons.334. lib.3.* quam doctrinā communiter sequuti fuerunt *Soc.in l.gallus, §.nunc de lege, nu.2.ff. de lib.& posth.& in cons.33.nu.8.& seq.vol.3. Dec.in cons.379.num.1.Menoch.in cons.233. nu.18.lib.3.Hond.in cons.4.nu.22.& seq.vol.1.Io.Ang.Pisanell.in addit.ad Napod.in consuet.Neap.si quis,vel si qua,sub num.240.fol.*
73 *mihi 142.& Capyc.in decis.159.nu.6.* In dubio autem omnes affirmant, quòd in odiosis linea accipitur in strictiori significatu, scilicet, effectiuè, vt descendentes tantum comprehendat, in fauorabilibus vero, & quando agitur de agnatione conseruanda, accipi debet contentiue in largiori, ac fauorabili significatu, vt testātur *Cuman.in cons.2.num.4. & seq. Paris.in cons.40.num.42.vol.2.Rol. à Vall.in cons.23. nu.39.& seq.vol 4.Honded.in d.cons.4 num. 25.vol.1.& Bertaz.in cons.ciu.69.num.31.&*
74 *seq.* Vnde his factis fundamentis motiuum supra consideratum ex omni sui parte corruit, dum enim mulier à testatore descendens virum duxit de eadem familia, & masculos ex eo procreauit, certum est, quòd penitus cessat ratio exclusiua fęminarum, & descendentium ab ea, tota enim vis argumēti fundabatur in eo, quod licet fęmina sit de linea patris, & aui, vt expressè not. *Gloss.fi.in d.l.Gallus, §. nunc de lege, in fi.ff.de lib.& posth.& alij DD. supra allegati nu. 67.* ex præsumpta tamen mente testatoris tam ipsa, quam eius descendētes censentur exclusi a fideicommissi benefitio, quando ex coniecturis forte appareret consideratam fuisse agnationis conseruationem, & quòd perpetuò bona in eadem familia remaneant, iuxta notata supra nu.43.& per *Borgn. Cauale.in decis.Finiz.18. num.92. in 3.par.& Fab.Turrett.in cons.96.nu.36.& seq.lib.1.* Hæc autem ratio cessat, dum mulier nubit viro de eadem testatoris familia, & ex eo matrimonio extant filij masculi, hoc enim casu non solum in ea non finitur, sed magis augetur, ac perpetuatur agnatio, & familia testatoris, & consequenter nullo modo dici potest, quòd per eam mutata sit eiusdem lineæ continuatio quoad filios, & descendentes,

dētes,sed potius ex persona viri efficacior vis, ac maius perpetuitatis robur suæ familiæ acquiritur, & quod mulieri sexus adimit, id ex viro agnato suppletur, vt in proprijs terminis notabiliter affirmat *Alex. Randen. in d.consi. 3.num.23.* & ita etiam punctualiter affirmat *Andr.Facchin.in 2.lib.controuersiar.iur.cap. 25.in fi.versi.nisi ponas fœminam ex masculo natam nuptam esse alieni de agnatione*, qui loquitur in fortioribus terminis, scilicet, quãdo essent vocati masculi descendentes per lineam masculinam, & nihilominus concludit sufficere,quòd in fœmina ab ea descendentibus verificari possit ratio conseruandæ agnationis.

75 Præterea etiam ex persona patris forte dici possunt de linea testatoris,accipiendo lineam in largiori significatu,scilicet,contentiuè,posito quòd descendat ab eodem stipite, à quo testator descendebat,agitur enim de re fauorabili, postquam dum mulier virum ducit de eadē familia, suæ agnationis nomen non extinguitur,sed magis propagatur, quo casu omnes affirmant,quod hoc nomen, linea, accipitur in potiori significatu,scilicet contentiuè, vt supra

76 fundatum fuit. Vnde accipiendo lineam masculinam ex persona patris, & proximitatem sanguinis ex persona matris,negari non potest, quod hæc duo vincula, & prærogatiuæ simul vnitæ maiorem vim,& prælationis priuilegiũ tribuunt, vt in similibus terminis considerat *Alex.Raud.in consi.2.nu.100.vol.1.& in cõs.*

77 *1.nu.95.cum plur.seq.* Duplex enim coniunctio vincit vnam,& etiam in pari gradu præfertur is, qui duplici vinculo coniunctus est, iuxta not.per *Soc.in consi.89.nu.15.lib.4.& in consi.249.sub nu.21.versi.duodecimo banc partem,lib.2.* vt in proprio casu notabiliter affirmat *Peregr.in d.consi.50.nu.4.vol.3.* qui aliam quoque notabilem rationem subnectit,quod licet is, cui mulier nubit,sit in remotiori gradu, nihilominus cum per matrimonium efficiatur vna caro cum muliere ex recta linea fideicommittentis descendente, ipse quoq; videtur eũdem gradum assumere.cum sit in eodem gradu affinitatis,quod motiuum refert etiam, vt plenè exornat *Io. Franc. de Pont.in d.consi.154. nu.38.& seq.lib.2.& Crau.in consi.656.num. 10.lib.4.& in consi.831.sub num.3.& seq.&*

78 *latius in consi.877.nu.2.cum seq.* Ex eadem quoque repræsentationis vi, ex qua fingitur vnicam esse personã patris, & filij, oritur alia iuris conclusio, quòd filiorum appellatione etiam nepotes continentur,*l.iusta interpretatione,& l.liberorum,§.sed & propriis,ff.de*

79 *verb.signif.* Quæ conclusio præcipuè locum habet,quando agitur de eorum fauore, vt animaduertit *Bar.in eadem l.liberorum, §.fi.nu. 5.Iaf.in consi.52.nu.8.vol.3.* & alii relati per *Natt.in consi.602.nu.13.& seq.& Zanch. in repet.l.heredes mei,§.cum ita,ff.ad Trebellia.*

80 *in 4.par.nu.197.* Hinc est,quod legatum alimentorum filijs relictum,comprehendit etiam nepotes,vt post alios plenè refert *Surd.in tracta.de alim.tit.9.q.36.per tot.* qui hanc cõclusionem multipliciter limitat, & declarat, vt

81 apud eum videri potest. Hinc etiam est, quòd fideicommissum,in quo agitur de filiorum fauore,comprehendit quoque nepotes, vt plenè refert *Peregr.de fideicom.art.22.nu.61.* & plenissimè *Ioseph de Rusticis in repet.l.cum auus ff.de cond.& demonstr.lib.6.cap.11. nu.29.&*

82 *42.* Quæ conclusio præcipuè procedit,concurrentibus cõiecturis relatis per *Mantic. in tracta.de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit.8. nu.4. cum plur.seq. Menoch.de præsump.lib.4.præsump.94.per tot.Peregr.de fideicomm.art.22. nu.47.& seq.& Rustic.in d.l. cum auus, lib.6.*

83 *cap.12.per tot.* Vnde in reciproca substitutione sub conditione,si sine filijs,etiam nepotes contineri,testatur *Curt.iun.in consi.231.num. 12.& sequent.* Et licet contrarium teneant *Dec.in consi.465.num.10. Iacob.Mandell.in consi.20.nu.10.* primam tamē opinionem veriorem esse testatur *Ioseph de Rustic.in d.cap.*

84 *12.nu.69.* Verum ad omnem dubitationem tollendam tutius est,si dicatur sine filijs,& eorum descendentibus,vt animaduertit *Menoc. de præsump.lib.4.præsump.76.nu.76.& Cæsar Barz.in decis.Bonon.5.sub num.32.& seq.*

85 Et hæc conclusio non solum procedit in vltimis dispositionibus,sed etiam in pacto stipulato in contractu fauore filiorum, quòd etiam ad nepotes extendi, si tempore aduenientis conditionis filij sunt præmortui, in pulchro casu concludit *Surd.in decis.73.nu.6.cum plurib.*

86 *seq.* Quando vero agitur de filiorum damno, tunc nepotes appellatione filiorum non continentur, vnde fideicommissi grauamen filijs iniunctum ad nepotes non extenditur, vt ex magis communi Doctorum sententia affirmant *Cephal.in consi.268.nu.8.vol.2. Molin.de primogen.hisp.lib.1.cap.6.nu.27.* & alij relati per *Peregr.in d.art.22.nu.62.* & *Marzar. in epitbom.de fideicommissar.sub st.in 2. par.sub q.*

87 *17.vers.redeundo ad propositum.* Item declaratur hæc conclusio, quòd in reciproca substitutione facta duobus filijs, vt alter alteri sine filijs decedenti succedat, si vnus præmoritur ante purificatum fideicõmissum relictis filijs. vel nepotibus,ad eos non transmittit illius fideicommissi beneficium, ita q decedente postea altero fratre sine filijs fideicõmissũ remanet caducum, ex reg.*tex.in l.1.§.in primo.* & *§.pro secundo,C.de cadu.toll.* & *in l.heredes mei,§.cum ita,ff.ad Trebell.* vt in spetie notant *Glo.in l.vn.C.de his qui ante aper.tabu.* plenè *Peregr.*

Peregr. de fideicom. art. 31. sub nu. 6. Hieron. Zaneb. in repet. dicti §. cum ita, in 1. par. num. 60. cum plur. seq. & in 8. par. nu. 199. Mantic. de coniecturis vltim. volunt. lib. 11. tit. 20. nu. 28. & Anton. Gamm. in decisio. Lusitan. 160.

88 Verum si ex coniecturis appareat, testatoris mentem fuisse, quod fiat transmissio conditionalis fideicommissi ad filios, & nepotes substituti, tunc ab ea præsumpta voluntate recedendum non esse, testatur *Bald. in eadem l. vn. col. fi. ver. tu dic quod Glo. nostra*, quē cōmuniter sequuti sunt DD. plenè relati per *Anto. Gabr. in 4. lib. commu. conclus. in tit. de hæred. instit. concl. 2. num. 15. Cephal. in cons. 37. num. 15. & in consi. 293. num. 23. Menoch. in consi. 95. num. 103. & seq. lib. 1. Honded. in consi. 70. num. 31. lib. 1. Cacbera in cons. 73. num. 1. & seq. Zaneb. in d. §. cum ita, in 4. par. per totam, Mantic. in dict. titu. 20. per totum, & Fab. de*

89 *Anna in consi. 10. num. 9. & seq.* Et demum sciendum est, quòd in omnibus casibus, in quibus filij in conditione positi, censentur ex coniecturata testatoris mente vocati, in eisdem quoque habet locum transmissio conditionalis fideicommissi ad filios; & nepotes substituti, vt benè animaduertit *Peregr. in cons. 65. num. 6.*

90 *lib. 5.* Quæ autem sint coniecturæ, ex quibus filij in conditione positi censeantur dispositiuè vocati ad substitutionem? plenè explicāt *Thes. in decis. 96. per totam, Surd. in decis. 162. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 76. Honded. in cons. 67. vol. 1. & in cons. 65. num. 7. & seq. vol. eod. Camill. Borrell. in cons. 32. num. 30. cum plurib. seq. Bursat. in consi. 1. vol. 1. Cephal. in cons. 476. volum. 4. & in cons. 517. vol. eod. Phil. Port. Imolens. in cons. 40. & alij sex consulentes post eum, in 1. lib.* plenè *Fab. de Anna in cons. 9.* latè *Fab. Turrett. in cons. 27. & in cons. 33. per totum, lib. 2. Petr. Caball. in cons. 136. & Garz. Mastrill. in decis. 121. nu.*

91 *10. & seq.* Nec prætereundum est, quòd tunc nepotes ad commodum, & successionem fideicommissi admittuntur, quando eorum pater prædecessit ante conditionis euentum, sed si conditio semel purificata fuit viuente substituto, vt puta, quia grauatus sub conditione, si decesserit sine filijs, tempore sui obitus reliquit filios superstites, qui postea decesserunt, tunc illa conditio ad nepotes non porrigitur, vt notabiliter inquit *Bart. in l. liberorum, nu. 18. ff. de verb. sign.* cum quo plures alios concordantes refert *Ioseph de Rustic. in d. l. cum auus, in*

92 *6. lib. cap. 14. nu. 24. cum plurib. seq.* Substitutio enim concepta sub dicta conditione, si sine filijs decesserit, quamuis ad plures alios substitutionum gradus processum sit, per existētiam filiorum tempore mortis grauati penitus expirat, adeò quòd etiam si postea illi sine filijs decedant, omnes tamen aliæ subsequentes substitutiones euanescunt, vt notabiliter consuluit *Oldr. in celebri cons. 21.* quem omnium DD. schola communiter sequuta est, vt plenè testantur *Ias. in cons. 228. lib. 2. Dec. in cons. 636. nu. 4. & seq. Borgn. Caualc. in decis. 5. nu. 17. in 3. par. Thesau. in decis. 96. nu. 32. & seq. Peregr. de fideicom. art. 29. num. 22. cum plur. seq.* & plenissimè *Ioseph de Rustic. in d. l. cum auus, lib. 4. cap. 2. num. 1. & seq.* qui hanc conclusionem multipliciter limitat, & declarat, vt apud eum videri potest.

Finis Cap. Noni.

CAP. DECIMVM.

Capitulum hoc plura continet fragmenta ad hanc materiam spectantia, quæ in Summario videri possunt.

SVMMARIVM.

1 *Officialis ad idem officium infra quinquennium nec ad aliud infra triennium promoueri debet, & idem est in eius filio.*
2 *Conclusio hæc an procedat eo non renuente.*
3 *Limitatur quando alij non reperiuntur idonei.*
4 *Sindicus vnius anni potest in anno sequenti eligi erarius à barone.*
5 *Officialis potest à Principe confirmari.*
6 *Confirmatio officialis fieri potest à tota vniuersitate, si nemo contradicat.*
7 *Contradictio non admittitur, postquam officialis fuit confirmatus nemine reluctante tempore confirmationis.*
8 *Confirmatio vltra alium annum non admittitur.*
9 *Officiales debent esse annales.*
10 *Officialis infra annum etiam volens remoue-*

 ri

ri non potest.
11 *Officialis confirmari potest, quando propter officij tenuitatem alius non reperitur.*
12 *Officialis confirmatus an debeat bis sindicari?*
13 *Officialis postquā paruit sindicatui an aliud officium diuersum in eodem loco exercere possit. Et quid in actuario, nu.14.*
15 *Mulier an succedat in quarta ex dispositione Auth. praeterea, C. vnde vir & vxor, si habet patrem diuitem.*
16 *Et quid si habet fratrem diuitem.*
17 *Et quid si potest viuere ex aliquo honesto exercitio? Et quomodo hoc intelligatur, num.18.*
19 *Testis nemo esse potest in causa propria.*
20 *Nec in causa filij, & econuerso.*
21 *Abesse a Ciuitate non dicitur, qui in ea filium vel patrem relinquit.*
22 *Filius quando dicatur seorsum à patre habitare.*
23 *Pater qualis est, talis filius esse praesumitur, & nu.24.*
25 *Compensare potest filius cum eius creditore pro ea quantitate, qua ab eodem suo patri debetur.*
26 *Vassalli sicut tenentur praestare adiutorium domino pro eo redimendo ab hostibus, ita etiam tenentur pro redimendo eius filio.*
27 *Baroni in pluribus alijs casibus adiutorium à vassallis debetur, & num.28. & 29. Et quomodo testandum sit, nu.30.*
31 *Scolares capi non possunt pro represalijs, & eodem priuilegio gaudet pater, dum it ad videndum filium in studio.*
32 *Lis nulla inter patrem & filium esse potest.*
33 *Pater si dissipat bona sua, an cogi possit ad praestandam legitimam filio.*
34 *Ius futurum an contradicente reo in iudicium deduci poss..*
35 *Pater dissipator an cogi possit ad restituendum filio bona fideicommisso subiecta sub aliqua conditione, non expectato eius euentu.*
36 *Filius in casibus, in quibus ei licet litigare cū patre, tenetur petere prius veniam, qua conclusio ad alios casus extenditur vsque ad nu.41.*
41 *Parricidij poena quam grauis sit, remissiuè.*
42 *Abortui causam praebens quomodo puniatur.*
43 *Historia refertur cuiusdam parricidij, quod commissum fuit in Ciuitate Salerni.*
44 *Conditio si sine filijs subintelligitur in qualibet substitutione facta filijs.*
45 *Pater potest stipulari pro filio.*
46 *Donatio facta absenti stipulante notario, an sit reuocabilis ante acceptationem, & num. seq. vsque ad nu.51.*
51 *Donatio facta absenti est irreuocabilis, si pater stipulatur pro filio.*
52 *Donatio facta filio absenti, vel persona coniuncta non indiget acceptatione.*
53 *Donatio facta infanti stipulante notario pro eo, an indigeat acceptatione ab eo facta maiore.*
54 *Consuetudines Neapolitanae non habent locum, patre, vel matre existente in medio.*



Plures alij sunt effectus, quos naturalis cōiunctionis vis inter parentes, & eorū liberos operatur, verum quia volumen hoc nimis vltra propositum institutum diffusum est. Ideo cupiens huic labori finem imponere, sub hoc vltimo capitulo breuiter, & remissiuè tantum quaedam attingam, quae veluti fragmenta ad hanc materiam attinentia supersunt. Et primo notādum est, quod
1 sicut de iure communi nemo potest ad idem officium, quod semel exercuit, infra quinquennium, nec ad aliud infra triennium promoueri, vt expressè cauetur in *l. 2. C. de muner. & honor. non continuan. lib.* 10. praeterquam in casu, quo alij idonei non reperirentur, iuxta not. in *l. honor. §. fi. ff. de muner. & honor.* & *per Vinc. de Franch. in decis.* 210. *nu.* 3. Eadem quoque ratione nec filius ad idem officiū, quod eius pater exercuit, infra dictum tempus a iure statutum admitti debet, vt apertissimè probat *tex. in l. filio, ff. de legatio. & in l. 1. C. de muner. & honor. non contin.* per quae iura ita in specie affirmat *Tiraq. in praefat. l. si vnquam, sub nu.* 24. *C. de reuoc. don.* qui ad hoc propositum allegat etiam *tex. not. in l. diximus, §. si pater, cum l. seq. ff. de excus. tut.* vbi cauetur, quòd tria tutelae aut curae munera per patrem gesta, etiā filium excusant ne aliud tutelae onus suscipere cogatur, & licet contrarium suadere videantur in hoc Regno verba *Regia pragm.* 5. *sub tit. de administr. vniuer. in cap.* 15. in quo prohibetur, quod non possunt eodem tempore ad regimen vniuersitatis eligi pater & filius, neq; fratres, cum à contrario sensu videantur habilitati, vt vnus post alium eligi possint, prout per Sacrum Consilium iudicatum fuisse refert *Rouit. in comment. super eadem pragm. nu.*28. Nihilominus ipsemet oculatissimus author non videtur illi decisioni annuere, inquit enim contrarium esse cautum per *d. l.* 1. *cum glo. C. de muner. non contin. lib.* 10. quam iuris communis dispositionem affirmat non esse alteratam neque correctam per dictam Regiā
2 pragmaticam. An autem haec conclusio intelligenda sit, quod si electus renuat aliud officium exer-

exercere infra tempora prædicta à iure ſtatuta
cogi non poſſit, vel quod etiam volens admitti
non debeat? diſtinguendum eſt, quod ſi officiũ
eſt cum ſumptu, tunc volens continuare non
prohibetur ex regula *tex. in l. ſponte. ff. de mu-
ner. & bonor.* Si vero officium eſt ſine ſumptu
prout eſt officium Sindici vniuerſitatis, & tũc
nedum etiam volens ad idem officium infra
ſtatuta tempora admitti non debet, per *tex. in
l. bonor, §. gerendorum, cum ibi not. per glo. ff.
eodem titu. de muner. & bonor. & in d. l. 2. de
mun. & bon. non contin. lib.* 10. Sed ſi ſpontè
exerceat, incidit in *l. Iul. de ambit.* vt affirmat
Vincen. de Franch. in deciſio. 264. per totam.
Et ratio eſt, nam ex continuatione honoris
grauis ſubditis redderetur, *vt in authen. de de-
fenſor. ciuit. §. penultim.* & quia præſumptio
prædę oritur contra illum, qui redire vult
ad idem officium, quod ſemel exercuit, *l. 3. cum
ibi not. per Ioan. de Plat. C. de diuerſ. offic.
lib. 12.* vt refert *Io. Pau. Montanar. in commẽt.
ſuper pragm. 5. de adminiſtr. vniu. §. 16. nu. 7.*
3 Limitatur autem hęc concluſio, quando alij
idonei non reperiuntur, nam tunc in ſubſidiũ
aliorum habilium, cogi poſſunt ad munus ſu-
ſcipiendum etiam ij, qui illud idem prius exer-
cuerunt, vt apertiſſimis verbis cauetur in *d. l.
bonor, in fi. ff. de muner. & bonor.* & ita iudica-
tum fuiſſe per Collaterale Conſilium teſtatur
Rouit. in pragm. 2. de admin. vniuer. num. 15.
4 Limitatur ſecundo, quod iura prędicta officio-
rum continuationem prohibentia, procedunt
in illis officijs, quorum electio ab vno eodemq;
procedit, ſecus vero ſi diuerſum habeant origi-
nem, vnde ſi vno anno aliquis eligitur Sindi-
cus ab Vniuerſitate, & mox anno ſequẽti crea-
tur Ærarius à Barone, nõ poteſt ſe ab ærariatu
excuſare ſub prætextu, quod fuit Sindicus an-
no pręcedenti, vt notabiliter affirmat *Vinc. de
Franch. in deciſ. 210. & Montanar. in d. §. 16.*
5 *in fi. nu.* 10. Limitatur tertio, quando Princeps
motu proprio, vel ex priuilegio illum confir-
mat, prout quotidie videmus obſeruari in Ele-
cto Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, cuius ele-
ctio fit per ſemeſtre tantum, & nihilominus
quando bene ſe gerit, diù cõfirmari conſueuit,
vt in ſpetie animaduertit *Montanar. in d. §.*
6 *16. num.* 9. Quarto eadem concluſio limitatur,
quando confirmatio fit a tota Vniuerſitate, ne-
mine reluctante, vno enim contradicente con-
firmatio non valet, vt expreſsè cauetur *in §. fi.
auth. de defenſor. ciuit.* quem tex. procedere
tam in officiali iuſtitiæ, quam in quolibet alio
iuriſdictionem non habente, & præcipuè in
Sindico, plenè probat *Io. Vinc. de Anna in al-*
7 *leg. 15. per tot.* Verum hoc intelligitur proce-
dere, quando contradictio interuenit tempore
ſcrutinij, nam ſi confirmatio fuit facta per to-
tam Vniuerſitatem legitimè congregatam, ne-
mine contradicente, licet poſtea aliqui contra-
dicant, non reuocatur confirmatio, vt notabi-
liter animaduertit *Vinc. de Franch. in deciſio.*
8 *609. in 4. par. per tot.* Notandum autem perpe-
tuò eſt, quod cõfirmatio prædicta fieri permit-
titur per alium annum tantum, quo finito, àlia
confirmatio fieri non poteſt, vt mirabiliter re-
fert doctiſſimus *Rouit. in vtiliſſimis commen-
tarijs nouiſſimè editis ſuper pragm. 5. de offic.
iud. num.* 11. pro qua concluſione allegat *Aze-
ued. in comment. ad ll. recollectas nouiter edi-*
9 *tas cap. 13. nu.* 2. Omnes enim officiales debent
eſſe annales, tam de iure communi, per *tex. in
l. neminem, C. de ſuſceptor. lib.* 10. & *in l. 1. C.
vt omnes iudic.* quam de iure huius Regni, vt
cauetur in *conſt. occupatis nobis*, & *in conſt.
Iudices vbique locorum*, & *in pragm. 5. ſub ti-
tu. de baronib.* & *in d. pragm. 5. ſub tit. de offic.
Iudic.* vt plenè notant *Surd. in conſ. 261. lib. 2.
Don Garz. Maſtrill. in deciſ. 188. per totam,
Vincen. de Franch. in deciſio. 409. num. 1.* &
plura ad hoc propoſitum notabilia pleniſſimè
refert *Stephan. Gratian. in 1. lib. diſceptation.*
10 *forenſ. cap. 184. per totum.* Vnde non po-
teſt Baro concedere officium vltra annum,
nec infra annum officialem amouere, etiam eo
conſentiente, vt inquit *Vinc. de Franch. in d.
deciſ.* 409. pręterquam ex cauſis enumeratis per
Foller. in conſt. magiſter Iuſtitiarius, nu. 43.
11 Limitatur autem hæc concluſio, quando pro-
pter officij tenuitatem non reperitur perſona
idonea, quæ velit illud exercere, tunc enim po-
teſt idem confirmari, *iux. not. per Natt. in cõſ.
58. nu. 4. lib.* 1. quo caſu permittitur quoque
eidem officiali actuariatus officium exercere,
vt affirmat *Luc. de Penn. in l. 1. C. de primicer.
lib.* 12. quem refert *Surd. in conſ. 261. nu.* 10.
12 *lib.* 2. An autem officialis confirmatus in offi-
cio dicatur nouus officialis, & an debeat bis ſin
dicari? videnda ſunt not. per *Natt. in conſ. 57.
nu. 1. & 6. lib. 1.* & plenè per *Rouit. in pragm.
1. de ſindicat. official. nu. 12. verſ. & poſtquam*
13 *incidimus.* Finito vero anno, quamuis officia-
lis ſindicatui paruerit, nihilominus ferendum
non eſt quoad aliud officium etiam diuerſum
in eodem loco exerceat, vt inquit *Vincen. de
Franch. in deciſ. 479.* & *Rouit. in d. pragm. 5.
de baron. nu. 2.* & *in d. pragm. 5. de offic. iudic.
& alior. official. nu. 9.* & *Anna ſenior in ſing.
479.* licet contrarium teneat *Don Garz. Ma-*
14 *ſtrill. in deciſ. 288. num.* 11. Fallit autem in
actuario, qui ſi finito anno paruit ſindicatui, &
fuit liberatus, non prohibetur iterum exercere
idem officium pro anno ſequenti, & ſic conti-
nuare ſingulis annis, prout deciſum fuiſſe per
Sacrum Conſilium, referente illo doctiſſimo
viro Marino Frezza, teſtatur *Rouit. in d. prag.*

15 5. de offic. iudic. nu.10. Ex eadem regula vnionis inter parentes, & eorum liberos, infertur, quod mulier pauper non succedit viro in quarta, ex dispositione Auth. praeterea, C. vnde vir & vx. si habet patrem diuitem, vt notat Dec. in eadem Auth. praeterea, nu.10. cuius opinionem communem esse asserit Surd. in tract. de
16 alim. tit.9. q.35. nu.8. Qui subdit hanc conclusionem procedere, etiam si habet fratrem diuitem, ex not. per Rol. à Vall. in cons. 14. nu. 19. & 53. lib.3. quae opinio licet multos habeat cōtradictores, vt patet ex relatis per Honded. in cons. 93. sub nu.29. lib.1. plenissime tamen eam defendit Caesar Barz. in decis. Bonon. 130. per tot. Nam huiusmodi quarta mulieri non debetur, nisi in casu magnae paupertatis, ex qua cogi posset ad mendicandū, vt plenè explicat Hon-
17 ded. in d. cons. 93. nu.24. & per tot. lib.1. Vnde viduę, quae ex aliquo honesto exercitio viuere potest, huiusmodi quarta non debetur, vt latè probant Alex. Raudens. in cons.40. nu.4. cum plur. seq. lib.2. & plenè Caesar Barz. in decisio.
18 Bonon.129. nu.24. & seq. Verum hoc intelligitur de illis operibus, quae praestare solebat viuente viro, non autem de vilioribus, quae eius conditioni non conuenirent, vt benè explicat Marc. Anto. de Amat. in decis. March. An-
19 cbon.72. num.16. & seq. Ex eadem quoque ratione infertur, quod sicut regulariter nemo admittitur ad testificandum in causa propria, vel in qua aliquod habet interesse, ex reg. tex. in l. nullus, ff. de testib. & in l. omnibus, C. eo. iux. plenè not. per Farinac. in tract. de testib. sub titu. de opposit. contra testes, q.60. per totam.
20 Pari etiam modo parentes pro filijs idonei testes non sunt, nec econuerso, l. testis idoneus, ff. de testib. & l. parentes, cum ibi not. per glos. & Doct. C. eo. tit. quam regulam cum pluribus ampliationibus, & limitationibus plenissimè exornant Mascard. de probat. in concl. 1153. Ant. Gabr. in tit. de testib. cōcl. 17. & Farinac. in eod. tract. q.54. reg.3. nu.145. cum plur. seq.
21 Hinc etiam est, quod à Ciuitate abesse non dicitur, qui in ea patrem vel filium reliquit, l. eū scimus, §. sicut, C. de agricol. & censit. lib.11. & ideo si ad aliquod beneficium, seu priuilegium consequendum requiratur habitatio in certo loco, habitatio patris prodest filio, & ecōuerso, vt notabiliter dixit Ang. in l. fi. C. de impub. &
22 alijs subst. Vnde filius nō dr̄ seorsū à patre habitare, quamuis cū vxore, & familia separatim habitet in alio loco, nam cū pater, & filius sint vna idētitas personarū, domiciliū vnius cēsetur domiciliū, & habitatio vtriusq;, vt notabiliter inquit Bal. in cons. 234. nu.1. lib.1. quem refert Rolan. à Vall. in cons. 54. num.23. & seq. lib.1. & ideo Regia pragmatica, quae excludit à beneficio Macedoniani filios qui viuunt seorsum a patre, non est simpliciter intelligenda respectu illorum filiorum, qui seorsum habitāt cum familia, si inuicem sibi honores praestant, & durat eadem affectio, & reuerentia, & eadem alimentorum praestatio, vt benè animaduertit in comment. eiusd. pragm. Seaglion. nu.47. Sed propriè seorsum a patre filius viuere dicitur ad hoc, vt excludatur à Macedoniani beneficio, quando separatur a patre non solum quoad habitationem cum vxore, & familia, sed etiam cū bonis, nam viuere seorsum non respicit simpliciter habitationem, sed bona, & separationem bonorum, & redditum, vt plenè probat Ca-
23 rauit. in ead. pragm. §.13. nu.1. cum seq. Hinc etiam vulgariter dicitur, quod qualis pater talis filius esse praesumitur, vt plene refert Gram. in cons. crim. 31. nu.4. & seq. ad quod propositum plura notatu digna allegant Frez. in subfeud. lib.2. q.23. nu.3. & Menoch. de praesump. lib.6. praesum.58. per tot. & ideo in dubio bene iudicandum est de eo, qui natus est ex bonis parentibus, l. quod si nolit. §. quia mācipia, cum ibi not. per glo. & Doct. ff. de edilit. edic. vt in specie notant Io. de Amic. in cons. 86. nu.13. & in cons. 134. nu.10. post Luc. de Pen. in l. quemadmodum, in praesump. 167. C. de agric. & censit. lib. 11. Et econtra malè suspicādum est de eo, qui ex malo genere originem trahit, vt considerant Cephal. in cons. 140. nu.30. lib. 1. Alciat. de praes. reg.1. praes.24. Cyril. in sum. crim. rub.29. de quaest. §.4. nu.1. & seq. & Iacob. Si-
24 manc. in tract. de haeret. cap.50. nu. 10. Vnde si pater est meus inimicus, talis quoque eius filius esse pręsumitur, vt animaduertit Iacob. de Leonard. inter consilia feudal. Brun. in consi.
25 114. nu.76. & seq. Eidem quoq; rationi ascribi potest not. decisio tex. in l. si cum filiofamilias, §.1. ff. de compensat. qua l. cautum est, quod filius potest aduersus suum creditorem opponere compensationem pro ea quantitate, quam eius pater ab eodem creditore consequi debet, praestita tamen cautione, quod pater sit ratum habiturus, sed hoc intelligendum est in casu, quo compensationis exceptio admitti nō prohibeatur, iuxta plene not. per Bursat. in cons. 106. per tot. lib.1. & Franc. Mugnoz. de Esco-
26 bar. in tract. de ratiocin. cap.36. Hinc etiam infertur, quod sicut ex dispositione const. regni, quamplurimum, inter caeteros casus, in quibus vassalli tenentur Baroni praestare adiutorium, est, quando ipse Baro dum in seruitio Regis existeret, fuit ab hostibus captus, & agitur de redimenda eius persona, iux. plenè not. per Frez. in subfeud. lib. 2. in 2. author. baron. nu. 8. Pari etiam ratione huiusmodi adiutorium praestādum est pro redimendo filio Baronis ab hostibus capto, vt affirmat Boer. in de-
27 cis. 126. nu.13. Eademque ratione subuentio, quae Baroni debetur pro doctorando filio, iuxt. not. per Ioan. Vinc. de Anna in sing.14. & pro

ma

maritanda,vel monacanda filia , iuxta not.per
Vinc. de Francb. in deciſ.42. debetur etiam
auo pro maritandis nepotibus,ſi ob patris ino-
piam auus eas nuptui tradit ex neceſſitate ſui
officij,vt plenè probat idem *de Frācb.in deciſ.*
28 *215.per tot.* Quæ ſubuentio,ſiue adiutorium
in quot alijs caſibus præſtari debeat ? plenè ex-
plicant *Petr. de Gregor. in tracta. de conceſſ.*
feu.in 8.quæſt.ſeptimæ par.princip. in 1.2.3.
& 4.caſu, Affl.in d.conſt.quamplurimum, &
in deciſ.265.nu.54.& 161.Vrſill.in addit.nu.
56.& ſeq.Vincen.de Francb.in d.deciſ.42.in
deciſ.73.& 76.& in deciſ.215. & *ibi adden.ad*
eum,Camill.Borrell.in tract. de Regis catbol.
præſtan.cap.20.nu.30.cum plur.ſeq.& Ma-
xill. in conſuet. Bar.in rub. de immunit. ci-
29 *uit. nu. 4. cum ſeq.* Et an hoc adiutorium de-
beatur domino multis debitis grauato,& car-
cerato? videnda ſunt not. per *Boer. in deciſio.*
30 *128.per tot.* Et quomodo hoc adiutorium ta-
xari debeat? vide *Vrſill.in deciſ.136.nu.1.* qui
dicit eſſe taxandum ad rationem carolenorum
quinque pro quolibet foculari, ſed pro mona-
canda filia eſſe minus taxandum , quia non in-
diget tanta dote,& ideo taxatum fuiſſe ad ra-
tionem granorum vigintiquinque pro quoli-
31 bet foculari,refert *Anna in ſing.13.* Ad hanc
quoque materiam pertinet notabile dictum
Bar.in l.2.§.legatis,nu.4.ff.de iudit. dicentis,
quod ſicut ſcolares habent priuilegium, quod
capi non poſſunt pro repreſalijs , vt in *Auth.*
habita,C.ne filius pro patre, Ita etiam eodem
priuilegio gaudere debet pater dum it ad vidē-
dum filium in ſtudio , imo quod ibi conueniri
non poſſit ex contractibus alibi geſtis, affirmat
Rebuff.in tract.de priuileg.ſcbolar.priuil. 77.
32 *num.1.* Eadem quoque ratione lis nulla inter
patrem,& filium eſſe poteſt,*l.lis nulla,ff.de iu-*
dit. præter aliquos caſus , quos ibi enumerant
gloſ.& alij Doctor.& præcipuè Iacobin.plenè
Franc.Milanenſ.in deciſ.3.nu.104. cum plur.
ſeq.lib.2.& Surd.de alim.tit.8. priuil.6.nu.7.
33 *& in eodem tit.priuil.38.nu.25.& 30.* Et in-
ter cæteros caſus, in quibus limitatur hæc con-
cluſio,eſt,quando pater diſſipat bona ſua , nam
tunc permittitur filio implorare Iudicis offi-
cium,vt cogatur pater ad aſſignandam ſibi le-
gitimam,ex qua ali poſſit,vt notabiliter inquit
Iacobin.in eadem l.lis nulla,nu.3. & idem af-
firmant Vaſq.in 1.lib.illuſtr.controuerſ.cap.
37.per tot.& Arius Pinell.in 3.par.l.1.C.de
34 *bon.mater. nu.75.* Hinc eſt,quod licet regula-
riter ius futurum contradicente reo in iudiciū
trahi non poſſit,ex reg.tex.in *l.non quemadmo*
dum,ff. de iudit. Nihilominus ſi pater eſt diſſi-
pator,poterit filius Iudicis officio declarari fa-
cere bona,quæ per patrem poſſidētur , ſibi poſt
eius obitum titulo maioratus ſpectare,vt plenè
probat *Roder.Suar.in alleg.4.per totam* , quā
opinionem licet impugnent *Arius Pinel.in d.*
l.1.de bon.mater.in 3.par.nu.79. Anto. de Pa-
dill.in l.1.nu.30.C.de fideicom.plenè Molin.
de primog.biſpan.lib.3.cap.14. nu. 17. & ſeq.
Io.Guttier.in conſ.13.& Ant.Gam.in deciſ.6.
nu.6. Tamen à ſupradicta concluſione receden-
dum non eſt, cum ſit magis communiter rece-
pta,& eam plenè approbant *Couar. in 1. lib.*
var.reſol.cap.18.num.8.Cacbera.in deciſ. Pe-
dem.130.à num.9.vſq; ad fi.Borgn. Cauale.in
trac.de vſufr.mul.relic.nu.194. Petr. de fidei-
com.q.10.num.11. & *ſeq.* & *Melcb. Palaez in*
tract.de maiorat.in 3.par.nu. 63. & *in 4. par.*
q. 34.nu.1. qui teſtatur pro hac parte fuiſſe iu-
dicatum in cauſa Comitis de Buendia, vltra
quod Molin.in fine dicti cap.non negat , quod
quādo poſſeſſor maioratus dilapidat bona , vel
negat ea eſſe maioratus vinculo ſubiecta, in
vtroque caſu licet ſucceſſori petere, quod de-
claretur ea ſibi ſpectare poſt obitum poſſeſſoris,
idq; etiam fatetur *Guttier. in alleg. conſ. 13.*
nu.1. & ſic Doctores prædicti non ſunt pro cō-
traria opinione allegandi,& hanc quoque opi-
nionem pleniſſimè ab omnibus contrarijs de-
fendit doctiſs.olim Conſiliar. *Fab.de Anna in*
conſ.11.lib.1. & *in conſ.126.lib.2.* & pro ea iu-
dicatum fuiſſe per Sacr.Conſil. refert *Vinc. de*
Francb.in deciſ.695.in 4.par. Eamq; nouiſſi-
mè plenè confirmant *Maſtril.in deciſ.118.per*
tot. & *Franc.del Caſtill. in deciſ. 17. per tot.*
35 Et hinc etiam eſt , quod ſi pater eſſet grauatus
filio reſtituere aliquam hæreditatem , in euen-
tum alicuius conditionis,& pater interim eam
dilapidaret, cogi poſſet iudicis officio ad reſti-
tuendum ſtatim bona fideicommiſſo ſubiecta
non expectato conditionis euentu,vt notabili-
ter affirmat *Iacobin. in d.l. lis nulla, nu.6 per*
36 *tex.in l.imperator,ff.ad Trebell.* Animaduer-
tendum autem eſt,quod in omnibus caſibus, in
quibus filio permittitur cum patre litigare. Id
nullatenus facere poteſt niſi prius petita venia,
vt expreſsè cauetur in *l.fi.C.de in ius voc.* & *in*
l.4.§.parentem, & *in l.parentes,ff.eo.tit.* Quæ
concluſio multipliciter ampliatur , & ad alias
perſonas extenditur , quibus reuerentia debe-
tur,vt late per *Iaſ.in §.penales,nu.52.cū plur.*
ſeq. & ibidem per *Ludo.Gomeſ.nu.23.* & *ſeq.*
inſt.de act. & *Pet.Duen.in reg.35.per totam.*
37 An autem ſi vaſſallus cōueniat dominum ſuū,
vel eius patrem,& matrem teneatur petere ve-
niam? videnda ſunt omnino quæ plenè refert
38 *Rol.à Val.in conſ.18.per tot.vol.2.* Et an pro-
ceſſus agitatus venia non petita, ſit nullus ? vi-
de eundem *Rol.in eod.conſ.18.num.44.* & *ſe.q*
Capic.in deciſ.56.nu.6. & *Gram. in conſ.ciu.*
39 40.Et an affinitate ſoluta inter ſocerum , &
generum, ceſſet hoc priuilegium petendi ve-
niam?

niam? vide *Franc.Viu.in decis.376.*& quę ad
hoc propositum notabiliter refert Idem *in de-*
40 *cis.181.per totam.* Et an nouerca possit in ius
vocari sine venia à priuigno? plenè explicat
Cacher.in decis. Pedem. 31. cum plur. sequen.
41 Ab hac etiam materia alienum non esset tra-
ctare, quam grauis sit parricidij pœna? sed quia
eam plenissimè explicant *Plaz. in epitb. deli-
ctor.cap.22.Menoch.de arbitr. iud. in nouiss.
addit.ad cas.356.Farinac.in tit.de homic.in 4.
tom.q.120.per tot.* & *Petr.Caball.in resolut.*
42 *crim.cas.11.*& 15.ideo ad eos me remitto, Et
qualiter puniatur præbens causam abortus?
vide *Catheran. in decis.Pedem.*60.& omnino
Thesaur.in decis. 12. per tot. & plenè *Vinc. de*
43 *Franch.in decis.592.in 4.par.* Ad hoc autem
propositum postquam incidimus in hàc abho-
minãdam parricidij materiam, silentio præte-
reundum non est deplorandum potius quam
memorandum facinus, quod nuper euenit in
hac Ciuitate Salerni, in qua dum adhuc Audi-
toris officio fungerer prouinciarum Principa-
tus citra, & Basilicatæ, quatuor puellæ, quarũ
nomina licet nunc ob recentis flagitij famam
sint valde cognita, indigna tamen sunt, vt po-
steritatis memoriæ tradantur, dum in matris
necem conspirassent, maior ipsarum, quæ vix
attigerat vigesimumsecundum suæ ætatis an-
num, sumpto quodam sclopo, quo earum fra-
ter aliquando pro venationis exercitio vti so-
lebat, incautam genitricem aggressa plumbeã
glandem aduersus eam emisit, cumque rei euen
tus illi non obsecundasset, nam plumbea glans
proximo infixa parieti, veluti si aliquo pietatis
sensu moueretur, à parẽtis corpore declinauit,
confestim altera soror, quæ vt ætate proximè
illi accedebat, ita etiam de immanitate nihil
prorsus ei cedebat, euaginato ense, infelicem
genitricem, perperam acclamantem, ac earun-
dem filiarum implorantem auxilium lethali
vulnere confodit, in quo scelere omnes cõpre-
hensæ nullo timore perterritæ, nedum se rei
authores fuisse non negarunt, quinimo spontè
nullis acte cruciatibus affirmarũt, addiderũtq;
quod mensibus preteritis iterum tentarunt ip-
sam genitricem occidere, eamq; sub nocturnis
tenebris in cubili iacentem inuaserant, & ef-
fingentes se quædam malorum spirituum fan-
tasmata eam acriter flagellauerunt, ac penè se-
mimortuam reliquerant; Ad quam animi in-
dignationem se impulsas fuisse allegabant ex
nimia ipsius matris sęuitia, qua eas continuò
affligebat non solum sępè, ac immoderatè ver-
berando, sed etiam quoad victum & vestes ip-
sas tractando, ac si essent vilissimæ famulæ. In
qua causa legitimè compilato processu, licet
multa pro ipsarum puellarum defensione alle-
gata fuissent, ex quibus earum Aduocati prætẽ
debant ordinariam parricidij pęnam esse mi-
norandam ob nimiam interfectæ matris sęui-
tiam, iux.not.per *Plaz.in epitb.delict. cap.22.
nu.*28.& alios plenè relatos per *Farinac. in d.
q.120.nu.167.*& *seq. Petr.Caball. in resolut.
crim.cas.15.nu.10.* & *Menoch. de arbitr. iud.
in nouissimis addit.ad cas.356.num.41.*& *seq.*
qui omnes ex communi Doctorum sententia
fatentur ordinariæ parricidij pœnæ locum
non esse, quando illud commissum fuisse con-
stat ob aliquam ex illis causis à lege considera-
tis, ob quas filij a parentibus, & econuerso ex-
hæredari possunt, quæ enumerantur in *§.aliud
quoque capitulum, auth. vt cum de appell. co-
gnosc.* Nihilominus relata causa per Auditorẽ
Io.Vincentium Falangonum, eruditum quidẽ
virum, ac perspicacis ingenij, & omnibus ple-
nè discussis, ac maturè consideratis, instante
Petro Terancono Hispano fisci patrono inte-
gerrimo, ac doctrina, & moribus bene compo-
sitis nemini secundo, cum ea, quæ in facto ad-
ducebantur ad fundandam interfectæ matris
sæuitiam tantæ considerationis visa non fuis-
sent, vt ad minorandum tanti facinoris pœnã,
cum adeo deliberato ac tandem continuato
animi proposito commissi sufficerẽt. Ideo duas
ætate maiores ad vltimi supplicij pœnam con
demnauimus, easq; decapitari fecimus in loco
patrati delicti, tertiam vero perpetuo carceri,
& vltimam per decẽnium addiximus, quæ sen-
tentia lata fuit sub præsidatu Don Ioannis Pi-
mentel de Riuadeneira, in quo ad summam
prudentiæ laudem non mediocris accedit rerũ
vsus, & experientia coniuncta, quo etiam tem-
pore meus in hoc iuditio collega fuit Andreas
de Ianuario nunc meritissimus Iudex causarũ
ciuilium Mag.Cur.Vicariæ, qui doctrina, ma-
turoq; iuditio suam florentem ætatem ita pręc-
currit, vt supremos magistratuum honores Fe-
lici de Ianuario Regio Consiliario eius patruo,
ob egregia eius merita iamdiu debitos, eũ con-
sequuturum fore certam spem polliceatur, as-
sistente etiam huic iudicio Horatio Longobar-
do, huius Regiæ Audientiæ Secretario, cuius
summa religio, integritas, & probata fides, ac
omnium denique virtutum chorus non modo
huic ætati, sed posteritati etiam eum perpetuò
44 commendabit. Ab hac quoque materia aliena
non est illa notabilis Papiniani decisio *in l. cũ
auus ff. de cond. & demonst.* qua cautum est, cũ
in qualibet substitutione facta filijs subintelli-
gitur tacita conditio, si sine filijs decesserint,
quãuis nõ reperiatur expressa, cuius legis famo-
sam lecturam, cum annis elapsis audiuissem ab
acutissimi ingenij præceptore meo Francisco
Antonio Bonaiuto, triginta conclusiones ex
eadem lectura excerptas in ædibus Diui Lau-
rentij huius fidelissimæ Ciuitatis, sub auspicijs
Re-

Reuerendiss. antistitis D.Gabrielis Sanches de
Luna Regij Cappellani maioris, omni virtutũ
genere præditi publicè sustinui, eumque no-
uissimè quicquid ad dictæ legis materiam, &
ornatum excogitari potest, iam præoccupatum
fuit à doctissimo Aquilano Iosepho de Rusti-
cis, qui nuper magnum volumen super illius le
gis repetitione edidit, ideo ad eum me remitto.
45 Huic etiam materię pertinet, quod licet nemi-
ni liceat pro altero stipulari, *l. stipulatio tri-
sta. §. alteri. ff. de verb. oblig.* cũ similibus alijs
iuribus relatis per *Gabr. in 3. lib. commu. con-
clus. sub tit. de verb. oblig. concl.* 1. Nihilomi-
nus pater stipulari potest pro filio, vt refert idẽ
Gabr. ibid. num. 27. & sequen. & plenè *Peregr.*
46 *de fideicom. art. 50. nu. 6. & seq.* Hinc est, quod
licet donatio facta absenti regulariter non va-
leat, nisi nuntius, vel epistola interueniat, *l. ab-
senti. ff. de donat. vt notant glo. & Doct. in l.
nec ambigi. C. eo. tit. & Iul. Clar. in §. donatio.
q. 12. in princ.* etiam si donatio fiat Ecclesiæ,
aut pauperibus, vel cuilibet pię causæ, si aliquis
eam non acceptat pro eis, iux. not. per *glo. in l.
illud, in ver. alia causa. C. de sacrosan. eccl.* &
alios relatos per eundem *Iul. Clar. in d. q. 12.
vers. Item quæro.* Vel nisi stipuletur pro dona-
tario absente notarius tanquam persona publi-
ca, tunc enim valida est donatio, vt ex commu-
ni Doctorũ sentẽtia affirmant idem *Iul. Clar.
in d. §. donatio, q. 13. vers. primo ergo casu,* &
alij plenè relati per *Ludo. Peguer. in decis.* 48.
*nu. 11. & Fab. Turrett. in cõs. 60. nu. 20. & seq.
lib.* 2. Et quamuis etiam magna sit inter Docto-
res altercatio, an ex stipulatione notarij quæ-
ratur ius donatario absenti reuocabiliter antè
eius acceptationem, vel irreuocabiliter? Multi
enim affirmant, quod præmoriente donante,
vel reuocante donationem ante acceptationẽ
donatarij, eã euanescere, vt post *Paul. de Castr.
in cons. 195. nu. 2. lib. 2.* & alios Doctores anti-
quę classis, plenè probant *Cephal. in cons. 440.
nu. 30. lib. 3. Molin. de primog. hisp. lib. 4. c. 1.
nu. 69. & seq. plenè Peregr. in cons. 100. nu. 6.
& seq. lib. 5.* & alij relati per *Thes. in decis.* 70.
47 *nu. 3. & seq.* Cõtrariam vero opinionem plenè
tuentur *Rol. à Vall. in cons. 19. num. 22. & seq.
lib. 1. Crau. in cons. 252. col. 2. vers. aduertendũ
tamen est, lib 2. Bursat. in cons. 33. nu. 2. & in
cons. 118. nu. 4. lib. 1. & in cons. 173. nu. 70. lib.
2. Cephal.* sibi contrarius *in cons. 33. num. 5. &
seq. lib. 1. Thob. Non. in cõs. 56. nu. 24. Cacher.
in decis. 33. nu. 8. & seq.* & alij relati per *Thes.
in d. decis. 70. nu. 4. &* Borgn. *Caualc. in decis.
42. nu. 15. in 1. par. plenè Menoch. in cons. 92.
nu. 67. lib. 1. Iul. Clar. in d. q. 13. vers. primo er-
go casu,* plenissimè *Surd. in decis. 111. nu. 5. &
seq. Honded. in cons. 37. num. 26. & seq. lib. 1.*
Eamque veriorem, & magis communem esse
copiosissimè probant *Fab. Turrett. in cons. 60.
nu. 6. cum plur. seq. lib. 2. Petr. Caball. in consi.
2. nu. 27. & seq. lib. 2. & Io. Franc. de Pont. in
cons. 120. per tot. lib.* 2. Et quatenus necessaria
sit donatarij acceptatio, nedum eum fieri posse
per obitum donantis, asserit *Surd. in d. decisio.
111. & in d. decis. 206. per tot.* Sed etiam ab hę-
redibus donatarij eam fieri posse affirmant *Ca-
ualc. in d. decis. 42. nu. 22. & seq. Thes. in d. de-
cis. 70. nu. 5. & 9. & Vinc. de Franch. in decis.*
339. licet contrariam opinionem defendere co-
natus sit *Peregr. in d. cons. 100. num. 6. & se.*
48 *lib. 5.* Alij verò asserunt donatarij acceptatio-
nem necessariam non esse, quando donatio est
iurata, vt plenè tradit *Rol. à Vall. in cons. 19.
nu. 28.* & alij relati per *Caualc. in d. decis. 42.
nu. 14. & per Bursat. in cons. 304. nu. 52. lib. 3.
& per Thes. in d. decis. 70. nu. 8. vers. sed cõtra-
rium,* & licet nonnulli ab hac opinione dissen-
tiãt, quos refert idem *Thes. in ead. decis. 70. nu.
8. vers. ampliatur tertio.* Nihilominus eam bis
præualuisse in illo Senatu, quando in donatio-
ne adest iuramentum promissorium de eam nõ
reuocando, refert idem *Thes. ibid. sub eod. nu. 8.
vers. pro cõcordia,* & idẽ in alia causa iudicatũ
quoq; fuisse per eundẽ Senatum testatur *Gasp.
Thes. in addit. ad eãd. decis.* & pro hac opinione
plures alios concordantes refert *Fab. Turrett.*
49 *in d. cons. 60. nu. 17. & seq.* Quæ opinio multo
fortius procederet, quãdo vltra personam no-
tarij stipulantis pro donatario absente interue-
nisset alia persona, quæ donationem acceptas-
set pro eo, vt notabiliter inquit *Iacob. Man-
dell. in cons. 36. nu. 2. & Thes. in d. decis. 70. nu.*
50 13. Et demum omnes ferè conueniunt dona-
tarij acceptationem etiam ex coniecturis pro-
bari, eumque præsumi, si constet donatarium
habuisse scientiam donationis, & non contra-
dixisse, vt ex communi Doctorum sententia
affirmant *Rol. à Vall. in d. cons. 19. nu. 34. lib.
1. & in cons. 4. nu. 28. lib. 2. Crau. in cons. 261.
nu. 5. Caualc. in d. decis. 42. nu. 24. & seq. Bur-
sat. in cons. 33. num. 5. Thesaur. in d. decis. 70.
num. 12. Surd. in d. decis. 206. num. 11. Ce-
phal. in d. cons. 33. nu. 19.* & alij relati per *Fab.*
51 *Turrett. in d. cons. 60. nu. 25. & seq.* Omnis ta-
men controuersia cessat, quando pater stipula-
tur donationem pro filio absente, tunc enim
absque eius acceptatione eam irreuocabilem
esse affirmant *Paris. in cons. 25. nu. 51. lib. 3. &
Iacob. Mandell. in cons. 36. nu. 4.* quam senten-
tiam approbauisse Senatum Pedemontanum
refert *Thes. in d. decis. 70. nu.* 14. Quæ cõclusio
procedit etiã si ante acceptationem donatarij
sequeretur reuocatio donantis cum consensu
eiusdem patris, qui simul cũ notario donatio-
nem stipulatus fuerat pro filio absente, nam eo
ipso, quod pater stipulatus fuit ius ipsi filio ir-
reuo-

reuocabiliter, etiam si esset emancipatus, vt
52 plenè refert *Caualc.in d.decis.42.nu.* 17. Cessat quoque hæc acceptationis controuersia, quando donatio fit personæ coniunctæ, vel dilectæ, & præsertim si fit à patre filio, nam ei statim ius quæritur irreuocabiliter absque acceptatione, & sufficit sola notarij stipulatio pro ipso absente cum iuramento donantis, vt notabiliter affirmat *Crau. in cons.* 915. *lib.*5. quem refert *Thes.in alleg.decis.*70.*in fi. & Io.*
5 [illegible]*anc.de Pont.in cons.*157.*nu.*7.*lib.* 2. Et idē e[illegible], quando notarius stipulatur pro infante, vt inquit *Iacob. Mandell.in d.cons.*36.*nu.*6. licet tutius sit, quod factus maior eā ratificet, vt in-
54 quit idem *Thes.in ead.decis.*70. *nu.* 15. Et demum hoc opus claudere, & sigillare non esset incongruum cum illa vulgari, ac in pluribus locis multoties repetita sententia per *Napodan.* quod Neapolitanæ consuetudines non habent locum, patre vel matre existente in medio, vt videri potest penes eum *in consuet.si quis, vel si qua, nu.*132.*& nu.*180.*cum seq.* Pro cuius quotidianæ conclusionis explicatione, & ornatu plura essent cōsideranda, sed quia tempus deficit, & iam peracto meæ villicationis cursu, in dies Neapolim reuocari expecto, vbi maiora onera tantum ocij non permittent, vt his quotidianis scribendi exercitijs, quæ totum hominem requirunt, diutius vacare liceat. Ideo circa hanc cōclusionem me remitto ad *Adden ad Napodan.in citatis locis, & notata per* Fab.de *Anna in cons.*119.*lib.*2. & quæ nouiter, & plenissimè refert *Don Andr. Molfes.in commen. super eisdem consuetud.in* 4.*par.quæst.*44.*cū duob.alijs sequentib. post Vinc. de Franch. in decis.*606.*per tot.* & reliquum, si quod superest temporis conuertam ad expeliendum, quæ inerudité, & currenti calamo hucusque scripta sunt, Laus Deo, Beatissimæque Virgini, ac Beato Ioanni Baptistæ, cuius hodie dies festus celebratur Salerni die 24, Iunij 1615.

Finis Decimi, & Vltimi Capituli.

I M P R I M A T V R.

Alexander Bosch. Vicar. Gener.

Aloysius Riccius Canon. Deput. vidit.

Ioannes Longus Canonicus, & Cur. Archiepisc. Neap. Theol. Dep. vidit.

N E A P O L I, Apud Scipionem Boninum. M. DC. XVIII.




LEGATORIA A. PANDIMIGLIO
ROMA
1571